scerent: habebant tamen per fontem re
medium arbores & hęrbæ createę ne a-
rescerẽt. Fons iste potest intelligi abys-
sus, scilicet matrix omniũ aquarum: ex
qua omnes fontes aquarum & flumina
,, egrediuntur. vel singulare leges ꝓ plu
rali, vt dicatur fons, idest fontes. Ascen
dit vniuersam supficiẽ rigans: non di-
luuium faciens, sed sicut modo humo
rem in alimentũ terrę ministrans: non
enim sola illa terra quæ circa ripas est
fluminũ humectatur & irrigatur ab a-
qua vicini fluuii, sed circunquaq; vsq;
ad duodecim vel sexdecim stadia ꝑ tra
R ,, cones infundi creditur. Formauit igi-
tur domin⁹ deus hominẽ &c. Quia ho
mo non erat qui terram coleret: igitur
formauit &c. Hic primũ vocat deum
dominũ: quia tum primũ vere fuit do-
minus quãdo seruũ, scilicet hominem
habuit. De angelo enim non facit men
tionẽ: sed sicut historiographus de vi-
sibilibus intendit: hominem idest cor-
pus eius dicit formatum de limo, qui
est terra tenax: vt per hoc hominem ad
mortalitatem factum .i. mori posse in-
nuat. vel per hoc ammonet eũ cogita-
re de vilitate sua: vt humilitatem se-
,, quatur. Et inspirauit scilicet corpori
præparato: animã præcipue in faciem:
quia in ea vigent operationes animæ

in corporalibus sensib⁹, & in ea discer-
nitur vtrum homo viuat an non, faci-
lius q̃ in cęteris partibus. Plantauerat ,,
autem dominus deus paradisum volu
ptatis a principio. Nõ anteq̃ cælum &
terram crearet (vt videtur velle Hie-
ronymus) sed a tempore conditionis,
qđ fuit tertio die. In quem posuit ho- ,,
minẽ. Extra paradisum voluit eum fa- S
cere deus, vt intelligeret se ex gratia
non ex natura in paradiso locatum. Li-
gnum vitę: duo ista ligna, idest lignum ,,
vitæ & lignum scientię boni & mali, ꝓ
pter maiora sacramenta q̃ significãt di
cunt̃ fuisse in medio: & diuersis de cau
sis habent hæc nomina. Lignũ enim vi ,,
tæ: quia in se habuit naturam vt con-
tinuaret homini vitam si comedere-
tur competẽter. Factus est enim homo
mortalis & immortalis. Sed sic immor
talis ꝙ poterat non mori per cibi sustẽ
tationẽ quo egebat. Itẽ mortalis quia
perire potuit per extrinsecam violen-
tiam. Sed deus ita munierat eũ intus
per lignum vitę sumptum in cibum: &
extra per diuinam potentiam, vt pos-
set non mori. Intus portam negligen-
tię per rationẽ humanã, extra portam
violentię obserans per diuinam custo-
diam: vt nisi homo ratione abutẽs por
tam negligẽtię aperiret, nunq̃ per por
tam violẽtiæ aliquid nociuũ intraret.
Sed quia noluit sibi cauere, vt seruaret
portam sibi cõmissam: merito deus de-
seruit eius custodiam. Lignũ autem sci ,,
entię dictum est non propter naturam
quã in se haberet: sed quia per ipsum
scitũ est, vtrũ esset homo bonus an ma
lus: idest obœdiens an inobœdiẽs. Vel
quia per obœdientiam eius habiturus
erat homo bona ad quę transiret: ꝑ ino
bœdientiam vero mala quæ ei cõmina
tus fuerat deus: vel quia per ipsum ex
perimento vtrũq; cognouit. Quę autẽ V
sint illa sacramenta principalia pro q-
bus illa ligna posita fuerint in medio
paradisi: sic accipe. Lignum vitę datum
fuit homini ad sustentationem vitæ
temporalis. Per lignum autem scien-
tiæ obœdiendo habiturus erat æter-
nam vitam. Et fluuius egrediebatur. ,,
Hic est fons supradictus vel fluuius:

oriens a fonte illo prius vnus, post in
" quatuor diuisus, de loco quodã volu-
ptatis, idest paradisi: nõ ꝙ ibi ortus sta
tim exiret ad alia loca, sed ad irrigan-
dum paradisum egrediẽs. Qui inde di
uiditur: vel in ipso paradiso postq̃ ali-
X quãdiu vt vnus manauit: vel postq̃ a
Quęstio paradiso egressus est. Quæritur quo-
insignis. modo & in paradiso oriantur hæc flu-
mina: & in terra nostra habeant notos
fontes vt dicit Beda. Vnde & quidã af
firmant totam terram futuram paradi
sum si homo non peccasset: totam au-
tem factam exilium per pecccatũ. Nos
vero etsi probabiliter ita dici possit:
non asserimus nisi q̃d sancti communi
ter asserũt: scilicet paradisum esse quẽ
dam locum determinatũ in parte ter-
ræ: & flumina illa ortum habere in pa
radiso, & item a terra ibidem absorpta
& extra paradisum iterum oriri: qui se
" cundi ortus nobis noti sunt. Præcepit
ei deus de omni ligno paradisi &c. Ec-
ce dat præceptum per quod si seruaret
homo custodiret paradisum: & hoc so-
lum est præceptum de ligno scientiæ
ne comedas Q̃d autem præmittitur:
ex omni ligno paradisi comede: permis
" sio est. Et primum blanditur permitten
Y do post durius locuturus in prohibi-
Quęstio tione. Sed quæritur quare absq; omni
nesbonę præcepto non dedit deus homini bo-
num quod daturus erat ei? Quare eti-
am tot permisit, & vnum solum prohi
buit? Quare etiam quod prohibuit nõ
præcepit comedere: quod homini esset
facilius & æquiualens obœdientia ad
Rñsio. meritum? Pręceptum datum est, vt per
meritum obœdientiæ gloriosius obti-
neret bonum. Multa concessa sunt vt
fragilitati humanę prouideretur: & vt
non posset excusari inobœdientia. Nõ
præcepit comedere de ligno scientiæ
boni & mali, vt pura esset obœdientia.
Causaretur enim diabolus dicens. non
tm̃ propter præceptum hominẽ come
dere de illo ligno, quãtum pro sua vti
" litate. Faciamus ei adiutorium simile
sibi. Quia multa iam habebat adiumẽ-
ta, sed tamen omnia dissimilia erant.
" Adduxit ea ad Adã &c. Vel sexto die
sicut ordo narrationis videtur conti-
nere: vel longo tempore post, quando
diuersa in diuersis locis forte vidit.
Q̃d autem ad eum adducta sunt, hæc
est ratio, scilicet q̃a futurus erat domi
nus super oĩa illa: & ideo decebat vt
pro arbitrio suo daret eis nomina. Im- "
misit ergo soporem in Adam. hoc ideo
factum est. ne si vigilanti auferret co-
stam, videretur deus eum læsisse: Nũc
vero ita leniter eam sumpsit, ꝙ nec eti
am dormientem excitauit. Quod qui- Z
dam quærunt vtrum plures costas ha Quęstio
buit prius in illo latere de quo illa co
sta sumpta est: quia si sic, tunc Adã per
eam erat superfluus: sinautem non plu
res nisi quot in alio latere habuit, tũc
postea diminutus fuit: friuolum est: q̃a
nec dentes puerorum qui postea mu- Solutio.
tantur dicuntur superflui, nec ipsimet
q̃uis nondum habeant naturæ augmẽ
tum diminuti iudicantur. Sed potius
attendendum est ꝙ nec de capite, nec
de pedibus viri sumptum est id vnde
fieret mulier: ne aut domina, si de ca-
pite: aut ancilla si de pedibus, putare-
tur. Ideo de medio, idest costa sumi de-
cuit, vt socia intelligeretur. Quæritur Quęstio
etiam vtrum cũ additione rei extrin-
secus sumptæ de costa illa facta sit mu
lier, an de sola costa: & dicunt quidam
additum esse. Sed si ad perficiendum Solutio.
corpus mulieris de costa illa deus ex-
trinsecus augmentum sumpsit, cum il
lud quod addebatur maius q̃ ipsa co-
sta fuerit, potius de illo mulierem fa-
ctam scripturã debuit dicere, vnde plu
res partes substantię suæ acceperit. Re
stat igit̃ vt dicamus costã illã in semet
ipsam multiplicatã: & ex ea mulierem
formatam, nullo additamẽto extrinse-
cus sumpto. Maius enim fuit de nihilo
oĩa facere, q̃ paruã substantiã in ipsam
m̃tiplicare. Idẽ dicim⁹ de illis q̃nq; pa-
nibus in euãgelio. Et repleuit carnem "
ꝓ ea. Ne aut turpis esset fossa, si vacua
omnino, aut si os pro osse regeneretur
nullum signũ remaneret ablatæ costæ,
per quam constat vnum tãtũ principi
um esse totius generis humani: & ideo
retentum est signum, & sicut cicatri-
ces Christi in triumphum. Quamob- "
rem relinquet homo &c. Duæ istæ tm̃

personę in paradiso excludunt, scilicet ne pater cum filia aut filius cum matre coeat. Lex autem decem personas: euangelium vsq; ad septem generationes omnes excludit. Quid est qd̄ dicit relinquet? nunquid vt prius faciat & postea dimittat? nō. Sed relinquet, idest nunq̄ carnaliter adhęrebit. Nec dicendum ꝙ relinquat habitatione aut omi no dilectione, sed præuilegio dilectionis, qd̄ ad vxorē transferre debet: & etiam relinquat subiectione & tutela paterna a qua emancipatus est. ex quo fit paterfamilias, vt curam propriæ familiæ impendere possit. ›› Et erunt duo in carne vna, idest tanta erit dilectio inter virum & mulierem ꝙ vtriusq; spiritus nullam habebit differentiam inter carnem a se viuificatam, & carnem alterius dilectam: & si possent, in vna & eadem carne libenter habitarent. Et qa in re non possunt facere hāc vnitatem qd̄ possunt faciūt vnionem dilectione. Vel in carne vna, scilicet in generatione vnius carnis, idest prolis cooperabuntur.

A Gen̄.3. SEd & serpens &c. Permissus est homo tentari: quia aliter non esset gloriosum stare. Sed nota, ꝙ non est tentatus per aliquam simplicem bestiam, vt est columba vel agnus: ne posset scilicet excusare transgressionem dicens: Quis putaret dolū inesse in huiusmodi specie vel forma? ›› Cur pręcepit vobis deus. Caute fingit se dubitare de præcepto prohibente, vt & mulierem faciat dubitare: & deū qui tam boni ligni fructū prohibuit ostendat nō tātū eos diligere quantum oportebat. ›› Ne forte moriamur. Nota dominus affirmauit dicens. Morte moriemini. Mulier dubitauit inquiēs. Ne forte moriamur. Vnde diabolus sperans per hoc se posse efficere qd̄ volebat, plane vt aduersari[9], negauit dicens ›› Nequaq̄ moriemini. Aperientur oculi vestri. diuinam cognitionem, qua deus omniū naturas perfecte & vno intuitu comprehendit, promittit ei. ›› Et eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Duo promittit, dignitatem & abundantiam rerum, vt vnū persuadeat, idest comestionem pomi.

Per duo illa quæ promittit, inducit in superbiam & auaritiam. vnde ipsa mulier æstuando dubitans atq; ponderās promissa diaboli & prohibitionem dei respexit ad lignum: & ita capta est gula, vt etiam absq; promissis diaboli per solum visum ad esum ligni psuasa est merito, vt qui in sordib[9] est sordescat adhuc. Dicitur tamen comestio pomi B primū peccatum, sed actuale intelligendum est, qa præcesserūt superbia & auaritia. Aperti sunt oculi amborum. ›› non ꝙ viderent aliqua quæ non ante viderent: sed quia visu percipiebant & cogitabant tale quid, qd̄ non ante. Cūq; co ›› gnouissent se esse nudos, idest nuditatem disconuenire pro motu illicito: & quia auferre non potuerunt tegere voluerunt partes illas, in quibus motum illicitum senserunt. Iuste quidem inflicta est homini hęc pœna a domino: vt quia ratio noluit obœdire suo superiori, idest deo: nec ei obœdiat suum inferius, idest caro. Ex misericordia tamen dei & vt homo subsistere possit, factum est vt cæteræ partes corporis ad nutū rationis stent aut moueātur. Vna aūt pars rationi non obœdit, in signū trāsgressionis, scilicet pudenda. Ideo videlicet quia tota propagatio generis humani per partem illam erat trāsitura. Scriptū est in ea, quasi in porta, signū inobœdientiæ parentum: inobœdientia inflicta membrorū. Folia ficus. ›› C Per hoc quidam existimant ficum fuisse lignū sciētię boni & mali: Et qa dn̄s dixit ad Natanaelē in euangelio: Priusq̄ Ioan.1. te Philippus vocaret, cū esses sub ficu vidi te. Vocem domini deambulantis. ›› Ecce quanta est misericordia dei: non vult eos subito cōuenire de culpa sua ne amissa verecundia inuerecundi fiant & pertinaces. Sed dat eis locū pœnitentię & consilii: vnde deambulat vt audiant & sic fiāt memores ipsius dei. Adam vbi es? Quæstio, vel ex increpa ›› tione vel ex compassione Eo ꝙ nudus ›› essem. Nota ꝙ stulte agit inducēs ad se excusandum, quod potius vertitur in eius accusationē: vt potius per hoc cō uincatur peccasse in pomo q̄ se excuset. Quis enim indicauit? Ac si dicat: ››

per nuditatem volebas te excusare,sed
potius te accusat : quia significat ne-
quitiam & peccatum præcessisse in te.
Et vere hoc significat : quia quis nisi
tua nequitia , indicauit tibi ꝙ nudus
D esses?Mulier quam dedisti mihi &c.Cō
uictus de facto,remouet crimen in mu
lierem , & mulier similiter in serpen-
tem:& per hoc vterꝗ retorquet cul-
pam in authorem deum.Quia hoc fe-
cisti maledictus es. De homine peccan
te non statim dedit sententiam:sed p-
posita quæstione dedit ei spatium vt
cogitaret de causa sua , & pœniteret.
Super diabolum autem statim ponit
sententiam: quia & ante peccauerat in
se & modo hominem ad peccandū im-
pulerat . Vnde magis reus factus me-
ruit , vt liceret ei tentare omnes alios
futuros. Et hoc totum ad detrimentū
suiipsius . Et sicut vnus lucifer elatus
est & omnes ei consentientes cecide-
runt cum eo : ita hic ipse solus in ser-
pente decepit mulierem: & quia omes
alii consenserunt ei,omnes cum eo sus
E ceperunt maledictionem . Non enim
serpens sed qui in serpente latebat dia
dolus maledicitur.Vocatur tamen no
mine eius, quia eum quasi tunicam in
duerat sed derisorie:quemadmodum si
latro aliquis assumeret vestes mona-
chi,vt magis latenter posset furari in-
ter monachos: & sic deprehēsus de fur
to derisorie quidem monachus appel-
laretur propter assumptas vestes . Et
vocādo eum attribuit ea illi quæ sunt
serpentis : & est historia metaphorica.
Inimicitias ponam inter te &c.Hic in-
nuitur ꝙ Eua resipiscens pœnitētiam
egerit:Vnde diabolus doluit.Quasi di
cat:tu gaudebas modo quia eam deie-
ceras:sed frustra,quia victus eris a mu
F liere. Semen tuum &c. Semen diaboli
vocat alios dæmones. Mulieris semen
alios homines: quorum quidam futu-
ri erant sancti & illi conterent caput,
idest superbiam diaboli de homine de
iecto. Et tu insidiaberis calcaneo eius,
idest semper sequeris vt decipias.Mul
tiplicabo ærumnas tuas, respectu ęru-
mnarum viri. Et conceptus tuos. non
videtur esse hoc maledictio,sed potius

benedictio.In lege enim maledicta erat
sterilis: sed hoc dicens ad dolorem re-
spicit pariendi : vel propter inutilita-
tem concipiendi, quia non totiens pa-
riet:vel quia morituri erāt etiam post
partum:vel quia non omnes prædesti-
nandi erant ad æternā vitam,sicut fu-
turū fuit si non peccasset. In dolore pa
ries &c.Iste dolor superat omnes dolo
res.Et sub viri potestate eris.Non sub G
regimine tm̄ vt prius : sed sub violen-
ta dominatione,vt te vulneribus affli-
gat . Maledicta erit terra &c. Non fe-
ret per se sponte fructum vt viuas.vel
non respondebit tibi aliquando secun
dum opus tuum.Comedes hærbas ter
ræ.Superius dixerat . Ecce dedi vobis
omnem hærbam virentem & omne li-
gnum pomiferum in escam. Sed ibi de
dit eis hęrbam ad opus animalium eis
ipsis vero lignum pomiferum in escā:
hic vero maledicendo dat hominibus
hærbam in escam, cibum scilicet iumē
torum.Mater esset,scilicet futura,cun
ctorum viuentium. Fecit eis tunicas
pelliceas : vel de elementis ministerio
angelorum:vel docuit eos facere detra
hendo pelles ab animalibus.Ecce Adā H
factus est quasi vnus ex nobis . Irrisio
est quæ respicit ad stultam credulita-
tem eius de verbis serpentis. Eritis si-
cut dii scientes bonum & malum:& q̄-
uis sola Eua, non Adam, hoc crederet
tamen illi quasi prælato & doctori im
putatur . Talis autem irrisio aliquan-
do fit merito patientis & iuste,vt hic:
aliquando nequitia insultantis , & est
sarcasmos figura. Nunc ergo ne forte
mittat manum &c.Hic innuitur ꝙ eti
am post peccatum si comederet homo
de ligno vitæ fieret immortalis : & est
oratio defectiua. Quid autem deficiat
subiungēs aperit historiographus ibi.
Emisit eum &c . In quo innuitur su-
pra defecisse.Emittamus eum extra pa
radisum & sic subiungeretur . Emisit
eum &c. Cherubin & flāmeum gladi- I
um atꝗ versatilem . Quia & homo &
diabolus vterꝗ i paradiso peccauerāt:
vterꝗ eiectus est . Et ne alterutri illo-
rum iterum liceret intrare,cōtra vtrū
ꝙ posita est custodia & offendiculum.

Cherubin vt repellat diabolum, ignis vt hominem. Et notandum deum speciem ignis facere aut fecisse, vt in vita sancti Nicolai legitur, cuius natura dicitur esse, vt si quis manũ adhibuerit ardorem quidem sentit, sed nullam patitur adustionem: & est ignis ille talis naturæ, ꝙ comburit spiritum nec eget materia quã consumat: sicut nec ille qui est in sphera solis. Iste autẽ noster ignis & eget materia, & solum corpus vrit.

k Gen. 4. FVit Abel pastor &c. Breuiter trãscurrit ea quæ non est opus narrare. Cayn de fructibus terræ. Credimus deum docuisse Adam cultum diuinũ, quo recuperaret eius beniuolẽtiã quã amiserat per peccatum transgressionis & ipse docuit filios suos: dare scilicet decimas & primitias. Respexit dominus ab Abel &c. hanc cõsuetudinẽ creditur deus habuisse erga illos primitiuos patres sacrificantes: ꝙ mittebat ignẽ de cęlo ad cõburẽda sacrificia eorum qui ei placebant. Qꝫ autẽ munera non ex se, sed ex merito offerẽtis ei placebant, ꝑ hoc innuitur ꝙ ad Abel offerentem, prius q̃ ad munus dicit̃ respexisse. Peccatum in foribus aderit. Duabus de causis dicitur aliquid in forib⁹ adesse: vel vt intret, vel vt exeat. Similiter & hic de peccato potest intelligi. Peccatum in foribus est vt intret post malam cogitationẽ occasio parata peccandi: quã merito malę voluntatis homo meret̃, & deus iusto iudicio ei obiicit. Hominis autem bene aut male agere, ideo bonum velle aut malum vocat quia voluntas hominis libera est, & ad hoc & ad illud absq; exteriori adminiculo.

L Peccatum quidem qđ est in foribus vt exeat, praua voluntas est: quæ non potest celari quin aliquãdo exeat, & appareat aliquo signo. Sub te erit appetitus eius. Hoc est in tua potestate erit cauere tibi: vel ab interiori praua volũtate, vel ab exteriori occasione peccandi. Vbi est Abel frater tuus? Confessionem requirit dominus vbiq;: ne possit voluntas excusari. Vox sanguinis &c. Quia indiget vĩdicta, ideo clamat. Vagus: mutatione scilicet mansionum

Profugus timore. Maior est iniquitas. Ecce semper augmentatur peccatum: primum fecit fratricidium: deinde mẽdacio volẽs latere factum negauit: modo cõuictus de crimine, desperat. A facie terræ & a facie tua. Omnem humanam consolationem putat sibi auferri: scilicet bonitatem hominum & diuinam collocutionem. Qui interfecerit Cayn. Malo suo, quia volo vt septuplũ puniatur, id est temporaliter de te punitio fiat. vel interfector Cayn multipliciter punietur. Plus etiam q̃ Cayn propter prohibitionem homicidii factam a deo: quæ non erat facta Cayn. In Cayn signum, id est tremorem membrorum quasi † phanatici, idest furibũdi. vnde dignus apparebat misericordia, quia percussus erat ira dei, & excõmunicatus. Cognouit Cayn vxorẽ suam: quæ concepit & peperit. Post peccatum dicuntur viri cognoscere vxores, & vxores concipere & parere: per quod notatur ꝙ & filii nascebantur peccatores: & omnes isti de genere Cayn per opera propria notantur peccatores fuisse. Occidi virum in vulnus meũ. Opinio antiqua tradit hebræorũ Lamech fuisse cęcum: & tamen vacasse venationi per quoddam instrumentum, idest arcum qui non fallit: cuius chordam extensam quodcunq; animal tangit retendit arcum & vulneratur. Si quæratur ad quid venaretur cum non liceret carne vesci ante diluuium? dicim⁹ propter pelles animalium quibus faciebat calciamenta & pelliceas. Cum igitur quodam tempore Lamech & puer qui eum ducebat vacarent venationi: & Cayn sicuti furibundus curreret per illum locum: cum directione sui ductoris Lamech eum interfecit. Vnde ille iratus puerum suum qui eum ducebat occidit: & ideo de vtriusq; interfectione conqueritur cum vxoribus suis hoc modo. Occidi virum &c. Septuplum vltio &c. Quasi dicat multum punitus est Cayn, sed multo amplius punietur Lamech. Est etiã alia opinio de cõquestione Lamech. Dicũt eñ qdam ꝙ iste duę vxores Lamech male tractabãt eum assidue: & hoc sine causa. Vñ ipse

M †Spatici .i. cõcussi & stare nequeũtis.

N Questio

iratus aliquando conuenit eas & allo-
cutus est his verbis. Audite vxores La
mech &c. Occidi virũ: aut feci aliquod
aliud scelus pro quo sic debeã tractari?
Certe septuplũ vltio sumetur de Cayn
idest de interfectore Cayn magna pœ
na accipietur: sed multo maior pœna
in vos pro me irrogabi͂t. Iste cœpit in-
uocare nomen domini. Nouum cultũ
vel nouas orationes inueniẽs ad inuo
candũ deũ specialiter, vel imagines ad
deũ repr̨esentandũ & magis diligẽdũ.

Ge.5. O HIc est liber generationis &c. Ideo
recapitulat vt reprobata proge-
nie Cayn ostẽdatur per Seth facta pro
pagatio hũani gñis. Et vocauit nomen
eorũ Adã. Prius fuit eis cõmune nomẽ
Adã. Postea solus vir obtinuit ipsum
proprium. Genuit ad imaginem. mor-
talis mortalem: vel corpus corpus: nõ
anima animã. Iste cõsolabitur nos ope-
ribus & laborib⁹ manuũ nostratũ &c.
Prophetia est: p opera peccata, per labo
res pœnam peccati significat. Vel con
solabitur nos. s. postq̃ diluuiũ deletum
fuerit, humanũ genus: per istum saltem
restaurabitur: quod diluuium propter
opera manuũ nostrarum & ꝓpter labo
res a diuina vltione irrogabi͂t. In ter-
ra cui maledixit dominus: loquens ad
Adã: Maledicta terra in opere tuo. Noe
cũ esset quingẽtorum annorũ genuit,
idest cœpit gignere, nõ ꝙ illos tres sta
tim genuerit sed p successionem.

comune fuit hoc nomen Adã utriqꝫ ꝑ primorum parentum mansit tn postea in solo viro ut patet 5.

P
Geñ.6. VIdẽtes filii dei &c. In Hebræo est
filii angelorum: siue bonorum si-
ue apostatarũ, qui a quibusdam putan
tur concubuisse cũ mulieribus, & ge-
nuisse fortissimos, & maximos viros.
Non pmanebit spiritus meus: idest spi
ritus quem dedi homini ad vitam, hoc
est anima: quia caro est. totus homo sci
licet deprimit totum hominem: & re-
digit spiritum in animalitatẽ: qui po-
tius debuerat extollere carnem ad spi
ritualitatẽ. Centũ viginti annorũ &c.
Esaiæ.28 Sicut Ezechiæ mortem instantem mi-
natur, & quia pœnitet differt mortem
ita istis ad pœnitendum cẽtum vigin-
ti annorum spatium concesserat: & qa
fiunt deteriores patientia: spatium in
dultum abbreuiatur: nec in aliquo isto

rum mutatur cõsilium dei, sed tm̃ sen-
tentia. Item quod dicit generaliter:
Non permanebit spiritus meus in ho-
mine: & tamen Noe octauus seruatur
a misericordia eius: non discrepat: vni
uersaliter minatur: sed vt benignus in
parte punit. Gigantes erant super ter-
ram, vt enormitas membrorum signifi
caret superbiam animorum. Potentes
a seculo, idest in secularibus: vel quan-
tum potentes a principio seculi non
sunt visi. Videns autem deus ꝙ multa
esset malitia &c. Totiens replicat ma-
litiam istorum & inculcat, vt ostendat
patientiam dei non potuisse leuiter in
citari ad tantam subuersionem gene-
ris humani absqꝫ iustissima causa.
Pœnituit eumꝙ hominem fecisset. Pœ
nituit enim mutando quod videbatur
incœpisse in paradiso: vbi ita loquitur
hominibus. Crescite & multiplicami-
ni & replete terram. Præcauens in fu-
turum. Non ꝙ per imprudentiam mo
do ad hoc venerit quod non putaue-
rat: quem nihil latet: sed tam præca-
uet qui prohibet ne fiat, q̃ cui prohi-
betur & sollicite id vitat. Tactus dolo
re cordis. Nota: non est dolor nisi de Q
†amore amisso. Vnde cum amittimus †amato-
rem de qua non curamus: dicimus, nõ
attingit nostrum cor. Quanto igitur
profundior erat amor, tanto altius tã-
git dolor. Hic vero agitur de rei dile-
ctæ destructione: & ideo merito dolor
dicitur adesse magn⁹. Ab homine vsqꝫ
ad animantia. maximam ostendit iram
dei transituram a maximo ad minimũ:
& inde ab imo ad summũ. Hę sunt ge-
nerationes Noe: scilicet filii de quibus
& iam prædixit, & item repetit vt ad-
dat. Corrupta est terra coram domino
&c. Totum hoc repetit & inculcat ad
augmentum sceleris ostendendum, &
iustam iram vindicis. Quod dicit co-
ram domino, notat personam iudicis:
scilicet deum scire vt iudicem, qui ne-
scire dicitur rem nisi cum probata co-
ram eo fuerit: etsi enim per se sciat ne-
scit tamen ad vindictam. Hoc autem
facinus ita erat manifestũ ꝙ nulla ege
bat probatione: vel coram domino, qui
peccatum eorum attendebat, Ipsi enim

ita negligenter peccabant,ꝙ nec etiam peccatum esse reputabãt. Finis vniuersæ carnis &c.Secũdum vniuersale meritum peccatorum sequeretur vniuersalis pœna omnium:sed per misericordiam temperatur in parte.Trecentorũ
Cubit⁹. cubitorum.Cubitus proprie tenet pedem & dimidiũ:sed hic Moyses de geometrico cubito agit, quem nouerat in Ægypto:qui nouẽ integre cubitos cõtinet.Vnde constat tantam fuisse magnitudinem arcæ,quæ sufficeret ad omnia animalia capienda quę venerunt ad eam.De compositione arcæ vtrũ in imo lata fuerit & semper vsq; ad summum surgens stringeret magis ac magis: an parietes surrexerint æqualiter in summo, vel etiam plus q̃ in imo a se distãtes:& in tecto tm̃ fuerit cacuminata,diuersę sunt opiniones. Cœnacula a cœna.s.solaria.Tristega.i.distin
Tristega. ctiones tricameratas secundum longitudines mansionum:a tris & stega,qui est locus quo statur in naui dicta.Bina induces in arcam.Hic notat parilitatẽ masculi & fœmellæ.

R Geñ.7. TOlles septena.Hic notat numerũ. Septẽ in quolibet genere,nõ quatuordecim. Similiter duo de singulis ĩ mundis:non quatuor. Rupti sunt oẽs fontes abyssi magnæ &c. Quærit̃ vtrũ ex solis illis aquis quæ tunc erãt,factũ sit diluuiũ:an aer & cętera elemẽta cõuersa sint ĩ aquas, tã pluuiales q̃ labiles,qb⁹ factũ sit diluuiũ?Quod qdẽ dubiũ est sicut & illud:qñ scilicet aquę vaporaliter eriguntur ad superiora,ad tẽperandum superiorem calorem:vtrum minuatur aqua:an tantũdem inferioribus remaneat.Cataractę cęli aptę sunt. Quidam volunt firmamentum apertũ fuisse,& supercælestes aquas descendisse per pluuias:qđ dubiũ est similiter.

S Geñ.8. REcordatus est autem Deus Noe: scilicet secundum effectum nõ affectum. Oblitus enim videbatur,quia tã diu dimiserat in periculo:modo dicitur recordatus,quia liberat eũ. Post centum quinquaginta dies. Ab ingressu videlicet Noe in arcam.i.primo die sexti mẽsis ab inundatione. Centũ eñ quinquaginta dies:quinq; menses integre faciunt.& hic dies est decim⁹octauus septimi mensis anni.Requieuit arca mẽse septimovigesimo septimo die. Hic est vicesim⁹ dies noni mensis,anni videlicet nõ inundatiõis. Decimo eñ mense scilicet inundationis:prima die mensis, quæ est scilicet decima octaua noni mẽsis. Apparuerũt cacumina mõtium. Cumq; transiissent quadraginta dies.i.post vicesimam septimam diem duodecimi mensis.Emisit coruum &c. Emisit quoq; columbam &c. transactis septem diebus post coruũ emissum. Et ex hoc coniicitur,quia in secũda emissione columbæ dicit: expectatis aliis septem diebus,post primã.s.emissionem. At illa venit ad eum ad vesperam: decimanona die primi mensis,sexcentesimi primi anni:sed ab ĩundatione secũdo die duodecimi mẽsis,id est quadraginta diebus minus. Expectauitq; nihilominus septem aliis diebus,vt perficerentur nouem dies duodecimi mensis ab inundatione:sed. xxv.sexcentesimi primi anni.Igitur sexcentesimo primo anno &c.Nota:qđ sequitur secundum congruentiam narrationis,secundũ ordinem rerum gestarum sequi non potest.Sed per recapitulationem dictũ intelligamus quod prius in narrando ꝑtermiserat. Si quis autem opponat,ꝙ sexcentesimoprimo anno prima die vidit Noe exsiccatam superficiem terræ: & tamen iam ante diximus ꝙ nonodecimo die eiusdem mẽsis columba attulit ramum:quæ octauo ꝓcedenti.i.duodecimo die mensis eiusdem emissa,nec locum vbi pes eius requiesceret inuenerit:sciat hãc esse naturam columbæ ꝙ non potest pes eius requiescere ĩ luto: terramq; non ideo dici in hoc loco exsiccatam,ꝙ ex toto abesset aqua: sed quia vis aquę recesserat:nec aderat aq̃ nisi luculenta.Vnde in secundo mense dicit terram arefactam,qđ plus est.

T TError vester ac tremor sit sup cũcta animantia. Nõ est enim ita vehemens leo si non sit irritatus, qui nõ reuereatur hominem.Erit vobis in cibum.Hic apparet non ꝓpter esum carnium deletos esse homines in diluuio. Vnde non cibus,sed intemperatus vsus
V Geñ.ix.

arguitur. Carnem cum sanguine non comedetis. Hoc prohibet ꝓpter signũ: vt intelligãt se debere abstinere a fundẽdo sanguine carnis humanę, quã nõ licet comedere, cum tantoꝑe ꝓhibeã tur a comestione sanguinis licitæ carnis. Et vt hoc ĩtelligat̃ esse prohibitũ: ipse ostendit subiungẽs. Sanguinẽ eñ animarum vestrarum &c. Et hic ꝓprie est prohibitio homicidii ꝑ pœnã quã minatur: præcedens vero prohibitio q̃dam compꝫtẽtia est ad istam faciendã. Cum enim bestiæ dignæ sint pœna & vindicta, quæ non propter malitiã sed propter bestialitatem & irrationabilitatem suam sanguinem fundũt humanum: quanto magis homo, qui ratione vtitur, si sanguinẽ hominis fundat, debet mulctari? Requirã de manu bestiarum: vt in resurrectione tota substãtia hominis ei restituat̃: licet prius in substãtiã bestię comedẽtis hoĩem trãsierit. Et de manu hominis: dupliciter scilicet vel restituendo substantiam vel irrogando vindictam. Recordabor fœderis mei. i. recordari faciam vos vt cõfidatis & non timeatis iterum perire diluuio. Porro Cham ipse est pater Chanaan. Hoc ideo p̃missum est: quia Noe statim maledicturus erat Chanaan nepoti suo ꝓ ꝑcato. s. Cham patris eiusdem Chanaan. Verẽda patris nudata. Hinc apparet homines antiquitus nõ esse vsos fœmoralibus. Nũciauit duobus fratribus. Magna ostendit̃ neq̃tia Cham: non enim suffecit ei ꝙ solus vidisset, nisi & alios participes suæ impietatis faceret. Maledict⁹ Chanaan. Quasi dicat sicut non est mihi lętitia de te filio meo: sic nec tu possis lętari de tuo. Ibi inducit maledictionẽ vbi maius solet esse gaudium. Pręcipue eñ de filiis lętant̃ parentes. Et benedictus dñs de⁹ Sem. Non Sem, sed deo eius benedicit: vt intelligam⁹ omne bonum nostrum non nobis sed deo esse adscribẽdum.

dominum bestie requiretur sanguis hominis et de manu hominis etiam de per s imo de tante

X Geñ. 10. HÆ sunt generationes Noe. Quę scilicet sequunt̃ distictæ ĩ septuaginta duos patriarchas, populos & linguas diuersas, scilicet quatuordecim filios Iafeth. Et vigĩti septẽ filios Sem: & trigintaunum filios Cham: qui oẽs septuaginta duo sunt numero, siue filii siue populi. Ab his diuisæ sunt insulæ. Post diuisionem linguarũ hoc modo terra fuit diuisa: ꝙ filii Iafeth obtinuerunt septẽtrionalem partẽ Asiæ & totam Europam. Filii Cham australẽ partem Asiæ & totam Africam. Mediũ autem Asiæ quę maior est q̃ Europa & Africa, filii Sem possederũt. Ipse cœpit esse potens in terra. Iste Nemroth mole corporis & virtute superãs alios homines, dominium cœpit exercere super cæteros ꝑ violentiã: & induxit eos ad idololatriam, vt ignem quasi deum colerent: quia vtilitates maximas beneficio solis qui igneus est in terra contingere videbat. Quem errorem Chaldæi postea secuti sunt. Multiplicẽ iniuriã & deo & homini fecit: deus enim solus debebat pręesse homini, qđ ille ei abstulit cum se illi interposuit, & in ignorãtiam redegit auferendo ei cultum debitum: homini vero iniuriam fecit qa eum dominio iniusto oppressit & ĩ errorem decipiendo induxit.

¶Consilio & imperio huius facta fuit turris, consentientibus ei malis ex voluntate: melioribus autem ex coactione, vt Sem & Heber & cęteris bonis viris. Huius turris faciendæ, liber dicit causam talẽ fuisse: scilicet vt anteq̃ diuiderentur in diuersas terras facerent aliquid gloriosum in memoriam posterorum. Alii dicũt ideo factam fuisse ab eis vt pręcauerẽt sibi a simili diluuio: vt etiam deus non posset eis nocere, si forte iterũ puniret homines ꝑ diluuium. Potest etiã dici a Memroth factam esse cupiditate regnãdi. Vnde diuisis linguis, ipse cũ familia sua ibi remansit, cæteris recedentibus: & Assur expulso cui paterno iure contingebat illa mansio: quia erat de Sem maiore filio. Assur autem recedens in terrã quę postea ab ipso dicta est Assyria: multiplicatus est vsq; ad regem Ninum, qui ab eius progenie ortus est. Hic condidit ciuitatem & vicit Cham in bello, qui vsq; ad illud tempus vixerat: fact⁹ rex Battię Nino vicinus, & vocat⁹ Zoroastes inuẽtor & author maleficę mathematicę artis: qui etiã septem libera

Y De turri agit̃ Geñ. xi.

Zoroastes.

les artes quatuordecim colũnis septẽ æneis & septem lateritiis contra vtrũ ꝙ diluuium in vtilitatem posterorum præuidẽs scripsit. Huius libros mathematicę, Ninus adeptus victoriam combussit. Post hæc audacior factus inuasit Nemroth, id est Chaldęos: & acquisiuit Babylonem, transferens illuc caput imperii sui: & inde dicit sequens litera. ” De terra illa egressus est Assur &c. Q2 autem dictus est venator, simile est quasi dicat scilicet ita cõcludens coarctauit homines, quemadmodũ venator bestias. (Venator.) Quasi: istud quasi in vsu dicendi prouerbium illud construebatur hoc mõ: tu es crudelis q̃si nemroth robustus &c. (Quasi.) ” Hæc est ciuitas magna.s. Niniue. ” De quibus egressi sunt Philistiim & Capturim. (Niniue.) Isti sunt populi qui processerunt ab illis: nec tamen post diuisionem linguarum, sed ante vt discederẽt in propriis linguis populi: Alioqui non septuaginta duæ linguę reperirentur. Nec possumus dicere ista nomina fuisse propria personarum: qa nec inuenitur in libro, quorum filii fuerĩt. ” Factiꝙ sũt termini Chanaan &c. Ideo Moyses ad populum suum loquẽs, describit terminos terræ Chanaan: qa eã erat possessurus ex ꝓmissu dei. ” At vero ” Arphaxat genuit Sale. Nota secundum Lucam, hunc habuisse filium nomine Chaynam quẽ posuit in generatione Christi ꝑ Sela. (Sale vel Phalech) Igiť nisi hũc Chanaan in numero cæterorum ponamus non complebuntur septuaginta duo. ” Hę familiæ Noe. Repetit cõmuniter de generationibus Noe vt veniat ad diuisionem linguarum per superbiam turris. Nota ꝙ omnes præcedẽtes patriarchæ qui & a tribus filiis Noe descẽderunt & alios supranominatos, genuerunt: præter eos quos liber noĩat alios quosdam habuerunt filios non nominatos, qui remanserunt in propriis familiis patrum suorum. Filii autẽ qui nominati sunt, per se discretas fecerũt familias a familiis patrum suorum.

Z ” Geñ.xi.

MOrtuꝰ est Aram ante Thare: vel in conspectu patris sui positus ĩ ignem quem adorare nolebat: vel ante q̃ pater suus moreretur.

” A Geñ.12. Questio

DIc ergo obsecro te ꝙ soror mea sis. Quæritur quare tam iustꝰ homo voluerit mentiendo vitam corporis seruare per mortem animæ: vel vitæ suæ prouidere, & vxoris suę pudicitiam negligere: quasi deus non potuerit æque seruare eius vitam & mulieris pudicitiam. Sed constat hunc non mentitum: quia soror eius erat. Item si proferatur verbum vel signũ ad significandum qđ non est, non tamen ꝑpter deceptionem, sed vel propter vtilitatem vel correctionem, vel increpationem: non dicitur medacium: sicut ipse dominus Cleophæ & alii discipulo fin xit se longius ire: nec tamen abire voluit, sed retineri, vt increparet & cõfirmaret eos. (Luc.vlt.) Item Heliseus ligatus quærentibus eum dixit se non esse quẽ q̃rebant: seꝙ perducturum eos ad eum p. misit: & duxit eos inter medios hostes, quod ipsi meruerant apud deum. Fuit ꝙ relator diuinæ voluntatis non suæ: nec accusatur de mendacio: sicut nec ille qui refert aliena verba. Vel si concedamus Abram mẽtitum fuisse sicut hominem, non est mirum: non eñ semper verum dixit. Nunquid non est mẽtitus beatus Petrus timore mortis in passione domini? Sed sciẽdum ꝙ casus sanctorum virorum quando contingit permittente deo nobis in spem proponitur resurgẽdi. ” Flagellauit dominus ” Pharaonem scilicet per sterilitatẽ. Conclusit enim dominus per idem tempus oẽs vxores Pharaonis & familiæ eiꝰ, vt nec conciperẽt. ” Præcepit Pharao super Abraham viris: vt prębereut ei scilicet conductum securum ad educẽdũ quicquid habebat, nec quis noceret.

B

” C Geñ.13.

ET inuocauit ibi nomen dñi. Hoc dupliciter potest ĩtelligi, scilicet ꝙ tunc quando altare fecerat inuocauit, vel modo. ” Si ad sinistram ieris. Cũ concedit ei potestatem eligendi, amputat ab animo Loth, ne existimet ipsum velle discedere ab eo ideo vt meliorem partem terræ sibi eligat & retineat. ” Ti ” bi dabo & semini, id est tibi in semine tuo non in persona tua. ” Vsꝙ in sempiternum. non ꝙ semper eam habuerint ex tẽpore illo, sed quia nullus terminꝰ

ponitur amittendi eam vel auferendi. Sicut & Melchisedech dicitur non habere patrem & matrē, solūmodo quia non nominauit eos scriptura.

D Geñ.14. CHodorlaomor. Iste cōgregauit omnes remotos in auxilium cōtra quinq; reges Sodomorum factos sibi rebelles. Rex gentium. Nō dicit quarum quia pluribus dominabatur gentibus. Contraq; regē Bale. Istum non nominat quia minus peccauerat nominatis. At vero Melchisedech proferens panē & vinum. Quod inter gētiles signum est pacis sicut & oliua solebat eē. Et nota ordinem: hęc proferēs, bene dixit scilicet de deo excelso: ꝙ scilicet ad eū pertinebat. Erat enim sacerdos dei altissimi: vel ita intellige. Proferēs panem & vinum quæ scilicet erant, nō purus cibus, sed sacrificiū. Erat enim sacerdos &c. Leua manum. Non cupidus terrenorum. Ad dominum deū: qui meliora & plura dare pōt. A filo subtegminis. Per hoc notat interiora. Vsq; ad corrigiam calciamenti. Per hoc exteriora significat & omnia communiter excludit.

E Geñ.15. DOmine de⁹ quid dabis mihi? Nō ex diffidētia dicit hoc: sed ex desiderio cognoscēdi quid dari deberet. Et filius, est scilicet, pcuratoris. Iste Damascus &c. Quasi iratus defectiue loquitur.

F Geñ.17. DElebitur anima illa de populo. Si veniens ad ætatem discretionis neglexerit accipere: vel interficiet vel expelletur a populo.

G Geñ.18. CVmq; leuasset oculos suos. Nō vidit eos de procul venientes: sed ex improuiso apparent. quod signū est potentiæ. Vita comite. Modus loquendi talis est: vel comitante vos, quia viuetis: & tunc est hoc etiā promissio. Quare risit vxor tua? Virum increpat, quia eius est castigare vxorem suam. Descēdam. Tunc descendit deus quando de inferioribus se intromittit. Nunquid perdes iustum cum impio? Caute vult per īductionē peruenire vt parcat etiā iniustis pro iustis: & tamē interrogat, an pro iniustis velit interficere iustos: quod non oportet.

H Geñ.19. MInime. Non negāt se intraturos in ciuitatē: sed secundū oratoriā qualitatem loquendi innuunt ciues indignos esse ad quos diuertant. Nō potero facere quicq̄. Modus est humanæ cōsuetudinis qđ dicit, quasi dicat: Post q̄ proposui ita facere, nō potero aliter facere. Pluit dominus. A domino. Dominus existens in terra præsens: a dño existente in cælo pluit. Dominus iudicans, a domino imperante. Abrahā consurgens mane. Nota sollicitudinē sancti viri qui propter hoc mane surgit: vt videat si dominus seruauerat eos p quibus orauerat. Recordatus est Abrahæ. Non tamen in hoc vt pro iustis iniustos saluaret: sed ne pro iniustis iustum perderet. qđ primum promiserat Abrahæ. At ille non sensit neq; quādo accubuit &c. Mirum videtur ꝙ concubuerit cum filia, nec sensit tale opus se facere: sed ita possumus existimare, ꝙ Loth consueuerat vxorem suam habere, & tunc ebrius factus putabat illā esse præsentem: & ita non sensit nec cogitauit filiam suam esse propter ebrietatem. Vterq; tamen & pater & filia peccauit, licet malignam intētionem neuter habuerit. Moab quod īterpretatur ex patre: quia de patre eum conceperat, dedit hoc nomen. Altera vocauit filiū suum Amon: quod interpretatur fili⁹ populi mei: & non ita manifestauit facinus suū sed tantū ostendit ꝙ de quodam de populo suo conceperat.

I Geñ.20. PRofectus inde Abraham in terram australem &c. Peregrinatus est in geraris. Videtur hoc esse dictum per recapitulationē: quia dicit placuisse Sarram Abimelech ob nimiam pulchritudinem: quod non videtur verum, cum iam superius dictum sit eam esse vetulam & emortuā & muliebria ei cessasse, propter senectutem. Potest etiam dici ꝙ licet multum ętate processisset nō tamē amiserat pulchritudinem, quam habebat magnā naturaliter. Venit autem de⁹ ad Abimelech per somnū. Idē fuisse factum apud Pharaonem. intelligendum est: q̄uis ibi taceatur. Filia patris mei, id est filia Thare. dicitur enim secūdum quosdā ꝙ Thare pater Abra

quo modo sit intelligendum veniat illud abraham de sarra uxore sua est filia patris mei

ham mortua matre ipsius Abrahã, duxit aliam vxorem: de qua genuit Sarã: & ita non fuit filia Aram. vel potest dici, ꝙ fuerit filia patris Abrahæ. i. Thare: qa neptis. Vel aliter filia patris, mei

K » i. qui est me⁹: scilicet meus frater. Hoc erit tibi in velamẽ oculorum, id est ad vela aut ꝑpla emenda ne amplius detegas faciem tuam & ameris ab aliquo & capiaris sicut modo. Vel aliter, in velamen oculorum, id est in opprobrium & erubescentiam: quia illi erubescũt q de aliquo facto solent velare oculos: & vt amodo caueas huiusmodi euẽtum.

» Memento te esse deprehensam. In hoc scilicet quod dixisti: ꝙ vir tuus erat

» frater tuus. Orante autem Abrahã sa-

» nauit deus Abimelech & vxorem &c. Quod hic addit de Abimelech ꝙ eũ sanauit & vxorem & ancillas quas concluserat ne parerent: totum intelligendũ est de Pharaone similiter factũ fuisse: sed ibi tacetur. Igitur hic manifestatur quo flagello flagellatus sit Pharao, id est sterilitate: & eodem modo sicut Abimelech sanatus fuit per orationem Abrahæ.

L » Gẽn. 21. Aperuit oculos eius deus. q̃ videns puteum. Nõ subito factus est puteus: sed qui pri⁹ erat factus subito visus est ab ea.

M » Gẽn. 22. Tolle filium tuum vnigenitũ quẽ diligis &c. Omnib⁹ istis verbis intendit hoc vt magis & magis accẽdat carnalem amorem patris erga filiũ: vt postea præponat amorẽ dei suo carnali amori: & cũ vicerit gloriosior sit vi-

» ctoria. Die autem tertio eleuatis oculis. Quia nõ sunt tres dietę a Bersabee vsq; Hierusalem: dicunt quidam ꝙ ille mons super quem sacrificauit Abrahã non sit ille idẽ vbi crucifixus est Christus. Sed falluntur (vt credimus) q hęc dicunt. Potuit enim Abraham facere paruas dietas: vt homo qui valde sollicitus erat, tum de morte filii sui, tum de imperio domini: & minus cogitabat

» de festinatione itineris. Filio tuo vni-

» genito: respectu liberę. Possidebit semẽ tuum portas inimicorum suorũ, id est fortes erunt & bellatores: & ita vi obtinebunt ciuitates inimicorũ suorũ. vel quia in portis solet fieri iudicium: notat eos futuros iudices inimicorum suorum.

Sed quãtum est hoc? Quasi dicat magnum esset tibi & grauarem te. Potius facias quod vis, & nihil mihi des: vel aliter: quantum est hoc? Quasi dicat. Q̃z parum est quantum ad me? & nunq̃ pro tam paruo precio ero venditor, potius accipe sine precio. Spelunca duplex. Domus quædam fuit subterranea in qua erat solarium: & multi poterant sepeliri in ea in diuersis foueis vt subt⁹ & supra. Nõ peccauit Ephrõ, qui vendidit: nec Abraham qui emit. Nec etiam hodie peccaret si quis emeret purum agrum vt faceret ibi cœmiterium: sed qui cœmiteriũ vendit grauiter peccat. » N Gẽn. 23.

cimiterium vendens graviter peccat

Domine deus domini mei. Secundum opiniones gentium loquitur, quę habebãt singulæ ꝓprios deos. » O Gẽn. 24.

» Igitur puella cui dixero &c. Auguriũ est: nec tamen peccat, quia spiritu san-

» cto dictãte hoc fecit. Deposuit hydriã

» super vlnam. de scapula seu humero vsꝙ super vlnam deposuit vt ille compe-

» tentius posset bibere. Ad lauandos pe-

» des camelorum, id est ad vadandũ ne

» immunditia eis noceret. In conspectu

» eius panis. Nota in veteri testamento vix aliquando dicitur apponi cibus, nisi panis: non ꝙ solo pane viuerent, sed quia panis principalis est in mensa: & maxime quia principalem & spiritua-

» lẽ panẽ significat. Respõdit ei, Bathuel

» pater puellæ scilicet. Et dominus bene dixit domino meo. In tota sua ista oratione intendit persuadere vt & parentes velint filiam suam concedere filio Abrahæ: quia est scilicet a deo dilectus & diues & iuuenis, futurus hæres totius hæreditatis patris. Deniq; quia & diuino ductu & sorte aduenit. Ex quibus omnibus diuina voluntas probata est, contra quam nõ oporteret fieri. Et » P

» non dederint tibi. Ecce quasi onus repulsæ superimponit eis si noluerint acquiescere illi facto: quod nõ solũ Abrahã appetit, sed etiam dñs ad id dirigit.

» Si facitis veritatem & misericordiam. Sæpe coniungit hæc duo: & est veritas

quem creditur mons in quo immolavit abraham filium suum isaac et in quo passus est

quando ęquum eſt:miſericordia quando poteſt negari,nec eſt q cogat.A domino eſt ſermo.Illi argumento qđ firmius eſt,reſpondet.Rebeccę pro munere:quaſi in arram.Quęramus ipſius voluntatem.Hinc eſt orta cõſuetudo inquirendi voluntatem in deſponſationibus.In tãtũ dilexit vt dolorem temperet.Non tamen omnino auferat: nec luxuriæ cauſa hoc dictum eſt:ſed conſolationis.

Q Geñ.25. CVncta quæ poſſederẽt. Capitalem cenſum vt domos & ędificia dedit Iſaac.Vẽde mihi primogenita:vel primogenita animalium,quæ extra partẽ contingebant maiori:vel primogenita dicebãtur ſacerdotalis dignitas. Nam de benedictione paterna nõ poſſumus

Ca.xxvii hoc intelligere.In ſequẽtibus enim dicet Eſau.En altera vice me ſupplantauit,primogenita mea ante tulit:modo item benedictionem ſubripuit.En morior.quaſi dicat,nõ ſemp viuã ſed moriar,nec ſcio quando:quid igitur valebunt mihi primogenita?

R Iura ergo mihi.non credit ei ſine iuramẽto ꝙ pactũ teneat.Et lẽtis edulio.Hic oſtẽdit quę ſupradicta fuerit decoctio.

S Geñ.25. AD torrẽtem gerarę fodit puteos. Quia in torrente non eſt aqua niſi ad horam poſt pluuiam, & ſtatim deficit.Nunc dilatauit me dominus. Patet ꝙ pro magno bono reputabant puteum in terra aliena arenti.

T Geñ.27. BEnedicens ergo ait illi. Tu es &c. Nondum ponit benedictionẽ ſed pręparatio eſt ad benedictionem:ꝙ ita interrogat.Tu es filius meus Eſau? & cætera quæ ſequuntur. Fragrantiam a fragrando & illud a frangẽdo dicitur. Illa enim quæ redolent maiorem emittunt odorem quando frangũtur.Sicut odor agri pleni:ſcilicet floribus redolẽtibus.Cui benedixit dominus. Magnã abundantiam florum talium conferendo.Det tibi deus de rore cęli,& de pinguedine terrę.Hic continetur benedictio temporalium quę principaliter cõſtat in duobus quę coniungit.ſ.rore cęli & pinguedine terrę.Si enim pluat & terra non ſit pinguis:aut ſi ſit pinguis & non pluat non eſt ꝑfecta abundantia.Et notandum ꝙ non ſecundum intentionem,immo magis ſecũdum verba,facta eſt iſta benedictio:ſicut aliquis epiſcopus putãs ſe ordinare aliquẽ de clericis propriæ eccleſię ordinaret clericum alteri⁹ eccleſię ei conſimilem,ille tunc qui ita fraudulenter accederet eſſet reuera ordinatus, nõ ille quẽ epſ ordinare putauit.

V Quęſtio Quæritur etiã ſi aliqua fraude ſupponitur deſpõſanda alicui viro,putanti aliam ſe deſponſare,ſibi,vtrum firmum debeat eſſe cõiugiũ.

Rñſio. Sed ſciẽdum ꝙ ideo firmum haberi nõ debet,quia in nuptiis quicquid teneri oportet ſolo conſenſu vtriuſ ratum efficitur.Si tamen poſtea vtriq cõſentire voluerint,erit cõiugium & firmũ cenſetur.Sciendum autem apud veteres patriarchas hãc gratiam collatam fuiſſe eis a domino:vt cui benedicerẽt filio,ille multiplicabatur etiam in temporalibus ſuꝑ fratres ſuos . Dominũ tuum illum conſtitui. Ecce apparet ꝙ benedictionem factam mutare non poteſt.In pĩguedine terrę & rore cęli erit benedictio tua. Quaſi dicat in partẽ recipies:non in ꝑfectionem.Si acceperit Iacob vxorem &c. Non vult ei manifeſtare odiũ Eſau ne pater odio haberet Iacob filium ſuum.

X Geñ.28. TVlit de lapidibus qui iacebãt &c. Veriſimile eſt ꝙ non ſolus ibat Iacob eo ꝙ dormierit extra ciuitatẽ:quę ciuitas prius vocata eſt Luxa:& poſtea dicta eſt ab illo Bethel,propter viſionẽ quam vidit iuxta ciuitatẽ dormiẽs lapide ſuppoſito ad caput ſuum.Qꝫ terribilis eſt locus iſte. Dignus reuerẽtia cum timore ſcilicet,propter maieſtatẽ ibi viſam.Erexit in titulum.Signũ ſcilicet & monimẽtum viſionis ſuę. Et lapis iſte quem erexi &c.Et ciuitatem & ipm lapidẽ domũ dei.i.Bethel vocat.

Y Geñ.29. AMouit lapidem quo puteus claudebatur. Per hoc etiã patet ꝙ nõ ſol⁹ erat Iacob:ſed ſocios de domo patris ſui adduxerat.Eleuata voce fleuit. Pietatis eſt indiciũ.Auditis cauſis itineris.Non ꝙ pro timore fratris exulaſſet,ſed ꝑ vxore accipienda de gñe ſuo aduenıſſet.Os meum & caro mea.Verba pietatis ſunt.q.d. Quacunq cã huc

veneris iustum est,vt te recipiam. Facere voluisti. Quare ad hanc volūtatē te inclinasti? quasi dicat,in quo promerui hoc a te fieri?

Z Geñ.30. NVm pro deo ego sum? id est loco dei,vt restituā quod ille abstulit? Dormiuit cū illa,& exaudiuit de⁹. In hoc apparet ꝙ nō ex luxuria:sed cā ꝓlis tm̄ emit concubitum.Non em̄ deus inhonesta vota exaudiret. Nihil volo. Nunc scilicet accipere a te de tuo.Vel nullum certum p̄mium,sed quod deus mihi dederit secundum certam conuētionē.Et omnia quę non fuerint maculosa &c.Subaudit:si accepero. Argues me de facto. Diuisit gregem Iacob.s.separando arietes ab ouibus vsq; ad horam adaquandi, vt tūc tm̄ arietes ascēderent oues,quando virgas in canalibus viderent vtriq;.

A Geñ.31. VIdi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ecce per diuinum respōsum apparet eū non peccasse fraude aliqua, quia iustū erat eum accipere aliā mercedem q̃ vxores, quas dono debuisset ei dare Laban.

Geñ.33. QVasi viderim vultum dei. Adulatur ne moriatur. Reuersus est itaq; die illo Esau itinere quo venerat in Seyr. Nō videtur verum ꝙ vno die cum tanto exercitu rediret vsq; ī Seyr sed illo profectus est: nō tamen eodem die peruenit illuc.

B Geñ.34. QVando grauissimus vulnerū dolor est.Forsitan rationem physicam tangit, ꝙ in tertia die grauior est dolor vulnerum.

C Geñ.35. ABiicite deos alienos &c. Fortasse aliqui erāt in societate Iacob qui colebant deos alienos.Vel aliter.Consuetudo erat apud illos antiquos licet vnum solum deum crederēt:imagines tamen quasdā habebāt,quas verebanť: non ꝙ deos crederēt vt idololatræ:sed vt recordarenť per eas summi dei.Has tm̄ imagines ne in deterius vertanť ꝓhibet modo Iacob ne habeat sua familia.Et effundens oleum. Secunda vice oleum modo fundit.

D Geñ.36. TVlit aūt vxores suas,& filios &c. Quid est qd̄ dicit post mortem patris Isaac,totam substantiā suā quā habebat Esau in terra Chanaan, tulisse ī montem Seyr,& ibi deinceps mansisse: cum ante iam dictū fuerit,ꝙ Esau iam in mōte Seyr habitabat: & inde etiam mouit vt veniret ī occursum Iacob fratris sui: & item a fratre recedens illuc iterū reuersus est,vt ibi habitaret? Ad quod possumus dicere ꝙ ad funus patris celebrandum cum pecunia sua accessit:vel propter aduentum fratris,lætitia exhilaratus,vt cum fratre habitaret, venit in terrā Chanaan:& ibi moratus est vsq; ad obitum patris. Postea vero recessit in mōtem Seyr: qd̄ modo dicit.Reges aūt qui regnauerunt ī terra Edom. Verisimile est post cōbustionem legis per Babylonios in restitutione hāc partem appositam ad legem ab Esdra,qui potuit scire qui reges p̄cesserint in populo Esau,ante Saulem regē Israel. Friuolū enim videtur dicere ꝙ Moyses istud per spiritū Prophetię narraret.Et hæ sunt generationes ei⁹. Reuertitur ad generationes Iacob p̄missas,vt eas prosequatur.

O IN primis igit. triplex nobis eorum, quæ rite offerũtur, discretio occurrit: aut eñ de animalibus oblatio fiebat & sacrificium dicebat: aut in sicca materia, veluti in pane aut farina, siue in eis quæ ex his cõficiunt, quę proprie oblatio vocabatur: aut in liquoribus quale est vinũ & cętera huiusmodi: quã scriptura specialiter libationem appellat. Quis igitur aliquando scriptura & sacrificium oblationẽ & vicissim oblationem sacrificium appellare cõsueuerit: magis tamen ꝓprie sacrificia de animalib⁹: oblationem de siccis: libationẽ de liquidis accipiendã putamus. Porro sacrificiorũ: alia holocausta dicebantur: quia tota cremabantur. Alia sacrificia, in qbus pars cremabatur pars reseruabatur. Eorũ itẽ quorum pars comburebatur & pars reseruabatur, alia ꝓ peccato siue delicto offerebantur: in quibus præter id qđ in holocaustum domini cremabatur: reliquũ totum in esum sacerdotum cessit. Alia pacifica dicebãtur, quę vel ꝓ gratiarũ actione, vel pro soluẽdo voto, vel pro spõtanea deuotiõe offerebant. De quib⁹ pars in igne altaris cremabatur, pars autẽ. i. pectusculũ & armus dexter sacerdotum erat, reliquũ offerẽtes acceperunt. In holocausto sacerdos q ipm holocaustũ obtulit solã pellem accepit. In sacrificiis pręter adipẽ & renũculos & reticulũ iecoris, & alia quę ignis cõsumpsit reliquũ totũ sacerdotũ fuit. In pacificis similiter adipem & omnẽ pinguedinẽ intrinsecã & duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulũ iecoris cũ renũculis: & sic de ouibus foret, caudã etiã cũ renibus & vniuersa vitalia ignis altaris cõsũpsit: pectusculũ & armũ dextrũ sacerdos habuit: reliquũ totũ iis q hostiã pacificam obtulerãt remãsit. Itẽ i holocausto, quãdo de armẽtis vel pecorib⁹ immolatio fiebat masculina tãtũ offerri iussa sunt. In sacrificiis aũt ꝓ peccato atq; delicto, siue in pacificis: tã fœminina q̃ masculina poterãt immolari: eo videlicet ordine, quo ea lex immolari præcepit: vt videlicet in sacrificio ꝓ peccato, cũ qs de populo peccauerit per ignorãtiam, caprã iubeatur offerre: in pacificis autẽ marem vel fœminã pro voto offerentium quia gratuita erat oblatio, quisq; offerre poterat. Porro pacifica dicta sunt siue propterea ꝙ nõ pro culpa aliqua offerebant, siue quia pacẽ fecerũt ex omi parte vnicuiq; qđ suũ est tribuẽtes: qa in eis pars in sacrificiis domini cremabatur: pars sacerdotibus cedebat: reliquũ offerentium erat. Pacifica autem vel pro gratiarũ actione offerebant cũ videlicet aliquis de periculo liberatus in gratiarũ actione dño munus obtulit: vel ꝓ voto soluẽs ꝓmissum, vel spõtanea voluntate offerens.

QVãdo vero oblatio fiebat: aut de simila. i. subtili farina, illam esse oportuit: aut de panib⁹ coctis in clibano: aut de patella sine frixura: aut de sartagine cũ frixura. Similæ superfundebatur oleũ, & thus supponebat: reliqua oleo supfundebant sine thure. Mel aũt & fermentũ vniuersaliter ab oblationibus dñi remouet. Nã & qñ primitię horũ offerebant, sicut aliarũ rerum non tamen super altare ponebant: neq; aliquid ex eis in igne altaris cremabatur sed eleuata tm̃ corã domino, post a sacerdotib⁹ suscipiebant. Sal vero omibus sacrificiis misceri præcipitur, idest oblationibus. P Oblationes.

LIbationem in liquidis accipimus vtpote in oleo & vino. Q Libatio.

De personis a quibus fiunt prędicta.
Cap. III. & XI.

NVnc igit, qa ostendim⁹ differentiã eoꝝ q̃ offeruntur, cõsequẽs est vt distinguamus etiã psonas a qb⁹ offerunt: hoc est vel eos q offerũt dona, vel eos q ꝑ ministerio offerũt sacrificia. Vtriq; eñ offerre dicunt: siue videlicet q dãt siue p quos dãt. Sacerdotũ est sacrificia offerre: nõ vnius specialiter ne si vni cotidie necessitas sacrificãdi indicet a copula carnalis cõmercii ꝓhiberi videret: secũdũ illud, ꝙ vir

a quo exit semen coitus sancta ingredi vel tãgere ꝓhibet: & immũdus vsq̃ ad vesperam esse decernit. Cotidiana vero sacrificia & oblationes vicissim ab omĩ bus sacerdotibus fieri potuerũt, excepto illo sacrificio quo semel in ãno in sancta sanctorũ summus põtifex p sanguinẽ intrare pcipit: tamẽ quicũq̃ sacrificiũ offerret, ęqua erat portio oĩb⁹ sacerdotib⁹, & silr diuidebat singulis.

De temporibus & causis in eis offerendi. Cap. IIII. & XII.

R Tempora offerẽdi diuersa fuerũt. Erat em̃ sacrificiũ qđ cotidianũ dicebat, propterea q̃ illud cotidie offerri oportebat. Singulis nãq̃ diebus duos agnos deus ĩmolari pceperat in holocaustũ, vnũ mane & alterũ vespere: & hoc cotidianum & iuge ac sempiternũ sacrificiũ vocabat. Singulis vero sabbatis duos alios in holocaustũ adiici, preter holocaustũ cotidianum, vt essent simul quatuor, sancitũ fuerat. Porro in Calendis. i. in initiis singulorum mẽsiũ, cotidiano sacrificio addebant in holocaustũ duo vituli, aries vnus, agni septẽ, & hircus pro peccato. Mẽse autẽ primo. i. mẽse phase, q mẽsis nouorum dicitur: pter agnũ pascalẽ q quartadecima die ad vesperã ĩmolabat: sequẽti, idest qntadecima die in holocaustũ, cotidiano sacrificio addebant vituli duo aries vnus, agni septẽ, & hircus ꝓ peccato. eodẽ modo p singulos septẽ dies azimorũ fiebat. In festo etiã primitiuorũ, quod septies post phase hebdomadibus transactis. i. quinquagesimo die (in quo de nouis frugib⁹ dño panes offerre primũ cœperunt: sicut in festo nouorum falcẽ in segetẽ mittere & de granis confractis oblationẽ facere) cotidiano sacrificio addebãt vituli duo, aries

S vnus, agni septẽ. Quã videlicet diẽ qnquagesimũ existimo cõputãdũ a sextadecima die primi mẽsis, q̃ ꝓxima sequitur post qntãdecimã, nõ a qntadecima vt qdã existimant, q illã videlicet sextãdecimã esse putãt: in qua primũ falx in segetẽ mittebat, & manipulus primitiarũ corã dño eleuabat. Deinde prima die septimi mẽsis, hoc est in festo tubarũ, cotidiano sacrificio addebant in holocaustũ, vitulus vnus, aries vnus, agni septẽ, hircus ꝓ peccato: pter holocaustũ calendarũ. Hoc aũt festũ idcirco tubarũ qdã appellatũ credunt: qa tũc secundũ reuolutionem anni expleto canone scripturarũ, rursum ab exordio easdẽ scripturas legere & recitare cœperũt. Dehinc eiusdẽ mensis decima die festũ expiationis sequit vbi affligere aĩas suas iubent filii Israel: vt qdã arbitrãtur ꝓ pctõ vituli quẽ fecerũt moráte Moyse in mõte: cuius reatus veniã Moyses a deo hoc eodẽ tẽpore impetrasse existimat. Sic em̃ antiqua traditione perhibetur, q̃ lex qnquagesimo die post quintũdecimũ diẽ primi mensis, q scđm Hebreos sextus est tertii mẽsis, data sit in decẽ mãdatis: post quẽ diẽ Moyses ascẽdens in mõtẽ ad deũ, quadraginta dierũ ieiunio expleto, duas tabulas lapideas eiusdem pceptis inscriptas accepit, quas descendens ad montis radicẽ viso vitulo cõfregit. Rursumq̃ ascẽdens post alios quadraginta dies in aliis tabulis quas dño iubẽte ad similitudinẽ priorũ fecerat eadẽ præcepta accepit. Sicq̃ demũ tertio ascendẽs quadraginta dieb⁹ veniã ꝓ delicto ĩpetrauit. Post quẽ numerũ si duos dies adiicias, quorũ prim⁹ ĩter primã & scđam ascẽsionẽ secũdus, ĩter scđam & tertiã fuisse credit: decim⁹ septimi mẽsis dies occurrit: q merito diesp singulos ãnos celebrari iussus est: & dies expiatiõis vocat ꝓ eo q̃ in eo aĩas suas ꝓ cõmisso affligentes pœnitentia culpã expiabãt. Nouissime festũ seqt scenophegiorũ. i. tabernaculoꝝ qđ agebat in recordationẽ peregrinationis, qa filii Israel exeũtes de Ægypto p desertũ ĩ tabernaculis habitabãt. Qđ festũ a primo mẽse qñ egressi sunt de Ægypto ad septimũ trãslatum est, q̃ duo simul festa celebrari cõueniẽter nõ poterãt: q̃ etiã post festum primitiuorum nisi prius collectis messibus toti populo in vnum conuenire facile non erat. Quidam idcirco hoc festum septimo mense institutũ putãt, ꝓpter septẽ nubes quibus populũ de Ægypto egredientẽ obũbratũ ex antiqua traditiõe

asserunt. Octauũ diem qui contra morem veteris testamenti celebrandus indici videtur, non ad hoc festum pertinere putãt: sed aliud per se esse festum & alio tempore celebrandum. nisi ꝙ ex dispensatione huic festo coniunctus est ne forte populus tũ ex frequenti cõuocatione, tum ex imminẽte hyeme molestiam sustineret. Hoc autem ex Deuteronomii authoritate probant, vbi in festo scenophegiorũ nõ nisi septẽ dies cõmemorantur quando ipsum celebrãdum indicitur.

De locis, causis, & expositione literali Leuitici. Cap. V. quod est annotatiũcularũ in pentateuchon. Cap. XIII.

T Leuiti.1. His breuiter ꝑlibatis ad literam veniamus. Ad ostium tabernaculi testimonii. In vno eodẽq; loco immolabanť, idest laniabantur a sacerdotibus & offerebantur a populo victimę. tam holocaustorũ q̃ pacificorũ, & pro peccato & pro delicto: qui locus diuersis nominibus designatur. Erãt autem quinquaginta cubiti ab introitu atrii ex parte orientis vsq; ad introitũ atrii scilicet & testimonii: erant duo oraria vnum virorum Israel & alterũ mulierum. Inter hæc autẽ & introitum tabernaculi erat altare holocaustorũ nõ tamen in ipso introitu, sed sursum versus austrũ. Victimę vero offerebanť iuxta altare ad aqlonarẽ partẽ magis in introitu tabernaculi & immolabãtur: Caput videlicet & cuncta quę adhęrẽt iecori. Ideo potius caput nominauit q̃ pectus aut armũ: quia caput nõ solum per se offerebatur ab vno sacerdotum vel leuitarũ, sicut cętera mẽbra: sed cũ eo adhęrentia iecori & pedes, & intestina lota aqua iungebanť. Quæ quatuor vnus sacerdotum eleuabat & ponebat in altare. Alii octo sacerdotes reliqua mẽbra. Nouẽ vero sacerdotes offerebãt membra holocausti oĩa bñ lota aqua. Duo vero alii offerebant sanguinẽ vt om̃es simul essent duodecim. Decebat autem vt illa quæ in cultu dei immolata erant, a pluribus etiam sacerdotibus offerrentur.

Tollet pugillũ plenũ similę & olei ac totum thus. Expressius dixisset pariter cũ thure: totũ thus: thure adiũcto: qđ totũ cõplectiť. Sinautẽ de craticula fuerit sacrificiũ, æque simila oleo conspergetur. In Hebręo pro craticula habetur marhesit, qđ est proprie sartago: in quo frixura fit: quod & sono ipsius nominis innui videtur. Nã marhesit consiliatrix interpretatur propter stridorem, videlicet frixurę & susurriũ siue murmur quo consiliantem imitari videtur. Vbi autem in Leuitico habetur: oblatio de sartagine, in Hebræo est mahhebat. Potest igitur ita distingui. michhar, id est cribrum vel rete. Mahhebat. i. patella vbi decoctio fit liquida. Marhesit, id est sartago vbi frixura fit. Nec quicq̃ fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tm̃ eorũ offeretis ac munera. Nã in sequentibus dicet ꝙ cũ hostia gratiarũ panes duo fermẽtati offerentur. Ex quibus vnus pro primitiis offereť dño, & erit sacerdotis: vt intelligať ꝙ hęc. s. fermentũ & mel, quãdo pro primitiis offerebanť nihil de ipsis sup altare cremabať, sicut in aliis primitiis: sed cedebant in vsus sacerdotis eleuata prius coram dño. Sinautem obtuleris munus primitiarũ frugũ tuarũ domino. De oblatione paschali hic intendit agere. Offeres primitias tuas dño fundens sup eas oleũ & thus imponẽs. Ideo thus: qa oblatio dño est. De qua adolebat sacerdos in memoriã muneris, partẽ farris fracti & olei. s. partem. thus vero totũ adolebis. vt non remaneat de ipso pars aliqua, sicut de farre & oleo, sed totũ comburať. Hoc igiť in primitiis fermẽti & mellis nõ fiebat. V Leui.2.

Quod si hostia pacificorũ fuerit eius oblatio &c. Pacifica dicebantur sacrificia q̃ offerebanť ab iis q non ꝓcedẽte delicto, sed quasi pacẽ habẽtes deo offerebãt. vel ideo pacifica: qa pacẽ faciebãt ad oẽs vnicuiq; suã portionẽ tribuẽdo. Oẽs siquidẽ ex ea cõicant nec vni cedit. Ex eis nãq; pars in dei sacrificium adolebatur: pars in vsum sacerdotum, idest pectusculum & armus dexter cedebat: reliquum erat offe- V Leui.3.

rentium. Nam quoddam sacrificium erat in quo solus deus participabat: vt holocaustum,& sacrificium pro pecca=to sacerdotis,& sacrificium pro pecca=to totius populi: quorũ primũ,totũ in altari igne cremabať: reliqua duo par=tim in altari partim extra castra. Qđ=dam etiam sacrificiũ erat in quo pars deo cedebat,pars sacerdotibus: vt in sa crificio pro peccato principis,& singu=lorum de plebe. Quoddam in quo pars coram domino cremabať pars ad esum sacerdotum veniebat,pars reliqua offe rentibus remanebat: vt in pacificis, in quibus adeps erat dei cum quibusdam aliis partib⁹: pectusculum & armus de=xter sacerdotis,reliquum offerentium sicut iam superius diximus. Aliarũ ve=ro oblationum de farina,præter pugil=lum qđ in memoriale corã domino cre mabatur,cum toto thure de quo nihil reseruabatur: qđ reliquũ erat totũ ce=debat Aaron & filiis eius. Similiter de clibano & sartagine & craticula pars in memoriam coram domino cremaba tur: reliquum erat Aaron & filiorum eius. Sic & de primitiis pręter fermen=tum & mel de quibus nihil cremabať.

Y Leui. 4. ,, ANima si peccauerit per ignoran=tiam,& de vniuersis mãdatis do=mini,quæ præcepit vt nõ fierent,quip piam fecerit: hucusq; pendet sententia postea: per subdiuisionem distinguit. ,, Si quidem ille qui hoc fecit, est sacerdos ,, qui vnctus est,offeret &c. Si autem oĩs ,, turba Israel &c. Si aũt peccauerit prin ,, ceps &c. Hæc omnia subiuncta respon dent ad primã propositionem, qua di=ctum est. Anima si peccauerit. Qđ autẽ ait,si fecerit quippiam de vniuersis mã datis domini quæ præcepit vt non fie rent: vel sic intelligendum est. ꝙ deus quædam propter solam figuram obser uare præcepit: quæ iam post agnitã ve ritatẽ tenere,peccare est. vel sic: vt man datum large pro præcepto & prohibi=tione positum intelligamus: ac si dice=ret. Si fecerit quippiam eorum quæ in ,, mandatis domini continẽtur: ita ꝙ de iis præceptum est vt non fiant. Si qui=dem ille,qui hoc fecit sacerdos est, qui vnctus est: peccans in hoc & delinque=re faciens populum: offeret &c. Quod autem dicit peccauerit delinquere fa=ciens populum: vel de omni peccato sa cerdotis intelligendum est qđ semper grauius est,quia cæteris præbet exem=plum delinquendi: vel si hoc modo pec cauerit vt faciat populum delinquere aliquid suggerens vel suadens verbo si ue exemplo: vnde alii ad peccandũ pro uocentur: qđ grauius est ꝙ̃ si solus pec=cauerit. Vel certe,sicut in Hebræo ex=pressius habetur, si sacerdos qui vnct⁹ est peccauit ad culpam populi,idest ad similitudinem alicuius de populo qui valde nocẽs est: vt qui aliis exemplum debet esse in iustitia: aliis simul fiat in culpa. Quod dicitur totiens coram do mino,coram tabernaculo, coram alta=ri: intelligendum est vbi per sacra præ=sentia dei erat. Quod etiam dicitur to tiens: Rogabit pro eo sacerdos: alio sen su dici potest: scilicet condonabit, vel remissionem faciet super eum: vt osten datur ꝙ per preces sacerdotis remissio fiat criminis.

SI peccauerit anima & audierit vocẽ ,, Z Leui. 5. iurantis,testisq; fuerit ꝙ aut ipse vi dit aut cõscius est,nisi indicauerit por ,, tabit iniquitatem suam. Quidam hoc ,, capitulum ita intelligendum putant. Si peccauerit homo ĩ hoc scilicet ꝙ au dierit vocẽ iurantis corã se vt verũ di cat: & fuerit testis,idest conscius & ve=ritatem sciat ꝑ eo ꝙ ipse illud de quo rogatur testimonium ferre, vidit aut alio modo conscius est illius,nisi indi=cauerit sicut scit veritatem: portabit iniquitatem suam: idest reus erit. Vel si peccauerit anima cum audit vocem iurãtis falsum: & cum sit, idest esse pos sit testis falsitatis illius quia vidit aut conscius est,nisi indicauerit illum fal=sum iurare,peccat. In quo tamen hanc mensuram tenere oportet: vt ad corre ctionem, non ad lęsionem illius pecca=tum ipsius manifestet. Vel si peccaue=rit in hoc,scilicet si audierit vocem iu rantis falsum: & contestetur illi dicens se quod iste falso iurat vidisse,aut alio modo conscium esse cũ non sit: nisi post ea indicauerit,vel veritatem ipsam,si=cut nouit,vel saltem sacerdoti culpam

suam de falso testimonio qđ perhibuit, portabit iniquitatē suam. Anima quæ tetigerit aliqd immūdū &c. In hoc capitulo obliuionē reprehendit contact⁹ immūdi:cōsequēti vero,opus. Qui em̄ tetigerit immūdū immūdus efficit & delinquit si per incuriā oblitus immūditię suę mūdationis ritum non obseruat. Rursum si post obliuionē reminiscitur immūditiæ suæ subiacebit delicto pro eo ꝙ mūdationē non seruauit, & eget purgari sacrificio. Anima quæ iurauerit & ꝓtulerit labiis suis vt vel †male † valde qd faceret vel bene:& idipsum iuramento & sermone firmauerit,oblitaq;, scilicet iuramenti sui & negligēs verbum suū,postea intellexerit delictū suū:ꝙ scilicet nō impleuit qđ iurauit, aut forte ꝙ male iurauit: agat pœnitētiam pro peccato. Quidam hic volunt esse culpam non propterea ꝙ iuramentū factum est , sed quia falsum factū est iuramentū,ignoranter tamē:qđ postea cū intelligitur emendari pręcipitur: q̄uis tamen non proprie dicatur oblita eius qđ nō nouit.Qđ autem sequitur. Offerat de gregibus agnū siue capram non huius solius delicti expiatio intelligenda est: sed & præcedentium triū. Qui primū offerens pro peccato. Vbi nos habem⁹ ꝓ peccato in Hebræo est ꝓ expiatiōe. Verbū em̄ hatrat.pro expiatione sonat.Anima si p̄uaricās cerimonias per errorē,in iis quę domino sunt sanctificata,peccauerit:offeret pro delicto suo arietē.Hic peccatū ītelligi vult cū quis ea quæ sanctificata fuerant domino,in vsus ꝓprios redegerit, seu de hostiis, de q̄bus solis sacerdotibus vesci licebat,manducauerit.Vbi & qđ intulit damnū,restituere iubetur:& quātam partē superaddere: Pro delicto autem suo arietē immaculatū quinq; siclis emptum offerre.Anima quæ peccauerit per ignorantiam:feceritq; vnum ex iis quæ legē domini prohibentur,& peccati rea intellexerit iniquitatem suam:offeret arietem immaculatū de gregibus sacerdoti,iuxta mensurā æstimationemq; peccati. Hoc mandatū ab eo qđ superius dixit. Animam de populo terræ per ignorantiam peccantem pro expiatione sua capram debere offerre: in eo distare videtur ꝙ ibi præuaricās in mandatis domini offendisse dicitur. Hic autem non solum in mandatis domini,sed etiā in domino deliquisse memoratur.Vnde conuenienter intelligitur in hoc loco delictū significari quo in domino,idest in iis quæ sanctificata sunt domino peccatur:atq; in eo solū a præcedente distare,ꝙ illic damnū infertur & peccatū cōmittitur: proptereaq; damnū cū quinta parte addita restaurari,& peccatū per arietis immolationem expiari iubetur:hic autē quia damnū illatū non est, solum peccatū arietis immolatione purgatur. Qui videlicet aries offerri iubetur secundū mensurā & æstimationē peccati,scilicet pręcedentis.quia idē hic est peccatū: q̄uis non simile damnū.Vtrobiq; enim in eodem genere peccatur q̄uis diuersis modis.Vt verbi gratia ibi tollēdo & vsurpando illicite sancta:hic illicite contingēdo.vnde sequitur. Qui scilicet sacerdos, orabit pro eo quia nesciēs fecerit: & dimittetur ei quia per errorem deliquit in domino.In Hebręo sic habetur remissionem faciet super eum sacerdos ꝑ errore quo errauit & nesciuit: & dimittetur ei culpa illa qua peccans peccauit in deum.Similiter in sequenti capitulo.

A Leui.6.

Anima quæ peccauerit,& contempto dn̄o negauerit proximo suo depositum &c.i.qui contempto domino conscius est secreti & depositum negat:& cętera quæ subsequūtur: arietis immolatione expiari iubetur : quia in eadem æstimatione dictum est cum supradictis.Cremabitur in altari tota nocte vsq; mane.De cotidiano intēdit holocausto:nec est quęrēdū quare hic pręterimittat de vespertino,cū ante ī Exodo præmiserit de matutino.

B Leui.7.

Qvicquid in craticula vel in Sartagine præparatur erit sacerdotis a quo offert. Hic distingue:vt subinferas:alia oblatio siue oleo conspersa siue arida fuerit,cunctis filiis Aaron æqua mensura diuidetur per singulos. Vel erit sacerdotis quia ad vsum laicorum non peruenit:sicut in pacificis,sed

,, filiis Aaron ęqualiter diuiditur.Ex qui-
,, bus vnus pro primitiis offert dño. In sacrificio pacificorū quatuor diuersitatū panes offerebant & de vnoquoq́ genere vnus offerebat sacerdoti ita proprius, sicut primitię. Reliquos aūt habebat homo q offerebat de filiis Israel
,, & comedebat in atrio. Caro quę tetige-
,, rit aliqd immūdū non comedetur, sed
,, cōburetur igni. Qui fuerit immūdus,
,, vescet ex ea. In Hebręo sic habet. Caro quę tetigerit omne pollutū non comedetur: sed cōburet igni & caro. Oīs immūdus comedet carnē. qđ sic intelligi potest: qui pollutā non comedet illam carnē mundus est. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum &c. Quod hic dicit animam pollutam:
,, & postea subiungit: Anima quę tetigerit immūditiā hominis: de propria immūditia intelligi vult. & aliena inqui-
,, natā. Hęc est vnctio Aaron. In Hebræo est. Augmentum, scilicet qđ datum est ei a domino lege ꝑpetua de sacrificiis oblatis a populo Israel, dicitur esse ei⁹ vnctio in hoc data.

C Leui.8. ,, ADipem vero & caudam septē diebus quibus sanctificat⁹ est Aaron & instruct⁹ in sacerdotium immolauit Moyses quasi summus sacerdos & accepit ab Aaron & filiis eius ea quę postea accepturus erat Aaron a cætero populo offerente: & sacrificauit super altare holocausti cotidie quod vnxit in primo illorum septem dierum, qui fuerunt in fine primi anni. Ita q̄ octauus quo Aaron cœpit sacrificare fuit primus dies secundi anni: & eo die egressus a domino ignis combussit holocaustum Aaron. Nam Moyses septē ꝑcedētibus diebus igne terreno sacrificauerat. Eodem octauo die Nadab & Abia sunt consumpti igne vindictæ, qa post cęlestem ignē missum a domino alienū ignem intulerunt. Coquite carnes an-
,, te fores tabernaculi. Sicut laici facie-
,, bant de carnibus pacificorum, quę offerebant, oportebat Aaron & filios eius facere in hac eorum oblatione. Et Moyses tantū inde accipiebat, quantū Aaron postea a cæteris accepturus erat.
,, Sicut factū est impresentiarum. Quasi dicat. Sicut modo instituitur & sancti- ,,
ficatur Aaron: eodem modo sequaces eius instituentur.

DIxitq́ ad Aaron Tolle de armen- ,, D
to vitulum ꝑ peccato. Hui⁹ car- Leui.9.
nes, quia ꝑ peccato sacerdotis oblatus fuit, cum pelle extra castra cōburebantur: Aries similiter in holocaustū oblatus totus cremabatur. Pro peccato autem populi mactauit hircū, vitulum & agnū: in holocaustū bouem & arietem, hostias pacificas. Nec est contrariū qđ supra pręcepit: pro peccato totius multitudinis immolari vitulū, hic hircum quia ibi pro certo delicto cōmisso, hic pro vniuersali: & ibi seorsum ꝑ multitudine & seorsum pro principibus: hic simul pro principibus & turba: & ideo recte hircus & vitulus. Sed q̄ post hircū subiunxit vitulum, dubiū est an pro peccato an in holocaustū sit. Absq́ ceri- ,,
moniis holocausti matutini, idest agno qui cotidie & mane & vespere offerebatur. Sicq́ completis hostiis pro pecca- ,,
to & holocaustis pacificis descēdit. Nō ,,
descendit de gradibus: quia ꝓhibitum erat ne gradibus ad altare ascenderetur: sed de aliquo forte eminentiori loco in quo ad horam stabat vt apte ministrare posset: ne altitudo altaris impedimento esset.

QVicquid ambulat quidem super ,, E
quatuor pedes: sed habet longio- Leui. xi.
ra retro crura. ꝑpter illos quatuor pedes debetis, idest potestis comedere, & de volucribus hic agitur. Omnis aqua- ,,
rum congregatio mūda erit: quicquid in eam cadat, ipsa non potest immunda fieri, sicut nec fons.

DVos passeres viuos pro se, quos ,, F
vesci licitum est. Nō dicit ad dif- Leui.14.
ferentiam aliorum passerum, sed aliarum auium, quibus vesci licitum non est. Purificatus ingredietur castra, non ,,
tamen eodem die rasuræ & purificationis suæ: sed post illum diem expectabit adhuc septem dies extra castra sui tabernaculi scilicet anteq̄ liceat ei intrare in domū suam propriam: vel si sint in expeditione (sicut modo in deserto) anteq̄ intret in suum proprium tabernaculum: nō tamen ita vt liceat ei in-

terim intrare in tabernacula aliorum.

G Leui. 15. OMnis quem tetigerit, qui talis est .i. immundus factus ex contactu rei immūdę: tetigerit dico, nō lotis ante manib⁹ .i. anteq̄ lauerit man⁹. Per cōtactū immūditię si quidē vas illud fictile fuerit &c. Qđ aūt interponit: Lauabit vestimēta sua: quomodo mūdādus sit ostēdit: & deinde redit ad id qđ proposuit: vas fictile &c.

H Leui. 16. ACcingetur zona linea: cydarim lineam imponet capiti &c. Omī die quo sacrificabat summ⁹ sacerdos vtebatur aureis vestimentis: sed qñ intrabat sancta sanctorū retinebat tm̄ linea. Iuxta hūc ritū faciet tabernaculo, idest idem faciet de tabernaculo testimonii: ipsum similiter expiando.

I Leui. 17. HOmo qlibet de domo Israel, si occiderit bouē, aut ouē, aut caprā, in castris vel extra castra: & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationē dño, sanguinis reus erit. Hoc intelligēdū est de illo tm̄ tēpore quo morabant̄ in deserto, & tabernaculū dñi iuxta se habebant. Nā in terra promissionis iis qui longe erant a loco sacrificandi cōcedebatur ad esum pecora mactare, vescią carnibus, etsi non immolarent.

K Leui. 18. QVę domi vel foris genita est .i. ex legitima copulatione. vel ex cōcubinatu.

L Leui. 19. POma q̄ germinant immunda erūt vobis. hoc nō est in Hebræo. Quarto anno sanctificabitur, idest dabitur dño & tamen poterit redimi alio ṗcio.

M Leui. 20. DE semine tuo .i. de filiis tuis: non dabis .i. nō immolabis idolo Moloch, more gentium.

N Leui. 22. IMmundum super mortuo, idest immunditiam morticinii.

O Leui. 23. ALtero die sabbati & sanctificabit illum: idest decima sexta luna. In quo die cōsecrabatur: & prius clauabatur corā domino, & postea torrebatur igni & terebatur in farinā & fiebat inde sacrificiū. Et ab isto die computabātur septem septimanæ: & dies primus post eas erat pentecoste, qui dies semp est sextus tertii mensis: sicut & in donatione legis contigit. Sciendum autē q̄ & hic manipulus. & omnia sacrificia festorum, sicut & cotidianū holocaustū, cōmuniter ab omni Israel accipiebant̄: & diues non plus q̄ pauper ponebat in collecta, quæ ad arbitriū summi sacerdotis seruabatur. Mēse septimo, prima die mensis. hoc die descēdit Moyses de monte transactis tribus quadragenis, quib⁹ & ieiunauit. Finita enim prima descendit Moyses: quia populus peccauerat in vitulo conflatili: & facta vindicta & fractis tabulis, altero die ascendit in montē: & ieiunauit itē alia quadragena, vt impetraret veniā. Qua finita. dixit ei dominus, vt descēderet & excideret alias tabulas sup quas & ipse dominus iterum se scripturum decem pręcepta promittit in Deuteronomio. Qđ cum fecisset Moyses: & item altero die post descensum ascenderet, ieiunauit tertio: & ī vltimo die tertię quadragenæ cum deberet descendere Moyses indixit ei dominus festum expiationis in signum & memoriā remissionis peccatorū quā dominus fecit tunc populo precibus Moysi. A quintodecimo die post oēm collectionē fructuū oportebat fieri hoc festum, propterea q̄ de omnibus fructibus oportebat domino offerri. Ideo autem quintodecimo die mensis fit: qa quintodecimo die mēsis, licet non huius, sed primi: in tabernaculis nubiū habitare cœperant filii Israel. Nubes septem circuibant ex omī parte tabernaculū & etiā totū populū.

P Leui. 26. ¶Baculum .i. Robur potius.

Q Leui. 27. ANimal īmūdū qđ īmolari dño nō pōt &c. Hic de aīali agit qđ īmolari posset dño si careret macula. Qđ si dare voluerit &c. Oīe qđ dño cōsecratur, siue homo siue aīal. Ista cōsecratio in Hebręo dicit̄ anathematizatio: quia ista a cōmuni hoīm vsu remouebātur. Quicqd hoc modo sacrabat̄ dño, nulla redemptione poterat reuerti ad hominē etiā si pater cōsecrasset filiā, pri⁹ moreretur q̄ redimeret̄: & hoc est morte moriet̄. Solūmodo masculos in primogenitis Ægypti interfecit dñs. & ideo solos masculos tam in hoīb⁹ q̄ aliis in aīalibus pręcepit redimi: etsi pri⁹ nasceretur fœmina, qcūq; filii post eā nascerentur: non oportebat redimi.

M. HVGONIS de Sancto Victore adnotatiunculę elucidatorię in Numeros.

R
Nu,14. QVoniã Amalachites & Chananeus habitãt in vallib⁹, per quos tutus transitus non est: Ideo cras mouete castra & reuertimini.

Nu.18. †patris DE sceptro.i.familia, † fratris tui .i.Moysi: hoc est leuitas sume tecum. Sceptrum pro cognatione ponitur: quoniam honor & exaltatio hominis est. Vel sceptrum pro officio & ministerio diuino, cui seruire regnare est. Sume sceptrũ fratris tui, qui leuita est .i.eos qui fungunt̃ officio illius vt ministrent tibi.

S ››
Nu.xxi. VNde dicitur in libro bellorꝫ dñi. hæc eadẽ scriptura intelligenda est. In qua bella dñi cõmemorant̃, quæ fecit pro populo suo. In qua etiã dicit̃ hoc ꝙ Israel pugnaturus cõtra regem Seon in torrẽtibus Arnon dixit. Sicut
›› fecit nobis dñs in mari rubro submer=
›› gens Ægyptios: sic faciet in torrentib⁹
›› arnon prosternens amorreos. Dicit̃ eti
›› am in hoc libro, ꝙ scopuli torrentium
›› inclinati sunt vmbraculũ prebituri, vt
›› requiescerent filii Israel in Arnon. Sco
›› puli torrentium inclinati sunt. Muta elementa obsequio accurrunt & homo mortalis qd poterit? Figura est loquendi cũ hypbole. Vel scopuli torrẽtiũ inclinati sunt.i.supbi & impetuosi humi
›› liati sunt, resistere nõ valẽtes. Ex eo lo=
›› co vbi.s.castrametati sunt ĩ deserto, ap
›› paruit puteus virtute diuina fact⁹: su=
›› per quo priusq̃ appareret locut⁹ est do
›› minus ad Moysen. Cõgrega populũ &
›› dabo ei aquã. Tũc.i.facta ꝓmissione, ex
›› ultãs in spe cecinit Israel carmẽ istud. Ascendat puteus inũdãs largiter vsq; ad summũ. hoc cõcinebãt filii Israel ite
›› rantes. Puteus quem foderunt princi=
›› pes & parauerũt duces multitudinis.
›› Quomodo parauerunt. In datore legis & in baculis suis. Homines eñ terram fodere potuerunt, sed aquam, nisi dañte deo, habere non potuerunt. Tali fossore & tali datore aqua data est popu=
›› lo in solitudine. De qua solitudine ex=
›› euntes venerũt Mathana: de Mathana
›› in Nahalihel: de Nahalihel ĩ Bamoth,
›› de Bamoth in vallem quæ vallis est in
›› regione Moab in vertice phasga.i.in il
›› la regiõe vbi est vertex phasga & respi
›› cit contra desertũ. Tũc misit Israel nũ
cios ad Seon vsq; † Iesboth & filios A= †Ieboc
›› mon: nõ vltra: quia forti pręsidio tene=
›› banť termini amonitarũ. Vrbs Esebon
›› fuit regis Seon Amorrei q pugnauit
›› &c. Idcirco qa Seon vastauit Moabitas
›› dicitur in ꝓuerbio de hac re facto. ve=
›› nite in Esebõ, & ædificet̃ & cõstruatur
›› ipsa Esebon, quę est ciuitas regis Seon. Ciuitas.n.regis victoriosi ędificãda est & sublimãda: qa de ipsa Esebon, Ignis
›› egressus est & flãma sil'r egressa est de
›› ipsa, q̃ est oppidũ regis Seon: & deuora
›› uit ipsa flãma, Arnon.s.ciuitatẽ Moabi
›› tarũ, & habitatores excelsorũ Arnon: q
›› in excelsis locis & turribus illi⁹: vel in
›› locis vbi idola colebant̃, habitabãt. vn
›› de merito dicit̃, Væh tibi Moab. Qua=
›› re? Quia peristi o populo chamos.i.co=
›› lẽs idolũ † chamos. Dedit iuste deserẽs, ›› † ca= thmos vel chamos defendere nõ valẽs, filios
›› eius populi in fugã, & filias in captiui
›› tatẽ regi Amorreorũ Seon. Iugũ.i.po=
›› testas ipsorꝫ Moabitarũ deperiit ab Ese
›› bon vsq; dibon: & ipsi Moabitæ fugien=
tes † lassi ꝑuenerunt in † Iophe & vsq; †lapsi †madaba.

†Nophe
† Meda= ba
T
Nu. 24. PErdat reliq̃s ciuitatis.s.Seyr. Vidit quoq; Cęneum, & assumpta parabola ait: Robustũ qdẽ est habitaculũ tuũ, sed si in petra posueris nidũ tuũ, & fueris electus de stirpe †Caeni q̃diu poteris pmanere? Caeni in hoc loco nõ † Cyn filius Adam, qui fratrẽ suũ Abel interfecit, significat̃: Sed Caeni, vnde cęneus dicit̃ populus: in prima syllaba post c, ae sequente: in vltima syllaba n pcedẽte, & sequẽte i. Vel (vt alii) Cam filius Noe. In Hebręo autem pro toto qđ dictum est si fueris elect⁹ de stirpe Caeni, q̃diu poteris pmanere? hoc solũ sonare

videt:ac si diceret Cineus destruet: vt sic dicat. Sed si in petra posueris nidū tuum,Cineus destruetur,idest tu:idest q̄uis ita securus & munitus esse videaris,destrueris tamē.Assur em̄ capiet te.

Et hæc in Numeros.Reliqua enim desideramus.

EIVSDEM

adnotatiunculę in Deuteromion itidē
T mancę & nescio quo pacto,interceptæ.

Deut.3. MAchir quoq; dedi Galaad. Per āticipationē terram vocat Galaad,qđ nomen postea impositum est a Galaad q descendit de Machir.Et tribubus Rubē &Gad dedi de terra Galaad
V vsq; ad torrentem arnon.

Deut.22 NOn seres vineā tuam altero semine. Pręter vitem:quia si hoc feceris illicitū est:& sanctificabuntur: non cedent vsui tuo:qđ tamen ex sola prohibitione fit non natura.Funiculos in fimbriis facies p quatuor angulos pallii tui.Quadrangulis palliis vtebātur.
X in quibus philateria facere iubentur.

Deu.25. ERiges ingētes lapides:& calce leuigabis eos:vt possis in eis scribere oīa verba legis huius.In eo igitur q ingentes lapides erigi iubet,structura ingens ostendit:In quo q̄stio soluit. Quomō videlicet potuit Iosue in altari qđ erexit,Deuteronomiū legis describere : p̄sertim cū structura magna fuerit,& nō oīa q̄ in hoc libro cōtinēt:sed
Y p̄cepta tm̄ oportuerit describi.

Deu.29. BEnedicat sibi in corde suo dicens. Pax erit mihi & ambulatio in grauitate cordis mei:& assumat ebria sitiētē.i.aīa q̄ iā vsu peccandi inebriata est, nec sentit,neq; veret male agere: assumat vel trahat ad cōsortiū peccādi sitiētē.i.aliā aīam in feruore tētationis positā p cōcupiscētiā sitiētē, sed potū praui opis nequāq̄ adhuc sumere p̄sumētē.Ne igit hoc cōtingat addit. Et dn̄s nō ignoscat ei.i. peccāti & aliū peccare faciēti.Cauēdum ne sit inter vos radix germinās fel.i.talis hō a quo malitia p cedit ad alios & plures corrūpat.Abscōdita a dn̄o deo nr̄o:q̄ manifesta sūt nobis& filiis nr̄is vsq; ī sempiternū:vt faciamus vniuersa legis huiꝰ. Ad superiora referendū:quoniam dixerat.Quia dereliquerūt pactū dn̄i qđ pepigerat cū patribus eorū:vt seruarēt p̄cepta eius & secreta quę reuelauerat eis,q̄ abscondita erāt a dn̄o deo nr̄o.Quia nō fecit taliter om̄i nationi & iudicia sua nō manifestauit eis.Et idcirco ga manifestata sunt nobis & filiis nr̄is post nos nascituris vsq; inæternū: vel vt faciamꝰ ea, vsq; inęternū:ideo si nō seruauerimus: veniēt sup nos vniuersa mala hæc. Z Psal.147

M.HVGO

nis de S. Victore annotatiūculę elucidatorię in librū Iudicū exponētes primo nomē & farraginē libri:deinde literā : supaddita annotatione vna in lib. Ruth.Qui sit huiꝰ tomi Liber Tertiꝰ.

A LIber Iudicum q Hebraice sopthī dicit:post qnq; libros Moysi & librū Iosue,septimꝰ ordinat.Hic tempora iudicū describit , q post Iosue vsq; ad Heli sacerdotē populum Israel iudicarūt.Hic in superficie literæ apertior reliquis apparet.

B Iud.1. IVdas ascēdet . Per Iudā in hoc loco nō p̄sonā sed populū, tribū vel Iuda ītelligere debemꝰ:quēadmodū p Simeonē tribū Simeonis:quā tribꝰ Iuda cōtra Chananeos pugnatura ī auxiliū vocat. Quē secuti cōphēderūt cæsis summitatibꝰ manuū eiꝰ ac pedū. Quidā de Hebraica veritate magis p̄prie interp̄tari putauerūt: cęsis pollicibꝰ,eo q truncato pollice ad ferēda arma deinceps homo idoneus nō sit . Adduxerunt eū in Hierusalē.Cū vsq; ad tēpora Dauid Iebusei Hierusalē tenuisse legāt, quomodo hic filii Israel Adonibezech ī Hierusalē adduxisse dicūt, q̄si ī suā ciuitatē

" Sed quod sequit: Oppugnantes igitur filii Iuda Hierusalem, ceperunt eam: & percusserunt in ore gladii, quęstionem soluit. Sic em̄ intelligendū est q̄ primū vrbē cœperunt, deinde ad vrbē captā & ditioni suę subiectā captū regē adduxe" runt. Dedit ergo ei Caleph irriguū superius & irriguū inferius. Per superius & inferius mōtana & campestria intel" ligimus. Filii aūt cinei cognati Moysi " ascēderūt de ciuitate palmarū cū filiis " Iuda in desertum sortis eius qđ est ad " meridiē Arath: & habitauerunt cū eo. Cine⁹ ipse est Ietro & Raguel pater Sephoræ vxoris Moysi a quo Cinei dicti sunt, qui hic ad filios Iuda ascendisse, " & cū eis habitasse dicunt. Iebuseum autem habitatorē Hierusalē non deleuerunt filii Beniamin: habitauitq; Iebuseus cū filiis Beniamin in Hierusalem vsq; in pręsentē diē. Cum superius filii Iuda Hierusalem oppugnasse & cepisse cunctāq; ciuitatē incēdio tradidisse legant: quo modo in hoc loco filios Beniamin Iebuseū habitatorē Hierusalem nō deleuisse, sed potius ipsum Iebuseū cū filiis Beniamin in Hierusalē vsq; in p̄sentem diē habitasse memorat. Intelligit ergo q̄ filii Beniamin, quorū possessio tribui Iuda iūcta erat & Hierusalē cōtingebat: postq̄ filii Iuda ciuitatē cœperāt atq; vastauerant, in eadē habitare cœperūt: ipm̄q; Iebuseū habitatorē loci a filiis Iuda subactū secū habitare passi sunt: atq; in hūc modū Hierusalē vsq; ad tēpora Dauid Iebuseorū pariter & filiorū Israel habitatio fuit: donec tandē ab ip̄o Dauid Iebuseo plene eiecto Hierusalē ad sortem filiorū Iuda vocata ē: & ciuitas Dauid appellata ē.

C Iud.2. " Ascenditq; angelus dn̄i de Galgal ad locū flentiū. Per anticipationē nūc locus flentiū appellatur. Nā postea " nomē iditū est. Dimisit ergo Iosue populū. Quomodo cū iā Iosue mortuū esse dixerit: & post ei⁹ mortē Iudā ad p̄liū corā filiis Israel ascēdisse, & cætera quę vsq; huc dicta sunt: nūc subsequenter Iosue populū dimisisse cōmemorat. Sed narratio ad superiora reuertit ac si diceret: in eo q̄ post mortē Iosue filii Israel gētes illas quas dn̄s deleri p̄cepe rat seruauerunt, patet, postq̄ Iosue eos dimisit qualiter sibi relicti p̄cepta dei seruare cōtempserunt. Nā postq̄ Iosue dimisit populum & mortuus est: atq; alii seniores q legem dei nouerant decesserunt, subsequens generatio, cultu dei derelicto, idolis seruire & iram dei aduersum se prauis operibus prouocare cœpit. Sic ad superiora referēdū qđ ait: dimisit ergo Iosue populum.

Qui suscitauit eis saluatorē Aioth " D filiū Gera filii Iemini. Iemin⁹ ipse Iud.3. est Beniamin. Nā Beniamin fili⁹ dextrę interpretat. Sublato igit ben, qđ filius interpretat, qđ relinquit iamin iemināū facit. i. dextrariū vel dextralē vel dextrū siue alio quolibet modo formet a dextra nūcupatus: vnde Ieminus nō per g scribendū est, sicut gemin⁹ qđ significat duplū: sed per i & e, vt sit Ieminus a Iemin vel Iamin dictus velut a dextra dexter. Hinc filii Iemini dicuntur filii Beniamin.

filii gemini dicuntur filii [illegible]

Ipse autem habitauit in Aroseth gē E tium. Hęc regio idcirco gentium di Iud.4. citur q̄ nō ab vno populo solum sed a multis gentibus habitabatur. Quæ misit & vocauit Barach filium Abinoen. " hic Barach idem ipse esse putatur, qui " & Laphidoth. hanc autem existimationem exinde natam credimus q̄ vtrūq; nomen vnam interpretationem habere inuenit. Barach enim vel Lapidoth. titio & fulgur interpretatur. Barach igitur ipse est Lapidoth, maritus eius, quem vtpote virum mulier ad prælium itura vocat. Aber autem cineus re " cesserat quondam a cæteris cineis fra " tribus suis, filiis Obab cognati Moysi. " Legimus in Exodo quomodo Ietro socer Moysi in deserto ad eum venit: adducens illi Sephoram vxorem suam & filios suos: deinde cum rediret ipse Ietro in terram suam, Moyses filium ei⁹ Obab cognatum suum fratrem, scilicet vxoris suæ secum detinuit: vt pariter cum filiis Israel ad terram promissionis proficisceretur. De cuius videlicet Obab progenie iste Aber descendens a cæteris fratribus suis filiis Obab inter filios Israel habitantibus, sicut superius in hoc Iudicum libro legimus, q̄

filii cinei ascenderunt de ciuitate pal marum cũ filiis Iuda in desertum fortis & habitauerunt cum eis: discedens ad alium locũ illi⁹ tamẽ regionis.i. ad vallẽ Sennin habitauit in ea cui⁹ vxor Sisaram interfecit.

F Iud.5. Cecineruntq; Delbora & Barach filius Abinoem in die illo: dicentes Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite dominũ. Hoc canticum post victoriã in laudem dei cecinerũt Delbora & Barach. Domine cum exires de Seyr, & transires per regiones Edom, terra mota est: cæliq; ac nubes distillauerunt aqs. Mõtes fluxerunt a facie domini: & Sinai a facie domini dei Israel. Prẹterita dei mirabilia in augmentũ prẹsentium ad memoriã reuocat. Significat autem q̃ olim cũ populũ suum de Ægypto educturus deus prẹcederet ducatũ prẹbẽs per desertũ qđ coniũctũ est terrẹ Edom atq; Seyr: prẹsentiã creatoris etiã muta elemẽta senserũt, & quasi vicina maiestate territa atq; turbata motu ipso prẹsenti numini deitatis reuerentiam prẹbuerunt. Terra mota est. Ecce signũ

G Exo.19. præsentis deitatis. Qui fundauit solus mouere potuit. In Exodo legimus quomodo mons Syna descẽdente in ipsum domino tot⁹ fumauit: eratq; mons oĩs terribilis & ascẽdit ex eo quasi fumus de fornace & nubes densissima mõtem operuit. Illic ergo ex prẹsentia creatoris terra mota fumigauit: illic cæli in nube densissima aquis distillant pauorẽ & reuerentiã quasi quodã suo sudore testati mõtesq; ipsa nubiũ obumbratione tecti fluxerũt in fluctuatione nubium volitantiũ & descensu aquarum. Sinai a facie dei Israel. hac vna clausula omnia prẹcedentia comprehẽdit. Sina motus est a facie dñi. Sina stillauit aquis. Sina a facie dñi defluxit. Quod enim quasi generaliter propter miraculi excellentiam prẹmiserat: terra mota est cæli ac nubes stillauerunt aquis, mõtes fluxerunt: vbi hoc totum adimpletum sit specialiter subiungẽs determinat dicens: Sinai a facie dñi. Qđ autem ait: Montes fluxerunt per hyperbolen dictum intelligi potest, quasi nimio terrore liquefacti. Sed & qđ ait, terra mota est, ad perturbationem hominum habitantiũ in terra cõuenienter referri potest: qui auditis tãtis mirabilibus moti sunt atq; turbati. Sequitur. In diebus Sãgar filii Anaah, in diebus Iahel quieuerunt semitẹ: & qui ingrediebantur per eas ambulauerunt per calles deuios. Post ãtiqua mirabilia ad noua miracula narranda accedit. Significat autem q̃ filii Israel ante tempora sua intãtũ circũquaq; hostiũ terrore arctabãtur, vt semitẹ quiescerent nemine ambulãte per eas: & si qui forte per eas incedere cogebantur: nõ publica via, sed per calles deuios latenter eundo assultus hostium declinarent. Et hoc etiam in diebus Sangar factũ est: qui licet tantæ fortitudinis esset, vt sexcentos vno vomere sterneret: tamen eousq; nõ potuit vt tantã ac talem pacem in terra poneret qualem modo deus per hanc victoriã populo suo dedit. Hoc est qđ sequit. Cessauerũt fortes Israel & quieuerunt, scilicet non valentes resistere inimicis. Donec surgeret Delbora: surgeret dico mater in Israel. Ideo noua bella elegit domin⁹ per infirma fortia destruens, per fœminã superbos hostes prosternens. Et vt maius sit miraculũ

H dei, hoc non solum duce fœmina sed & parua manu pugnãte factũ est. Nã sequitur. Clypeus & hasta si apparuerũt in quadraginta milibus Israel. Nõ erat in tot milibus q clypeũ Israel aut hastã leuauerit contra inimicos, exceptis paucis, idest decem milibus qui pro salute populi sui periculo se dederunt: de quibus subdit. Cor meũ diligit principes Israel. Ad quos rursum. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini: benedicite domino. Qui ascenditis super nitentes asinos & sedetis in iudicio: & ambulatis in via. Vos qui modo prostratis hostib⁹ auxilio dei, & in gloria estis & potestatem habetis & pacẽ: Nolite obliuisci operum domini quibus hæc collata sunt nobis, loquimini vbi collisi sunt curr⁹ & hostium est suffocat⁹ exercit⁹. Per nitẽtes asinos significat gloriã: p sessionẽ in iudicio, potestatẽ: p deambulationẽ ĩ via pacẽ. Ibi

ergo narrent, iustitię dñi: quãtũ ad suf
focationẽ hostiũ: & clæmẽtia in fortes
Israel, quãtum ad liberationẽ suorum.
Tunc descẽdit populus dñi ad portas: qui prius timore hostium egredi non audebat, prostratis hostibus non solum egrediebatur, sed etiam dominabaẽ. In de lætitia & gratulatio quæ sequitur.
Surge surge delbora. Dñs in fortibus dimicauit: ex Effraim, siue in Effraim, deleuit eos in Amalech & post eum: siue (vt quidã rectius ex Hebræo interpretari putant) & post te in Beniamin in populos tuos o Amalech. Sẽsus hic est ad augmentũ lętitię pręsentis præterita & futura dei mirabilia instantibus adnumerat Dñs in fortib⁹ dimicãs ex Effraim. In fortibus ex Effraim dimicauit dominus: & per illos deleuit eos qui erant in Amalech. Siue in fortibus qui erant in Effraim dimicauit dñs: & per illos deleuit eos qui erãt in Amalech: vt sit sẽsus deleui eos q erãt in Amalech, sicut supra. Notat quomodo tẽpore Moysi, Iosue (qui erat ex Effraim) dimicãte p eũ & in eo domino, Amalech superauit. & hoc de præterito. De futuro autem subiungit significans q; adhuc domin⁹ per Saulem qui de Beniamin nasciturus est, Amalech delebit: hoc est quod sequiẽ. Et post eũ,
idest Effraim, siue post te o tu Effraim dimicabit dominus in fortibus in Beniamin, idest per fortes qui erũt in Beniamin per Saulẽ scilicet q nascetur de Beniamin: dimicabit dico in populos tuos, idest contra populos tuos o Ama
lech Sequitur. De Machir principes de
scenderũt, & de Zabulon q exercitum
ducerent ad bellandũ. Hoc ad præsentem historiam spectat. Laudat eñ illos qui de Machir siue de Zabulon siue de Ysachar p populo suo discrimen belli subire non dubitauerunt. Econtrario arguit eos qui se subtraxerũt. i. Ruben & Gad vel Galaad & Dan & Aser: & dignos irrisione p sua dissimulatione no
tat. Hoc est qđ sequitur. Diuiso contra
se Ruben magnanimorũ reperta contẽtio est. In Hebræo sic habeẽ. Bislagoth ruuen gotholim helchiche leu. idest diuisiones Ruben magna calliditas cordis. Quod sic intelligendũ putant. Ex magna calliditate cordis diuisit se Ruben ab aliis: & terminos suos longe posuit a frequentia bellorum in tali diuisione ab vtraq; parte: vt vndecũq; siue hinc siue illinc bella surgerent, ad eum secure quiescentem, non pondus pręlii sed sibilus tm̃ leuis famę perueniret. vnde subdit. Quare habitas, scilicet o tu
Ruben, iter duos terminos: idest, vt ad neutram partem te teneas: & hoc ideo facis vt audias sibilos: idest leuem famã tm̃, securus de longe: sibilos inquã gregum, idest castrorum & exercituũ. audias dico & nihil facias. vnde iterũ ad irrisionẽ eius repetit: diuisiones Ru
bẽ magna calliditas cordis. Si vero sic
legatur: Diuiso contra se Rubẽ, magna
nimorũ reperta contentio est. hoc mo
do intelligi potest. Cum Rubẽ esset di
uisus cõtra semetipsum, idest cum dubitaret & in semetipso variis cogitationibus & cõtrariis desideriis fluctuaret & secum rixaretur vtrum ad bellũ pergeret necne, atq; in hac dubitatiõe moram faceret: magnanimi de Zabulon & Neptalim prompti ad cõtentionem & certamen inuenti sunt. Vel Ruben diuiso ab aliis, & recedente ne pergeret ad prælium, quod tamen contra ipsum erat, idest cõtra honorem eius: magnanimorũ reperta contentio est. Post ad alios quoq; irrisionem conuertit. Ga
laad, Dan, Aser. Isti vacabant, sed Za
bulon & Neptalim obtulerunt animas
suas morti in regione †rome. Locũ no † Morome
tat vbi pugnatũ est. In Hebræo habeẽ: Romę Zache, qđ interptatur super altitudinẽ campi. Significaẽ aũt quod in campo vbi præliatum est, inimicis superiores facti sunt, vbi se dederunt discrimini. Sic itaq; rome non nomen loci intelligendum est, sed altitudinem significat: in quo errauit translatio. Stel
læ manentes in ordine & cursu suo ad
uersus Sysaram pugnauerunt. Non vt mathematici putant per constellationis fatum victum Sysaram scriptura affirmat: sed figuratiue cælestia ipsa ad eius oppressionem quasi intendisse dicit: quia dñs cęli vt vinceret sua prouidentia disposuit. Quẽadmodũ ergo in

verissimum est iepte revelationem huiusce et secundum ... per tractum ... deo ... filie ... eodem ... ... vota ... et ... indicens ii et etiam ... ad hebreos xi. ... ita dicit ... decivitate dei c. 21 ... peccavit neque samson

terra montes,siue valles, siue quælibet alia terrena arguunt vel laudant,cum ab hoībus in eis manentibus & eis p̄sidentibus reprehensibile siue laudabile qd̄ agit, & ipsa hæc loca fecisse dicunt, quę ab hoīb⁹ in eis facta sunt:sic & stellæ de cęlo dicunt fecisse,qd̄ eis p̄sidens

K » in cælo deus fecit.Stellę manētes in ordine suo pugnauerūt.Intētionem& rationē ostendit in eo qd̄ ait:manētes in ordine suo. Manēt eñ vbi morā faciūt & vehemēter intendūt.In ordine autē manent,vbi in eo qd̄ agunt rationē nō

†meros seu meroz deserunt.Maledicite terrę †meroth dixit angelus dñi. Vel nūcius dei ad me veniens dixit: vel ego ipsa angelus dei existens dico vobis ex parte ei⁹ vt maledicatis terrę meroth. Nomen est regionis vel hoīs possessoris ei⁹ a quo dicta est terra meroth. » Maledicite habitatoribus eius.Subdit causam: qa non venerunt ad auxiliū dñi.i. in adiutorium fortissimorum eius.

L Iud.6. †Ozri. IOas patrem familię †Ezri.Patrē hic dicit maiorē,seniorem,honorabiliorem inter alios illius familię:de qua & ipse fuit,

M Iud.9. DE Phano baal berith.Berith cōiuratio interpretatur:hinc Baal » berith idolum coniurationis. » Occidit fratres suos filios Hierobaal, septuaginta viros. Si oēs septuaginta occidit, quomodo remansit vnus illoꝝ.Sed sic dictū est:occidit septuaginta & remansit vn⁹ quasi diceret:occidit septuaginta p̄ter vnū q remāsit. » Vinū meū qd̄ lætificat deū,cū sacrificat,& hoīes, cū bibit. « Quis est iste Abimelech? Quasi di. nullius p̄cii est. » Et adhuc aliud:qa seruū suū Zebul abiectū quēdā & vilē cōstituit principē super nobiles viros.

N » Iud.11. LOcutus est Iepthe oēs sermones suos corā dño in masphā. Sermones dicit verba quę facta fuerant inter ipsum & principes Galaad de principatu suo.Hęc locutus est corā dño ad cō» firmationē pacti qd̄ erat inter eos. » Nisi forte melior es Balach filio Sephor: q.d.hoc repetis qd̄ magis iuris illi⁹ esse videbat:qm̄ hęc terra eius fuit quā illi » abstulimus,cōcedente deo nostro: quā » sublatā tamē ille nunq̄ repetisse cognoscit:nisi forte tu docere & mōstrare potes ꝙ ipse vnq̄ iurgatus sit pro repetēda terra ista cōtra Israel aut pugnauerit cōtra eum.s.Israel omni illo tēpore quando Israel habitauit in hesebon & viculis eius &c. qd̄ iam est p trecentos annos. Si tradideris in manus meas filios Amon, qcūq; primus fuerit egressus,holocaustū offerā dño. Ritum gentilium secutus humanū sanguinē vouit:sicut postea legimus regē Moab filium suū immolasse super muros. Hoc ergo cōtra legem: nisi forte occulto instinctu diuino excuset, vt recte ab apostolo inter sanctos numeratus sit. Heb.11.

O Iud.12. PErcusserūtq; viri Galaad Effraim. quia dixerat fugitiuus est Galaad de Effraim & habitat ī medio Effraim & manasse. In Hebræo sic habet Atem Galaad. Qd̄ interp̄tat vos Galaad, qd̄ est cū indignatione ꝓnunciatū. Quasi diceretur Vos q estis? aut quales inter nos habitetis? Atē Galaad inter Effraim & manasse.

P Iud.13. COepitq; spirit⁹ dñi esse cum eo in castris Dan. Vel sic intelligēdū est quod dicit in castris Dan: ac si diceret in exercitu siue in multitudine,siue in agminibus Dan. Vel p castra Dan nomē loci signatur, vbi māsit samson primū. Et forte p anticipationē dictū: qa postea locum vbi sexcēti viri de tribu Dan in cariathiarim Iudę manserūt,legimus ex eo castrorū Dan nomē accepisse. Nisi forte idcirco hic locū illū cōuenienter intelligere nō possum⁹: ꝙ ille in cariathiarim Iudę,iste inter saraa & esthaol nominatur.

Q Iud.14. NOn potuerunt per tres dies soluere ꝓpositionē. Cumq; adesset dies septim⁹ dixerūt ad vxorē samson Blandire viro tuo. Quę fūdebat lachrymas apud samson: & septē dieb⁹ cōuiuii flebat apud eū. Hęc series,est narrationis. Sed aliqd incōueniētis hinc surgere videtur. Si eñ vsq; ad diem septimū terminus soluēdę propositiōis posit⁹ fuerat,& illi suscepta ꝓpositione p tres dies in soluēda ea laborātes,nihil ꝓficiētes tandē, sicut legit cū dies septimus adesset,ad vxorē samson locuti sunt. Illa vero tā precib⁹ q̄ cōminatione illo-

rum flexa,tunc demum ab ipo Samso=
ne,vt sibi propositio solueretur lachry
mis extorsit:quomodo stare potest ꝙ p
septem dies conuiuii fleuit apud eum?
Quomodo enim per septem dies conui
uii solutionem propositionis postulās
fleuit: quæ septima die primum roga=
re cœpit? Si autē post tres dies quibus
frustra in soluēdo ꝓblemate laboraue=
rant,quarta die locuti sunt ad vxorem
Samson.Sed nec tūc stare potest, vt se=
ptem diebus fleuisse legatur pro solu=
tione ꝓpositiōis. Itaqꝫ si,vt scriptū est,
suscepta ꝓpositione per tres dies labo=
rantes soluere illam conati sunt:quar=
ta autem die ad eam locuti sunt: quo=
modo verum est quod dictum est:cum
adesset dies septim⁹locuti sunt ad vxo
rem Samson vt solutionem eius inue=
stigaret:& illa quatuor diebus qui su=
perfuerūt importuna viro suo existens
tandem die septima solutionem extor
sit,ciuibusqꝫ suis nūciauit. Verum est
itaqꝫ quod dicitur, ꝙ p tres dies nō po
tuerunt soluere propositionem:Quod
autem sequitur,Cumqꝫ adesset dies se=
ptimus:per se legendū est, ac distinguē
dum:vt sequenti clausulæ non copule
tur sic:per tres dies non potuerunt sol
uere propositionem. Cūqꝫ adesset dies
septimus:hic suspende,vt subaudiatur
tunc soluerunt eam.Et quomodo solu
tionem eius inuenerunt subiūgit:quia
locuti sunt ad vxorem Samson: locuti
sunt scilicet post diem tertium cū de=
fecissent.Et illa precibus eorum susce=
ptis fleuit apud virum suum:septē die
bus conuiuii, non tamen totis septem
diebus:sed quatuor diebus qui supfue
runt de septem post tres.Fleuit igitur
septem diebus.i.in illis septem diebus
fleuit. Fleuit septem dieb⁹.i.vsqꝫ ad cō
summationem septem dierum fleuit.

R ,, Iud.15. SAmson gener Thānatei.Thānata lo
cus est vnde thānateus dicitur:no=
,, men patrium,non proprium.Licet hęc
feceritis,licet hāc vindictam p mea in
iuria vlcisceda in socerum meum exer
cuistis.tamen nōdum me ita placastis
vt adhuca vobis vltionem nō expetā.
,, Percussitqꝫ eos ingēti plaga,ita vt stu=
pentes suram femori imponerent.Ty=
pum stupentium exponere voluit scri=
ptura,per suram femori impositam.So
lent enim stupentes & fatigati nōnun
q̄ tibiam reflexam femori alteri impo=
nere:suraqꝫ ipsius tibię,vt pote parte ī
feriori,femori affixa sic sedere,quasi cō
silium non habentes & nescientes ꝙ se
mouere possint.In hebræo sic habetur.
Sogal ghereth:idest tibiā super femur:
vt sic dicatur,percussit eos ingenti pla
ga tibiam super femur. Quod tamē ad
eundem sensum referri potest.Ali⁹ sen
sus est. Percussit eos ingenti plaga sic
scilicet ꝙ percussit tibiam super femur:
hoc est percusso femore īsuper & tibiā
pcussit. Quia vero stātes vl' ambulātes
tibiis innituntur, sedentes vero femo=
ri:possumus non incōuenienter per ti=
biam pedites,per femur equites intelli=
gere.Quid est ergo super femur tibiam
percutere,nisi percussis maioribus etiā
minores delere? In loco qui postea vo= ,,
cat⁹ est lechi,id est maxilla vbi eorum ,,
fusus est exercitus.i.diffusus vel effu=
sus siue expansus ingenti multitudine
terram occupans. Sicut solent ad†odo
rem ignis lina cōsumi. Lina absqꝫ g.vn ,, †ardorē
de vestis linea:nō ligna per g:vnde do=
mus lignea. Odorem autem primā ca=
lefactionē ītellige ignis,quia leuis ma=
teria facili incendio concremat̄. In ma ,,
xilla asini, in mādibula pulli asinarum ,,
deleui eos & percussi mille viros.In he ,,
bræo sic habet̄. In maxilla asini homor
hemor: ī maxilla asini percussi mille vi
ros.Interpretatur autē homor hemor,
cumulum de cumulis: quasi diceret,id
est aceruum de cadaueribus mortuoꝝ
quos straui in maxilla asini. Quod aūt
dicit cumulum de cumulis, sic intelli=
gēdum est:quia eos in diuersis locis p
strauerat,& mltos cumulos fecerat: de
omnibus aūt quasi vnus factus est acer
uus & cumulus ingens. Idcirco appel= ,,
latum est nomen loci illius: fons inuo ,,
cantis de maxilla. Ne forte cōtrarium ,,
esse videatur qđ superius locus hic le=
chi.i.maxilla,vocādus dicitur:hic au=
tem nō maxilla simpliciter sed fons ī=
uocātis de maxilla appellat⁹ perhibet̄.
Sicut enim in Genesi Abraham locum ,, S
appellasse legitur dominus videt:& sta Gen.22.

tim subiunxit scriptura: vsq; hodie dicitur:in monte dominus videbit.Ita & hic nomen loci,lechi,id est maxilla dicitur:& tamen eius loci postea nomen non maxilla,sed fons inuocātis de maxilla esse perhibetur. Appellatū est nomen loci illius maxilla.Appellatum est & fons inuocantis de maxilla:vt ꝑ diuersis euentib⁹, aliud nomen loci sit.i. campi,pro interfectione hominū:aliud fontis,pro emanatione aquarum.Fons igitur,fons dicitur de maxilla, scilicet productus:& ipse idem fons inuocantis appellatur videlicet Sāsonis q deū inuocans illū de maxilla produxit. Hebręus autem quod dicitur inuocantis, non ad precem,sed ad appellationē nominis referendū dicit:vt sit sensus.Nomen loci est inuocantis,id est nominātis vel appellantis,fons de maxilla.hoc est qui locum suo nomine appellare voluerit,fontem de maxilla appellandum dicit,id est lechi. Sic ergo nomen loci est inuocantis vel appellantis fontē de maxilla.Nomen itaq; loci & inuocātis est & loci est.Inuocātis quia ipse dicit: loci autem quia de ipso dicit. Dicit autem quia locum illum vel fontem illū nominare vult:ꝙ locus ille vel fons ille de maxilla nominandus est & maxilla nominandus. Nam de ꝓiecta maxilla inuocās locum vel fontem lechi vocat,id est maxillam.

T ,, Iud.16. Latētibus apud se insidiis. Nō mirum videatur ꝙ philistei Samsonem occidere quærentes nec dormientem nec ligatum aggredi ausi sunt: donec verum fortitudinis eius experimētum cepissent. Tantus enim terror in ipsis erat vt nec appropinquare illi auderent:ne forte si in dormiētem aut ligatum subito irruerēt,priusq̄ eum extinguere possent excitatus,& vinculis ruptis vniuersos trucidaret:quēadmodum cum quis dormientem etiam leonē expauescit,neq; appropinquare audet vt tangat:ne subito vigilās irruat in authorem vulneris:tanto crudelius sæuiens,quanto iratus magis.

,, V Iud.17. Impleuitq; vnius filiorum suorū manum:& factus est ei sacerdos. Quod ait impleuit manū filiorum suorū: vel ad munera referendum est quibus conduxit illum:sicut de hebręo expressius dicendum videtur. Inuestiuit manum vnius filiorum suorū,donans vt sacerdotio fungeretur.Fuit quoq; in illo tēpore alter adolescens de Bethleem Iuda ex cognatione ei⁹:scilicet Iuda:erat ꝙ ipse leuites tam officio q̄ genere: ex patre de vna tribu:ex matre de altera. habitauitq; ibi:id est in Bethleem. Habuit apud se puerum. Puerū vocat vel pro ætate quia adolescens erat,vel pro ministerio quia famulus. ,, ,, ,, ,, ,,

,, X Iud.18. Vtentesq; illius diuersorio.Diuersoriū dicit secretū colloquiū vel cubiculum in quo seorsum manebat.

,, Y Iud.19. Erant filii Iemini: filii Beniamin. Nunc vadimus ad domū dei. Domum dei vocat tabernaculum in sylo, siue phanum qđ Micha ædificauerat, sculptili quod fecerat.

,, Z Iud.20. Volētes me occidere &vxorē meā incredibili libidinis furore vexātes.Pudice de se tacet qđ facere voluerunt,aliud commemorans pro illo.

Annotatiuncula vna in librū Ruth.

,, Aa Ruth.4. Soluebat homo calciamentum. Ille homo q suo iure cedebat proximo soluebat calciamentum suum & dabat ꝓximo suo cui cedebat.Hic Booz ergo qui propinquus erat,dixit alteri q ei cedebat:Tolle calciamentum &c.

M.HVGO

nis de Sācto Victore Annotatiōes Elucidatorię in Libros Regū:qui sit huius Tomi Liber.IIII. Et primo de numero librorum deinde de explanatione.

A Liber Regum apud nos quatuor distinctionib⁹ clauditur quarū duæ priores apud Hebręos liber Samuelis dicuntur,Duę sequētes Malachim

Ramatham,sicut in hebręo:vel vt qui=
dam Arimathaim: vnde Arimathia in
euangelio.

B 1.Reg.2. †litera habet duas.
DOnec sterilis peperit plurimos.i.
septem. Post Samuelē enim tres
filios,&†tres filias:itaq; septē.Addunt
de vno filiorum septimum natum:qui
est & eius,vt sint septem.Videbis æmu
lum tuum in templo in vniuersis pspe
ris Israel.Videbis in filiis tuis: ipsi em̄
videbunt post te.

C 1.Reg.3.
HEli iacebat in lectulo suo: & ocu
li eius caligauerant nec poterat
videre:hic distīgue,Postea sequitur: &
lucerna dei extingueretur. Samuel au
tem dormiebat in templo domini, vbi
erat arca dei : & vocauit dn̄s Samuel:
& hoc anteq̄ lucerna dei extingueret:
qui Samuel dormiebat in templo dn̄i.
Quod autem dictum est anteq̄ lucerna
extīgueretur,vocatum a dn̄o Samuel:
vel sic accipiēdum est : quasi diceretur
nocte vocauit. vel ideo qa ipse Samuel
qui nondum cū deo loqui cōsueuerat,
lucerna lucente nullum alium in tem=
plo præter Heli esse videret. Cūq; ip̄m
Heli nequaq̄ locutū didicisset, dei vo=
cem hanc esse non dubitaret.

D 1.Reg.6
AB vrbe murata vsq; ad villā, quæ
erat absq; muro.Quod dicit quin
q; ciuitates quiq; mures dedisse & quē
q; anos aureos : & postea subiungit,ab
vrbe murata vsq; ad villam q̄ erat abs=
q; muro: ita intelligendum est ꝙ quiq;
prouinciæ quinq; mures dederunt , &
quinq; anos singulæ singulos : quos li=
cet ꝓ dignitate specialiter ciuitates q̄=
si capita prouinciarum dedisse dicun=
tur, tamen pecunia non solum ab iis q
in ciuitatibus erant, sed etiam a villis
quę erant absq; muro:hoc est tam a mi
nimis q̄ a maximis collecta est:vt sicut
periculum erat omnium, ita oblatio es
set vniuersorum.Sic igitur omnes de=
derunt per vniuersam regionem a fine
vsq; finem.hoc est quod sequitur.Et vs
q; ad Abel magnum : lapidem dicit de
quo superiꝰ dixerat.Erat autem ibi la=
pis magnus & ceciderunt ligna plau=
stri:vaccasq; imposuerūt super ea . Hic
ergo lapis quasi terminꝰ erat terrę phi
listiim & Israel vsq; ad quem philistei
arcā domini ꝓsecuti sunt: vbi & beth=
samitę arca suscepta holocausta obtu=
lerunt. Vsq; ad hūc igitur lapidem o=
mnes tam villæ quę erant absq; muro,
q̄ ciuitates muratę terrę Philistiim ad
debitum munus domino persoluēdum
pecuniam & impensam tribuerunt.hoc
est quod dicitur:Vsq; ad Abel magnū
vsq; ad lapidem magnum.Nam & ip̄m
nomen lapidem sonat. Abel enī hebrai
ce lapis dicitur.vt proprium nomē ex
communi vocabulo deriuatum intelli
gatur.Super quem lapidem posuerunt
arcam domini:sicut superius dictū est.
Quæ arca erat vsq; in illa die,quo scili
cet percussit dominus bethsamitas , in
agro Iosue. In quo etiam culpa eorum
notari potest ꝙ non eam in domum in
troduxerunt sed foris dimiserunt: vbi
ab omnibus irreuerenter aspiceretur.
Nam viri cariathiarim non sic fecerūt
postea,propter quod nec percussi sunt
illi.Et percussit de populo septuaginta
viros & qnquaginta milia plæbis. Qui
dam per septuaginta virosmaiores &
principes populi intelligendos putant
Vt quod sequitur: Quinquaginta mi= E
lia plæbis sic accipiendum sit , quasi in
morte horum tantū damnum sit factū
quantum foret si quinquaginta milia
de plæbe ꝓstrata fuissent.Sed ī hebræo
plæbis non habet.Sic igit̄ accipiēdū su
pradictū putāt:pcussit de pplo septua=
ginta viros & quinquaginta milia. Ac
si dixisset.Quīquagīta milia & septua=
ginta percussit de populo: neq; hos so=
lū de Bethsamitis ne forte non de po=
pulo: sed ipsum populum prostrauisse
videatur:sed de tota prouīcia & regio
ne circūiacēte ciuitati Bethsamis. Sub
dit causam quare sint percussi dicens.
Eo ꝙ vidissent arcam domini : scilicet
non reuerenter,neq; cum timore,vt tā
tam rem decebat.sed audacter irruen=
tes respexissent arcam domini . Dignū
quippe fuerat,vt quia Philisteos qui di
gni non erant arcam dei retinere præ=
sumentes pro sua temeritate percussos
audierant : ipsi quoq; infirmitatis suæ
memores cum magna reuerentia & ti
more ad illam respiciendā accederent.
Quia igitur pro sua præsumptione p=

cussi sunt: innuit eosdē pcussos nominās.Hinc est ꝙ Oza in sequētibus cum
2.Reg.6 ad eandem arcam sustentandam manū extenderet percussus periit, quia inclinato vehiculo & ruinam minitāti auxilium laturus maiestatem presidentis
F ,, non cogitauit.

1.Reg.7. ET factum est ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim multiplicati sunt dies:erat quippe iam annus vigesimus.Ab eo scilicet tempore, quādo ingressa est in Cariathiarim vsꝗ ad hoc tempus quādo ait Samuel ad vniuersam domum Israel quod sequit. Vocauit nomen illius,lapis adiutorii. Qꝫ igitur superi⁹ Israel iuxta lapidem adiutorii castra posuisse dicitur per anticipationē dictū est.i.in loco vbi postea hic lapis positus est sic appellatus.

G ,, VT ascenderet in excelsum.Post si
1.Reg.9. lo,ante ædificationem templi excelsa,id est loca eminētiora vbi deo sacrificaretur,non reprehendebanť: quæ post,loco sacrificādi determinato,illicita facta sunt.

H ,, MIlitiæ Asor.i.militię Iabin regis:
1.Reg.12 qui habitabat in Asor, de qua superius in Asoreth gentium.

I ,, FIlius vni⁹ anni erat Saul cū regna
1.Reg.13. re cœpisset:& duob⁹ annis regnauit super Israel. Et elegit sibi Saul tria milia de Israel. Quidam sic exponunt. Ipsi autem Saul cum regnare cœpisset, erat filius vni⁹ anni.vel ipse Saul erat filius vnius anni,id est innocens & simplex vt puer vnius anni.Et duobus annis regnauit in illa simplicitate:Postea mutat⁹ est in peius.Hebræi dicūt Saul duobus tm̄ annis regnasse Samuelē viginti annis iudicasse Israel.Secundum hāc existimationē sic intelligitur.Saul duob⁹ annis regnauit super Israel, qui cū regnare cœpisset & esset filius vni⁹ anni,id est vnum annū iam habuisset ī regno,fecit quod sequitur . Elegit sibi tria milia de Israel.Nam & Dauid postea secundū eandem loquendi formā filius triginta annorū dicitur:id est habens triginta annos cum regnare cœpisset.Quod idioma in hebræo frequēs & vsitatum est:vt filius iniquitatis,filius pacis,filius vnius anni, filius triginta annorum.Percussit Ionathas stationem Philistinorum, quæ erat ī Gabaa:id est exercitum eorum qui in illo loco morabātur . Quod cum audissent Philistei,Saul cecinit buccina. Saul cū cognouisset Philisteos audiuisse ꝙ Ionathas filius eius stationem eorum percussisset,sciens eos in vltionem percussorū aduenturos:cecinit buccina in omni terra:dicens audiant hebræi.Ideo enim buccina cecinit vt hebræi audirent percussos Philisteos & animarenť ad prelium.Quod factum est.Nam vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam: ꝙ scilicet Saul percussit stationē Philistinoꝝ.Fama regi attribuente qđ filius fecerat . Et ideo fidutia accepta erexit se Israel aduers⁹ Philistiim.Clamauit ergo populus Israel,currēs post Saul,ad prælium in galgala.Hebręi autem transierunt Iordanē.Hebræos hic vocat partem populi quæ transiordanem morabatur:id est tribum Rubē & Gad & dimidiā tribum Manassę. Reliquos Israel: hinc & Saul buccina cecinit:vt remoti famam victorię audirēt: quos & Hebręos discrete scriptura nominat,alludens vocabulo:quia ad auxilium reliquo Israeli venientes frequenter Iordanem transire oportebat, quia hebreus transiens interpretatur.

PORro triūphator in Israel non parcet:nec pœnitudine flectetur.Hebręus habet sic.Vagham,Neza Izrahel loe Zachir.Id est, porro virt⁹ Israel nō mētietur.Hoc vult dicere,ꝙ Deus qui est triumphator in Israel,quia per eum Israel triumphat & vicit:siue virtutis Israel,id est dans virtutē & fortitudinem Israel:ipse non mentietur, vt verbum suum mutet sicut tu modo verbum eius cassare conatus es,non faciēs quod præcepit.Ipse autem non mentietur,sed ad effectum perducet verbum suum:siue non parcet quasi miseratione aliqua mutatus, vt non impleat qđ proposuit:sicut tu prius videri voluisti parcens hominib⁹ dignis morte: & mendacem faciens deum. Nec pœnitudine flectetur,vt pœniteat eum proposuisse, & sic flectatur & nō faciat quod facere cogitauit . Neqꝫ enim homo est

vt agat pœnitentiam.Homo enim qui malum velle potest & mutare potest, pœnitentiam agere potest.

I 1.Reg.15 NVm coram domino est Christus eius? Id est nunquid iste qui tibi nunc præsentatus est & coram adductus ꝓiusus est a te,vt sit Christus tu⁹? Adduxit itaq; Isai septẽ filios suos corã Samuele: Et ait Samuel ad Isai: Nõ elegit dominus ex istis. Quomodo verum est ꝙ Isai septem filios suos ad Samuelem adduxisse dicitur, & Samuel ex illis adductis nullum electũ esse testatur,cum Dauid vnus de septem adhuc & adductus non sit, & electus sit? Quapropter sic intelligendum est ꝙ sex adduxit illo solo excepto quem superesse dixit:& verum est ꝙ de reliquis nullum elegit dominus.

K 1.Re.17. DAuid caput Philistei attulit in Hierusalem.Hic apparet iam eo tempore communem fuisse habitationem in Hierusalem & filiis Israel & Iebuseis: ad quã velut excellentiorem ciuitatem,ob gloriam triũphi caput philistei Dauid attulit.De qua stirpe descẽdit hic adolescens?Responditq; Abner &c.Quomodo Saul hic Dauid ignorat & progeniem eius quærit: cum superi⁹ ad Isai patrem eius misisse legatur:dicens mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis.Dauid quoq; ad eum venisse & corã eo stetisse, dilectusq; ab eo fuisse & armiger eius factus asseratur? Sed notandum ꝙ potentes in cotidiana hominum frequentia positi,non oẽs circa se conuersantes possunt agnoscere: præcipue eos quos nec dignitas personę commendat,nec diutina cõuersatio familiares efficit.Quia igitur Dauid puer adhuc & contemptibilis,neq; regia familiaritate dignus breui tẽpore cum Saule manserat,non mirum est si eũdem modo ad tam egregium opus procedentem diligẽtius notatum ignorat.Nam quod prius eum ad Isai patrẽ eius mittens ex nomine vocat:nequaq̃ notitiæ adscribẽdum est, quia eo nomine illum vocat quod ex relatione suggerentium didicit.Non autem ex pręcedentis notitia familiaritatis agnouit.

POsuitq; eum Saul super viros belli.Hoc non amore,sed odio fecisse intelligendus est:vt cupiditate laudis bellis se ingerens interiret.Iam eñ audierat mulieres canẽtes:Percussit Saul mille,& Dauid,decem milia. Atq; hac laude Dauid in iram excitat⁹ mortem eius meditari cœperat.Ideoq; subiungitur. Porro cum reuerteretur ꝑcusso Philisteo Dauid &c. Hoc iam præcesserat,sed narratur pręposterе.In duabus rebus gener me⁹ eris. Primum scilicet de Merob ꝓmissa & deĩde Michol data. L 1.Reg.18

FVerũt vasa puerorum sancta. Porro via hæc polluta est sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.Secundũ ritum legis loquitur, secundum quẽ illicitum erat vt in vasis in quibus ante communis cibus positus fuisset,sanctificatus postea panis poneretur.Ideo dicit vasa puerorum,id est comitum suorum sancta : quod nihil in eis commune continebatur, quominus cibum sanctificatum caperẽt.Porro hæc(inquit) via polluta est:id est nos via polluti sumus aliquid videndo forte vel contingendo propter quod iure secundum legis consuetudinem a contingendis sacris prohiberi deberemus. Sed & ipsa sanctificabitur in vasis: id est parcetur nobis de his si qua tetigimus immunda.Parcetur dico propter vasa quę mũda portamus. M 1.Reg.21.

SI dominus incitat te aduersum me odoretur sacrificium:placetur deus si ex ira eius est. Aliud cõsiliũ non habeo pro parte hac.Si autem filii hominum hoc faciunt:ipsi maledicti sunt in conspectu domini quia iniuste agunt q eiecerunt me &c. N 1.Re.26.

EST apud me multis diebus vel annis.Superius dictũ est ꝙ quatuor tm̃ mensibus fuit in regione Philistinorum:nunc autẽ achis dicit multis diebus vel annis moratum apud se:qđ fortassis idcirco dicit vt rectius argumentum fidelitatis ipsius caperent ex temporis prolixitate,ideoq; annis adiũxit. O 1.Re.29.

Sequuntur

Adnotatiunculæ Elucidatoriæ eiusdem Magistri Hugonis in Lib.Regum Secundum.

P 2.Reg.1. Planxit autē Dauid plāctum huiuſcemodi ſuper Saul & ſuper Ionathan filium ei⁹:& pręcepit, vt docerēt filios Iuda arcum,id eſt artē ſagittandi:qm̄ Saul, & Ionathas filius eius ſagittis Philiſtiim interierant: vt ſi denuo bellum ſurgeret,cōtra aduerſarios ſe defendere poſſent. Sicut ſcriptum eſt in libro iuſtorū. Quidā librū iuſtorum hunc eundem librum intelligendum putant,propter Samuelem & Dauid:de quib⁹ principaliter agit. Alii librum iuſtorū,legem Moyſi interpretantur:in qua forma iuſtitiæ hominibus proponit. Ex qua coniici putāt in nonnullis locis artem ſagittandi vtilē, ſicut fortaſſis illud in Geneſi Iacob dicēte ꝙ portionē tulerit de manu amorrei in gladio & arcu. Alii librum iuſtorum non hominum interpretātur, ſed iudiciorum vel præceptorum. Ac ſi diceretur in libro iuris:vt ſit ſenſus præcepit vt docerent filios Iuda arcum:vt hoc ita quaſi pro lege teneretur: & inuiolabiliter obſeruaretur,ſecundum ꝙ ſcriptum eſt in libro iuris: & præcepto legis editum. Clypeus fortium, pluraliter pronunciandum: quod tñ ſingulariter exponens,adiungit:clypeus Saul.

Q Modus dicendi quando aliquid cōmuniter proponitur:cui ſingularis executio adiungēda eſt. Hic fit in rerum exaggeratione:quando quid cum valida intentione narratur. Abiectus eſt clypeus fortium,clypeus Saul: quaſi nō eſſet vnctus oleo. Quaſi hominis vilis: quaſi hominis ſanctificationem diuinā non habentis. Deinde ſequitur. A ſanguine interfectorum ab adipe fortium, ſagitta Ionathę nunq̄ abiit retrorſum. Ac ſi diceret. Non abiit retrorſum ſagitta Ionathæ in pręliis vt emiſſa vnq̄ caſſa reſiliret a ſanguine fortiū,ab adipe medullatorum: ſed fortiter penetrauit effundens ſanguinem & perſtrīgēs adipem fortium,quos interficiebat. Ionathas in excelſis tuis,o Iſrael,interfectus ē. Doleo ſup te frater mi Ionatha.

R 2.Reg.5 Dictum Dauid ab eis,id eſt a Iebuſeis. Nō ingredieris huc,niſi abſtuleris cæcos & claudos. Cęcos & claudos ſuper muros ſuos poſuerunt,vt dicerent Dauid aduenienti. Non ingredieris huc ad contemptū ſcilicet illius quaſi tales ad violentiam eius repellēdā ſufficerent. Ideoq; dixerunt ei:Non ingredieris huc niſi iſtos videlicet cæcos & claudos,qui ad reſiſtendum tibi propoſiti ſunt,abſtuleris. Propoſuerat enim Dauid in die illa p̄mium,illi ſcilicet qui percuſſiſſet Iebuſeum:& tetigiſſet domatum fiſtulas. Id eſt fiſtulas canalium prominentes per ſummitatem muri a domatibus,id eſt tectis domoꝝ ad educēdam aquam ſtillicidiorum. Illi ergo qui prim⁹ vſq; ad canalia deſuper prominentia aſcendens vrbē ingrederetur,pręmium propoſuerat Dauid: quod tamē p̄miū hic non determinat, ſed in libro Paralipomenon exponit. ſ. ꝙ ducem exercitus faceret. Vnde Ioab primus aſcendens,princeps militię factus eſt. A mello & intrīſecus. Mello locus erat in ciuitate a quo incipiēs ędificare per circuitum & intrinſecus ædifica uit.

S 2.Reg.7 A Facie populi tui faceres. ſ. horribilia : id eſt propter populum tuū. Ab eo enim ſumpſiſti cauſam faciendi. Quem redemiſti tibi ex Ægypto. Hic ſiſtendum eſt:deinde ſubiūge. Gentem & deum eius:ſubauditur vbi inueniemus talem gentem & talem deū eius, qualis populus tuus Iſrael & qualis tu deus eius.

T 2.Reg.11 Sanctificata eſt ab immunditia ſua, id eſt lauit ſe poſt coitum: vel quia ſteterunt menſtrua eius propter conceptum.

V 2.Re.14 IN me domine mi rex iniquitas, & ī domo patris mei: rex autem & thronus eius ſit innocēs. Quaſi diceret. Caue ne forte promiſſio tua inanis ſit:qđ non conuenit tibi qui rex es & dominus. vt iniquitas inueniatur in te ſicut & de me & domo patris mei, id eſt mei ſimilibus. Quanto enim maior es tanto iniquitas tua deformior. Recordetur rex domini dei ſui. i. timeat dominum deum ſuum. Vt non multiplicentur, id eſt vt non permittat multiplicari, & multipliciter inſurgere : pro-

ximos sanguinis, id est cognatos inter fecit ad vlciscendum: & tunc nō interficient filium meū. Loquar ancilla tua &c. Accepta securitate de causa quam suam finxerat: nunc infert quo regē ad parcendum cogat proprio iudicio, dicens, Quare cogitasti huiuscemodi rē: id est ꝙ filium tuū eiecisti pro nece fratris: quod quidem cōtra populum dei fuit: quia nocere poterit in posterum hoc exemplum populo dei, si imitatus hoc fuerit populus, similiter hoc agēs. Nunc igitur veni quia bonum est parcere & misereri. Ideo veni & loquar ad te regem dominum meū verbum hoc, quod feci de filio meo. Quod sequitur: præsente populo: in hebræo expressius inuenitur. chi, chire, id est qm̄ terruerunt me: quasi diceret, quia terruerunt me illi qui filium meum interficere voluerunt: Ideo veni pro impetranda venia. Quod tamen & in prioribus verbis conuenienter intelligi potest vt sit sensus: veni vt loquar verbum, præsente hoc est instante & vrgente me populo: qui filium meum ad mortem exposcūt. Et dixit ancilla tua. Loquar ad regem siquo modo faciat rex verbū ancillæ suæ: id est si forte exaudiat me deprecantem pro filio meo. Et exaudiuit rex. Dicat ergo ancilla tua vt fiat verbum domini mei regis: vt iudicium qđ de mea causa fecisti, in tua conserues: quia tu sicut angel⁹ dei nec ꝓ ira quā aduersus aliquem habeas, nec pro gratia a veritate moueri debes. Per salutē animę tuę domine mi rex, nec ad dexterā nec ad sinistrā ē: nusq̄ scilicet deuiat quicq̄ ex omnib⁹ quæ locutus es, quin ita sit vt dicis ꝙ scilicet man⁹ Ioab mecū est Sapiēs es ī oīb⁹ istis, vt ītelligas omnia: hoc est qd expediat fieri in oīb⁹ q̄ agenda super terram. Captatio est, vt attendat quid agendum sit vt sapiens.

X 2.Reg.15 PORtantes arcam fœderis dn̄i: & deposuerunt arcam dei. Quidam idcirco arcam domini depositam putāt, vt Dauid dominum consuleret. Sed qa tūc ei respondere noluit: idcirco dixisse Dauid ad sadoch. Reporta arcā dei in vrbē, s. Hierusalem. Alii depositā putant, vt populū transeūtē pstolaret. vnde est qđ sequitur. Ascendit Abiathar: hoc est seorsum stetit in loco eminētiore pstolās donec oīs popl's cōgregaret.

INgressus est ad Abigail filiā Naas. Naas ipse est Isai & Iesse pr̄ Dauid. Y 2.Reg.17

AB initio messis donec stillaret aq̄ super eos. Nota ꝙ in illis regionibus ęstate maxime tempore messis nec tonitrua sonant nec pluuię fiunt vsq; ad circa Kalendas Septembris. Factum est aūt rursum pliū Philistinorū aduersum Israel: & descendit Dauid &c. Quā in hoc loco †arephā scriptura nominat, ipsa credit fuisse Orpha moabitis, nurus Noemi, socia Ruth: de cuius progenie nati sunt hi quatuor gigantes qui hic in manu Dauid & seruorū eius cecidisse dicuntur. Repetit autem a superioribus scriptura bella ista commemorans fortassis alio ordine q̄ gesta sunt. In primo Abisai filius Saruię interfecit Iesbidenob. In secūdo sobochai interfecit †Sephi. In tertio Dauid qui hic dicitur, Adeodatus, qm̄ ad liberationem Israel a deo donatus est: & fili⁹ saltus, quia de pascuis & saltu sumpt⁹ est: & polymitarius, quia multiplici decore cultum dei ornauit, in psalmis & canticis: & bethleemites, ꝑpter patriā. Ipse. s. Dauid īterfecit Goliath getheū. Qđ bellū primū fuisse videt: q̄uis hic cōmemoret tertiū. In quarto Ionathas interfecit virum senos digitos singulis manibus pedibusq; habentem: qui similiter fuit de stirpe †arepha. 2.Reg.21 †arafā †Zaph. †Arafa.

HÆc sunt verba nouissima q̄ dixit Dauid. Hæc videlicet q̄ supradicta sūt: vel hęc q̄ sequunt: dixit Dauid fili⁹ Isai. More scripturarū de se loquit quasi de alio. Dixit vir cui cōstitutū ē de Christo dei Iacob. i. cui gr̄a vel officiū cōcessum ē de Christo dei Iacob: vt videlicet sit Christus dei Iacob. In hebręo sic est: dixit vir leuat⁹ sup Christo dei Iacob. i. vir q est Christ⁹ dei Iacob: quē ipse de⁹ Iacob supleuauit. i. exaltauit vt esset supior oīb⁹. Egregi⁹ psaltes siue psalmista ī Israel. Quid dixit? Hoc scilicet. Spirit⁹ domini locutus est per me: & sermo eius per linguam meam: deus Israel dixit mihi & fortis Israel loquutus est mihi. Quid dixit mihi? Z 2.Re.23.

hoc videlicet ꝙ ille qui iustꝰ est debet esse dominator hominum. Ita tamen ꝙ dominator sit in timore dei: vt sic ꝑ iustitiam homines inferiores regat, quatinꝰ semper per timorem deo se subdat superiori. Vel hoc dixit mihi: ꝙ dominator hominum iustꝰ & dominator in timore dei rutilat & germinat. Hoc dixit mihi vt sciam qualiter præesse debeã, & qualiter subesse: & per hoc factꝰ sum splendidus. Sicut lux auroræ quæ rutilat clare absq; nubilo mane oriente sole: & factꝰ sum germinãs: sicut pluuiis, id est irrigatione pluuiarum germinat herba de terra. Quod tñ factum non est meritis meis: quia apud deũ cuius est totus mundus non est tota domus mea. i. familia & ꝓgenies mea, vt pactum æternum iniret mecum: ita firmum in omnibus atq; munitũ nisi gratia sua hoc fecisset. Ex qua grã est cuncta salus mea & omnis voluntas mea. i. quicquid volo & desidero per eam dat̃ & impletur & non est quicq̃ circa me vel ad me pertinens qđ nõ germinet & proficiat. Præuaricatores autem, qualis Saul fuit, quasi spinæ euellẽtur vniuersi, qm̃ indigni sunt vt permaneãt in agro dei, quia spinę nõ tolluntur manibus, quia intractabiles sunt, & per rebellionem pungunt tangẽtes. Et si qs eas tangere voluerit increpãdo scilicet & castigando, armabitur ferro & ligno lanceato. Hasta lignũ est: lãcea ferrũ. Quasi diceret. Qui in eos sæuire voluerit, vtetur non solis verbis quibus erudiãtur: Sed vindicta extirpentur vt extirpati comburantur igne scilicet inextiguibili vsq; ad nihilum cõsumẽdi. Nota autem ꝙ ligno percussio fit, ferro sectio: lignum ergo lanceatum est vindicta non solum cruciãs sed exterminãs. *lignum lanceatum quid*

A Hæc sunt nomina fortium Dauid. Hic enumerat eos q in exercitu Dauid fortitudine excellentes erant: qbus & ipm̃ Dauid annumerat: quia perfecta gloria regis nõ esset fortes habere milites nisi & ipse fortis esset. Propter qđ ipsum cæteris omnibus præfert, quasi fortibꝰ fortiorem: quatinus etiam ipsorum cõmendatio ad gloriam illi cedat. Numerat autem primum tres seorsum per se quasi excellentiores omnibus in quibꝰ Dauid primum ponit ac principem. Secundũ Eleazarũ. Tertium Semmaa. Hi primi tres. Deinde ponit alios tres & virtutem eorũ exponit ꝙ ꝑ media hostium castra irrũpentes aquã de cisterna quæ erat in Bethleẽ attulerũt: quos tamen licet inter alios triginta ĩsignes effulserint primis tribus nequaq̃ ęquãdos esse testatur. Deĩde annumerat reliquos & in summa trigĩta sex, & cum Vria trigĩnta septem: qui sunt hi.

Incipiunt nomina fortiũ de Israel.

Dauid primus fortium primorum.		Banai	12.
		Heldai	13.
Eleazar.	2.	Albiadon†	14.
Sẽmaa. 3. hi primi		Azinaueth	15.
Abisai primꝰ fortium secundorũ.		Eliaba	16.
		Ionathas	17.
Banaias	2.	Ara	18.
Asahel 3. hi scđi		Semma	19.
Eleanan primus tertiorum.		Haian	20.
		Helefeleth	21.
Semma	2.	Helian	22.
Elicha	3.	Efrai	23.
Heles	4.	Farai	24.
Hira	5.	Igaal	25.
Abieser	6.	Bonni	26.
Mobonnai	7.	Selech	27.
Selmon	8.	Naharai	28.
Macharai	9.	Hira	29.
Heleph	10.	Gareb	30.
Hithai	11.	Vrias	31.

†Albiabon.

B ¶Ioab nõ numeratur vel propterea qa princeps aliorum & notus: vel propter mortem Abner & Amasæ.

C ¶Dauid in cathedra sedens. Ecce magisterium. Merito quia sapientissimus. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Vermiculus ligni in se tener & mollis, durum lignum perforat. Quando tangitur nihil mollius illo: quando tangit nihil durius. In eo igitur ꝙ tenerrimus appellatur, notatur humilitas & mãsuetudo: in eo ꝙ vermiculus ligni dicitur fortitudo signat̃. Dauid quando lędebatur nihil mãsuetius: qñ lędere volebat nihil ferocius. Tres prĩcipales virtutes. Sapientia, humilitas, fortitudo. Has omnes nullus alioꝝ habere potuit nisi ille solus in quo directus est spiritus dei. Has sequũtur tres

vermis in penetrando active dicens in passive penetrando mollis citius penetrat & citissime penetrat

quasi imagines aliarum. Disciplina, sapientiæ. Mansuetudo humilitatis. Cõstantia, fortitudinis. Has aũt secundas tres nouissimæ sequentes peruerse imitantur. Disciplinam, hypocrisis. Mãsuetudinem, pigritia. Constãtiam, pertinacia. Dauid sedens in cathedra, qui octingentos iterfecit ĩpetu vno. Vbi hoc factũ sit non legimus, nisi quantũ hic cõmemoratur. In hebræo sic est. Octingẽtos vna vice. Quod sic intelligi potest, q̃si diceret Dauid ligni vermiculo cõparatur propter fortitudinem: qua omnia penetrat & nihil ei resistere põt: intantũ vt super octingentos vna vice irruere possit & vincere. Post hũc Eleazar: secũdus scilicet in fortitudine post Dauid, Inter tres fortes qui erant cum Dauid quando Philistini exprobrauerũt Israel scilicet timiditatem, & q̄ eis resistere non poterãt: & cõgregati sunt ipsi Philistei illuc (vbi erat Dauid) ĩ p̄lium. Hoc iudei dicunt ibidem factum vbi Goliath agminib⁹ Israel exprobrauit. Aliud non legimus nisi quantũ hic dicitur. Et post hũc Semmaa fili⁹ Agæ de arari. Et congregati sunt philistiim in statione. Hoc cohærere non videtur. Sed sic legẽdum est: post hũc Sẽmaa. Et ip̃e similiter Philisteos pcussit & vbi subiungit: quia congregati sunt Philistiim in statione: id est in loco vbi castris positis stabant & morabantur. Cũq; fugisset popul⁹ Israel a facie Philistiim, stetit ille in medio agri: id est ĩ campo, vnde populus fugerat: & tutatus est, id est defendit eum: scilicet cãpum vt eum obtineret fugatis vel pro stratis hostibus. Necnõ & ante: in alio scilicet p̄lio, q̃d ante hoc factum fuerat. Descenderant tres fortes qui erant principes inter †triginta, id est aliis triginta excellentiores. Et venerant tempore messis ad Dauid in spelũcam Odollam. Horum omnium quę dicuntur aliã notitiam habere non possumus nisi quantũ cõiicimus ex his quæ in hoc loco cõmemorãtur. Ipse percussit duos leones Moab. In hebręo euidentius legit̃ duos principes Moab. Et ipse descendit & p̄cussit leonem in media cisterna. Magna audacia ad tã ferocẽ aggrediendũ solũ

†Nõ an numerato Vria

descendere. Verũtamẽ vsq; ad tres scilicet primũ noĩatos: nõ p̄uenerat, vt illis æqualis esset. Fecitq; eum Dauid sibi auricularių: id est consiliariũ, a secreto vel p̄ vna dictione accipiẽdũ est, vel a secreto. i. de secreto. quasi diceret de secretis vel in secretis fecit eum consiliarium sibi.

ET addidit furor dñi. Addidit supradictis flagellis hoc. i. hanc irã. Et cõmouit ipse dñs cõmouit Dauid ĩ eis. i. ad faciendum q̃d fieret contrariũ illis: Dauid dico dicẽtẽ Ioab. Vade numera Israel; hoc ẽ quod sequitur. dixit rex ad Ioab. Percussit aũt cor Dauid eũ. i. cõsciẽtia remordebat eũ eo q̄ fecerat. D 2.Re.24.

Adnotatiũculę Eiusdẽ ĩ Reg. Tertiũ.

FEcitq; in tẽplo fenestras obliquas, id ẽ ar cuatas desup: vel in toto obliquas. i. interius latiores propter claritatem. Super parietes. i. extrĩsecus ad parietes, fecit tabulata quasi solaria p̄ circuitum triplici ordine: vnũ stricti⁹, mediũ latius, supremũ latissimũ: vt columnæ quibus sustentabantur superiora non contingerent inferiora tabulata: sed extrinsecus ab imo surgerẽt singulæ. Ista tabulata quasi hexhedrę fuerunt foris adhęrẽtia muro. Trabes aũt quibus sustentabãtur tabulata ipsa, posuit in domo per circuitum. i. adiunxit domui: per circuitum tamẽ forinsecus, ita scilicet vt non hærerent muris tẽpli. i. vt nõ essent ĩfixę muris qa eiectura q̃dã in ipso muro per circuitũ facta, ipsas excipiebat & portabat in illo capite quo murũ cõtingebant, ĩ altero capite columnis ĩnitentes. Vel de trabibus intra domũ intelligi põt ad eundẽ modũ dispositis. Texit quoq; domũ laquearibus cedrinis. Tectũ domus more regionis planũ fecit queadmodũ extrinsecus tabulata. In tecto igit̃ dom⁹ laquearia cedrina posuit: & domum lignis, & pauimẽtũ texit tablis abiegnis. Et ędificauit vigiti cubitorũ tabulata cedrina: viginti cubitos de sexagita, q̃ ĩ lõgitudine dom⁹ erãt, separauit ĩ posteriori p̄te domus. i. occidẽtali: qã ĩtroit⁹ E 3.Reg.6.

ad oriẽtem erat. Atq; in illa parte simi liter ędificans tabulata cedrina, a paui mẽto sursum fecit de parte eadẽ domũ oraculi in sãctum sanctorũ.i.ad hoc vt ipa esset sanctũ sctõrũ: ipsam dico inte riorẽ qa ad eã nisi p alia introitus non patebat. Porro quadragĩta cubitorum erat ipsum templũ p forib⁹ oraculi. A foribus em̃ oraculi vsq; ad portã orien talẽ quadraginta cubiti erant:qđ totũ dicebaṫ sancta. Et iuncturas suas,iũctu ras dicit vbi tabulata iungebanṫ.Ora culum aũt in medio domus.i.intra do mum,fecerat in interiori parte.i.remo tiori ab introitu.Porro ipsum oraculũ habebat viginti cubitos lõgitudinis:& vigĩti cubitos latitudinis:& vigĩti cu bitos altitudinis.In hoc patet q͡ oracu lũ viginti cubitis inferius erat reliqua domo.Sed & altare vestiuit cedro.Hoc est altare thymiamatis, qđ stabat ante oraculum.i.sancta sanctoꝝ.Sed & totũ altare oraculi texit auro. Ipsum est qđ superius texit cedro:nunc auro qđ sta bat ante oraculũ. Quinq; cubitorũ ala cherubin vna,subaudiẽdũ est lata erat, & quĩq; altera,vt a summitate.i.extre mitate,vnius vsq; ad summitatem alte rius,p transuersum.s.decem essent cu biti,latitudo ęqua altitudini.Nam cor pus cherubin ĩter alarũ expansionẽ te nebaṫ. Posuitq; cherubim in medio tẽ pli interioris.i.oraculi versis vultibus ad orientẽ in propiciatoriũ coram posi tum.Ita vt alter ala vna parietem me ridianũ tãgeret,alter ala vna septẽtrio nalem:reliquas duas adinuicem iunge rent in medio oraculi tanta fieret extẽ sio alarũ,quanta fuit latitudo oraculi. Et fecit ĩ eis.s.parietib⁹,cherubin:alias formas cherubin in diuersis locis scul psit in parietibus: & palmas manuũ & alias figuras varias.In ingressu oracu li fecit ostiola duo,vt post determinat. Duo ostia de lignis abiegnis altrĩsec⁹: scilicet vnũ hic alterũ illinc. Et vtrũq; ostium duplex erat.i.duas valuas hñs: & se inuicẽ tenens,quia connexæ valuę ad postem in medio positum aperieban tur.Et ædificauit atriũ interius, quod exteriori cingebatur.Dispositis tribus ordinibus in pariete.tribus lapidũ po litorum,& vno lignorum cedri.

Edificauit quoq; domũ salt⁹ liba ni. Propter immensitatẽ & multi tudinẽ operis saltui comparaṫ domus: vel quia ex illo materia sũpta est. Qua tuor deãbulacra ĩter colũnas cedrinas fecit: & tabulatis cedrinis vestiuit to tam cameram,q̃ quadragintaquinq; co lumnis sustẽtabaṫ. Vnus autẽ ordo ha bebat columnas quindecim. Secũdum hanc dispositionẽ tres ordines intrin secus erant columnarũ:& quatuor de ambulacra.hoc est interualla. Et inter columnas a pariete vsq; ad primũ ordi nem,vnum interuallum: a primo ad se cundũ,alterum:a scđo vsq; ad tertium aliud: a tertio itẽ vsq; ad parietẽ iterũ aliud.In hebręo habetur. Tabulata ce drina desup ordines columnarum qua dragintaquinq;.Quĩdecim vnus ordo. Qđ sic intelligi potest,vt non quadra gintaquĩq; columnas sed tabulata.i.ta bulas quadragintaquinq;,quibus tabu latum compactũ est esse dicam⁹: & tres ordines in tabulato:quoꝝ singuli quin decim tabulas continebant.Hoc est qđ dicit coopertura tres ordines,subaudiṫ habebat, respiciẽtes alterũ ad alterum ter.In ipsis ordinibus singulę tabulę or dinis vnius singulas tabulas alteri⁹ or dinis oppositas respiciebant:ita q͡ alte ra ad alterã iũgebaṫ ter.i.tres in singu lis ordinibus aliis tribus alterius ordi nis oppositis connecterenṫ insertis ca pitibus alterius ad alteram.Et sup co lumnas quadrangulata ligna in cũctis ęqualia.In hebręo hoc sic habeṫ. Et oĩa ostia & postes quadrata vnũ contra al terum.Qđ autẽ dicit hic ostia quadra ta.i.desup non rotũda: ad comparatio nẽ fortassis dictũ est eorũ q̃ erant in in troitu oraculi sic formata. Et porticũ columnarũ fecit.i.porticũ in qua simi liter colũnas posuit, q̃ porticus longa erat quinquaginta cubitorũ scđm lati tudinẽ dom⁹: & alterã porticũ in faciẽ maioris porticus.i.ante maiorẽ porti cum.Porticum quoq; solii ĩ qua tribu nal fecit.Solium regnantis:tribunal iu dicantis:& est domuncula in qua sedeṫ ad iudicandum: seorsum ad dictãdam sententiam,vel palam ad proferẽdam.

F
3.Reg.7

Tam intrinsecus q̄ extrinsecus serra=
ti,id est secti & politi in vtraq; superfi
cie parietis.Et extrinsecus vsq; ad ma=
ius atrium porrecto tali opere. Maius
atrium extrinsecus,minus atrium in=
terius. Necnō & in atrio domus domi
ni interiori:& in porticu domus domi
G ni,tale opus factum est.Qꝫ aūt in stru=
ctura parietum per varios ordines,nūc
quadratos siue politos lapides posuit,
nunc cedros,id est ligna imputribilia:
idcirco factum,vt varietas ipsa structu
ræ gratior fieret atq; decētior.Alia au
tem fuerunt atria domus domini: alia
domus regis,siue extrinseca siue intrī=
seca.Et finxit,id est artificiose compo=
suit vel formauit, duas colūnas æreas,
id est ex ære fusas.Istæ columnæ nō ad
portandam fabricam sed ad ornatū fa=
ctæ sunt & in porticu templi erectę.Al
titudinis octodecim cubitorum: in cir
cuitu duodecim cubitorum.hoc est ꝙ
Linea duodecim cubitorum ambiebat
columnam vtrāq;.hæc erat mēsura ro=
tunditatis.Si linea duodecim cubitorꝫ
cingeretur,ambiret eam,& totam rotū
ditatem eius complecteretur. Vel am=
bitus columnæ secundum ductū linea=
rem duodecim cubitorū erat vel linea
fusili opere illi circūducta,ambiebat eā
duodecim cubitorū.Capitella summi=
tatibus columnarum supposita magna
erant singula altitudine quinq; cubito
rum:quorū opus & factura talis descri
bitur.Vtrūq; capitellū fusile erat qua=
si in modum retis & catenarum sibi in
cecem miro opere contextarum.Quem
admodum ex hac descriptiōe apparet
ipsa capitella nō solida sed pforata vn=
diq; fusa sunt.vt connexiones eorꝫ in=
trorsum & exterius retis formā expri=
merent. Quæ connexiones & perplexi=
tates septē modis ab imo sursum in ca
pitelli ambitu variatæ sunt: quos mo=
dos septem versus notāt. Deinde duo
ordines malogranatorū in circuitu ca=
pitellum ambiebāt:vt ipsa malograna=
ta extrinsecus pendētia quasi tegere vi
derentur retiacula capitellorum,id est
ipsa capitella quæ erant super summi=
tatem columnarum. Capitella autem
ista quæ erant super summitatē colūna
rum quasi opere lilii fabricata erant,id
est in eisdem capitellis cū malograna=
tis similitudo foliorū lilii facta erat de
super in ipsis.Quod sequitur.In porti=
cu quatuor cubitorum : obscurum est.
Et fortassis sic intelligi potest ꝙ ipsa ca
pitella desuper non rotunda ad simili=
tudinem columnarum quibus superpo
sita erant,sed quadrata fuerunt, haben
tia in singulis lateribus quatuor cubi=
tos.Quod ergo ait.In porticu quatuor
cubitorum:non sic legendū vt ipsa por
ticus quatuor cubitos habuisse dicat:
sed potius ipsa capitella quatuor cubi
tos habētia fabricata fuisse in porticu.
Et rursum alia capitella in summitate
columnarum desuper iuxta mensuram
columnæ contra retiacula.Vtrum hęc
secunda capitella prioribus superposi=
ta fuerint,an iuxta posita,non satis li=
tera manifestat. Fecit quoq; mare fusi=
le.Luterem magnum significat fusilem
ex ære rotundū desuper in circuitu tri
ginta cubitorum,per transuersum de=
cem.Quod dicit resticulam trigīta cu=
bitorum cinxisse luterem, vel sic acci=
piendum est ꝙ simpliciter quātitas am
bitus significata sit,cum fune tantæ lō
gitudinis posset ambiri: vel restem in=
tellige torquem æream ex ipso ope fu=
sam in similitudinem restis ipsum ma
re ambiētem.Sculptura subter labium H
circumibat illud decem cubitis. Quo=
modo decem cubitis circuire poterat:
cum dictum sit ipsum ambitum trigin
ta fuisse cubitorum? An nō totum cir=
cuibat,sed decem tātū cubitis ipsiꝰ am
bitus sculpti fuerunt. An deorsum am
bitus arctabatur subter labium, vt de=
cem cubitis subter labium posset ambi
ri vbi sculptura erat ī circuitu in duo=
bus ordinibꝰ circa inferiorem partem
luteris:vbi duodecim boues ex ære fu=
sos super quos positus fuerat, continge
bat.Sic enim videtur ꝙ basis luteris si
gnificata sit quadrata decem cubitorꝫ
in singulis lateribus,in qua erant duo
ordines sculpturarum histriatarū bu=
bus supposita duodecim: sup quā ipm
mare fundatum erat. Crassitudo autē
luteris,id est spissitudo erat trium vn=
ciarū.duo milia batos capiebat luter:

& tria milia metretas. Par quātitas in dissimili numero. Idem enim valēt, vel si de eadē mensura legitur, tantū sunt duo milia bati in siccis p cumulū: quantum tria milia in liquidis per planum. Cumulata enim mensura, planam continet totam & dimidium eius. Et fecit decem bases æreas. Istę bases non ad mare, sed alios luteres præparātur: quibus singuli superpositi sunt. Ipsum op⁹ basium interrasile erat: id est interrasili opere factę sunt bases. Et sculpturę inter iuncturas & inter coronulas & plectas: leones & boues & cherubim, & inter iuncturas similiter, & subter leones & boues quasi lora ex ęre dependentia. Obscura est descriptio nec facile qd intelligendū sit agnoscitur. Videtur autem significare ꝙ ī ipsis basibus per singula latera diuersi fuerīt ordines sculpturarum: & vbi illi ordines siue versus iungebantur sculpturæ variæ in lineā ductæ, inter versum & versum discretionem facientes. Ipsi autem versus quasi areolæ quædam inter lineas & lineas patentes. habebant circulos īsculptos in similitudinem coronarū & plectarum quorum alii leones, alii boues, alii cherubin continebant. Et †inter iūcturas similiter desup. vbi desuper? Fortassis hoc dicere vult ꝙ eiusmodi sculpturę non per totum factæ sunt, sed sursum & deorsum in laterib⁹ basium: quasi oræ quædam & sculpturæ. Et subter leones & boues quasi lora ex ære depēdentia. Et quatuor rotę per bases singulas, & axes ærei & humeruli a quatuor partibus erecti: quasi ad continēdas bases rotis suppositas & luterem basibus impositū. Os quoq; luteris intrinsecus erat. Sic dicere videtur ꝙ a fundo luteris intrinsecus quasi fistula rotūda surgens in altum, cubito & dimidio tenebatur cuius altitudinis cubitus quidā supra luterem eminebat. Dimidius autem cubitus intra profundum luteris erat. In cuius fistulę summitate os erat ipsius luteris per quod aquę egrediebātur. In angulis autem columnarum, id est basium variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, id est quę inter angulos erant, quadrata erant & non rotunda. Hæc sunt latera basium plana: quę intercolumnia vocat quadrata: qa super quatuor humerulos in quatuor angulis erectos apparebant. In summitate autem basis, id est ipa basis in summitate sua, erat vni⁹ cubiti & dimidii: vt conuenienter luterem superpositum portaret. Sculpsit quoq; in tabulatis illis quæ erant ex ære & in angulis: fortassis humerulos significat qui in angulis erant columnarum in quib⁹ similiter sculpturę factę sunt. Mare aūt posuit ad dexteram partem templi cōtra orientem ad meridiem. id est in angulo vbi oriētalis & meridionalis paries domus iungebatur. Columnas duas & funiculos capitellorum super capitella columnarū duos. In hebræo sic est. Columnas duas & coronas sup capita columnarum, & retiacula duo. Per coronas super capita columnarum aliquis fortassis intelligat nihil aliud significari nisi ipsa capitella rotunda, columnis supposita. Quia autem funiculos nominauit aliud voluisse videtur: quod tamen non satis patet nisi in ipsis capitellis sculpturam factam fuisse dicamus ī modum coronę vel funis circūducti & ambientis.

Herubim expandebāt alas suas super locū arcę & protegebāt arcā & vectes eius desuper. Cūq; eminerent vectes & apparerent summitates eorū extra sanctuarium ante oraculum, nō apparebant vltra extrinsecus, id est cū tātū porrigerētur in anteriora vt vsq; ad velum peruenientes ipsum velum contingerent, & aliquantulum in ipsum īpingerent: vt per velū ab iis qui extrinsecus stabant eorum capita notari possent: non tamen velum penetrabant, neq; extrinsecus extra velum ꝓminebāt. Si peccauerit homo in proximum suū, hoc modo scilicet, si habuerit aliqđ iuramentum quo teneatur astrictus: id est si astrictus est aduersus proximum aliquo iuramento, & non teneat quod iurauit: coactusq; ab illo cui iurauit: veniat coram altari tuo in domum tuā, vt testificatione ꝑsentis diuinitatis se absoluat: si negauerit corā te iuramētū qđ fecit proximo suo occulte de q̄cūq;

[Margin: †in iuncturas. — 1 3. Reg.]

re,& non reueritus fuerit pręsentiam tuam quominus mentiatur:tu exaudies ĩ cælo,id est cognosces & ĩtelliges fallaciā illius qui fraudat & facies hoc scilicet iudicabis seruos tuos non secū dum hoc quod ille hominibus mentitur:sed secūdum qđ tu nosti cui quod verum est abscondi nō potest:cōdēnās impium & iustificans iustum.

L 3.Reg.9. APpellauit eas terram Chabul.i.paludosam vel palustrem ꝑpter vilitatem muneris.

M 3.Reg.10 IN domo saltus libani, quia forte de libano materia sumpta est.

N 3.Reg.11. AEdificauit mello & coęquauit voraginē ciuitatis Dauid patris sui ædificans mello,id est locum illum par tem scilicet inferiorem ciuitatis coęquauit ipsum,q prius vorago & quasi sentina erat ciuitatis Dauid patris sui:vt æqualis scilicet esset parti eminentiori ciuitatis.In quo iniuriam patri facere videbatur vilissima & abiecta summis operibus illius coæquans.In hebręo sic habetur.Ædificauit mello & clausit ap turam ciuitatisDauid patris sui:quod sic intelligi potest ꝙ mello ædificauit & extulit in altum & per hoc exitū,qui prius erat in ciuitate Dauid patris sui clausit:Hanc fabricam contra portā ciuitatis exstruēs.In libro verborum Salomonis. hic apud nos non inuenitur: quemadmodum nec liber verborum regum Israel vel Iuda.

O 3.Reg.12 AScēdit super altare. sic dictum est quasi ascendit ad altare.Ascendit vt super altare incensum poneret siue aliud in hunc modum.

P 3.Re.14. ME proiecisti post corpus tuum,id est contempsisti.

Q 3.Reg.18 CVrauit altare dñi qđ destructum fuerat & ędificauit altare ex lapidibus in noīe dñi.Sic est quasi diceret. Mundauit locū vbi prius altare destructum fuerat:& ędificauit aliud nouū.

R 3.Reg.19 OMne os qđ non adorauit eū osculans manū videlicet eius Baal.In hebręo sic habetur.Omne os quod non osculatū est eum.Notat modū venerationis ĩ curuatiōe genuū & osculo oris.

S 3.Reg.20 OMnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio faciā:hāc autem rem facere non possum . Sic est quasi diceret qđ in initio petitiōis tuę fuit de argento & auro tribuēdo faciā: hanc autē rem,hoc est vt etiam vxores & filios tribuā,facere nō possum.Quis incipiet ꝑliari?Et ait . Tu:ne videatur contrarium quod prius dixerat per pedissequos principum prouinciarū victoriam obtinendam.Nunc autem volo ipsum regem pugnā incipere.Sic em̄ dictum est vt nō expectet assultum hostium:sed vt ipse,id est sui prælium incipiant:vel ipse incipiet totum exercitum producens , & deinde pedissequi principum prouinciarum victoriā obtinebunt.Hoc est quod sequitur.Egressi sunt autem pueri prima fronte.Incipiēte igitur rege prelium cum vniuersis isti præeuntes victoriā obtinuerūt.

PRædicate ieiunium & sedere facite Naboth &c. Religiose inchoari vult opus malitiæ,vt per deuotionē ieiunii crudelitas homicidii tegatur.Benedixit Naboth deum & regem.Ironia est:quasi maledixit regem,ac p hoc deū cuius minister est . Occidisti insuper & possedisti.Et post hæc addes.In hebręo sic est.Occidisti & post hæc hæreditabis?sub interrogatione.quasi dicat,Nūquid non sufficit tibi occidisse hominem:nisi & hæreditatem ei⁹ possideas? In loco hoc &c.Quō dictū ē ad Achab. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth,lambent quoqꝫ tuum sanguinē:cū sanguis Naboth in Iezrahel effusus sit: sanguinem vero Achab iuxta piscinam Samariæ canes linxerint?Sed in hoc loco dictum est , id est tali loco:quasi ita viliter effusum,sicut tu sanguinem Naboth effudisti. T 3.Reg.21

Adnotatiunculæ Eiusdem in Quartum Librum Regum.

FAcite alueum torrētis hui⁹ fossas & fossas. Vel sicut alii dicendum putāt multas fossas,id est torrētis huius qui modo exiccatus est , alueum arentem fodit alti⁹ siue profundius & in multis locis,vt aquas superuenientes in abundantia capere possit. V 4.Reg.3

X 4.Reg.5 DIxitq; Naaman, vt vis. Fiat. s. voluntas tua. Ecce nō rogo amplius vt mea accipias. Sed tñ obsecro vt tua cōcedas. Cōcede mihi seruo tuo vt de hac terra sancta in qua deus verus adoratur tollam & ferā mecū onus duorū burdonū. Quare autem portare voluerit terram subiungit. Nō eñ faciet seruus tuus vltra holocaustum aut victimam diis alienis nisi dño. Ad hoc igit terram ferre volebat. Vt ex ea in terra sua altare faciat dño: in quo īmolaret. Abiit ergo ab eo electo tempore. Ambiguitate dictionis in terrę spatiū & tempus deceptus esse videtur. Nam in hebræo sic expressius sonat. Abiit ab eo ergo quasi aliquāto terræ spatio & sic cōueniēter adiungit. Dixitq; Iezi puer. i. famulus, viri dei. Simile est qđ in Genesi legitur (Geñ.35.). Eratq; vernum tempus & ingrediebar effrata. In hebræo expressius sonat: & adhuc spatium terrę, subauditur superat: & ingrediebar effrata.

Y 4.Re.6. QVarta pars †cadi stercoris colūbarum. Cadus mēsura est: stercus columbarum quidā idcirco ab esurientibus ereptū putāt: vt grana a colūbis a lōge delata stercori forte mixta & electa aliquā famelicis refectionē pberent. (Sūt qui †tabi legant.)

Z 4.Reg.8 CVmq; venisset dies altera: tulit stragulū & infudit ipsi aquam: vel aqua ipsum infudit. i. pfudit hoc est accepit pānū & madefecit in aqua & expandit sup faciem eius. Ipse Azahel tulit pannum & madefactū expandit sup faciē dñi sui. s. ad refrigerādam faciem eius quia calore ęstuabat. In hebręo expressius dicitur. Expādit sup faciē suā, vt non Azahel sed ipse Benadab pānū madefecisse & ob refrigeriū sup faciem suā expandisse intelligat. Qđ tñ nil pdesse potuit, qa mortuus est. Quo mortuo regnauit Azahel pro eo.

Aa 4.Re.13. DEprecatus est autē Ioachaz faciē dñi & audiuit eum & dedit dñs saluatorē Israel. Ioam. s. filiū eius, qa ipse postea liberauit Israel de manu regis Syrię.

Bb 4.Re.16 MVsach quoq; sabbati. Tectū significat vel coopertură vbi sabbato rex sedere cōsueuerat iuxta templum. Hoc igit Musach & ingressum regis. i. porticū per quā ingrediebatur extrinsecus positam conuertit in templū dñi pro timore regis Assyriorum.

NVnquid nō audiuisti qd ab initio fecerim? id est quomō olim Pharaonem & ægyptios populū meū persequētes submersi? Ex diebus antiqs plasmaui illud. i. in diebus antiquis operatus sum illud. i. illā vindictā: Et nūc adduxi. i. nunc iterū ad exemplū reuocare volo vt simile in te exerceā. Tibi autē Ezechia hoc erit signū. Hoc. s. q̄ hostē tuū prosternā & repellam: hoc erit signum, sequentis propitiationis: q̄ videlicet terram ab eodem vastatā post eius abscessum multipliciter germinare faciam: vt populus meus afflictus abūdātia releuetur. Igitur hoc anno comede quod reperreris. Id est cōtentus esto eo qđ habere poteris: vt si quid minus fuerit patienter feras. Et si non habes quod semines, ne timeas. In secūdo anno germina sponte nascentia multiplicabunt: intantū vt abundātia frugum, & ad præsentem sustentationem & ad futuram semētem sufficiat. Propterea, In tertio anno seminate. Porro q̄ hoc futurum sit scire poteris ex eo q̄ regē Assyriorum tibi modo comminantem repellam & destruam. Cc 4.Re.19

Et hæc in Quartum Regum.

M. HVGO

nis de S. Victore Annotationes in plurimos Psalmos Dauid, Quarū hęc sunt capita.

De fabrica cathedræ pestilētiæ, & quæ eam concernunt. Cap.I.
De habentibus legem in corde: nō cor in lege. Cap.II.
De quatuor generibus hominum iudicio dei obnoxiorum. Cap.III.
De æterna Christi generatiōe. Ca.IIII.
Qz ex natura homo ad imaginem Dei creatus sit: ex sola autem gratia ī domino lætari possit. Cap.V.
Qz duobus modis deus hominem perdit. Cap.VI.
Qz hic expelli debet peccatum per cōfessionem, ne ī iudicium compellatur ad confusionem. Cap.VII.

De causa litis inter deum, hominem, & diabolum. Cap.VIII.
Quomodo deus dextrum & sinistrum dicatur oculos habere. Cap.IX.
Qꝫ locutio sit in voce & opere:& quis vanitatẽ in corde habeat,qs loquaẽ, & quis loquaẽ eã ad ꝓximũ.Cap.X.
Qui sint timorẽ dei habentes & Christo credentes: & quomodo via pacis Christus cognoscatur. Ca.XI.
Quid deus hõ factus inuenerit in mũdo,quod suũ esset: & quid qđ diaboli:& quomodo vterqꝫ ꝓ suo iure certauerit. Cap.XII.
Quid sit prouidere dominum in cõspectu suo semper. Cap.XIII.
Quibus & qñ dñs & diabol⁹ a dextris & a sinistris sint. Ca.XIIII.
Vbi detur impleri lætitia. Cap.XV.
Dextera & sinistra dei q̃ sint.Ca.XVI.
De tribus orantiũ generib⁹.Ca.XVII.
De examine bonorum & malorum,sed non mediocrium. Cap.XVIII.
De viis duris huius vitæ,& qui eas custodiũt propter verba labiorum dei. Cap.XIX.
De viis & semitis dei. Cap.XX.
Quæ sit dextera dei & qui ei resistant: & quomodo ab eis custodiri cupiat iustus. Cap.XXI.
Quæ sint alæ Dei sub quibus protegamur. Cap.XXI.
Faciem & latus occurrenti opponere, quid sit. Cap.XXIII.
Præuenire & supplantare quid sint. Cap.XXIIII.
Qꝫ framea sit Christi anima quæ partẽ ab inferno abscidit. Cap.XXV.
Quomodo domin⁹ noster est liberator noster,refugium nostrum, firmamẽtũ,fortitudo,de⁹,adiutor, spes protector,cornu salutis &c. Cap.XXVI.
Dolores & laq̃i mortis & ĩferni,& torrentes iniq̃tatis qui sint.Ca.XXVII.
Salus humana & diuina quomodo homini impertiatur. Cap.XXVIII.
Dextera & sinistra dei,quos suscipiãt. Cap.XXIX.
De fine bono & malo & de disciplina domini in finẽ corrigente.Ca.XXX.
Quid subtus & quid supra nos:& cui⁹ vestigia non infirmẽtur.Ca.XXXI.
Qui sint inimici spirituales & quomodo eos persequamur. Cap.XXXII.
De timore seruili & custodia legis diuinæ & delectatione varia : de terra, frumento,oculo & necessitate diuersis.Deqꝫ humilitate. Cap.XXXIII.
Misericordiam & veritatem dei pœnitẽtibus esse necessariã.Ca.XXXIIII.
De agnitione & dilectione veritatis. Cap.XXXV.
De tabernaculo dei. Ca.XXXVI.
Deum fortitudinem & refugiũ esse pugnantium. Cap.XXXVII.
De vanitate rerum temporalium. Cap.XXXVIII.
Reprobatio luxuriæ,auaritię,& superbiæ. Cap.XXXIX.
Occultos iustorum ĩimicos in iudiciũ reseruari:manifestos in hac vita aliquando puniri. Cap.XL.
De armis sapientiæ,& scuto patientię. Cap.XLI.
De manifestis & occultis diaboli insidiis. Cap.XLII.
Qꝫ temporalis malorum prosperitas, electis testimonium est æternæ felicitatis. Cap.XLIII.
Qꝫ occulta est interim bonorum iustitia,donec educatur iudicãda de premio. Cap.XLIIII.
De vtili subiectione erga deum,& ipsi⁹ recta expectatione. Cap.XLV.
De quatuor hominum generibus, quãtũ ad vulnera & cicatrices : de vera sapientia & p̃teritorum memoria. Cap.XLVI.
De duplici hoĩm vanitate.Ca.XLVII.
Quid dicendum deo cum breuis, mala & incerta sit dies. Cap.XLVIII.
De mirabilium dei multitudine & profunditate. Cap.XLIX.
De curiosi & suspiciosi malo. Ca.L.
Qꝫ fontium nomine summum bonum significetur,idqꝫ maxime sit desiderabile,& quæ toto psalmo.xli.tractenẽ. Cap.LI.
De iudicio secundum causam & secundum retributionem: de luce & veritate dei:de monte & tabernaculo, & de lętificatione iuuẽtæ nrę.Cap.LII.
Quas semitas declinauerit dñs.C.LIII.

De puluere cogitationum & terra desideriorum inutilium. Ca.LIIII.
De forma, gratia & benedictione a deo, ad hoc & propter hoc &c. Cap.LV.
Quomodo deus mentem beatam sibi p pacem & amorem coniunctam adiuuet, & quando. Cap.LVI.
Quę sint opera domini nobis videnda: & prodigia quæ posuit super terram &c. Cap.LVII.
Qualiter orandũ sit pro remissione peccatorum a deo obtinẽda ad imitationem Dauid. Cap.LVIII.
Q deus in sanctis.i.intus plus q̃ foris mirabilis est. Cap.LIX.
Q adhærere deo & ponere semp spem in eo bonum sit. Cap.LX.
De tribus malis quibus homo affligitur, & quatuor bonis quibus consolatur. Cap.LXI.
De quadruplici pa.e quam diuersis loquitur dominus. Cap.LXII.
Misericordia & veritas, qua disceptatione sibi mutuo obuiã venerint & iustitia & pax se osculatę sint. Ca.LXIII
De confessione duplici, & q domin9 mitis est & suauis. Cap.LXIIII.
De spũali cithara. Cap.LV.
De fide, operatione & retributione bonorum. Cap.LXVI.
De duabus scholis.s.virtutis & veritatis: & duplici genere discẽtium: & q omnes cupiãt esse beati, sed pauci studeant esse immaculati. Cap.LXVII.
De noĩb9 p̃ceptorum dei cõtentis psal. 118. & de causis eorũdẽ. Ca.LXVIII.
De tribus viis. dei. hominis & diaboli. Cap.LXIX.
Qui sint in lege domini ambulantes, q stantes & qui declinantes. Ca.LXX.
De directione cordis hũani. Ca.LXXI.
Qui deum ex toto corde requirant: & quid sit deum requirere: & quomodo sit requirendus: & quomodo quis repellatur a mãdatis dei. Ca.LXXII.
Abscondẽda quomodo sint eloquia domini. Cap.LXXIII.
Q iustificationes fiant propter opera. Cap.LXXIIII.
Loquendi quæ sint impedimẽta & quæ iudicia cordis & oris: Itẽ de quatuor quibus iudicia fiunt. Cap.LXXV.
Quis ĩ mãdatis dei exerceat. Ca.lxxvi.
De multiplici via dei & qui eam considerent. Cap.LXXVII.
Quomodo dulcia dicat eloquia domini faucibus suis: vtrum ea manducãdo: & si sic, quia cibus sunt: qualis ergo cibus? Cap.LXXVIII.
Quomodo Christus sit nobis lucerna. Cap.LXXIX.
Oculi bonorum quomodo sint ad dominum. Cap.LXXX.
Bonum & iocundum simul, quid sit. Cap.LXXXI.
Quare dominus iudicium suum in finem seruauit. Cap.LXXXII.

FINIS CAP.

Prologus.

QVosdã tibi, frater Carissime, psalmistæ versiculos prælibaui: de p funda abysso stillam modicã hauriens.

De fabric^a cathedræ pestilentię, & q̃ eam concernunt. Cap.I.

A Psal.1.

Beatus vir q nõ abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilẽtiæ nõ sedit. Q diu anima p cõtẽplationẽ Deo adhæret, manet in patria: quando cogitationem suã ad terrena & transitoria inflectit, a patria in exilium vadit. Primum per vanitatẽ abit. Deinde per delectationẽ stat. Deinde per consensum sedet: per opus ędificat, per desperationem habitat. Qui malum operatur, cathedrã fabricat: in cathedra sedet qui in malo perseuerat. Instrumenta operis mali, sunt quinq; sensus corporis: materia est illud ĩ quo qsq; explet propositum prauæ volũtatis. Modus fabricãdi talis est: visus eligit, sermo præcidit, officium coaptat, experientia cõponit. Visus pertinet ad oculum, sermo ad auditum, officiũ ad manum, experientia ad olfactum & gustũ. Quẽ in prauo opere ipsa pter se actio delectat, is in agẽdo gustat: quales sunt gula & luxuria. Cum autem ipse actus

prędicādi per se nō placet,sed per id qđ agitur, aliud qđ desiderat homo conse qui cupit: iste de longe olfacit : qualia sunt latrociniū & furtū.Neq; enim latronē delectat hominē occidere,sed delectat spolia possidere.Neq; furē limen suffodere,sed pecuniā obtinere. Ista qn q; instrumenta non operantur in omni peccato:quędam tamē sunt peccata vbi omnia simul inueniuntur. vt est verbi gratia,Luxuria. Cū enim primū ardorē libidinis per cogitationē quis mēte conceperit,ad implēdam deinde prauā volūtatē per oculos materiā eligit:quādo cōsortem turpitudinis eā quæ magis placere possit inquirit. Deinde per sermonē materiā pcidit: quia iuuentā noxiis psuasionibꝰ a statu rectitudinis ad cōsensum peruersitatis trahit.Deinde officio coaptat:qa iugi obseqo (quasi palpando)in prauo consensu confirmat.Adaptata materia,fabricā cōstruit:quia cōsensu cōmuni habito,ad actū turpitudinis venit.Quatuor ergo ista hoc est eligere,pręcidere,coaptare,construere:quatuor sunt pistylla cathedrę quę videlicet cathedra tunc cathedra pestilentiæ fit : quando prauū opus in apertum veniens plures corrumpit.

De habentibus legem in corde : non cor in lege. Cap.II.

B Eodem.

SEd in lege domini volūtas eiꝰ: & in lege eiꝰ meditabitur die ac nocte.Multi habēt legem in corde: sed nō habēt cor in lege.Legē in corde habent qui cognoscūt veritatē: cor in lege habēt q diligūt veritatem.Qui vero legem in corde habēt,nō cor in lege,hi portāt legem, nō portant a lege: onerati sunt, non adiuti,qa sciētia vbi nō est caritas grauat,non alleuat.

De quatuor generibus hominū dei iudicio obnoxiorū. Cap.III.

C Eodem.

IDeo non resurgūt impii in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum.Quatuor sunt manerię,hominū:iudicati & damnati:iudicādi & damnādi.iudicati & saluati. iudicandi & saluandi. Iudicati & damnati sunt,quorū damnatio iam certa est.Iudicandi & damnandi,quorū damnatio adhuc certa non est.Iudicati & saluati sunt,quorū saluatio iam certa est.Iudicandi & saluandi,quorum saluatio adhuc certa non est.

multi sunt qui hent legem in corde et cor longe a lege & villis q̃ serbus sciens voluntatem dm̄ sui et non faciens digne plagis vapulabit multis

De æterna Christi gñatiōe. Ca.IIII.

D Psal.2.

DOminꝰ dixit ad me, filius meꝰ es tu:ego hodie genui te. Quando pater verbū coæternū sibi genuit,tunc dixit Filius meus es tu ego hodie genui te. In verbo dixit quia genuit,filiusmeus es tu:& quia nō trāsit genitura,hodie.

Qꝫ ex natura homo ad imaginē dei creatus sit:ex sola autem gratia in domino lætari possit. Cap.V.

E Psal.4.

SIgnatum est super nos lumē vultus tui domine:Hęc est ratio.Dedisti lętitiā ī corde meo: hęc est aspiratio.Signatum est lumen per naturam:dedisti lętitiā per gratiam.Ideo ait super nos,nō sup me:quia cōmunis est natura,& postea ī corde meo, nō nostro:quoniā singularis est gratia.

lex nature communis est omnibus gratia legis adimplendi peccatoris et solis electis data ideo lumen vultus tui super nos est signata set letitiam in corde meo dedisti

Qꝫ duobus modis deus hominem perdit. Cap.VI.

F Psal.5.

PErdes omēs qui loquūtur mendacium. Duobus modis perdit deus hominē : primū quando hō peccādo a deo recedit,secundo quando deus iudicando hominē abiicit.

Qꝫ hic expelli debet peccatū per confessionem: ne in iudicium compellatur ad confusionem. Cap.VII.

G Eodem.

SEcundum multitudinem impietatum eorū expelle eos.Intꝰ est peccator q̃diu iniquitatē suā abscondit:quando autē confitetur iniquitatem suam foras venit.Nunc ergo vocat deus lazarū & præcipit vt foras veniat: quia monet peccatorē vt peccatū suū reuelare nō erubescat. Sed qsqs in

hac vita sponte exire noluerit in futu
ro expellet inuitꝰ:qa q hic peccatū suū
reuelare neglexerit ad salutē:eius pec=
catū ibi velit nolit reuelabit ad confu=
sionē.sicut dicitur in alio psalmo:argu
am te & statuam contra faciem tuam.

De causa litis inter deum,hominē, & diabolum. Cap.VIII.

H
Psal.9. QVoniam fecisti iudici
um & causam meam.
Tres in causam veni=
unt:diabolus,homo &
deus.Diabolus deo in
iuriā fecisse cōuincit:
quia seruū eiꝰ,hoc est hoīem,& fraudu
lenter abduxit,& violēter tenuit. Ho=
mo iniuriā deo fecisse conuincit: qa &
pceptū eius cōtempsit, & se sub manū
alienā ponēs suę seruitutis damnū illi
ītulit.Itē diabolus homini iniuriā fecis
se cōuincitur:qa illū & priꝰ bona pro=
I mittendo decepit, & postea mala infe=
rendo læsit. Iniuste ergo diabolus te=
net hoīem:sed homo iuste tenet:qa dia
bolus nunq̄ meruit vt hoīem sibi sub=
iectū pmeret:sed homo meruit p culpā
suam vt ab eo pmeret.Licet em̄ ignora
ret falsum esse qđ diabolus ꝑmisit: nō
tñ ignorauit ꝙ illud etiā si verū esset
cōtra creatoris volūtatē concupiscere
nō debuit. Iuste ergo subiectus est ho=
mo diabolo, q̄tū pertinet ad culpā eiꝰ:
iniuste aūt q̄tū ptinet ad diaboli frau=
dulentiā. Si igit homo talē patronum
haberet,cuius potētia diabolus in cau
sam cōpelli posset,iuste dñio eiꝰ hō cō=
tradiceret: qa nullā diabolus iustā cau
sam habuit,quare sibi ius in hoīe vēdi
care debuisset.Patronus aūt talis nul=
lus inueniri poterat nisi deꝰ. Sed deus
causam hoīs suscipere noluit: qa homi
ni adhuc p culpa sua iratus fuit.Opor
tuit ergo vt prius hō deū placaret &
sic deinde fiducialiter deo patrocināte
cū diabolo litem iniret. Sed deū ratio=
nabiliter placare nō poterat,nisi & da=
mnū qđ intulerat restitueret,& de con
tēptu satisfaceret. Hō vero nihil habu
it,qđ digne deo ꝓ illato damno recōpē
saret:qa si qd de irrationabili creatura
redderet ꝓ rationali sublata, minus es
set. Sed nec hoīem ꝓ hoīe reddere po=
tuit: qa iustū & innocētē abstulerat, &
neminē nisi peccatorē inuenit.Nihil er
go homo inuenit. vnde deū sibi placa=
re posset.qa siue sua,siue seipsum daret
digna recōpensatio nō esset. Videns er
go deus hominē sua virtute iugū da=
mnationis euadere non posse, misertꝰ
est eius:& primū gratuito ꝑuenit eum
per solam misericordiā,vt deinde libe=
raret p iustitiā. Hoc est qa ex se homo K
iustitiā euadēdi nō habuit,Deus homi
ni p misericordiā iustitiā dedit. Neq̄
em̄ ereptio hoīs perfecte rationabilis es
set,nisi ex vtraq̄ parte iusta fieret: hoc
est. Sicut deus iustitiā habuit hominē
requirēdi:ita & homo iustitiā haberet
euadēdi. Sed hāc iustitiā homo nunq̄
habere potuisset, nisi deus ei p miseri=
cordiā suā illam tribueret.Vt ergo de
us ab hoīe placari posset,deꝰ dedit gra
tis homini qđ homo ex debito deo red
deret. Dedit homini hoīem quē hō ꝓ
hoīe redderet:q vt digna recōpensatio
fieret priori nō solū ęqualis,sed & ma=
ior esset.Vt ego ꝓ hoīe redderetur,ho
mo maior hoīe.factus est deus homo ꝓ
homine:& dedit se homo homini vt se
acciperet ab hoīe.Incarnatꝰ est deꝰ dei
filiꝰ & datus est hoībꝰ deꝰ homo Chri
stus.Sicut Esaias dicit. Puer natus est
nobis:& filius datus est nobis.Et voca=
bitur nomē eius admirabilis,deus for=
tis &c.Qꝫ ergo homini datus est Chri
stus,dei fuit misericordia:ꝙ ab homine
redditꝰ est Christus, hoīs fuit iustitia.
In natiuitate em̄ Christi iuste placatꝰ
est deus homini, qa talis homo inuētꝰ
ꝓ hoīe q nō solū vt dictū est par,sed &
maior esset homine.Ideo in natiuitate
Christi angeli mūdo pacē nunciāt dicē
tes.Gloria in excelsis deo & ī terra pax
hoībus bonæ volūtatis. Sed adhuc su= L
pererat homini vt sicut restaurādo da
mnū placauerat iram:ita quoq̄ pro cō
temptu satisfaciēdo, dignus fieret eua
dere pœnam.Sed hoc cōuenientius fie
ri non poterat,nisi vt pœnam quā non
debebat, sponte & obœdienter suscipe
ret: vt de pœna,quā per inobœdientiā
meruerat,eripi dignus fieret.Hanc au
tem pœnam homo peccator soluere nō
poterat:qui quācunq̄ pœnam suscipe=

ret,non niſi digne & iuſte ꝑpter primi
cõtẽptus reatũ ſuſtineret. Vt ergo ho-
mo iuſte debitã pœnã euaderet,neceſ-
ſe fuit vt talis ꝑ hoïe pœnã ſuſciperet:
M q nil pœnę debuiſſet. Sed talis nullus
inueniri poterat niſi Chriſtus. Chriſt⁹
ergo & naſcẽdo debitum hoïs patri ſol
uit,& moriẽdo reatũ hoïs expiauit: vt
cũ ipſe ꝑ hoïe mortem quã nõ debuit
ſuſtineret,iuſte homo ꝑ ipõ mortẽ quã
debebat euaderet. Et iã locũ calũnian-
di diabolus nõ inueniret: qa & ipſe ho
mini dominari nõ debuit:& hõ libera-
ri dignus fuit. Idẽ itaq; & iudicium no
ſtrũ & cauſam noſtrã fecit. Cauſam qa
naſcendo debitũ patri ꝑ nobis ſoluit,
& moriẽdo reatũ expiauit: Iudiciũ ve-
ro qa deſcendens ad inferos & portas
mortis frangens,captiuitatẽ quę ibidẽ
tenebatur,liberam eduxit.

N Quomodo deus dextrũ & ſiniſtrum
oculos habere dicatur. Cap. IX.

Pſal. ix. OCuli eius in pauperem
reſpiciũt:palpebræ ei⁹
interrogãt filios homi
nũ. Deus oculos habe-
re dicit̃:qa bonorum &
maloꝝ vias iugiter cõ
templat̃. Et quaſi ſiniſtrũ oculũ habet,
quando malos ad damnationẽ ꝓuidet.
Dextro aũt aſpicit,qñ in pręſciẽtia ſua
O bonos ad ſalutem diſponit. ¶Iſti oculi
palpebras habẽt: q̃ aliquãdo aperiũtur.
Quãdo in hac vita deus bonis ꝓſpera,
& malis aduerſa tribuit: q̃ſi palpebras
leuat: qa ſe videre opera hoïm bona &
mala,etiã p̃ſenti,retributione,manife-
ſtat. Qñ vero bonis aduerſa,& malis ꝓ
ſpera euenire ꝑmittit: quaſi palpebras
claudit:qa dũ merita ſingulorũ quodã
modo diſſimiliter recõpenſat: quaſi qd
factũ ſit ſe vidiſſe diſſimulat. Iſtę palpe
brę interrogãt filios hoïm:qa inde de⁹
cor humanũ tentat,vnde aliqñ ſimilia,
aliqñ diſſimilia, ſemp tamẽ iuſta meri-
P tis hoïm recõpẽſat. Itẽ oculi ei⁹ in pau
perẽ reſpiciunt. Duo ſunt. paſtor & lu-
pus: ambo in ouẽ reſpiciũt,alter vt ra-
piat,alter vt cuſtodiat. Itẽ oculi ei⁹ in
pauperem reſpiciunt inſidiat̃ lupus in
abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. In
ſidiat̃ vt rapiat pauperẽ. Oculi ei⁹. i. pa
ſtoris in pauperem reſpiciũt, vt ſeruẽt
eũ. Hinc eſt lupus:hinc eſt paſtor. Ouis
in medio,eſt pauper. Paſtor de⁹. Lupus
diabolus. Hinc paſtor. illinc lupus. nũq̃
ex vno latere occurrũt. Si paſtor a de-
xtris. lupus a ſiniſtris. A dextris eſt mi
hi ne cõmouear. Si paſtor a ſiniſtris: &
diabolus ſtet a dextris ei⁹: & obſeruat
lupus. & cũ paſtor elõgat,lupus appro
pinquat. cũ paſtor redit,lupus recedit.
Egrediet̃ diabolus ante pedes ei⁹. Om̃e
aũt iudiciũ ꝓcedit ab oue. †Timida de †Tumida
ſerit̃:timida viſitat̃. deſeritur ne pręſu
mat:viſitat̃ ne deſperet. Ideo. Ne decli-
nes in ira a ſeruo tuo. Et Velociter ex
audi me dñe:defecit ſpiritus meus.

Qꝫ locutio ſit in voce & ope:& qs va
nitatẽ in corde habeat,qs loquat̃:& qs
loquat̃ eã ad proximum. Cap. X. Q

VAna locuti ſunt vnuſ Pſal. xi.
qſq; ad ꝓximũ ſuũ. Lo-
cutio nõ incõgrue in-
telligi põt, nõ ſolũ in
voce, ſed etiã in opera
tione: qa indiciũ cor-
dis non ſolũ vox eſt, ſed etiã exhibitio
operis. Scimus aũt ꝙ vanũ eſt omne qđ
trãſit. Ille vanitatẽ in corde habet, qui
trãſitoria diligit. Vanitatẽ loquit̃,q ꝓ
hac vita trãſitoria ĩmoderate laborãs
ipõ ſuo ſtudio & opere eam ſe diligere
oſtẽdit. Vanitatẽ aũt ad ꝓximũ ſuũ lo
quitur,qui exemplo ſuo eum ad peten
da tranſitoria cohortatur.

Qui ſint timorẽ dei habẽtes & Chri
ſto credẽtes:& quomõ via pacis Chri-
ſtus cognoſcatur. Cap. XI. R

VIam pacis non co- Pſal. xiii
gnouerunt:non eſt
timor dei ante ocu
los eoꝝ. Qui timo-
rẽ dei añ oculos ha
bere noluerint,viã
pacis agnoſcere nõ
poſſunt. Sed ſi timorẽ dei ante oculos
haberẽt:ꝓculdubio viã pacis agnoſce-
rẽt. Sicut ipſe dñs in euangelio iudęis
loquens. Si crederetis (inquit) Moyſi, Ioan. 5.
crederetis forſitã & mihi. Quid eñ in
Moyſe niſi legẽ: & qd in lege niſi timo
rẽ dei intelligere debemus? Et quid in
Chriſto niſi gratiam & veritatẽ acci-

S pimus.Quid est ergo Moysi credere,ni
si acceptę legis mādata fideliter obser
uare?Obseruare autē mandatū, hoc est
vere timere deū sicut scriptū est. Qui
timet deum nihil negligit. Et sicut in
psalmo dicitur. Beatus vir q timet do
minum: in mandatis eius volet nimis.
Quid est autē Christo credere:nisi con
fiteri & agnoscere gratiā & veritatem
dei: hoc est redēptionem humani gene
ris, & salutē omniū per Christum com
pleri,& in Christo consistere, eamq; cū
T amore & deuotiōe suscipere. In qua vi
delicet gratia via pacis agnoscitur. qa
homini aditus ad deum reconciliatio
nis aperitur. Dicatur ergo cōtumaci-
bus & transgressoribus legis:qui timo
rē dei ante oculos non habebāt,& ideo
viam pacis,hoc est Christū, non agno-
scebant.Dicit̄ si crederetis Moysi,cre-
deretis forsitan & mihi:ac si diceret.Si
seruassetis legem, intelligeretis verita
tē.Si audiuissetis pręceptorē,cognosce
retis saluatorē.Scio quidē q̄ me deum
cognoscere nō potest,qui a me illumi-
natus nō est.Et ideo vos non creditis,
qa a me illuminati nō estis.Ego autem
idcirco vos ad me cognoscendū non il
lumino:quia vestrā contumaciā & prę
uaricationem scio: & dignū est vt me
pręsentem iā non cognoscatis,cuiꝰ prę
V cepta prius ad vos p Moysem missa ser
uare noluistis.Audiant hoc illi q præ-
cepta dei nō custodiunt,& tamē secre-
ta dei se cōprehendere posse p̄sumunt.
Audiant qđ dicit̄. Si crederetis Moysi
crederetis forsitā & mihi.Hoc est enim
aperte dicere: habetote experimentum
virtutis, si habere vultis agnitionē ve
ritatis.Neq; em̄ potest perfecte cogno-
scere bonum,qui boni adhuc non atti-
Ioan.5. git experimentū. Idem est qđ alibi dici
tur.Scrutamini scripturas.Quasi vni-
cuiq; diceretur.Experire & disce:fac &
intellige.i.faciēdo meliꝰ q̄ loquēdo in-
uestigas.cū expertus fueris tunc fideli
ter diiudicas.Necesse est ergo vt si nō-
dum agnita cognoscere cupimꝰ: in iis
quæ iam cognouimus torpentes nō si-
mus: quia quisquis timorē dei nō cu-
stodit,vt bonū quod potest faciat: ille
non solum maiora dona percipere di-
gnus non est:sed eo ipso etiam priuari X
quod iam perceperat.Si igitur Iudęi id
circo viam pacis,hoc est Christum co-
gnoscere non potuerunt, quia timorē
dei,in custodiendo mandata ante ocu-
los habere noluerunt : patenter nobis
ostenditur, q̄ per experimentum boni
operis apertissime peruenitur ad agni-
tionem veritatis. Sed adhuc testimo-
niū psalmistæ qđ supra positum est ad
moralē intelligentiam adaptare volu-
mus:vt in eo nō solum doctrinæ sed &
disciplinę ordinē esse ostendamus.Viā ”
inquit pacis non cognouerunt. Nō est ” Y
timor dei ante oculos eorum. Anima
duas vias habet:Vnam bonam & alte-
ram malam,per quas ambulat non pas-
sibus pedum sed desideriorū. Vna via
est caritas,altera cupiditas.Cupiditas
est amor huius mūdi.Caritas est amor
dei.Aīa quę deum diligit q̄busdā amo
ris passibus, per caritatem ad deū cur-
rit.Animam,quæ mundum hunc dili-
git: affectus carnis ad ea quę amat per
cupiditatem abducit.Caritas autē via
pacis est,quia in amore cōditoris cur-
rēs animus nil qđ lędat inuenit.Cupi-
ditas via pacis nō est: qa mētē per mul Z
tos labores & dolores distrahit.Huius
vię portę sunt sensus corporis:qa p eos
animā cōcupiscentia educit.Sed inter
has portas, prima est visus:quia oculi
aliorū sensuū duces sunt,& eos fere in
omni actione ad concupiscentiā pręce
dunt. dum em̄ gustare desideras prius
manū porrigis vt accipias. Sed priusq̄
accipis visum dirigis vt eligas. hoc or
dine & primū peccatū pp̄etratū est. Vi
dit mulier lignū q̄ esset pulchrum vi-
su,& ad vescendum suaue: & tulit de
fructu eius,& comedit.Primū vidit,de
inde attigit & tulit,demū gustauit. Si A
nō vidisset,nec tetigisset nec gustasset.
Ecce quomō visus ante alios sensus in
cōcupiscētia etiā ī ipo visu fuit.Cū.n.
dicit̄: vidit q̄ eēt pulchrū visu ecce in
visu cōcupiscētia videndi.Cū dicitur,
& suaue. ecce in visu concupiscētia tā
gēdi,cū dicit̄ ad vescēdum: ecce in vi-
su cōcupiscētia gustādi. Non solū igit̄
visus ī cōcupiscētia p̄cedit sēsus alios,
verūetiā oēs alii sensus in cōcupiscen-

tia videndi pręcedũt semetipsos: & totũ quodammodo in visu prius per delectationẽ agit̃ qcquid post modũ a cæteris sensib⁹ in operatione perpetratur.
Matth.5 Ideo dixit dñs. Qui viderit mulierem ad concupiscendũ,iam mechatus est in corde suo,quia profecto animus videndo totum delectabiliter cogitat, qcqd eum postmodum in agẽdo delectat. Si igitur porta oculorũ bene munita fuerit, tota illa interior ciuitas cordis nostri ab insultu viciorũ quieta erit. Sed huic portę nullus custos eẽ potest melior q̃ timor dñi:vt ille videlicet carnalem mẽtem,quę lubrica est,ne ad antiquas delectationes redeat semper in ꝓposito disciplinæ configat,atq; coerce-
B
Psal.118. at.Hanc custodiam psalmista desiderabat cũ diceret.Confige timore tuo carnes meas.Et sapientia hanc custodiam nos habere monuit,quãdo virtutis studium aggrediẽti formã disciplinę præ-
Eccli.2. scripsit dicens: Fili accedẽs ad seruitutẽ dei sta in timore & præpara cor tuũ ad tentationes.Sta in timore,ne te blãdimenta carnis seducant. Præpara cor tuum ad tentationes:ne aduersa superuenientia frangãt. Lasciuiam carnis ꝑ timorem comprime.Pressuram tribula-
C
tionis per patientiam vince.Duo quippe ista sunt, quę præcipue inchoãtium propositum labefactare solent: incumbentium scilicet tẽtationum molestia & præteritarũ delectationũ memoria. Illę namq; dum solito grauiores superueniunt sæpe pusillanimes per impatiẽtiam deiiciũt. Istę vero dum solito male dulces redeunt, per incõtinẽtiam incautos seducunt. Ponamus ergo custodẽ optimũ ãte oculos nr̃os timorẽ dñi vt dũ scilicet ipse reliquorũ sensuũ duces custodit, omne sequẽtiũ actionum
2.Re.4. corpus sanũ & integrũ esse possit.Hãc custodiã Isboseth,qa domui suę ꝓficere noluit,in inguine vuln⁹mortis accepit. Quia qsqs sensus suos timore dñi munire negligit: huic subito irrepens delectatio carnis vitã aĩę extinguit.Recte ergo dicit̃:viã pacis nõ cognouerũt nõ est timor dei ante oculos eoꝝ: qa qsqs foris sensus suos ꝑ timorẽ dei a delectatione carnis nõ restringit, q̃ sit ĩter ni amoris dulcedo gustare nõ poterit.

Quid De⁹ hõ factus inuenerit in mũdo,qd̃ suum eẽt:& qd quod diaboli: Et quomodo vterq; pro suo iure certauerit.

Cap.XII.

D
Unes ceciderũt mihi ĩ p̃claris:etenĩ hęreditas mea p̃clara est mihi. De⁹ ꝑ hoĩem mũdũ redẽptur⁹ ĩ mũdũ venit:& toti mũdo diabolũ dominãtẽ inuenit. Deus ꝑ hominẽ mũdũ visitãs in ꝓpria venit: & homo ꝑ deũ mundũ non amãs, vbi caput reclinaret nõ habuit. De⁹ homo in hoc mũdo elemẽtis imperauit:& hõ deus de hoc mũdo regnum se nõ habere dixit. Ergo ad aliqd totũ dei erat:& ad aliqd totũ diaboli.Totũ dei erat qd̃ ipse fecerat:& totũ diaboli qd̃ ipse possidebat. De⁹ in prĩcipio mũdum creauerat:& diabolus a principio mundũ possidebat.Ergo certamẽ factũ est deo,& certamẽ factũ est diabolo.Deus dixit se qd̃ suũ erat debere recipere: Diabolus dixit se post tam longã negligentiam sua possessione nõ priuãdum. Deus dixit aliena eũ fraudulẽter abstulisse & violẽter tenuisse:diabolus dixit eũ nec cũ abstulit contradixisse:nec cũ tenuit aliquãdo repetisse.De⁹ dixit potẽrẽ se ad sua recipiẽda,si vellet virib⁹ vti:diabolus dixit,cõtra iustitiã nõ debere virib⁹ abuti. Deus dixit,iustũ nõ esse,si quod pie creauerat,perire pmitteret:diabolus dixit iniustũ non esse si qd̃ sponte perierat nõ restauraret. De⁹ dixit se velle misereri per benignitatẽ propriam:diabolus dixit, se nolle pati damnum per potestatem alienam.De⁹ dixit, iustum esse vt de peccato pœnitentes ad salutem reciperentur:Diabolus dixit,iustum non esse,vt in peccato persistentes ad salutem cogerẽtur.De⁹ dixit, se venisse non vt nolentes cogeret,sed vt volentes adiuuaret: Diabolus dixit, interim pro tempore æquanimiter se passurum volentes perdere, si nolentes retineret. Deus dixit se in aliena ad gehẽnã manũ nõ mittere, si sua redderent̃: Diabolus dixit se aliena paratũ reddere si sua nõ auferrẽtur.

Psal.15.

Deus dixit, nullũ se a misericordia pos se repellere: diabolus dixit, si oẽs perde ret, nõ se posse æquanimiter tolerare. De⁹ dixit, se suadere vt in toto ab alie no iure secederet: diabolus dixit, se po stulare vt saltem ꝓ reuerentia pristinę dominationis aliqua in parte requiẽ si bi nõ negaret. De⁹ dixit, se cũ prius po tiora elegisset, post illi abiectiora cõces surũ: Diabolus dixit, iure se si electionẽ habere nõ posset, saltẽ partitionẽ factu rũ. Deus dixit, se priuilegio dominatio nis vtriusq; potestatẽ vendicare: diabo lus dixit, se qa iã amplius nõ posset ni hil ex iure: sed ex ꝓmissione postulare. Deus dixit, se tantũ ei ꝓmissurũ, quãtũ etiam auari famẽ satiare possit. Diabo lus dixit, se non tantũ accepturũ quin ampli⁹ cupiat si fieri possit. His dictis, iussit deus tendi funiculos in partitio nẽ: & inuenit virẽtia & irrigua in val libus imis, minora spatio, maiora pre cio: & hęc præcepit seponi ad partẽ al terã: deserta aũt & arida in ruribus & montibus altis, lata & aspectu patẽtia: magna spatio, vilia precio: & hęc iussit ad alterã partẽ discerni. Tũc mãdauit diabolum adesse, & assistenti sic ait. Ne forte aut violentiã iudicãtis, aut aua ritiã dãtis causari valeas: qcqd oculus tuus videt, tibi dabo. Tunc diabolus q oĩe sublime cõsiderat, & humilia non valet intueri, leuãs oculos aspexit mõ tes altos, & saxa ꝓminẽtia in rupibus ac deserta patẽtia: & quasi totũ sibi ces sisse gloriãs, despexit qđ deus elegerat. Tũ de⁹ increpitãs ac cęcitatẽ elati de ridẽs ait. Funes ceciderũt mihi in p̄cla ris. Tu laudas qđ vides, & ego laudo qđ video. Tu in imo es & ꝓpterea ocu lis tuis nisi alta & extantia non patẽt. Ego desuper cõtẽplor quã habeãt amœ nitatẽ humilia. Etenim hęreditas mea pręclara est mihi.

Quid sit Prouidere dñm in cõspectu suo semper. Cap. XIII.

[margin: E Eodem.] Prouidebã dñm in con spectu meo semp. Dñm ꝓuidet qui in tribula tione posit⁹, spem in do mino habet. Quasi em̃ prouidere est de p̄senti tribulatione futurũ auxiliũ expectare. Sed siqñ diuturna expectatione fatiga tus anim⁹ spem cœptã deserit, quasi cõ spectũ a dño auertit. Semp aũt in con spectu suo dñm ꝓuidet: qui in pressura cõstitutus & diuinũ auxiliũ quandoq; sibi affuturum confidit, & spem cœptã vsq; in finem non deserit.

Quibus & qñ dñs & diabolus a de xtris & a sinistris sint. Cap. XIIII. *[margin: F Eodem.]*

Voniã a dextris est mi hi ne cõmouear. Dñs a sinistris est quãdo ex terius salutẽ tẽporalẽ tribuit. Dñs a dextris est, quando interi⁹ vir tutes animę custodit. Diabolus a sini stris est quando foris per aduersa im pugnat. Diabolus a dextris est quando intus per vitia tentat. Hinc est. qđ de reprobo scriptura loquitur dicens. dia bolus stet a dextris ei⁹. Diabolus quip pe interpretatur deorsum fluens: quia de illa primę conditionis suæ gloria ꝑ superbiam cecidit. Tunc ergo diabolus nobis a dextris stat: quando ille qui de cęlo cecidit, nos sibi ꝑ consensum pecca ti subiiciẽs in nobis ascendit. Quando em̃ nos cadimus, diabolus erigitur. qñ nos surgimus, ipse ꝓsternit. Hinc Hie remias plãgit dicẽs. Vide dñe afflictio nẽ meã, qm̃ erectus est inimicus meus. de hac etiã sinistra in euãgelio dicitur Si quis te percusserit in sinistrã maxil lã: prębe ei & alteram. Sinistram quip pe maxillam percutit, qui exterius no cet. Cui nos dexteram maxillam prębe mus: si contra exteriora damna, animæ virtutes opponim⁹: vt scilicet tãto mi nus foris periculum timeamus: quãto certius pręsidium intus est in quo con fidimus. *[margin: G; Psal.; Thre.; Mat[t.]]*

Lętitia impleri vbi detur. Cap. XV. *[margin: H Eodem.]*

Dimplebis me lætitia cũ vultu tuo. In hac vi ta mortali aliqñ lætari possum⁹: impleri lętitia nõ possum⁹: qa etsi qđã sunt quę lętificãt, mul ta sunt quæ contristant.

Dextera & sinistra dei q̃ sint & vbi delectatio vsq; in finem. Cap. XVI.

quid percuti in sinistra & quid per cutienti dexteram prebere

I Eodem.

DElectationes in dextera tua vsq; in finē. Sinistra dei bona sūt tēporalia: dextera dei bona ęterna. In tēporalibus aūt bonis delectationes quædā sunt, sed vsq; in finē non sunt: qa in hac vita semper gaudiū dolor sequitur: & omnis delectatio amaro fine terminatur. In dextera autē dei delectationes vsq; in finē sunt: qa in vita ęterna nec gaudia ī mœrorē, nec delectationes in dolorē mutari possunt.

De tribus orātium generibus. Cap.XVII.

k Psal.21.

AVribus percipe orationē meā: nō in labiis dolosis. Ideo exaudiri postulat. quia non solum labiis, sed corde orat. Tria sunt genera orantiū. Alii qui solis labiis, alii q solo corde, alii qui & labiis & corde orant. Qui solis labiis orant dolosi sunt, quia non habent in corde qđ ore proferunt. Qui corde & labiis orāt, veraces sunt: quia sicut loquunť, ita sentiūt. Quo solo corde orāt, deuoti sunt: qa orationē suā a deo tm̄ audiri volūt. Qn̄ ergo in oratione verba proferim⁹: si cogitam⁹ qđ loqmur, facim⁹ qđ debem⁹. Si aūt verba orationis fundim⁹, aliud qđcūq; in corde versamus, etiā si illud bonū sit, qa tn̄ ordinatū nō est: prorsus a culpa liberi nō sumus: ita tamē si id qđ dici-

L mus intelligere valemus. Si quis autē non intelligens verba orationis proferat, & si non intelligere valet quod dicit: si tamen bona intentione dicit, sine fructu non erit. Si aūt orantes vana cogitamus, etiam si veritatem loquimur, cogitando vanitatem vani efficimur. Si autem dum os veritatem loquitur in corde turpitudo versatur: iam non solum vani, sed etiam abominabiles in conspectu dei reputamur. Aliud tamen est quando homo hęc inuitus patitur: atq; aliud quando in eis per diliberationem delectatur.

De examine bonorum & malorū, sed non mediocrium. Cap.XVIII.

IGne me examinasti: & nō est inuēta in me iniqtas. Examē in libra est illud desup in quo ppē dit ad quā partē pondus seorsum inclinet. M Eodem.

Igne ergo tribulationis iustus examinať: qa perfecta virt⁹ in aduersitate cognoscit. Valde mali iā examinati sunt, qa per iniqtatis pōdus ad sinistrā partē se inclinauerunt. Valde boni examinati sunt: quia p grauitatē constantiæ & perseuerantiā virtutis ad dexterā se cōuerterunt. Mediocres adhuc examinati nō sunt: qa ad quā partē pertineāt hūana iudicia necdū discernere possūt.

De viis duris hui⁹ vitę: & q eas custodiūt pptēr verba labiorū dei. Ca.XIX.

PRopter verba labiorū tuorꝫ, ego custodiui vias duras. In hac psenti vita in via sum⁹: qa p hāc ad aliā vitā transimus. Sed qa humana infirmitas diu in eodē persistere nō potest: tot quasi vias ingredimur p quot actiones variamur. Quia vero ī hac vita nihil sine labore facere possumus: qñ gradiētes duras vias habem⁹. Sed has duras vias illi nō custodiūt q in hac vita delectari qrūt. Qui aūt spōte hic se humiliāt & affligūt ii duras vias custodiūt. ¶Sed qs est q deo dicere pōt: propter verba labiorꝫ tuorū ego custodiui vias duras? Quę sūt verba labiorū ei⁹? Verba labiorꝫ nroꝫ pctā nra sūt. Sicut dicit ī Psal. Lōge a salute mea verba delictorū meorū. Verba labiorū dei, pcepta ei⁹ sūt. Quisqs ergo pteritoꝫ delictoꝫ cōsci⁹, spōte p pniam se affligit: is pp verba labioꝫ suoꝫ vias duras custodit. Qui aūt laborat ne pcepta dei trāsgrediať, & vt volūtatem eius impleat suis volūtatib⁹ vim facit is ppt verba labioꝫ ei⁹ vias duras custodit. Ille soluit debitū: hic iplet pceptū. De⁹.n. hoī pcipit ne cadat: Sed cū ceciderit, iā nō pcipit, sed monet vt resurgat. pceptū nāq; nō ptinet nisi ad obœdiētes: sed q in pctō adhuc pmanet obœdiēs nō est. Cū aūt pœnitēdo ad obœdiētiā redit, dign⁹ efficiť vt pceptū accipere possit.

N Eodem.

O

P
Eodem.

De viis & semitis dei. Cap.XX.

PErfice gressus meos in semitis tuis: vt nõ moueãtur vestigia mea. Viæ dei sũt præcepta leuia. Semitę dei sunt strictiora mandata: in quibus pauci ambulare possunt. In via dei ambulat qui proximo suo malũ nõ facit. In semita dei ambulat qui etiam malũ inferentem diligit. Qui vero adhuc ambulare nescit in semita: sępe mouetur a via, quia sępe caritatem desere re cogitur, qui non didicit adhuc diligere nisi eum a quo amatur.

Dextera dei quę sit & qui ei resistãt: & quomodo ab eis custodiri cupiat iustus. Cap.XXI.

Q
Eodem.

qud dextera dei et qui custodiri a resistentibus ei

A Resistẽtib⁹ dexterę tuæ custodi me: vt pupillã oculi. Dextera dei est Christus qa p eũ de⁹ pater operatus est ꝓpitiationẽ nostrã. Vel dextera dei potiora sũt opa ei⁹. i. ęterna bona. Illi ergo dexterę dei resistunt: q vel male credẽdo, vel male viuẽdo Christo contradicunt. Dexterę dei resistũt, qui terrena amãtes æterna bona q̃rere contẽnũt. Ab his om̃ibus custodiri iustus desiderat: ne videlicet malo exẽplo illorũ ꝓuocat⁹ ad iniquitatẽ cadat.

R

¶Sed quomõ se vult custodiri: Audite quomodo: vt pupillã inquit oculi. Multum diligenter vult custodiri is q vult custodiri vt pupilla oculi. Pupilla quidẽ pars oculi modica est & tenera, sed tamen preciosa. Diligẽter custoditur, qa multũ custoditur. Mystice oculus dei est ecclesia sãctorũ: pupilla oculi est humanitas Christi. Per pupillã animal aciẽ dirigit, vt ea quę foris sunt discernat: & deus pater omne iudicium filio dedit: & neminẽ nisi per filium iudicat quasi lumẽ a tenebris, sic iustos discernens ab iniustis. Quid est ergo ꝙ iust⁹ se custodiri vult vt pupillã oculi: Christus multa aduersa in hoc mundo passus est: sed per pssurã tribulationis ad gloriã resurrectionis peruenit. Hoc igitur nos debem⁹ orare vt custodiamur sicut pupilla oculi: videlicet non vt nihil mali patiamur in hoc mũdo: sed vt per mala pręsentia transeamus ad gaudia æterna.

Quę sint alę dei sub quibus protegamur. Cap.XXII.

S
Eodem

SVb vmbra alarũ tuarũ protege me. Duas alas habet deus, misericordiã & caritatem. Per misericordiã peccatores protegit: p caritatem iustos. Ille ergo nõ sub vmbra alæ, sed vmbra alarũ ꝓtegi se postulat, qui & in quibusdã misericordia se ĩdigere agnoscit, & in quibusdam dignũ amore sperat.

Faciem & latus currenti opponere quid sit. Cap.XXIII.

T
Eodem

A Facie impiorũ qui me afflixerũt. Inimic⁹ quasi faciem nobis opponit quando currẽti in desiderio dei aĩo praua delectatio obsistit. A latere est inimicus quando currentẽ fatigat tentatio, sed a cursu, praua delectatio non retardat.

Pręuenire & supplantare quid sint. Cap.XXIIII.

V
Eodem

EXurge dñe ꝑueni eũ, & supplanta eum. Præuenire currẽtis est, supplantare luctantis. Nã qui ad finẽ ꝓpositi operis tendit, q̃uis nõ passibus pedũ, promotione tamen actionũ currit. Diabolus ergo in passione Christi cucurrit: quia eũ quẽ purum hoĩem existimabat, p traditionẽ ad passionẽ, per passionẽ ad mortẽ, per mortẽ ad damnationẽ ducere voluit. Similiter cucurrit deus, qa eũ p traditionẽ ad passionẽ, per passionẽ ad mortẽ, per mortẽ ad resurrectionẽ ꝓmouere disposuit. Vtriq; ergo cucurrerũt, & deus & diabolus: sed diabolus pręuentus est, quia ne ad finẽ propositi sui ꝑuenire posset diuina virtute est impedit⁹. Et supplãta inquit eum. In passione Christi diabolus cum deo luctabatur: diabolus foris luctabatur vt deiiceret: deus intus luctabatur vt sustineret. Sed diabolus

supplantatus est, quia occulta quadam virtute & sapientia dei subito & ex improuiso est deiectus.

X Eodem. Quod Framea sit Christi aĩa: q̃ partẽ ab inferno abscidit. Cap.XXV.

Ripe animã meã ab impio: frameã tuã ab inimicis manus tuæ. Aĩa Christi framea est.i.gladius dei qa p Christum dũ deus electos suos redemit quasi q̃dã mẽbra pcidit a corpore diaboli. Vnde alibi dicit. Ero mors tua. mors: morsus tu⁹ inferne. De⁹ em̃ quasi infernũ momordit, quãdo descendens ad inferos, quosdã inde abstulit, quosdam ibi reliquit. Dicit ergo eripe animã meã ab impio p frameã tuã. Ac si diceret. Si prius gladiũ quo pugnaturus es nõ custodis, quomodo eos q p gladiũ saluãdi sunt liberare poteris?

Osea.13.

Quomodo deus noster est liberator noster, refugiũ nostrũ, firmamẽtũ, fortitudo, de⁹, adiutor, spes, ptector. Cornu salutis, susceptor &c. Cap.XXVI.

Y Psal.17.

Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamentũ meũ, & refugiũ meũ, & liberator me⁹. De⁹ meus, adiutor me⁹: & sperabo in eum. Protector me⁹ & cornu salutis meę, & susceptor me⁹. Humanitas Christi in resurrectione loquit. Diligam te domine. In periculis timor: post pericula amor. Diligã te dñe. Causas dilectionis, subiungit: qa fortitudo mea, qa firmamẽtũ, qa refugiũ meũ, qa liberator meus. Cõuerso ordine narrat vsq ad ipsum diuinæ gratię principiũ mẽte recurrẽs. Primũ liberator, qa hominẽ a potestate diaboli eripuit: deinde refugiũ, qa de ppriis viribus diffidentẽ, benigne ad patrocinãdũ excipit. Deinde firmamẽtũ, stanti ne cadat. Deinde fortitudo pugnanti vt vincat. Liberator p baptismũ, Refugium p pœnitentiã, Firmamentũ p patiẽtiã, Fortitudo per victoriã. Ecce quo ordine euasit malum. Deinde secũdus versiculus quomodo cõsequut⁹ sit bonum. Deus meus, qa per fidẽ illuminat. Adiutor meus, qa ad bene operãdũ adiuuat. Sperabo in eũ: qa cor ad amorem sui inflãmat. Protector meus qa supra id quod ferre possumus tentari nõ permittit. Cornu salutis meæ qa etiã persequentẽ diabolũ nos cõtemnere facit. Postremo susceptor me⁹, qa finito cursu peruenietibus cęlũ aperit. In cornu fortitudo significat. Cornua cõfusionis est supbia: cornua salutis est fidutia bona. Z

Dolores & laquei mortis & iferni & torrẽtes iniqtatis q sint. Cap.XXVII.

A Eodem.

Ircũdederũt me dolores mortis: & torrentes iniqtatis cõturbauerũt me. Dolores inferni circundederunt me: preoccupauerunt me laquei mortis. Dolores mortis, passibilitas & mortalitas. Torrẽtes iniquitatis, huius mũdi vanitas. Dolores inferni, pœna æterna. Laquei mortis originalis culpa. Dolores mortis & dolores infernicircũdederũt: qa illos homo ante Christũ euadere nõ potuit. Torrẽtes iniquitatis cõturbauerũt: qa hui⁹ mundi vanitas ad actualia peccata hominẽ impulit. Laquei mortis preoccupauerunt: quia anteq̃ homo actualiter peccatum perpetrare potuit, culpa originalis in eo fuit.

Salus humana & diuina quõ homini impertiatur. Cap.XXVIII.

B Eodem.

T dedisti protectionẽ salutis meę. Salus humana est sanitas carnis: salus diuina integritas mentis. Hanc homo diligit: illam deus tribuit. Hanc homo conseruat molestias fugiendo: illam deus confirmat molestias inferendo. Sic tamen si mens intus custoditur, vt nec per aspera carnis ad impatientiam proruat: nec per blanda ad lasciuiam emollescat. Tunc ergo deus salutis suæ protectionem nobis tribuit: quando animam nostram dum caro foris patitur intus illesam custodit: vt pressura quam caro foris tolerat, intus ad mentis corruptionem nõ pertingat.

Dextera & sinistra dei quos suscipiat. Cap.XXIX.

C Eodem. DExtera tua suscepit me
Sinistra dei bona sunt
tēporalia : dextera dei
bona ęterna. Et sępe cō
tingit vt illos deus spi
ritualibus bonis abun
dantius repleat quos inopia rerū tem
poraliū exterius coangustat. Istos ergo
q quasi foris per egestatē corruūt, & in
tus virtutū diuitiis solidati sūt: q̄si si-
nistra dei deseruit, & dextera suscepit.

De fine bono & malo: & de discipli-
D na dñi in finem corrigēte. Cap. XXX.

Eodem. ET disciplina tua cor-
rexit me in finē. Est q-
dā finis bonus: & est q
dā finis malus. Finis
malus est profundum
peccatorū: finis bonus
cōsummatio virtutū. Disciplina autē
dei in finē corrigit : qa eos etiā qui in
pfundū peccatoꝝ lapsi sunt, ad cōsum
mationē virtutū pducit. O bona, o dul
cis disciplina dei: vtinā cognoscamus
eā, vtinā suscipiamus eā, vtinā sustine
amus eā. Quę tñ est, vt videamꝰ, vt cō
cupiscamꝰ, vt apprehēdamus, vt tenea
E mus eā. ¶In tribꝰ cōsistit: in p̄ceptis, in
tētamētis, in flagellis. In p̄ceptis experi
tur deus obœdientiā tuā, in tentamen
tis constantiā, in flagellis patiētiā. Præ
cepta obœdiēter suscipe: tētamētis cō-
stanter resiste: flagella patiēter sustine.
Hęc tamē tria. i. obœdiētia, cōstātia, pa
tientia, sibi inuicē deesse nō possunt: qa
in singulis oīa necessaria sunt. In pręce
ptis qdē, vt ea primū obœdiēter susci-
pias, deinde constāter pficias, postremo
tēpus retributionis patiēter sustineas.
In tētamentis aūt obœdiēs esse debes:
vt si forte deꝰ vitiorū incursu te solli-
citari, & ad tēpus voluerit fatigari, per
elationē nō cōtradicas. Cōstās, ne p de
lectationē ad cōsensum defluas. Patiēs
ne importunitate vel instātia tētatio-
nis, tādē aliqñ emollescas. Hoc aūt p̄ci
pue dicimꝰ ppter quosdā minꝰ discre-
tos: q spiritualis studii modū ignoran-
tes, post prima initia bonę cōuersatio-
nis ita a tentatione vitioꝝ liberi esse
volunt: vt si se vel tenuiter delectatio-
ne illicita pulsari persenserint, statim
tumido corde īfirmitatis suę obliti cō
tra deū murmurēt: & si vel modicū fati
gent p īcōstātię & īpatientiæ vitiū ener
uati, ad cōsēsū iniqtatis declinēt. ¶Sed F
nesciūt isti q̄ pia sit dispensatio dei, vt
mala q̄ iā volūtate dimisimꝰ (q̄uis inui
ti) adhuc ī tētatione sentiamꝰ: q̄tinꝰ in
eis nūc expietur cū cruciāt: qđ priꝰ in
eis cōmissum est cum delectabāt: & no
strę infirmitatis memores dū semp co-
gimur reminisci qđ fuimus, nō nos ex-
tollat qđ sumus. Pręterea etiā cū mala
nostra cū tanta difficultate vincimus,
amplius peccare timeamꝰ. Cū itaq; tot G
vtilitates ex tētatione pueniant, opor
tet quotiēs tētamur dispensationē dei
obœdiēter excipere, & constāter prauę
delectationi cōtraire, & patiēter violē
tiam tentationis sustinere: quatinus &
fatigatio nostra nobis placeat, & tñ de
lectatio praua ad consensum non acce
dat. In flagello aūt obœdiētiā seruat: q
etsi causam pcussionis sui ignoret, tñ
cōtra deū nō murmurat. Cōstās aūt &
patiēs est: quē nec pōdus tribulationis
opprimit, nec diuturnitas frangit. Pri H
mus ergo gradus disciplinę dei, est cu-
stodia mādatorum. Secūdus gradus est
pugna tentationū. Vñ manifestū est q
ii q mādata dei nō custodiūt, adhuc in
disciplina dei esse nō cœperūt. Qui aūt
sub disciplina dei nō est: ad hęreditatē
filiorum dei ptingere nō potest. Nemo
ergo cōtemnat disciplinā dei: qa si pec
cator est, necessaria est illi vt corrigat:
si iustus est, necessaria est illi vt erudia
tur. Propterea iste q eā ad correctionē
acceperat, adhuc eā ad eruditionē ne-
cessariā sibi eē cōfirmat: vt sicut corre
ctus expiauit culpas p̄teritas: ita erudi
tus cautelā habeat cōtra culpas futu-
ras. Dicat ergo: Disciplina tua correxit
me ī finē: discipliā tua ipsa me docebit.

Quid subtꝰ & qd supra nos: & cuius I
vestigia non infirment. Cap. XXXI. Eodem.

DIlatasti gressus meos
subtꝰ me: & nō sūt in-
firmata vestigia mea.
Subtꝰ nos est qcquid
trāsitorium est & ca-
ducum : quod autem
æternum est, supra nos est. Mens ergo

iuſti ſupra ſe dilatatos greſſus habet: qa quãto alti⁹ p cõtẽplationẽ in amorẽ ęternorũ dirigiť,tanto amplius deſide rio guſtatę dulcedinis dilatať.Cũ autẽ in rebus tranſitoriis ſubtus ſe p cogi= tationẽ ambulat : ipſa eã quodãmodo ſuę occupationis moleſtia coanguſtat. & totiẽs intra ſemetipſam ſtringitur: quotiẽs foris aduerſis occurrẽtib⁹ præ pedítur. Sed fit nõnunq̃ vt etiã ſubtus ſe mẽs diuino amore ſuccenſa, dilata= tos greſſus habeat: qa dũ totã ſe intus p deſideriũ retinet,& ſi foris p operatio nẽ occupata ſit,nullius tñ moleſtię ad= uerſitas libertatẽ eius coanguſtat. Vñ recte cũ dixiſſet:Dilataſti greſſus meos ſubtus me:ſtatim ſubiunxit dicens. Et nõ ſunt infirmata veſtigia mea. Quan do em̃ greſſus in lubrico figiť, & ſi pes fortis pmaneat, veſtigia tñ ei⁹ infirmã tur: Ita quoq; neceſſe eſt vt q vel modi cã in rebus perituris fidutiã poſuerit, etſi p turpia deſideria nõ langueat: ta mẽ qa tranſitoriũ eſt qđ amat, ſtabilis nõ fit:& cũ labi cœperit cui innititur: mox innitẽtis veſtigia ab ipſa ſua ſtabi litate infirmenť. Cũ aũt totũ animi de ſideriũ in ęternis figiť: quaſi pede in ſo liditate cõſtituto, veſtigia nõ ĩfirmãť.

K Qui ſint inimici ſpũales & quomo= Eodem. do eos perſequamur. Cap.XXXII.

PErſequar inimicos me= os & cõprehendã illos: & nõ conuertar donec deficiãt.Quoſdã ſpiri= tuales inimicos habe= mus q nobis inſidianť. q quantomagis occulti ſunt,tanto am plius nocere poſſunt.Hi ſunt mot⁹ car nales q in corde nr̃o oriunť, & qa de la tentibus deſideriis pdeũt, incautos ſæ pe ſub ſpecie virtutũ fallũt.Quos tunc nimirũ pſeqmur:qñ ipſam originis eo= rũ radicẽ ſubtiliter inueſtigam⁹.quati nus dũ illos illicito motu oriẽte pulſa re ſenſerimus:ſtatim de qua affectione ille nat⁹ ſit, & ad quẽ finẽ ei⁹ appetit⁹ tẽdat,pſpicere ſtudeamus.Hoc fortaſ= ſis qualiter fieri poſſit citius agnoſceť:

L ſi eius aliqđ exẽplũ in mediũ pponať. Verbi gr̃a. Eſt aliqs q de ſe ipſo pluſq̃ oportet ſentiẽs,occulta ſupbia laborat Hic ergo ſi forte inter cæteros vel ad colloquẽdũ ſiue ad conſulẽdũ conſede rit,qa ſe ſingulariter ſapiẽtẽ exiſtimat, ſingulariter ſe audiri debere putat. Si vero alios ad verbũ ſuũ minus attẽtos fortaſſis viderit,ſuũq; cõſiliũ repudia= ri aliqñ pſpexerit:ſtatim p impatientię vitiũ tumẽs,totũ qđ cõtra volũtatẽ ſu am agiť ad iniuriã ſuam fieri arbitrať. Et qa eos nõ ratiõe, ſed odio poti⁹ aut inuidia ad contẽptũ ſui excitatos cre= dit: iã omnino vtpote a maliuolis ſuũ colloquiũ ſubtrahere diſponit.Cũq; ſe ĩmoderate lingua a loquutione ſtrin= git:a caritate anim⁹ refrigeſcit. Opor= tet ergo vt dũ nos vel loquẽtes vel cõ ſulẽtes minus audiri & exinde cor no= ſtrũ aliquo fortaſſis ſubito dolore tan gi ſenſerim⁹: impetũ animi nr̃i refrene mus:& hũc dolorẽ quaſi inimicũ a late re de inſidiis pſiliẽtẽ inſtãter perſequa mur,& latebrã ei⁹ occultam de qua p= diit.i.ſupbiã,& occurſum ei⁹ ad quẽ tẽ dit.i.odiũ fraternũ pſcrutãtes, dum la queos cõſpicim⁹,periculũ caueam⁹.Cõ M prehenſus eſt inimicus,qa cũ finẽ pra= ui deſiderii puidem⁹:animũ a cõſenſu retrahim⁹. Sicut em̃ vitia inueſtigãdo pſeqmur, ſic cõprehendimus inuenien do: & donec deficiãt nõ reuertimur ſi ab inſtantia boni operis ante ſubiuga= tionẽ vitiorum non relaxamur.

De timore ſeruili & cuſtodia legis di uinę & delectatione vana. De terra,fir mamento, oculo , & neceſſitate variis: deq; humilitate. Cap.XXXIII. N

DVlcis & rectus dñs:p pter hoc legem dabit delinquẽtibus in via. Nõ eſt ſeruilis timor vbi conſtitutio legis fit in electione volun tatis.Primũ timemus,deinde viã eligi mus : deinde lex nobis pponiť qua in via ambulem⁹.Legẽ cuſtodiẽtes, pmiũ accipimus:in pſenti aïę iocũditatẽ,ĩ fu turo aïæ pariter & corporis beatitudi nẽ:hoc eſt qđ ſeqť. ¶Aïa eius in bonis demorabiť.hoc eſt de pſenti : & ſemen ei⁹ hęreditabit terrã,hoc eſt de futuro Et ſatis elegãter ſpũales delectationes exprimit cũ dicit.Aïa eius in bonis de

Psal.24.

O

morabit̃.Quicqd.n.carnaliter dulce eſt
ſuę qdē delectatiōis experiētiā fruētibꝰ
p̄ſtat:ſed diu cū̃ eis morari non pōt.qa
dū̃ guſtu appetitū̃ ꝓuocat,trāſitu deſi=
deriū̃ fraudat.Sp̄ualesaūt delicię q̄ nec
guſtatę trāſeūt,nec reficiētesdecreſcūt
nec ſatiātes tędiū̃ gignūt:diu cū̃ fruen
P tibꝰ pmanere pn̄t. Seqt̃.¶Semē eiꝰ hę=
reditabit terrā.Terrā viuētiū̃ ī futuro
ī hęreditatē accipiet ꝓ bonis opibꝰ ſu=
is,q̄ p ſemē ſignificāt̃. Vel p terrā caro
accipi p̄t,quā ī futuro īmortalē & īpaſ
ſibilē accipiet,qſqs eā ī pn̄ti ī ope virtu
Q tū̃ exercet.Sed quō illuc pueniet? ¶Fir
mamētū̃ ē dn̄s timētibꝰeū̃:& teſtamētū̃
ipſiꝰ vt manifeſtet̃ illis.Qui vincētibꝰ
ꝓmittit p̄miū̃:pugnātibꝰ p̄ſtat adiuto
riū̃.Pręmiū̃ tale ē:qa.ſ.dei teſtamētū̃.i.
cōteſtata ꝓmiſſio eſt vt ipe manifeſtet̃
illi.vcꝫ videti ſe'. Adiutorium tale eſt:
qa firmamētū̃ eſt dn̄s.i.ꝓtectio timēti=
bus ſe.Ideo ſecurꝰ de ꝓmiſſo fiduciali=
R ter curro. ¶Oculi mei ſēp ad dn̄m qm̄
ipſe euellet de laqueo pedes meos.Ocu
lus actionū̃ intētio eſt.Oculos ad dn̄m
ſemp habet:q p intētionē ad amorē dei
dirigit om̄e qd̄ agit.Cuiꝰnimirū̃ pedes
a laqueo euellunt̃: qa actio mala eē nō
pōt cuiꝰ amor dei origo eſt.Sine picu=
lo nāq͡ʒ via actionū̃ currit̃: cū̃ ītētio ani
mi caritate duce gubernat̃. Sed qs pōt
ſemp reſpicere deū̃, niſi quē ſemp deus
reſpicit? Quia nimirū̃ dilectionē hoīs
ſemp dilectio dei ſicut p̄ueniendo exci
tat:ſic ſubſequēdo cōſeruat.Hoc eſt em̄
S qd̄ ſeqt̃.¶Reſpice ī me.ac ſi diceret.Vt
te diligere poſſim,tu dilige me:&vt a=
more tuo dignꝰ ſim, miſerere mei rela
xādo pc̄tā mea.¶Quia vnicꝰ& paup ſū̃
ego.Ideo reſpice qa ſū̃ vnicꝰ:ideo miſe
rere,qa paup.Vnicꝰ.n.plus diligit̃:pau
T p plus dolet̃.¶Tribulatiōes cordis mei
multiplicatæ ſūt:de neceſſitatibꝰ meis
erue me.Quę eſt pauptas tua?Tribula
tiōes cordis mei multiplicatę ſūt.Non
eſt piculoſa afflictio carnis: q̄ nō frāgit̃
cōſtātia mētis. Cū̃ aūt dolor intima tā
git:maiꝰ piculū̃ eſt etiā ſi foris tribula
tio deſit.De neceſſitatibꝰmeis erue me.
Multę ſūt neceſſitates bonorū̃ in qbꝰ
piclitant̃:qs fortaſſis meliꝰcognoſcemꝰ
ſi eas diſtinguēdo ꝓponamꝰ.Gemina ſi

qdē eſt neceſſitas ſanctoꝝ:altera quā ī=
tꝰ,altera quā foris ſuſtinēt. Altera a ꝓ
ximis:altera a ſemetipſis.Quādiu.n.in
hac corruptibili carne viuūt:moleſtias
& tentationes, q̄ ex carne corruptibili
oriūt̃, oīno declinare nō poſſūt. In qbꝰ
tātū̃ cū̃ labore piculū̃ eſt,vt eas quoti=
die ſētire neceſſe ſit:& tn̄ cōſentire eis
nemo vnq̄ ſine graui detrimento poſ=
ſit.Altera neceſſitas eſt bonoꝝ:qa cū̃ ī=
ter malos quos declinare nō poſſūt cō
uerſāt̃,ex illoꝝ praua cōuerſatiōe quo
tidiana q̄dā pſequutione vita eoꝝ affli
git̃.Quoſita tolerare neceſſe eſt:vt nec
pp iniqtatē eoꝝ odio habeamus hoīes:
nec pp amorē hoīm, iniquitatis efficia V
mur cōſortes.Sed hoc ſine hūilitate &
labore nemo facere pōt. Hūilitate vcꝫ,
ne ſe p ſupbiā a cōſortio vanitatisdiui
dat:& dū̃ maloꝝ ſocietatē habere cōtē
nit,q̄ſi de ſingulari iuſtitia pniciosiꝰ in
tumeſcat.Labore aūt opus eſt,vt quoꝝ
ſocietatē nō deſerit:ſemp fugere q̄tum
pōt ſtudeat cōuerſatiōnē.Hoc ē qd̄ ſeq
tur.Vide hūilitatē meā & laborē meū̃.

Miſericordiā & veritatē dei pœnirē
tibꝰ eſſe neceſſariam. Cap.XXXIIII. X

Voniā mīa tua an̄ ocu Pſal.
los meos eſt:&cōplacui
ī veritate tua. Mīa dei
eſt q̄ parcit:veritasqua
corrigit.Per mīam pœ
nitētesab īdulgētia nō
repellit:p veritatē pc̄tāpuniēs,cauſā nō
pſonā reſpicit.Quiſqs ergo ad ſalutēp
uenire deſiderat: hęc duo neceſſe ē me
dicinę dei remedia nō cōtemnat . Sine
mīa.n.veniā nō cōſeqt̃:ſine veritate nō
emendat̃.Sūt vero nōnulli q dū̃ culpas
ſuas p mīam temeraria q̄dā p̄ſūptione
a deo relaxari expetūt:diuinę correctio
nis flagella patienter ſuſtinere nolunt.
Et ſi fortaſſis aliqua ſe ꝓ peccatis ſuis
aduerſa ptuliſſe cognouerūt:ſtatim ty
po ſuperbię erigunt̃, eoq͡ʒ minus mīam
dei neceſſariā exiſtimāt quo ſua ſe ſatiſ
factione apud diuinū̃ examē pleniꝰpur
gatos putāt . Cōtra quos qd iſte dicat
audiamꝰ.Miſericordia(inqt) tua ante
oculos meoseſt:& cōplacui in veritate
tua.Ac ſi diceret.Miſericordiā tuā vbi
q͡ʒ mihi neceſſariā eſſe video:& tn̄ cor=

rectionis tuę verbera, qb⁹ pcata mea districte punis.nō solū non repello, sed & gaudēs suscipio:īmo etiā in ipsis mi
Y sericordiā tuā nō deesse cognosco.Cō placui(inqt)in veritate tua. Elegāter dictū,laudabiliter dictū,dictū imitatio ne dignissimū:cōplacui ī veritate tua. Quasi dicat.Nō mihi nisi in tua verita te cōplaceo: qa qđ tibi in me displicet, hoc etiā ipe reprehēdo.In tua veritate mihi cōplaceo: qa dū mea pctā pseqris flagellādo,lętificas me amore correctio nis. Cur eñ mihi ī tua veritate nō pla ceā: q ī mea pri⁹ falsitate male mihi cō placebā? Qm misericordia tua āte ocu los meos est:& cōplacui ī veritate tua.

Z De agnitione & dilectione veritatis.
Psal. 26. Cap.XXX

VT videā volūtatē dñi: & visitē tēplū ei⁹.Vi dere volūtatē dñi est veritatē agnoscere:vi sitare tēplū eius est ve ritatem diligere.

A De tabernaculo dei. Ca.XXXVI.
Eodem.

QVoniā abscōdit me ī tabernaculo suo. Ta bernaculū dei est eccle sia catholica,in qua fi deles laborāt: & in pcinctu cuiusdā spirita lis militię cōtra aereas potestates pu gnaturi excubāt.In hoc aūt tabernacu lo illos deus abscōdit: qb⁹ amorē qetis inspirādo,eos a strepitu hui⁹ mūdi se cretū expetere facit. Sed in abscondito tabernaculi protecti nō sunt: q in loco quietis quiete viuere nolunt.

Deū fortitudinē & refugiū esse pu
B gnantium. Cap.XXXVII.
Psal. 30.

QVoniā fortitudo mea & refugiū meū es tu. Cōtraria loq videt.Si eñ timet,quō fortitu dinē se habere dicit? Et si nō timet qre refu giū qrit? Sed mēs hūana inter spē & ti morē cōstituta,dū fortitudinē adiuto ris sui cōsiderat:de victoria præsumēs spōte pvocat inimicū. Cū vero ppriā infirmitatē ad memoriā reuocat:supe rari metuens,quęrit refugium.

De vanitate rerū tpaliū.C.XXXVIII. C
Eodem.

ODdisti obseruātes va nitates superuacue. Vox iusti ē psentē fe licitatem despiciētis. Supius cōmēdauerat spm suū deo: & quasi nūc qreres qd de carne fieri vellet: re spōdet se carnis curā nō hēre: qa vani tas est oīs caro.Quia ii etiā q eā illici te & supflue amādo oī studio & diligē tia custodiūt,eādē a corruptiōe serua re nō possunt. Quos nimirū odit deus qa dū nimis rē corruptibilē diligūt,ad amorē dei īcorruptibilē nō assurgunt. Odisti(inqt)obseruātes vanitates sup uacue.Bñ supuacue. Quia &si trāsito ria ad necessitatē appetim⁹ : nūq̄ tñ ad supfluitatē diligere debem⁹: carnemq̄ morituram nō ī deliciis fouere,sed ab in cōmodis(his pcipue q̄ ad salutē aīę mi nus cōducere vident)defendere.

Reprobatio luxuriæ, auaritiæ,& su perbię. Cap.XXXIX. Psal. 3

DOmin⁹ dissipat cōsilia gētiū:reprobat aūt co gitationes populorū, & reprobat cōsilia pri cipū.Gētes ītelligunt pctōres,ppli stulti,pri cipes supbi. Cōsiliū gētiū est cōcupiscē tia carnis.Cogitatio pplorū, est cōcupi scētia oculorū. Cōsiliū principū est sup bia vitę.Quę oīa ideo de⁹ reprobat:qa mūdus trāsit & cōcupiscētia ei⁹. Bene tamē populi cogitationes habēt,nō cō siliū:qa stulti in populis significantur.

Occultos iustorū inimicos ī iudiciū reseruari,manifestos in hac vita etiam E
aliquando puniri. Cap.XL. Psal.34.

IVdica dñe nocētes me: expugna impugnātes me.Nocētes sunt q vo to malignitatis insidi ant. Impugnātes sunt qui aperte psequunt. Iustus ergo occultos inimicos suos iu dicari tm̄.i. ad futurū iudiciū seruari: manifestos expugnari.i.ī hac vita etiā puniri postulat:vt eorū pœna manife sta alios ab iniqtate retrahat:quos pri⁹ eorū malitia per exēplū ad iniqtatē ani

mabat. Ideo de⁹ omnipotẽs manifestas iniurias seruorũ suoꝝ sępius etiam in hac vita vlciscitur, vt quãti meriti sit apud eũ iustitia aperte demõstreť: quatinus hoc alios ad amorem iustitię accẽdat: ꝙ ipse author iustitię se eam tm̃ diligere manifestat.

De armis sapientię & scuto patiẽtię.

F Eodem. Cap. XLI.

Apprehẽde arma & scutũ: & exurge in adiutoriũ mihi. Armis pugnamus: scuto tegimur. Mũdus enim cõtra electos duobus modis pugnat: verbo & gladio. Verbũ falsitatis expugnamus ꝑ sapiẽtiã: gladio aduersitatis resistim⁹ ꝑ patiẽtiã. In sapiẽtia igitur accipim⁹ arma: & scutũ in patiẽtia. Sed cur deo dr̃ apphẽde arma & scutũ, nisi qa ille ĩ nobis dimicãs aduersarios superat, q nos pugnaturos cõtra aduersarios armat. Quia sicut ab ipso dona eius accepimus: ita sine ipso donis ei⁹ vti ad salutem non valeamus.

De manifestis & occultis diaboli insidiis.

G Eodem. Cap. XLII.

Eripiẽs inopẽ de manu fortiorũ eius: egenũ & pauperẽ a diripiẽtibus eũ. Quosdã diabolus aperta tẽtatione opprimit: quosdã occultis ĩsidiis seducit. Vñ ĩ scriptura sacra diabolus aliqñ ꝑ leonẽ, aliqñ ꝑ draconẽ exprimiť. Per leonẽ apta eius fidutia: per draconẽ vero occulta ei⁹ versutia significať. Vñ Psalmista hæc duo tẽtationũ gña exprimẽs dicit. Eripiẽs inopem de manu fortiorũ ei⁹: egenũ & pauperẽ a diripiẽtib⁹ eũ. Quis est em̃ inops, nisi q virtutũ diuitias non habet? Et quis est paup, nisi q iã aliqua virtutũ dona accipere meruit: sed tñ adhuc ad pfectionẽ virtutis nõ puenit? Inopẽ ergo manus fortioꝝ opprimit: pauperẽ vero manus diripiẽtiũ affligit: qa nimirũ antiquus hostis eos q nulla virtute roborati sunt violẽter sibi ꝑ cõsensum iniqtatis subiicit. Ab his vero q iã aliqua spiritualis lucri bona colligere incipiũt: occulta direptiõe dona virtutũ tollit. His ergo quos apta sęuitia ꝑimit, latro est: fur vero illis quos occulta fraude seducit. Vñ & his fortitudo necessaria est, vt possint apte impugnantẽ vincere: illis vero circũspectio, vt possint occulte insidiantẽ cauere. Cũ igiť diuina pietas quosdã contra apertã sęuitiã inimici corroborando, quosdã aũt contra occultas eius insidias ꝑ circũspectionẽ illuminãdo custodit: qd aliud facit q̃ inopẽ de manu fortioꝝ, & a diripiẽtibus pauperẽ eripit: vt & illi euadãt dominũ, & isti caueant damnum?

Qꝫ tpalis malorũ ꝓsperitas: electis testimoniũ ẽ ęternę felicitatis. Ca. XLIII.

H Eodem.

Svrgẽtes testes iniq, q̃ ignorabã, ĩterrogabãt me. Oẽs iniq q tẽporalia bona ęternis præferũt, cũ in hac vita ꝓsperanť, quasi in testimoniũ cõtra electos surgũt: qa dũ ipsa sua felicitate de visibilib⁹ (nõ loquẽdo sed ꝓsperãdo) testimoniũ ꝓhibẽt: iudiciũ bonoꝝ (qđ de æternis & inuisibilibus bonis dãt) cõuincere studẽt. Vnde recte q̃ ignorabã (inqt) interrogabant me. Mali em̃ bonos de pñti felicitate interrogãt: qa cũ eis dulcis sit miranť ꝙ illi se ad appetitũ ei⁹ nõ inclinãt. Sed qa hęc non dulcis sed amara bonis est: qcqd de eius laude in mediũ ꝓferunt, hoc boni ꝑ experientiã nõ cognoscũt.

Qꝫ occulta est interim bonorum iustitia: donec educatur iudicãda de pręmio. Cap. XLIIII.

I Psal.

Et educet q̃si lumẽ iustitiã tuã: & iudiciũ tuum tãq̃ meridiẽ. Iustitia bonorũ nũc occulta est: qa ibi se iustificari satagũt vbi ab hoĩb⁹ videri non possunt. Et q̃uis in eis iã luceat exẽplũ boni opis: tñ in abscõdito est virt⁹ intẽtionis. In futuro aũt q̃si lumen iustitia eoꝝ educiť: qa q mõ bona opera sua ab hũana laude abscõdũt, veniẽte iudice iã secure ꝑ eis ĩ ęterna claritate gloriabunť. Vñ & in alio psalmo diciť. Vanũ est vobis ante lucẽ surgere, idest ante futuri iudicii claritatẽ exaltari. sed surgite postq̃ sederitis: qa tunc fructuosa

ibi erit vestra exaltatio si prius in hu=
ius vitę exilio spōte ꝑpter deū vos hu
milíaueritis.Seqt̄.Et iudiciū tuū tanq̄
meridiē.Iustitia bonorū est opus virtu
tis qđ faciūt:iudiciū eorum est prēmiū
virtutis qđ eligunt.Deus ergo educet
iustitiam sanctorū quādo manifestabit
opera virtutū quę fecerūt: educet iudi
ciū quādo manifestabit quale boni ope
ris prēmiū elegerūt.Et ideo iustitia tā
q̄ lumen,iudiciū vero tanq̄ meridies.i.
clarum lumē educitur: quia minor est
omnis claritas boni operis claritate æ=
ternæ retributionis.

K De vtili subiectione erga deū: & ipsi
Eodem. us recta expectatione. Cap.XLV.

Subditus esto domino
& ora eū. Perfecta hic
nobis forma viuendi
præscribit.Audi ergo
homo qd dicitur tibi.
Subditus esto dño &
ora eum. Primū subditus esto,ne male
agendo pręcepta eius despicias.Dein=
de subditus esto,vt ad bona agenda de
viribus tuis nō pręsumas. Nam & ille
quoq; deo subiectus esse renuit:q aliqd
de sua virtute posse p̄sumit.Sed inquis
mihi.Si hoc ad obœdiētiā pertinet, vt
nihil ex me esse ītelligā, quid ergo fru
stra conor?Quiescā potius & expectabo
dñm,vt faciat qđ suū est. Optime dixi
sti:expecta dñm. Sed vide quomodo ex
pectes.Nā & montes expectant,& hoīes
expectant:sed mōtes aliter,& aliter ho
mines.Mōtes expectant durando:homi
nes expectare debent desiderādo. Mon
tes pluuiā:hoīes gratiā.Mōtes ne are=
scant:hoīes ne pereant.sicut in psalmo
Psal. 39. legit̄.Expectans expectaui dominū & in
tēdit mi.Qui em̄ durādo expectat, sed
desiderando nō expectat:nō expectās ex
pectat. Qui vero pseuerat & desiderat:
hic expectans expectat.Expecta ergo, &
nō solū expecta: sed expectans expecta.i.
perseuerās desidera,& desiderās pseue=
ra, & non fraudaberis a desiderio tuo:
sicut & ille fraudatus non fuit q domi
nū expectās expectauit.Ait.enim. Expe
ctās expectaui dñm & intēdit mihi. Et
exaudiuit p̄ces meas & eduxit me de
lacu miserię & de luto fecis.Vide ergo

alia omnia denm expectant durando
homo non sic solum sed consi dentia
per severantia desiderando denm expe
ctare debet

quomodo ille expectauit.Cū p̄cibus ex
pectauit:cū desiderio expectauit. Et qđ
ipse tunc fecit:hoc tibi nūc p̄cipit. Nā
cū dixisset,subditus esto dño,statim ad
iūxit:& ora eū, vt & subdit⁹ deo sis de
te nō p̄sumendo:& ores,eius auxilium
expetendo. Nam quid est aliud deum
orare, nisi mēte humili atq; deuota ad
eius misericordiam semper respicere?
Propterea enim nō dixit tibi ora eum
hoc,siue illud:sed tm̄ ora eum:quia nil
aliud a te q̄ affectum bonū exigit: qui
tuam necessitatē,etiā te nō loquēte,co
gnoscit. Cū ergo oras, quē petas poti⁹
q̄ quid petas cogitare tibi dulce sit: &
ipse quē peris quicquid tibi petendum
fuerat ꝓuidebit. Sicut in alio psalmo
psalmista idem testatur dicens. Oculi Psal. 24.
mei semper ad dominū:qm̄ ipse euellet
de laqueo pedes meos.

De quatuor hominū generib⁹ quātū
ad vulnera & cicatrices:de vera sapien
tia & p̄teritorū memoria. Cap.XLVI. L

Putruerūt & corruptæ Psal. 37.
sunt cicatrices meæ, a
facie īsipiētię meę.Cō=
siderāti mihi hui⁹ ver
siculi virtutē,non pōt
iā legēti esse incogni=
tū,qđ totiēs est patiēti exptū. Sed vti=
nā mihi vel experiētia cognitionē non
dederit:vel si aliter cognoscere nō de=
buerā, ipsa poti⁹ cognitio data nō sit.
Qz si sic necesse fuit, & sine manu vali
da erudiri nō poterā: vtinā iā nūc vel
ipsa mea cognitio mihi sic saperet,qua
tin⁹ p̄teritorū doloꝝ experiētia a futu
ra me iniqtate coerceret.Sed qa totiēs
post experiētiā maloꝝ desipuisse me vi
deo:ipsos adhuc amaritudinis gust⁹ p=
timesco.Dicā tm̄,& non sine dolore di=
cā.Putruerūt & corruptę sunt cicatri=
ces meę a facie insipiētię meæ. Et licet
horū verboꝝ expositio nō sit mihi ne=
cessaria: qa tm̄ multi felici⁹ eā nō noue
rūt:ꝑpter eoꝝ instructionē nō est oīno
tacēda.Putruerunt(inqt) & corruptæ
sunt cicatrices meę.Diligēti⁹ cōsiderā
ti quatuor hic gña hoīm occurrunt.
Primum est eorum qui nūq̄ vulnerati
sunt. Secūdū est eorū qui post vulnera
perfecte sunt sanati. Tertium est eorū

quibus obducta quidē sunt vulnera,& tamen adhuc permanserunt cicatrices idest vulnerū signa.Quartum est eorū in quibus ipsa adhuc vulnera hiantia sunt,& necdum obduci cœperūt.Si igitur per vulnera peccata intelligimus, ii qui in peccati desiderio permanent, quasi vulnera aperta habeat.Qui vero peccatū deserunt,& tamē adhuc a reatu peccati per satisfactionem plene purgati nō sunt: in his quasi quædā signa vulnerū permanserūt. Qui autem post perpetrata scelera & peccādi affectū deserūt,& reatū peccati plena satisfactiōe obducunt, ab iis etiā ipsa vulnerū vestigia discesserūt.Sic sanctus erat Paulus qui post tanta mala dicebat, Nihil

1.Cor. 4 mihi conscius sum.Quia nimirū p̄teritorum vulnerū in se ne signa quidē inuenire poterat,quē de anteacta prauitate cōscientia non accusabat. Hos sequunt̄ ii q etsi vitam sine peccato ducere nequeūt,nunq̄ tamē culpę criminalis vulnus perceperunt.Primū genꝰ est peccantiū:secundū pœnitentiū: tertiū eorū qui per pœnitentiā sunt correcti: quartū eorum qui per iniquitatem nō sunt corrupti.Primi sunt ęgri:secundi sunt ad sanitatem conuersi:tertii sunt sanati:quarti sunt sani.Ex his satis colligi potest de quo genere hoīm iste sit qui cicatrices suas ad corruptionē reuersas plangit.Pœnitere em̄ iam cœperat,& peccatum iam volūtate deseruerat:sed reatus peccati nondū adhuc in eo plene sanatus erat:& priusq̄ peruenisset ad integram sanitatem vulneris corruptus est per iterationē iniquitatis. Vnde recte prius dicit̄ Putruerūt, ac deinde adiungit̄:corruptę sunt cicatrices meę. Priꝰ em̄ praua desideria ad mētem redeunt: & sic quodāmodo cicatrices obductę interiꝰ cōputrescunt. Deinde vero cū voluntas mala vsq; ad operationē ire pmittit̄: iā ipsę cicatrices quasi ex superabundanti sanie corrūpunt̄. Causa quoq; corruptionis explanat̄ cū dicit̄,A facie insipiētię meæ.

M ¶Sapiēs a sapiendo dicit̄.non ille q sapores palato oris pcipit, sed ille q veritatē iudicio mētis comprehēdit. vnde etiā cor qđ veritatis expers est non absurde insipiēs dici potest.Notādū vero est ꝙ nō quęlibet veritatis cognitio ꝓprie sapiētia dicitur,nisi illa quę nō solo auditu,sed p ipsam experientiā rerū cōparatur.Familiarius em̄ quodāmodo atq; perfectius experta q̄ audita cognoscimꝰ:& cognitionē veritatis quā in nobis doctrina inchoat,experientia cōsummat.Ipsa etiā rerū docente natura dedicimus ꝙ cuiuslibet rei qualitatē perfectius per sui contrarii experientiam iudicamꝰ: qa & bona quęlibet tūc iocundius & delectabiliꝰ amplectimur cū post longam miseriam fatigati respiramus. Hinc quoq; est ꝙ dei misericordiā tanto amplius in nostra liberatione diligimus:quāto magis nobis euicino sapit ipsa miseria de qua erepti sumus. N

Et derelicti aliquando melius per tribulationē cognoscimus,q̄ stricte tenenda fuerat gratia, quā tēpore quietis minus fortassis amabamus.Propterea in quodā loco scriptura admonens nos dicit. Eccl. Fili in tēpore malorū ne īmemor sis bonorū: & in tēpore bonorum ne immemor sis malorum. Memoria namq; bonorum in tempore tribulationis animū per spem erigit:& memoria malorum in tempore prosperitatis ad custodiam sui cautiorem facit. Cumq; alterno sapore se vtrūq; contemperat: nec aduersitas per desperationem deiicit,nec prosperitas per inanem lætitiā mentē dissoluit. Hinc populo Israel a Moyse p increpationē dicit̄. Deut. Gens absq; cōsilio & sine prudētia,vtinā saperēt & intelligerēt ac nouissima prouiderēt. Quia.n.nec p̄sentia dei bn̄ficia cognoscere, nec sua pericula futura p̄uidere poterāt:quasi prudētię saporē in mētis palato nō habebāt. O

Duo igit̄ sunt q̄ nobis semp sapere debēt:& mala videlicet nr̄a q̄ euasimus:& gr̄a dei quā cōsecuti sumus.Mens etem̄ stulta cū malarū delectationū laborē nō meminit,easdē delectatiōes si qn̄ pulsata fuerit tētatiōe, iterare nō ptimescit: & queadmodum mulier cū angustia pariēdi p̄mit̄,cōcupiscētię carnalis delectationē abominatur:sed cū memoria doloris a mēte recesserit,iterū carnis illecebras cōcupiscit:totaq; auiditate ad earū experiētiā

rapit, qa eis quãtas admixtus sit dolor
nõ recordat. Nã si bene memoriæ sape-
ret dolor ipse qui malam delectationẽ
sequitur: nequaq̃ ita infrenis mens ad
eius appetitum traheretur. Ipsa quoq;
gratia accepta si animus ab eius recor
datione non desiperet, ab iniuria condi
toris vel solo pudore nos coercere po-
P tuisset. Quia igitur cicatrices peccato-
rum nostrorum nequaq̃ aperirẽtur ad
actum, nisi prius putrefactæ essent per
desideriũ: neq; vllo modo per praua de
sideria mens intus putresceret, si non
prius a memoria præteritarũ miseria-
rum suarũ, & presentis beneficii dei cõ
sideratione desipuisset: plangat iste insi
pientiam suam & dicat. Putruerunt &
corruptæ sunt cicatrices meę a facie ĩ-
Q sipientię meæ. Sed libet adhuc cõsidera
re quare non simpliciter dixit ab insi-
pientia mea, vel ꝓpter insipiẽtiã meã,
sed a facie insipientiæ meę: vtrũ ne ali-
quid nobis ista adiectiõe signare volue
rit. Primum ipse modus loquendi con
siderandus est, quia sæpe in diuino elo-
quio similis positio inuenitur: cum di-
citur a facie dñi, vel a facie ĩimici: siue
etiam qđ magis obscurum est cũ de re-
bus humana figuratione carẽtibus, cor-
poreis nonnunq̃ etiam incorporeis agi
tur, facies memoratur: qđ in vsu loquẽ
di nunc minime esse cognoscitur: tunc
tamen fuisse dubium non est: quod sa-
tis ex tam frequenti scripturarum po-
sitione colligi potest. Quia enim vbiq;
occurrentis faciem declinare nõ possu
mus: congrue in scriptura per faciẽ prę
sentiam siue instantiam atq; importu-
nitatem significamus. Quid est ergo ꝙ
cicatrices non solum ab insipientia, sed
a facie insipiẽtiæ putruisse & corruptæ
esse dicuntur: nisi ꝙ dei gratia nequaq̃
nos vsq; ad lapsum peccati desereret, si
non prius nostra insipientia deo in no-
bis habitanti diu ĩportuna fuisset? Qui
cum per longam negligẽtiam nostram
a nobis recedere ĩuitus cogitur, statim
cicatrices vulnerum nostrorum nõ so-
lum per praua desideria putrefiũt, sed
vsq; ad operationem prauã corrũpunt.

De duplici hominum vanitate.
Cap. XLVII.

Vniuersa vanitas oĩs homo viuens. R Psal. 38.
Alia est vanitas quã ĩ rebus istis visibilibus cernimus: alia est vanitas quam in nobis inuisibiliter sentimus. Ista exteriora vana sunt, quia cum in corruptionem labuntur, speciem suam perdunt. Anima autem quæ per iniquitatẽ defluit, magis miserabili vanitate iustitię decorem amittit. Vniuersa ergo vanitas omnis homo viuẽs quia & foris per mortalitatẽ præterit, & intus per iniquitatẽ: qui si saltẽ in altero persisteret, vniuersa vanitas non fuisset.

Quia dies hominis breuis, mala & ĩcerta est, qđ dicẽdũ deo. Cap. XLVIII.

Notum fac mihi dñe finem meum. S Eodem.
Vita ista p̃sens breuis est, mala est incerta est. Quia incerta est, dic deo. Notũ fac mihi dñe finem meum. Quia breuis est dic deo. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Quia mala est dic deo: Substantia mea tanq̃ nihilũ ante te est.

De mirabilium dei multitudine & ꝓfunditate. Cap. XLIX.

Multa fecisti dñe Deus meus mirabilia tua: & T Psal. 39.
cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi. Omnia quæ sunt fecit deus: & tamen illa specialiter deus fecisse dicitur, per quæ homo ad deum reuocatur. Illa ergo mirabilia deus quasi non sua fecit, quorum admiratio humanam mentem ab amore ipsius auertit. Illa aũt mirabilia quę hominem ad amorem Dei reuocant qa nos illius faciũt quodã singulari priuilegio eius dici possunt. Quia igitur superius Psalmista beatum dixerat qui ad huius mundi vanitatem non respicit: vbi fructuosa esse possit admiratio consequenter adiũgit. Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua. s. opa restaurationis nostrę: quæ ne in eis fastidium metuas multa sũt numero: & ne facilitatem contemnas, ꝓfunda in sacra

mento. Hoc est enim q cũ dixisset multa fecisti tu dñe de⁹ me⁹ mirabilia tua. statim ipsam eorum profunditatem demonstrare volens, adiũxit: & cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi. vt & multitudo mirabilium varietate delectationẽ afferat: & profunditas exercitationem.

De curiosi & suspiciosi malo. Cap. L.

V Psal. 40. ET si ingrediebatᷣ vt videret, vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Magnũ malũ est curiositas seq a vicio alienum nõ esse indicat quisquis animum suum ad suspicionẽ fecile inclinat. Neq em̃ alieni peccati suspectus cor ei⁹ vreret, si nõ prius eiusdem peccati affectus in eo radicasset. Iusto ergo iudicio dum ex sui cordis prauitate falsam de alio existimationem colligit: per eãdem se existimationem in affectum prauitatis amplius accẽdit: & inde veraciter mẽs ei⁹ corrumpitᷣ: vnde fallaciter aliena actio insimulatur. Propter qđ Psalmista contra eiusmodi loquens dicit, Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur. Curiosus etenim quisq tunc quasi ad videndum ingreditur quãdo alienum secretum sagaci studio perscrutatᷣ. Vana loquitur, quia vt minus suspect⁹ esse possit, eos a quibus caueri non vult, se diligere fingit. Deinde iniquitatẽ cõgregat quia cũ libere admissus fuerit, quicquid reprehẽsibile inuenire potest fraudulenter in corde suo coaceruat. Cõgregat autem paulatim minima, vt post longum silentium cuncta simul obiecta plus noceant, quæ minus opinionem lęderẽt si per se singula plata fuissent. Sed quia hoc non correctionis sed lęsionis affectu iniquus operatᷣ, sibi potius nocitura colligit: quia sicut dictũ est. Vnde aliena actio fallaciter per infamiam obfuscatur: inde veraciter mẽs eius per nequitiam contabescit.

Q fontium nomine summum bonum significetur: idq maxime sit desiderabile, & quæ toto psalmo tractẽtur. Cap. LI.

QVemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. Quę sunt dona dei: fõs aqrum author est donorum: fontẽ aquę desiderat cuius desiderium nõ implet donec ad deum perueniat. Qui dona dei propter deum non amant, ii quasi aquas & non fontem desiderant. Summum aũt bonũ ideo plurali nomine fontium exprimitur, quia licet in se vnũ sit, omnium tñ origo bonorum in ipso cõtinetur. Viuus fons, quia viuificat. Viuus fons, quia indeficiens perseuerat. Ideo sicut ceruus desiderat: quia vetustatis defectum reparare exoptat. Sed differtur desideriũ, vt crescat. Sed quia omnis mora desiderãti longa est: exclamat quando veniam, qñ perueniam, qñ apparebo ante faciẽ dñi: non vt videri, sed vt videre ĩcipiã, quem prius visus nõ videbam. Sed hoc nunc desiderari potest, haberi non põt. Quid ergo ĩterim? Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Pascar doloribus, requirã fletibus, vocabo suspiriis, lachrymæ nutrient desiderium: donec præsentia satiet affectum. Flebo qa abest qđ desidero, flebo quia adest quod non amo. Non amo præsentem infelicitatem, desidero futuram beatitudinẽ. Irriguum superius: qa desiderat anima mea ad deum fontem viuũ. Irriguũ inferius, quia dicitᷣ mihi vbi est de⁹ tuus? hoc ad præsentem miseriam ptinet q opprobria malorum sustineo, quia terrenam felicitatem non amo. Et qa me in præsenti felicitate derelictum aspiciunt: me deum non habere insultãtes dicunt. ¶His igitur insultationib⁹ fractus tædere cœperat: sed mox ad semet ipsum reuersus & qualis sit præsentis vitę cõditio cõsiderans, a tali se mœrore castigat dicens. Hęc recordatus sum quoniam trãsibo per tabernaculum ad domum. i. per laborem ad requiẽ. Quasi dicat. Cũ de p̃sentis vitę molestia cõtristatus sum qualis sit p̃sentis vitę cõditio recordat⁹ nõ sum. Nũc aũt recordatus sum qa nemo põt puenire ad requiẽ, qui prius noluerit æquanimiter

sustinere laborem. Quia transibo per ta
Z bernaculum ad domũ. Tabernaculũ est
p̃sens ecclesia: dom⁹ est cælestis patria.
In tabernaculo locus est, quia extra fi-
dem tuta mansio esse nõ potest. Nec so
lum trãsibo per locum tabernaculi, sed
in locũ tabernaculi. i. de infidelitate ad
fidem: de fide ad beatitudinem. Ideo in
locum vt fidem rectam non solũ tene-
re incipiam, sed vsq; in finẽ in ea perma
neam. Nec terrere debet labor certami
nis: quia mirabile est tabernaculum: &
multa iam in eo fulgẽt exempla virtu-
tis. Et quia p tabernaculum ad domũ,
id est per laborẽ ad requiem transitũ es
se agnoui: ideo animam meã iam am-
A plius extra me non effudi: sed in me ef
fudi. Sicut angustia animũ constringit
sic lętitia diffundit. Quisquis ergo ĩ re
bus transitoriis lætari appetit, extra se
animam suam effundit. Qui vero terre
na omnia vana esse considerans securi⁹
in conscientia bona gaudium quærit:
hic intra se animã suã effundit. Supra
se autem anima effunditur qñ per con
templationis gaudium in amore cõdi-
toris dilatat̃. Sed cũ aĩa intra se effun-
ditur: statim animalitas quæ exteriorẽ
delectationem amat cõtristatur: quam
B vnusquisq; fidelis nutu rationis corri-
gere debet dicens. Quare tristis es ani
ma mea? quare doles te perdere qđ non
potes retinere? Quare conturbas me?
qa tibi per naturalem affectum cõiun-
C ctus sum, in tui turbatione ego intur-
batus esse non possum. Spera in deo, qa
si nũc ꝑpter eũ transitorias delectatio
nes sponte respuis, permãsuras postmo
dum ipso tribuente consequeris. Quo-
niam adhuc confitebor illi. Cũ adept⁹
fuero qđ spero tunc laudabo illũ & cõ-
fitebor illi de quo dubitandum nõ est:
quia ipse est salutare vultus mei, id est
similitudinis meæ. i. homo: & est Deus
meus. Non est dubitandum quin mor-
talib⁹ promissam æternitatem tribuat:
quem pro salute mortalium assumpsis
se mortalia cõstat: & qui pro nobis no
stram mortem pati voluit, multo ma-
gis nobis vitam suã donabit. Quod po
test facere, quia deus est: vt nec de volũ
tate eius dubites, qui pro nobis homo
factus est: nec de potestate, quia de⁹ est.
Ad meipsum anima mea cõturbata est. D
Q̃ anima mea cõturbata est, ad me so-
lum referendum est: quia nisi pri⁹ meũ
peccatum præcessisset, caro foris corru
pta non esset: & ideo eius corruptio ad
mei conturbationẽ iuste reducitur: q̃a
ex mea culpa primũ ei⁹ corruptio orie
bat̃. Vel ad meipsum, id est in meipso:
quia & si foris conturbationem nõ in-
ueniat ipsa, eam suæ conditionis corru
ptio conturbat. Id est licet exteriora in
citamenta peccati desinãt: ipsa tñ vitia
ex naturali corruptiõe orta me cõtur-
bant. Quę ergo adhibenda sunt reme- E
dia contra recidiuũ peccati? Baptizari
iterum non possum⁹: & tamen vice ba-
ptismatis contra quotidiana pc̃tã quo
tidianum fontem lachrymarũ habem⁹:
etsi sępius baptizari ꝓhibemur p aquã,
nunq̃ prohibemur per pœnitẽtiam. Se-
quit̃ ergo nos gratia primi baptisma-
tis in pœnitentia: sicut populũ Israel p
desertum gradiẽtem aqua de petra: vt
quotiẽs in huius vitæ deserto per pec-
catũ arescimus, per pœnitentiam refi-
ciamur. Quia igitur quotidie anĩa no- F
stra ad nosmetipsos cõturbatur, memo
res dei simus de terra iordanis, vt scili
cet illam adhuc remissionem quęram⁹
in pœnitentia, quã olim accepimus in
aqua: & tanto fidutialius quanto aper-
tius nos ipsius sacramento signatos es
se cognoscimus. Quid eñ per Iordanẽ
rectius accipitur q̃ baptisma? Et quid
per terram Iordanis, nisi humana natu
ra abluta fõte baptismatis? De terra er
go Iordanis memores dei sumus, quan
do eandem ablutionem quęrimus ĩ pœ
nitẽtia, quã iam olim meminimus nos
ab eo accepisse in aqua. Sequit̃ & her-
monii a monte modico. Subaudit̃ me- G
mor ero tui. Hermonium interpretat̃
anathematizatio. In baptismo aũt dia-
bolum cum omnibus operibus & pom-
pis eius anathematizauim⁹: & Christo
cõformes facti a membris diaboli sepa-
rati sumus. Homo igitur per baptismũ
a diabolo separatus: fit hermon mõs p
virtutem, modicus per humilitatẽ. Qñ
itaq; per pœnitentiam a deo, virtutum
dona per peccatum amissa requirimus,

quasi de modico monte hermonii, eius
memores sumus, quia sic olim nos a dia-
bolo separatos & per virtutẽ exaltatos,
& per virtutem cõformitatis Christi tẽ
peratos, meminimus. De terra Iordanis
eius memores sumus qñ ei eandẽ natu
rã quã prius p aquam baptismi a pctõ
abluit, per pœnitentiam nũc abluẽdam
offerimus. De modico mõte hermonii
eius memores sumus, qñ p̃camur dona
virtutũ cũ humilitate nobis restitui: q̃
prius nos ab eo accepisse meminimus.
Qđ vtrũq; memoria dicit: quia hoc ite
rato petimus qđ prius accepisse nos re
cordamur. Et necesse est pœnitere, quia
H Abyssus abyssum ĩuocat. i. iudiciũ da-
mnationis ad cõfirmationem sui addu
cit iudicium mortalitatis. Si videmus ve
rum qđ primo homini peccati minatus
es mortẽ: credamus etiã verum esse qđ
peccantibus nũc & in peccato pseueran
tibus minaris damnationẽ. Abyssus igit
id est iudiciũ damnationis: abyssum. i.
iudiciũ mortalitatis inuocat: quia hoc
illud confirmat. Vel iudiciũ ignis futu
rum, iudiciũ aquæ præteritũ. vel nouũ
testamentum, qđ pœnitentiam p̃cepit:
ad hoc cõfirmandum vetus testamẽtũ
adducit. Vel abyssus diuinæ sapientiæ
inuocat abyssum cõscientiæ humanæ:
quia deus qui per sapientiam suam oc-
culta nostra subtiliter penetrat, eãdem
ipsa cõscientia nr̃a accusante cõdẽnat.
Ac per hoc valde nobis necessarium est
eius nũc misericordiã pœnitendo q̃re-
re: in cuius iudicio testis alienus nõ q̃-
ritur: quia sua quisq; conscientia accu-
I sante condemnatur. Hoc autem totum
cognouimus: In voce cataractarũ tuarũ:
id est in sermone prędicatorum tuorũ.
Qui prædicatores ideo cataractæ dicũ-
tur: quia eis pluuiam doctrinæ stillan-
tibus cordis humani terra infunditur.
In voce ergo cataractarum audiuimus
ꝙ sicut olim cassa non fuit in peccanti-
bus comminatio mortis: ita nũc quoq;
cassa non erit in peccato perseueranti-
K bus comminatio damnationis. Quomo
do autem scimus ꝙ antiqua commina-
tio cassa nõ fuerit? Omnes iam experi-
mento didicimus. q̃ nimis verum fuerit
qđ peccanti homini olim comminatus

multipliciter abyssus abissum invocat

est deus. Quomodo didicimus? Omnia
excelsa tua & fluctus tui super me trãsie
runt. Sicut volumina vndarũ sup nau-
fragum alia post alia ptranseunt & ob-
ruunt. donec conquassatum & confra-
ctũ deorsum demergãt: sic pœnæ & pas
siones vitæ huius super hominem mor
talem alię atq; alię cõquassantes & con
fringentes pertranseunt: & tandem de
ficiẽtem in profundum mortis demer-
gunt. Fluctus sunt communes & quoti
dianę pœnalitates: excelsa, excrescẽtes
& singulares aduersitates: quę nec eędẽ
omnibus nec eisdem semper eueniunt.
Omnes tamen aliquibus: & aliquæ omĩ
bus. Quia ergo pręsens iudiciũ tã gra-
ue sentio, merito futurum iudiciũ per
timesco. Et ideo vt possim illud euade
re dum adhuc tempus superest necesse
est pœnitere. Quomodo scis an recipia
tur pœnitentia tua? Scio, qa In die mã- L
dauit dñs misericordiam suam. Miseri-
cordia dei est ꝙ pctm̃ hominis in p̃sen-
ti vita punit, vt æternam damnationẽ
homo euadere possit. Hanc ergo mise-
ricordiam deus per p̃dicatores homini
mandat, vt præsentis mortalitatis vti-
litatem agnoscens, pro liberatione sui
futura, libenter istas pœnalitates susci
piat. Hanc autem misericordiã ideo in
die, hoc est in prosperitate mandat: qa
homo minus parato animo susciperet
quicquid in tribulatiõe positus de vti M
litate tribulationis audiret. Sequitur
sicut alia translatio habet. Et nocte de-
clarauit, subaudit ipsam misericordiã.
Quod enim ĩ die. i. prosperitate de vti-
litate huius cõmunis miserię verbo do
cuit hoc in nocte, id est in aduersitate
per singulares quasdã tribulationes ex
emplo declarauit. Qualis enim in futu
ro patiẽtię fructus sit satis innotuit cũ
in p̃senti etiam vita nonnunq̃ q̃ neces-
sariæ sint tribulationes ostendit. Quod
ergo in die mãdat, in nocte declarat: qa
qđ verbo dicitur, experimento compro
batur. Vel sicut alia trãslatio habet. In
die mandauit dñs mĩam suam: & nocte
canticũ eius. Qđ sic intelligi põt. Man
dauit, hoc est p nũcios suos pręcones. s.
veritatis pmisit mĩam suã. i. ꝙ nos de
miseria huius vitæ liberaret: in die, id

est cum claritas vitę æternę pulsis tene
bris mortalitatis illucesceret. Et ideo
interim in nocte vitę huius,mandauit
canticum eius.i.laudem suam: vt si in
futuro die eius misericordiam percipe=
re volumus,in præsenti aduersitate ab
eius laude nõ recedamus. Dignum est
enim,vt si in gloria sua propitiũ eũ ha
bere volumus:in nostra hũc miseria iu
stum prædicemus.Quia igitur peccaui
mus,quia flagellũ sustinemus,quia ere
ptionem expectamus: in pctõ confitea=
mur nostram culpam,in flagello laude
mus eius iustitiam,in ereptione spere=
mus ei⁹misericordiã.Apud me oratio.
Pro iniquitate,deo vitæ meę in corru=
N ptione dicam deo susceptor meus es in
miseratione.Apud me oratio,in secre=
to in abscondito.Ideo in abscondito qa
per eam non hominib⁹ sed deo soli pla=
cere concupisco:deo vitæ meę: quia dũ
me foris flagellando mortificat,int⁹ vi
uificãdo aspirat. Dicam deo,in futuro
cum susceptus ad gloriam fuero secu=
rus,dicam susceptor meus es: qđ in du
bio constitutus adhuc dicere nõ presu
mo.Vel in psenti dicam psumens de p
missione quã habeo iamin spe,quia iam
quasi factum teneo qđ faciendũ sine du
O bitatione expecto.Quare oblit⁹ es mei?
Animus amantis & pauentis ad diuer
sa rapitur: nunc de promissione gloria
tur,nunc de dilatione conquerit̃:nunc
se derelictũ propter pondus tribulatio
nis, nunc se susceptum gratulat̃ ppter
fidutiam repromissionis. Quare oblit⁹
es mei?Paruulus delicatus patri amã=
ti irascitur:& quia non ad omnia vota
P respondet,de obliuione causatur.Enu=
merat etiam mala quæ patitur. Quare
tristis incedo? & ne videatur superflua
tristitia,dum affligit me(inquit)inimi
cus.Et quia sępe plus gaudẽdum q̃ tri=
stãdum est:in afflictione corporis exag
gerat causam adiungens etiã detrimẽ=
ta virtutis:dũ confringunt̃ ossa mea.i.
virtutes destruũtur. Postremo summã
mali addens irrisionẽ inimicorũ: expro
brauerũt, inquit,mihi qui tribulãt me
inimici mei. In quo non vnus læditur
sed tota societas per infamiam obfusca
tur.hæc omnia patior dum incedo, id
est dum in via recta gradiẽdo proficio
vbi occulte meritum inuit:dũ se & bo=
na agentẽ & mala patientem dicit.

De iudicio secũdũ causam & secũdũ
retributionem.De luce & veritate dei.
de monte & tabernaculo:& de lętifica=
tione iuuẽtę nostrę.

Cap.ILI.

IVdica me de⁹ & discer Q
ne causam meam:de gẽ Psal.42.
te non sancta.Aliud est
iudicium secundũ cau
sam,aliud secũdũ retri
butionẽ.Boni ergo qui
in psenti inter malos sunt, & tñ in cau
sa eis vniti non sunt,orant vt deus pri
mum eorum causam discernat:& sic iu
dicet. quia tunc nos salubriter in retri
butione iudicat:si prius causam nostrã
hic a gẽte nõ sancta discernat.Quia tu
es fortitudo mea.Ideo p te ab eis sepa=
rari peto:quia cum eorum malitiã gra
uiter portem:non tñ ab eorum societa
te me per superbiam & confidentiam vi
rium mearum disiungo.Sed differt̃ qđ
petitur ideo clamat.Quare me repuli=
sti?Emitte lucem tuam & veritatẽ tuã. R
Per fidem illumina: per veritatem fidẽ
remunera:illuminando misericors, re=
munerando verax.Ipsa duo deduxerũt
me a malis meis & adduxerunt ad bo=
na tua.Quæ bona?In montem, in taber
nacula. In montem ductus sum per fi= S
dem.In tabernacula ductus sum p ope=
rationem. Introibo ad altare per dile=
ctionem.In montem vt alta crederem:
in tabernacula vt fortia facerem: ad al
tare vt me immolem. Mons & taberna
cula de psenti:altare de futuro, vbi ple
na caritas:& ideo ait introibo vt im̃o=
ler & cõtempler ad altare,id est ad deũ
qui lætificat iuuentutem meam. Et be
ne iuuentutem lætificat. Vetustatem
enim non lætificat, sed contristat. Ad
deum qui lætificat iuuentutẽ meam.
Si exterior homo noster vetus corrum
pit̃:sed interior ille homo noster de die
in diem renouatur. Caro em̃ nostra q̃
per mortem dissoluitur, in psenti vita
nõ renouatur.Spũs aũt iuuẽtutem suã
in hac vita renouare incipit,quãdo per

gratiam dei virtutibus renouatis desideria vetusta deponit. Deus ergo non vetustatem nostrā sed iuuētutē lætificat:qa quanto magis caro foris atterit tanto magis mens interius spūali gaudio consolatur.Ideo inquit:confitebor tibi in cithara.Quia tu lętitiā non vetustatis sed iuuentutis.i.nō gaudium carnis,sed spiritus diligis: ideo & ego carnem affligam,& laudabo te in maceratione carnis.Contra qđ quia animalitas murmurat: ipse eā increpando castigat,dicens:Quare tristis es aīa mea?

Quas semitas declinauerit dominus. Cap.LIII.

T Psal.43.

DEclinasti semitas nr̄as a via tua.Tu veniēs in homine viam nobis per exemplum strauisti: & ab illa via quicquid boni in nobis est per imitationem deduxisti. Vel semitas nr̄as, id est perplexas & laboriosas vias nr̄as: in quibus prius secundum carnem ambulauimus,a via tua bona declinasti.i. remouisti: quia amplius p illas nō currimus,postq̄ in viā tuā directi sumus.

De puluere cogitationum & terra desideriorū inutiliū. Ca.LIIII.

V Eodem.

HVmiliata est in puluere aīa nr̄a: conglutinatus est ī terra vēter nr̄. Puluis sunt cogitationes vanę,terra aūt praua desideria. Bene aūt prius aīa in puluere humiliat̄ ac demū vēter cōglutinat̄ in terra:qa nisi prius aīa vanis se cogitatiōibus subderet nequaq̄ carnis desideria īmūda obligarēt: sed quia prius anima a vanitate vincitur, postmodum caro ad immūditiam glutinatur.

De forma,gratia & benedictione a deo ad hoc & propter hoc &c. Cap.LV.

X Psal.44.

SPeciosus forma p̄ filiis hoīm: rectitudo opis. Diffusa est gr̄a ī labiis tuis,puritas p̄dicationis. Propterea benedixit te de⁹ inęternū:felicitas retributiōis. Primū benedixit ad hoc:postea bn̄dixit ꝓpter hoc. Ad hoc in tpe:ꝓpter hoc in ęternitate. Ad hoc benedixit vt bonū pficeret: ꝓpter hoc benedixit,vt bonum remuneraretur.

Quō de⁹ mentē beatā sibi p pacem & amorē cōiūctā adiuuet & qn̄. Ca.LVI.

Y Psal.4

DEus in medio eius nō cōmouebit̄:adiuuabit eā deus mane diluculo.Beata ciuitas q̄ regē habet deū: qa cū foris bella patit̄ pax ei⁹ intus nō cōturbat̄. Felix ille q talē habet aīam ita in amore Dei solidatā vt q̄cūq; foris molestię pstrepāt tn̄ vsq; ad silētiū internę quietis nō irrumpāt: qa de⁹ q pacis amator est, cor turbatū īhabitare nō pōt,sed qa tā pacificā habitationē de⁹nō īueniret nisi ipse eā faceret adiuuabit eam de⁹ mane diluculo.Mane,tempestiue,diluculo, in luce. Mane quia adiutor in opportunitatibus.Diluculo qa ī tenebris opari nescit. Adiuuabit volētē qa nemo īuit⁹ bonū facit. Adiuuat ciuitatē & ædificat ciuitatē, reqescit ī ciuitate & ꝓtegit ciuitatem.

Quæ sunt opera domini nobis videnda.Et prodigia quę posuit super terrā. Cap.LVII.

Z Eodem.

VEnite,& videte opera domini,quæ posuit,pdigia super terrā. Venite(inquit)& videte opera domini. Primū venite, postea videte. Vos enim in tenebris estis & ibi opera domini videre non potestis.Venite igitur ad lucem,& videte per lucem: quæ lux fecit in luce: videte opera domini. Quæ opera domini? Nunquid cęlum & terram? Non,sed quæ desuper cęlū posita sunt super terram. Primum enim deus cęlū & terram fecit: deinde quædam in cælo & in terra de cęlo & terra produxit.Sed hęc qa terrena sunt vbiq; terrarum videri possunt, nec vt ista videantur alicunde alio homines inuitantur. Sunt quædam alia quæ non de cęlo vl' de terra produxit: sed de super cælum secum afferens super terram posuit:nō deiiciēs ea,sed īclinās:nec terrā p ea p̄mens,sed releuans.Quæ sunt ista

opera dñi.Dñe audiui auditum tuũ &
Abacuc iii. timui. Dñe opus tuum in medio anno
rum notum facies: qñ videlicet in me=
dio duũ animalium cognoſceris.Quo=
Ioan.i. modo poſita ſuper terram? Verbum ca
ro factũ eſt, & habitauit in nobis. Quo
Eſa.9. modo prodigia?Paruulus natus eſt no
bis,& filius datꝰ eſt nobis:& vocabitur
nomen eius admirabilis,deus fortis,pa
ter futuri ſeculi,princeps pacis. Super
terram poſita ſunt:quia terrena ad pa=
cem componunt:prodigia ſunt,qa ven
turi ſeculi gaudia portendunt. Prodi=
gia ſunt,quia pater futuri ſeculi . Sup
terram poſita ſunt, quia prĩceps pacis,
Auferens bella,Pacificans hominem in
tus & extra:ac terram carnis,dñio ani=
mæ vſquequaq; ſubiiciens. Arcum con
teret & confringet arma : verſutias &
machinationes diaboli adnihilans.Scu
ta comburet igni : dura corda molliet
igne ſpirituſſancti. Quibus patratis &
pace plena reddita,exhortatoria vox ſe
quitur,qua oẽs volũtarii ad verum bo
num inuitantur:Vacate & videte quo
niam ego ſum dominus.

Qualiter orandum ſit pro remiſſione
peccatorum a deo obtinenda,ad imita=
tionem Dauid. Cap.LVIII.

A Pſal.50. Miſerere mei deus ſcdm
magnã miſericordiam
tuam. Audite peccato
res orãtẽ peccatorem:
& diſcite qualiter vos
p peccatis veſtris ora=
re debetis.Audite quid dicit.Miſerere
mei deus.Reus eñ in cauſam ductꝰ,cõ
ſiderat ꝙ iudex ſuus nec falli poteſt,qa
ſapiens eſt:nec corrumpi poteſt, qa iu=
ſtus eſt:nec vinci poteſt,quia omĩpotẽs
eſt:nec declinari poteſt,qa vbiq; eſt. Vi
det ergo nullum oĩno excuſationi ſiue
defenſioni locũ eſſe:& idcirco ad ſolam
miſericordiam flagitandam ſe cõuertit
dicens.Miſerere.O quanta eſt virtꝰ hu
ius verbi miſerere!Ac ſi diceret.O do=
mine,agnoſco culpam meam,intelligo
reatũ meum,ſcio qd feci,ſcio quid me=
rui:non ignoro cũ quo mihi cauſa agi
tur,non ignoro quid p culpa mihi de=
bet. Volo pctm̃ meũ abſcõdere, ſed tu
noſti oĩa. Volo reſiſtere,ſed tu potes
omnia.Volo effugere, ſed tu cõplecte=
ris omnia.Quod ergo ſolum reſtat , de
te fugio ad te.Fugio iram,fugio ad mi
ſericordiam.Miſerere.Nolo vt intres ĩ
iudicium cum ſeruo tuo: quia non iu=
ſtificabitur in conſpectu tuo oĩs viuẽs:
quantomagis ego peccator & criminis
reus?Non ego peto vt iudiceris mecũ:
ſed vt miſerearis mei.Miſerere mei.Tu
quis es ? edicito q ſis.Citiꝰ fortaſſis ad
miſericordiam flectar, ſi perſonã agno=
uero.Non inquit dñe,non: Sed volo in
terim laterę,quem tñ latere non poſſũ.
Volo vt interim me neſcias licet non
ignorem ꝙ omnia ſcias.Timeo enim ſi
mulq; erubeſco nomẽ edere: perſonam
deſignare:& quanto tibi familiarior an
te culpam extiti,tanto magis nunc cõ
fundor poſt culpam agnoſci.Non ergo
dico tibi domine miſerere Dauid:quẽ=
admodum alibi dixi.Memento dñe Da
uid & omĩs mãſuetudinis eius.Nec ſi=
cut aliqñ blandiens dicere conſueuerã,
puero tuo:non ſaltem ſeruo tuo,aut fĩ
lio ancillę tuę:quia hæc omnia nomina
familiaritatis ſunt: & ideo quanto ma
nifeſtius prolata maioris gratiæ benefi
ciũ ad memoriam reducerent,tãto gra
uius ſequentis culpę reatũ accuſarent.
Taceo igitur hæc omnia,ſileo, diſſimu
lo,abſcondo:ne forte aliqd eoꝝ comme
morãs & te magis iratũ redderẽ, & me
magis reum demonſtrarẽ. Volo iterim
ego non agnoſci, vt citius poſſis tu cõ
placari.Ne ergo quęras dñe qs ſim ego:
tñ miſerere cõfitẽti pctm̃ ſuũ,dãnanti
culpã ſuã,q̃renti mĩam tuam.Miſerere
mei deꝰ. Nõ eñ audeo dicere deꝰ meꝰ:
deũ ſolũmodo agnoſco:meum nõ pſu=
mo.Ego eñ peccãdo te perdidi:inimicũ
ſequendo,a te receſſi: malum amando,
a bono elongaui.Propterea quaſi lepro
ſus,quaſi eiectus,quaſi ſeparatus, quaſi
immũdus,quaſi alienus,appropinqua=
re non audeo,accedere non pſumo.Sed
tñ delonge ſtans,& ad te vocẽ leuans,
cum magna deuotione, cũ magna cor=
dis cõtritione,clamo & dico: Miſerere
mei deus.Dicant q boni ſunt,dicãt qui
mundi ſunt , dicant qui puri ſunt , di=
cant qui familiares ſunt, dicãt qui filii
ſunt , qui hæredes ſunt dicant : Deus

meus.Ego qui immundus sum:qui pollutus sum,qui abiectus sum, qui longe sum,qui patrē deserui,qui inimico me vendidi, qui in regionem longinquam abii,qui hæreditatem meam ꝑdidi, q substantiam meam luxuriose viuendo dissipaui:ego non dicā deus meus,non dicam pater meus,sed tantūmodo:miserere mei de⁹.fac me sicut vnū de mercēnariis tuis: quia non sum dignus vocari filius tuus.Miserere ergo mei de⁹ secūdum magnam misericordiam tuā: non secundum magnam miseriam meā sed secūdū magnam misericordiā tuā: quia licet magna sit mea miseria,maior tñ est tua misericordia. Miserere mei deus secūdum magnam misericordiam tuam.Nolo paruam misericordiā quęrere:quia nec te decet paruam misericordiā dare. Iam enim exauditione dignus non essem,si a magno paruū quærerem. Miserere ergo mei deus secūdū magnam misericordiam tuam.Nequaq̄ dñe magna postulās de meis meritis confido:sed tuam magnificentiam honoro.Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuā.Propter magnam misericordiam tuam & secundū magnā misericordiā tuā. Miserere mei deus secūdū magnā misericordiā tuā.

Qꝫ deus in sanctis.i.intus plus q̄ foris mirabilis est. Cap.LIX.

B Psal.67. MIrabilis deus in sanctis suis. Quid miraris foris? Intus est mirabilis deus. Si enim mirabile est qđ ad seruitutem factum est:qđ ad imaginē factū est, quomodo mirabile nō est? Mirabilis deus in sanctis suis.Ne ergo illos foris respicias. Non qđ foris ē mirabile est: qđ intus est, mirabile est. Intus ergo vide & non miraberis quicqd foris apparet.

Qꝫ adhęrere deo & ponere spem ī eo semper bonum sit. Cap.LX.

C Psal.72. MIhi autē adhęrere Deo bonum est:ponere ī domino deo spem meam. Habent homines bona sua:aliis in necessitate bonum est cōsiliū suū, aliis in prosperitate bonum est consiliū suum,aliis in ꝓsperitate bonū est gaudium suum.Mihi autem vnum est bonum,adhærere deo:ponere in dño deo spem meam.Si inundant flumina tēptationum,bonū est mihi adhęrere ne dissoluar.Si flauerint venti aduersitatis, bonum mihi est in illo anchorā spei figere ne conquasser vel dissiper.Illis autem nec in aduersitate bonū est cōsiliū suum,quia non liberat:nec in prosperitate gaudium,quia non cōseruat. Ideo vnus consilium improbauit,alter gaudium. Vsqꝫquo ponam cōsilia ī anima mea. Psal.12. Et gaudio dixi qd frustra decipis? Eccl.2.

De tribus malis quibus homo affligitur,& quatuor bonis quibus cōsolatur. Cap.LXI.

D Psal.76. AVt cōtinebit in ira sua mias suas. Tria sūt mala,quibus homo affligitur: & quatuor bona q bus cōsolatur.vnū malum est exteri⁹ sub homine,alterū malū est exterius in homine,aliud est malum īterius in homine. Malum exterius sub homine est cum ī iis quæ foris possidet damna patiť.Malum exterius in homine,cum caro eius infirmatur. Malum īterius in homine est vermis conscientiæ.Tribus his malis quatuor bona opponuntur vt misericordiam ira non contineat.Sed beneficia propitii, irati flagella transcēdāt. Est nāqꝫ bonum exterius sub homine ī tranquillitate rerum temporalium: & est bonū exterius in homine securitas conscientiarum:& est bonum interius supra hominem dulcedo cælestiū gaudiorum.Plus ergo confert propitius q̄ abstulit iratus:quia prius ꝑccantes in nostris ꝑcutimur:sed postmodum etiā in his q̄ supra nostra sunt consolamur.

De quadruplici pace quā diuersis loquitur dominus. Cap.LXII.

E Psal.84. QVoniam loquetur pacem in plæbē suam: & sup sanctos suos. Quatuor sunt paces. duas dat mundus : & duas dat deus.Mundus dat pacem in tranquillitate rerum tempo-

raliũ:& in sanitate corporũ. Deus dat pacem in tranqllitate mentis:& in gaudio contemplationis. Sed ea pax q̃ est ĩ tranquillitate mentis,in homine est:ea quę est in gaudio contẽplationis,supra hominem est.Illã deus in plebẽ loquit: quia eam imperfectioribus tribuit:hãc sup sanctos quia eã pfectiorib⁹ cõcedit.

Misericordia & veritas qua discepta tione sibi mutuo obuiã venerint & iustitia & pax se osculatę sint. Ca.LXIII.

F Eodem. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sũt. Veritas de terra orta ẽ & iustitia de cęlo pspexit.De⁹ sursum erat & homo deorsum.Veritas erat in cęlo cũ iudice deo: & misericordia ĩ terra cum homine iudicãdo:vbi enim mĩa esset si cũ misero non esset? Descẽderat eñ forte nesciente veritate qm̃ illam ad hominem vẽturã sciebat:& de illius aduẽtu metuebat. Descẽdit ergo prius mĩa:ne si veritas pueniret accessum ad hoĩem ipsa postea non inueniret.Accepto igit tẽpore assumpta veritate descẽdit De⁹ vt rationẽ poneret cũ homine. Qđ cũ vidisset misericordia:nõ ignara diuini consilii,perrexit obuiam illi,deũ cupiẽs mitigare & placatũ adducere.Cernens aũt veritatem obstinato vultu incedẽtem primum occurrit illi rogãs vt gradum sisteret,nec nimis pperaret,donec funderet orationem suã ad dñm. Ibi ergo mĩa & veritas obuiauerũt sibi. Tũc misericordia clemẽti causatione querelam coram deo deposuit,dicens ęgre se ferre ꝙ ad hoc negociũ socia aduocata non fuerat: psertim cũ nunq̃ deus sine vtraq; hac comite iter aliqđ facere cõ-

Psal.24. sueuerit.Cũ eñ inquit scriptũ sit:vniuersæ vię dñi,mĩa & veritas:quomodo sola veritate contentus mĩam dñs me⁹ non vocauit? pręcipue cum non solum æqualem, sed priorem etiam misericordiam esse debere scriptura vbiq; cõmemoret? Neq; enim scriptum est:veritas & mĩa,sed mĩa & veritas,vniuersæ viæ dñi.Quare ergo quæ prima esse debui, nunc postrema,& qđ magis me grauat ad comitatum tuũ non vocata accedo?

Econtrario veritas respõdit.In hac via mĩam comitẽ dñi nec esse posse nec debere:tum quia consilium voluntati ei⁹ contrarium ordinatum sit, & idcirco ĩ eius opere psens ipsa esse non possit: tũ etiam quia cum ipso egressa non sit.Dixit etiam ipsam mĩam magis oportere rationẽ reddere,q̃re ipsa egrediẽti dño non affuerit:& absentia eius magis esse lęsum dñm,intantũ vt vna comite iter carpere cõpulsus sit.Ad hęc misericordia respõdit:se nec mala ĩtẽtione egressam,nec malo opere occupatã: Sed magis se honori & vtilitati dñi sui consulere,q̃ non perdere studeat & destruere, sicut ipsa veritas,sed seruare.Illam esse notandam potius & accusandam, q̃ famulos & ministros dñi tantũ velit imminui:vt cũ omnes abierint nullũ patiatur per indulgentiam aliquam leuari & reuocari.Veritas autem respõdit non esse decens bonũ dñm & iustũ malos seruos & iniustos habere.Misericordia dixit tantũ dñm sine ministris esse non debere.Veritas affirmauit neq̃ homines merito debere damnari. Misericordia respõdit,eos vt boni fierent spõtanea etiã pietate debere reuocari. Veritas dixit:ꝙ deus malis omnino parcere nõ deberet.Misericordia dixit.Si nemini parceret deus,ꝙ nunq̃ bonos haberet. Veritas dixit se nolle nec posse tot scelera hoĩm tolerare.Misericordia respondit: gratiam dñi ad indulgendũ supabundare.Veritas dixit. Vnusquisꝙ prout gessit in corpore accipiat.Misericordia dixit.Omnis hõ magis conuertatur ad dñm & viuat.His ergo ita sibi obuiantibus & ad diuersa voluntatem dei inclinare desiderantibus:vidẽs deus tam diuersas sentẽtias ad effectũ simul pcedere nõ posse,ait.Scriptũ est.

Misericordiã &veritatem diligit deus. Psal.83.

Quas ergo diligit vult sibi semper pręsto eẽ:& quia rursus dicitur de deo. In Psal.73. pace factus est locus eius,non põt illas discordes sustinere.Concordia aũt esse non potest vbi voluntas tã diuersa est. Veritas enim vult vt totũ imputetur. Misericordia vero vt totum condonetur:quæ simul fieri non possunt. Propterea ne ego qui amator pacis sum,cõ

pellar vestram societatē relinquere: necesse est vt vos studeatis vtriqꝫ vestras voluntates ad vnum consensum inclinare. Ad hæc veritas respondit, se minus laudabilem si aliquid inultū relinquatur. Misericordia dixit se min⁹ amabilem si nō totum gratuita pietate soluatur. Tunc deus interrogauit vtrum vellent ambæ suas voluntates in ei⁹ arbitriū ponere: & quod ipse inde discerneret sine contradictione annuere. Qđ vtraqꝫ inquātum fieri posset sine diminutione nominis & dignitatis suę concedente: deus dixit. Æquum sibi videri vt peccatum hominis & ex parte propter veritatem puniatur: & propter misericordiam ex parte dimittatᷣ. In hoc ergo ambabus consentientibus: veritas adiecit dicens, iustum esse vt sicut pri⁹ misericordia cum homine fuit, & ipsa in cælo permansit: ita nunc ipsa in terra cū homine permaneat & misericordia cum deo cælum conscēdat. Scriptū est enim. Misericordia & veritas pręcedent faciem tuam. Si ergo prius misericordia pcessit, & veritas permāsit: iustū est vt nunc mia maneat: & veritas pręcedat. Tum misericordia rogans veritatem memorem esse cōmunis pacti: scilicet ne quicq̄ vltra cōcessum cōtra hominem moliatur, cū dn̄o ascendit. Veritas autem intrās cor hominis inuenit ibi omnia mala & digna pœnis: & clamare cœpit de terra hominē accusans. Misericordia vero non desistebat in cælo dn̄m orare pro hoīe postulās. Homo in terra per veritatē stimulatus, peccasse se confitebatur: & deus in cælo p misericordiam flexus, cōfitenti miserebatur. Homo cōfessionem ad salutem ore proprio faciebat: & misericordia pcib⁹ suis dominum ad iustificationē hominis compellebat. ¶ Veritas de terra per confessionem hominis oriebatur: & iustitia de cęlo pspiciēs per misericordiā dei ad terras mittebatᷣ. Veritas dixit, prius puniendum q prius malum fecerat: Misericordia dixit postea iustificādum & saluandū qui & malum confitēdo benefecerat. Per veritatē accusabatᷣ, & per misericordiam ppter veritatē iustificabatur. Quia veritas de terra orta est & iustitia de cęlo prospexit. Quia ergo mīa cum deo pro homine erat: & iustitia & veritas a deo cum homine erat iam inter deum & hominem pro iustitia pax erat & ascendit iustitia ab hoīe ad deum, pacem postulans: & descendit pax a deo ad hominem iustitiā amplectens & osculans. Tūc ait iustitia ad pacem. Nūquid optimo satis est mala dimittere: nisi etiam studeat bona conferre? Laxauit peccata per indulgētiā: nūc conferat dona virtutum per gratiā. Respondit pax & dixit. Dominus dabit benignitatē: & terra nostra dabit fructū suum. Nūc aūt interim iustitia ante eū ambulabit: & ponet ī via gressus suos. Qđ audiens iustitia præcurrens reuersa est ad hoīem, vt ab eo nō discedat: donec dominus ponat in via gressus suos & veniat.

Psal. 88. (margin)

G (margin)

De cōfessione duplici: & ꝙ dn̄s mitis est & suauis. Cap. LXIIII.

H (margin) Psal. (margin)

Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. Duplex est cōfessio, altera criminis, altera laudis. Confessio criminis est cōuersio peccatoris: cōfessio laudis glorificatio creatoris. Cōfessio criminis est in detestatione mali: cōfessio laudis in exaltatione boni. Confessionē criminis parit timor: confessionem laudis parit amor. Propterea bonū est cōfiteri dn̄o, qm̄ mitis est: & psallere nomini ei⁹ bonum, qm̄ suauis. Exemplum mansuetudinis eius fuit, ꝙ peccatores ad se veniētes non repulit. Exēplū suauitatis ei⁹, ꝙ qui eum gustauerūt fastidire nō potuerunt. Exemplū mansuetudinis fuit, ꝙ infirmantibus compatiebatur. Exemplum suauitatis, ꝙ imperfectis conformabatur. Infirmātibus compatiebatur confitentibus dans veniam: & pœnitētibus non indicens pœnam. Imperfectis conformabatᷣ spiritalia seminans & metens carnalia. Seminās verbum cibum mentis, & metēs victum cibum carnis. Venit ad illū peccatrix & fudit lachrymas ad pedes eius p confessionē criminis: ipse vt ostenderet mansuetudinem suā & paruicordib⁹ daret fidutiam ap-

propinquãdi,cito veniam indulsit,pœ-
Ioan.8. nam nullam idixit.Sed ait vade,& am-
Ioan.12. plius noli pccare. Dicitur & in alio lo
co q habebat Iesus loculos: & ea q̃ da-
bantur,suscipiebat:conformans se imp
1.Cor.9. fectis,vt qui euangelium prædicant de
Ibidem. euangelio viuãt. Paulus autem noluit
sumptus accipere de euangelio:sed gra
I tis factus est minister verbi.Et inueni-
tur Paulus magis aliqd fecisse q̃ Chri-
stus. Christus autem in numero imper
fectorum inueniri voluit ne præsume-
rent non accipientes, & confunderen-
tur accipientes:& existimaretur nõ es-
se christianus, faciens qđ voluit facere
Christus.Propterea cũ fidutia acceda-
mus ad mitem:& non derelinquamus
suauem.

De spirituali cithara. Cap.LXV.

K
Eodem. CVm cantico in cítha-
ra. In cithara duo li-
gna sunt vnũ inferi⁹,
alterum superius. Infe
rius lignum cauũ est,
superius solidũ est.In-
ter vtraq ligna tenduntur chordę cla-
uis: quibusdam deorsum tendentibus,
quibusdam sursum trahentibus.Supe-
riores clauos plectrum torquet:ad infe
L riores autem clauos chordæ digitis p-
cussę resonant.Duo ligna duę sunt cru
ces:inferius lignũ crux carnis,superius
lignum crux mentis.Crux carnis est af
flictio in corpore.Crux mentis est com
passio in corde.Inferius lignum solidũ
non est,quia om̃e quod in carne dolet,
si conscientiæ bonę gaudium tollit,fo-
ris speciem doloris habet:intus verita-
tem nõ habet. Superius lignum solidũ
est,quia dolor mentis ad intima pene-
trans,monstrari potest,fingi nõ potest.
M Chorda est corpus quod tẽditur & ma
ceratur inter pœnam carnis & dolorẽ
cordis.Inferior clauus est timor,supior
est amor : quia timore caro configitur,
amore animus vulneraẽ.Illa ne ad ma-
la moueatur:iste vt ad bona sensificeẽ.
Plectrum est gratia quæ affectum cor-
dis apprehendens ad se trahit & ad su
periora ire facit.Chorda siccatur & tẽ-
ditur vt sonitum reddat:& caro homi
nis prius a malo mũdatur,postea in bo
no excitatur,ibi siccata,hic tensa.Sicca
ta per abstinentiam:tensa pr patiẽtiã.
Inferiores claui rotundi sunt, superio-
res solidi:quia timor circunspectus esse
debet:amor perfectus.

De fide,operatione,& retributione bonorum.
Cap.LXVI.

EXortum est ĩ tenebris N
lumen rectis corde: mi Psal.111.
sericors & miserator &
iustus domin⁹.Hęc est
fides. Iocundus homo
qui miseretur & cõmo
dat,disponit sermones suos in iudicio:
quia inęternum non cõmouebitur.hęc
est operatio.In memoria æterna erit iu
stus ab auditione mala nõ timebit.Hęc
est retributio.

De duabus scholis, virtutis & veritatis:& duplici genere discentium: & q omnes cupiant esse beati, & pauci studeant esse immaculati.
Cap.LXVII.

BEati ĩmaculati in via: O
qui ambulant in lege Psal.118.
domini.Beati qui scru
tantur testimonia ei⁹:
in toto corde exqrunt
eum.Duæ sunt scholæ
& duo sunt genera discẽtium. Alii vir
tutem quęrunt,alii veritatem.Qui ta-
men alterum in veritate appetunt,neu
trum contemnunt: quia nec virt⁹ odi-
bilis est amatoribus veritatis,nec veri
tas contemptibilis amatorib⁹ virtutis.
Sunt autem qui veritatem quęrere vi-
dentur,qui tamen quia non in veritate
& pro veritate,sed pro vanitate eã quę
runt: veritatem sine virtute habere vo
lunt. Sed & veritas non est sine virtu-
te,nec virtus nisi in veritate.Alii dicũt
boni esse volumus,sed sapientes eẽ no-
lumus:& hi non iustificantur,quia vir
tus sapientia dicitur.Sicut qui dicunt
sapiẽtes esse volumus, sed boni esse no
lumus,non erudiuntur:quia sapientia
per virrutem confirmatur.Schola vir-
tutis est.Beati immaculati in via,q am
bulant in lege domini. Schola sapien- P
tię.Beati qui scrutanẽ testimonia eius:
in toto code exquirunt eum. Sic & in

psalmo primo. Beatus vir qui nõ abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit & in cathedra pestilẽtię non sedit. Hæc est schola virtutis: Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Hæc est schola sapientiæ. Vtrobiq; tamẽ studium virtutis præmittitur: quia multi scire volunt, pauci facere: vt prius per studium boni operis mundetur cõsciẽtia, postea autem corde mundo quæratur sapientia. Primum disce qđ facias, postea quęre quod scias. Ideo prius beati immaculati: postea beati qui scrutantur. Beati immaculati. Omnes libenter audiunt beati: sed non omnes libenter audiunt immaculati. Tu autem si vis esse beatus: esto immaculat⁹. Quis est immaculatus? Nunq̃ pollutus vel ablutus: sanctus immaculatus, & sanctificatus immaculatus. Primo qui nõ est auersus. Secundo qui est reuersus. Ille quia non est præuaricatus: iste quia est reconciliatus.

Q Eodem.

De nominibus pręceptoꝝ dei, contentis psal. cxviii. & de causis eorundem. Cap. LXVIII.

PRæcepta Dei multis nominib⁹ significantur. Via, lex, testimonia, mandata, iustificationes, iudicia, sermones eloquia, mirabilia, æquitas, verba, veritas, iustitia. Via dicuntur quia ea faciendo peruenim⁹ ad vitam. Lex dicuntur quia obseruationum ritu proposito ligant. Testimonia dicuntur quia euidenter ammonẽt pœnis vel promissis vel pręmiis vel donis contestãtia. Mandata dicuntur, quia facienda indicunt. Iustificationes dicuntur quia impleta a reatu liberant. Iudicia dicuntur quia vnicuiq; pro merito debitam retributionem pronunciant. Sermones dicuntur, quia narrando instruunt. Eloquia dicuntur, quia aperte significant. Mirabilia dicuntur, quia insolita præcipiunt & incognita promittunt. Æquitas dicuntur, quia secundũ iustitiam facta sunt. Verba dicuntur, quia significationes dei sunt ad homines. Veritas dicuntur, quia ita est vt dicunt. Iustitia dicuntur, quia nihil inordinatum continent.

(Marginal notes: Via. Lex. Testim. Mãdata Iustific. Iudicia. Sermo. Eloquia Mirabil. Æqtas. Verba. Verit. Iustitia)

R Eodem.

De tribus viis. Cap. LXIX.

VTinam dirigantur viæ meæ &c. Tres sunt viæ. Via dei, via hominis, via diaboli. Via Dei est veritas. via hominis est necessitas. via diaboli iniquitas. Via dei & diaboli nunq̃ flecti possunt, vt ad aliud tendant: quia nec via dei mala, nec via diaboli bona aliquando esse potest. Via hominis mutabilis est, & ad diuersa inflectitur: hoc est vł ad viam dei vel ad viam diaboli. Si enim necessitas intorquetur ad cupiditatem, & cupiditas ad iniquitatem: via hominis flectitur ad viã diaboli. Si autem dirigitur ad mensuram, & mensura ad iustitiam: via hominis directa est ad viam Dei. Propterea ait. Vtinam dirigantur vię meę &c.

S Eodem.

Qui sint in lege domini ambulantes, qui stantes, & qui ab ea declinantes. Cap. LXX.

BEati qui ambulant in lege domini &c. Alii sunt in lege ambulantes: alii sunt ĩ lege stãtes: alii a lege declinãtes. In lege ãbulãt q in bono proficiunt. In lege stant, qui a bono non recedunt. A lege declinant: qui non facienda præsumunt.

T Eodem.

De directione cordis humani. Cap. LXXI.

COnfitebor tibi in directione cordis. Cor hominis dirigitur, quando humana volũtas diuinę voluntati conformatur: id est vt homo id quod de⁹ odit, odiat: & quod diligit, diligat. Ad hoc autem per legem Dei instruimur, in qua nobis voluntas dei demonstratur: quæ vi

delicet voluntas nostræ voluntatis regula est. Ideo prius viæ hominis, id est opera ad custodiendas iustificationes dei dirigūtur: postea homo deo in directione cordis confitetur. Quis est qui deo confitetur? Cui placet quod facit Deus, hic Deo confitetur. Ille autem est cuius volūtas, & cor directum est vt a voluntate Dei non discrepet: vel approbādo vel improbādo, vel odiēdo vel amādo, nec infra subsistens nec vltra transgrediens.

Qui deum ex toto corde exqrant & quid sit deū exquirere & quomodo sit exquirendus. Et quomodo quis repellatur a mādatis dei.

Cap.LXXII.

V
Eodem. IN toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mādatis tuis. Pagani & infideles deum non exquirūt, qui diuinū honorem creaturæ tribuunt. Similiter falsi fideles: q aliud plus q̄ deum diligunt, deum nō exquirunt. Deum exquirere, est extra omnia quærere: fide vt aliud esse credatur: dilectione, vt plus diligatur. Toto corde exqrit qui hunc solū inuenire cōcupiscit. ¶Ne repellas me a mandatis tuis. Sæpe homo accedēs ad deū a seipso repellitur. Sæpe a mundo. Sępe a diabolo, aliquando a deo. A seipso repellitur, vel per voluntatem propriam, vel per carnis concupiscentiam. Per voluntatem propriā repellitur: quia in hoc aliquando graue fit illi quod deus vult: quia cum eo quod deus vult, propria voluntate aliud vult quod simul fieri nō potest cum eo quod deus vult. Per carnis concupiscentiam repellitur: quia dum aliud caro appetiuit, voluntas spiritus non sine difficultate ad effectum procedit. A mūdo repellitur: dum vel aduersis premitur, vel prosperis irretitur. A diabolo repellitur: quando suggestionū illius importunitate sine cessatione vexatur. A deo repellitur: quando ad illi9 maiestatem contemplandam assurgēs, incomprehensibilis lucis radiis reuerberatur. Quę tamen repulsio ira nō est, sed exercitatio: quoniā idcirco homo ad tempus a summis repellitur, vt per humilitatem melius in minimis exerceatur. Vnde dictum est. Ne declines in ira a seruo tuo: hoc est si declinas, declina vt redeas. Memento ergo scalæ Iacob. X
Ascendunt angeli & descendunt. Quidam ascendere sciunt: descendere nesciunt. Aliud est eñ descēdere aliud præcipitari. Non est hoīs semper sursum ire. Si ascendere nosti per deuotionem mentis: scias & descendere p exercitium boni operis. Si nescis descendere, nescis conscendere, & incipies tandem post indiscretam & immoderatam vehementiam ascendendi, cadere. Cum descendis videtur elongare deus q sursum est. Sed scriptum est. Excelsus dominus & humilia respicit. Psal.137.
Melius ergo tibi est vt humilis sis & videaris: q̄ sublimis & ignoreris. Aues volādo lassescunt, & descendunt super terram vt requiescant. Sed aliæ loca munda diligunt, alię lutosa & polluta exquirunt. Si ergo descendis: mūda sit reqes tua. Quid est cōtēplatio nisi cælum? Quid operatio nisi terra? In contemplatione volas. In operatione sedes. Sed elige loca munda: opera bona, vita & fuge lutosa vbi coinquinatio est contingētis. Hæc sunt opera immunditiæ inquinantia appropinquātem. Nunc ergo repelleris, cum repararis: quia si bene resides validior consurges.

Abscondēda quomodo sint eloquia domini.

Cap.LXXIII.

IN corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccem tibi. Y Eodem.
In corde eloquium Dei abscondit qui illud per dilectionē suscipit per memoriam retinet, per humilitatem tegit. Si nunq̄ tegeretur, non foueretur. Si nunq̄ manifestaretur, nō multiplicaretur. Cor nidus est, verbum ouum, opus pullus. Foue & nutri. Non viuificatur nisi nutriatur. Peccas si non recipis: peccas si receptum reiicis, peccas si retentū ante tēpus exponis, Primo duritia,

secũdo negligẽtia, tertio superbia. Ideo absconde ne pecces.

Qꝫ iustificationes fiant propter opa. Cap. LXXIIII.

Z Eodem. BEnedictus es dñe doce me iustificatiões tuas. Nõ auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores. Igitur per bonũ opus iustificat de⁹. Iustificationes dei nouit qui intelligit iustum esse, vt qui mala cum delectatione perpetrauit, bonum sine dolore & labore facere non possit: nec murmurat ĩ pœna qui humiliatur pro culpa.

Loquendi quę sint impedimenta: & q̃ iudicia cordis & oris. Itẽ de quatuor q bus iudicia fiunt. Ca. LXXV.

A Eodem. IN labiis meis pronunciaui oĩa iudicia oris tui. Bonus ordo. Primum humilitas silẽtii deĩde studiũ boni operis, postremo fidutia pnunciandi verbi. In corde meo silẽtiũ. Doce me iustificationes, opus. In labiis meis pronũciaui, verbum. Duo sunt q̃ homini labia tollunt vt loqui non possit. Ignorantia quando nescit: & cõsciẽtia mala quãdo erubescit. Propterea cõtra ignorantiam in corde meo abscõdi eloquia tua: contra consciẽtiam malã, doce me iustificationes tuas. Pronũciaui fidutiam loquendi significat. Oĩa iudicia oris tui. Nihil abscondi hoc est totum dixi. Quæ dixisti mihi ego pronunciaui. Nihil de tuo abscondi. Nihil ex meo adieci: ne vel falsitatem prædicarem vel veritatem negarem.
B Iudicia cordis quæ sunt abscõdita. Iudicia oris quæ sunt manifesta. Iudicia oris quę ꝓposuisti. Iudicia cordis, quæ abscõdisti. Iudicia cordis vbi sentẽtia est dictata. Iudicia oris vbi sentẽtia est ꝓlata. Quę ergo manifesta sunt pronũciantur: quę abscondita sunt sciri non possunt. Ista tacere torpor esset: in illis ꝓsumere elatio esset.
C ¶Quatuor autem sunt quib⁹ iudicia fiunt. Aliquando reddit de⁹ malum pro malo ad bonum: vt saulo pœnam pro culpa ad correctionẽ. Aliquãdo bona pro bono ad malum: vt diuiti abundantiam bonorum pro iustitia, ad retributionem. Aliquando malum pro malo ad malum: vt Herodi & Antiocho & Iudę pœnam pro culpa, ad dãnationem. Aliquãdo bonum pro bono ad bonum: vt Abrahæ & Iob abundãtiam pro iustitia, ad saluationem.

Quis in mãdatis dei exerceatur. Cap. LXXVI.

IN mandatis tuis exercebor. Exercetur qui præsenti studio ad meliora & futura bona eruditur. In mandatis ergo dei exercetur qui sic semper bona quæ agit considerat vt per ea se ad bona agenda quæ necdum cœpit pręparari credat: vt se non quasi consummatum existimet, sed semper quasi incipientem attendat. D Eodem.

De multiplici via dei: & qui eam considerent. Cap. LXXVII.

COnsiderabo vias tuas. Via dei est per quã ad nos venit ĩterna aspiratio. Via Dei est per quam ad illum imus. bona opatio. Vias ergo dei considerat qui studio boni operis exercendi inuigilat. Vias etiam dei considerat qui aduentum eius internũ ad se diligenter obseruat: quando veniat, & ad quales veniat vt agnoscat tẽpus visitationis suæ. E Eodem.

Quomodo dulcia dicat eloqa domini faucib⁹ suis: vtrum ea manducando: & si sic, cib⁹ sunt: qualis ergo cibus?

Cap. LXXVIII.

QVam dulcia faucibus meis eloqa tua super mel ori meo. Nũquid putas frater, iste manducare consueuerat verba dei vt diceret. Qꝫ dulcia faucibus meis eloquia tua! Et quis est qui verba manducaret? Si ergo manducanť verba dei: vtiq; cib⁹ sunt. Et q̃lis cib⁹? Nõ puto vẽtris sed mentis: in vno illo ieiuniũ vẽtris, & cibus mẽtis. Non (inqt scriptura) ĩ solo pane viuit F Eodem.

tria sunt in cibo corporali Sapor nutrimentum et massa Sapor delectat nutrimentum sustentat et massa onerat

homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore dei. Et tamen aliqua similitudo est inter cibum ventris & cibũ mentis: quia & ideo verba dei cibus dicta sunt, qm̃ sicut cibus corporalis carnem
G reficit, ita sapientia mentem pascit. Cibus corporalis tria habet in se saporẽ, nutrimentũ, massam. Sapor delectat, nutrimentum sustentat, massa onerat. Sapor ad palatum ꝑtinet: nutrimẽtum ad naturam: massa ad miseriam. Gula ꝑcipit saporem. Stomachus nutrimentũ & massam. Alterum ad refectionẽ, alterum ad grauamen. Nutrimentum vt illud in corpus traiiciat: massam vt illã eiiciat. Sapor quodammodo spiritualis est & ideo solũmodo delectat non gra-
H uat. Inde est ꝙ fames in faucibus satiari nunq̃ potest quia ibi nec appetit⁹ mẽsurã habet, nec delectatio finem. In stomacho autem fames satietatẽ recipit: quia ibi appetitus edendi certam mensuram habet & delectatio finem. Nam quia ille nutrimentum qđ sustẽtat nõ ꝑcipit, sine massa quę grauat: ne id qđ ꝓdest vltra modũ appetere incipiat, ipã quã simul ꝑcipit massa illum onerando refrenat. Nam cum eum prægrauare, & quodãmodo suffocare incipit põdus ipsum quod inuitus tolerat, volũtarie iam appetere desinit nutrimentũ
I quod reficiebat. Ergo frater cum manducas noli interrogare fauces tuas an satis est: qa si iudicium illarum sequeris, priusq̃ eas delectatione repleas, stomachum tuum onere suffocabis: vẽtrẽ potius de mensura edendi consule: & priusq̃ ille tibi dolere ĩcipiat, fauces ab
K auiditate compesce. Hoc tamẽ de cibo corporali intellige dictum. Nam de refectione spiritualis cibi fauces potius q̃ venter sunt cõsulendæ. Fauces dico nõ carnales sed spirituales: & ventrem dico non ventrem carnalem sed spiritualem. Nam sicut cibum spiritualem nouimus: ita fauces & ventrem spiritualiter intelligere debemus. Habet quippe spiritualis cibus. i. verbum dei similiter saporem suũ qui fauces spirituales delectat. Nutrimentum suum, quod substantiam spiritualem pascit & vegetat. Habet etiam massam suam quę infirmitatem quodãmodo premit & grauat. Fauces spirituales dicimus palatũ L
cordis. Sapor verbi dei est gustus internæ dulcedinis. Anima autẽ, ipsa est substantia spiritualis. Nutrimentum verbi dei est exercitium virtutis. Massa vero pondus laboris. Quia igitur sapor ille internę dulcedinis sine fastidio sumitur, quasi de quodã spiritualis cibi gustu fauces cordis delectationem percipiunt: sed saturari non possunt. Quia vero exercitiũ virtutis, quo anima pascitur, non sumitur sine pondere laboris, quo caro grauatur: quasi quidam sensualitatis nostræ stomachus dum cibum boni ꝑeris exercendo ꝑcipit ne virtutem qua reficitur vltra modũ appetat, ipse eum quo premitur labor oꝑris castigat. Iam (vt existimo) satis intelligis quid sibi vult qđ iste dicebat. M
Q̃z dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo. Non enim ait dulcia ventri meo sed faucibus meis. Non stomacho meo, sed ori meo. Ac si diceret: ꝑ verbum quidem tuum domine vẽter carnalitatis p̃mitur, sed palatium cordis intus sapore dulcedinis delectatur: quia etsi foris ĩfirmitatem grauat labor oꝑris: intus tamen desideriũ pascit dulcedo & gustus suauitatis. Hinc N
est ꝙ dilectus ille & carus Ioannes qui verbum dei tam frequẽter & tam libẽter edere cõsueuerat, de se perhibet dicens. Accepi librum de manu angeli & Apo.10.
deuoraui eum: & erat in ore meo tanq̃ mel dulce: & cũ deuorassem eum amaricatus est venter meus. Sic & tu frater deuora librum vitę, comede verbũ dei: nec solum comede sed auide comede: & noli propterea dulcedinem saporis ei⁹ deserere, si aliquid amaritudinis sentis in ventre.

Quomodo Christus sit nobis lucerna. Cap. LXXIX.

LVcerna pedibus meis verbum. Lucerna lumẽ in testa: lumen in vase, diuinitas in humanitate. Vas humanitas: lumẽ diuinitas. Vita via, tenebræ ignorantia. Præcessit Christus ferẽs lucernam: sequitur Christia- O Eodem.

fames non satiatur in faucibus satiantur in fauces qz in sto[macho] satiatur ... quinecz etiam satiaretur si nutrimentum ... sapor et sine massa que grauat unde puenit satietas .i. potius refrenatio

nus tenẽs exempli semitam. Proposuit humanitatem lucentem ex diuinitate extulit lucernam: vt videam⁹ fide, ambulemus operatione, dirigamur imitatione: p̄cedentem vnũ multi sequẽtes.

Oculi bonorum quomodo sint ad dominum &c. Cap. LXXX.

P Psal. 122. SIcut oculi seruorum in manib⁹ dominorũ suorũ. Vbi bacul⁹ ibi oculus. Seruus enim est q timet flagellum. Oculus filii ad faciem. Oculus serui ad manum. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.

Bonum & iocundum simul quod sit. Cap. LXXXI.

Q Psal. 132. ECce q̄ bonũ & q̄ iocundum: habitare fratres ĩ vnum. In hoc mũdo q̄dam bona sunt, sed iocunda non sunt: & iterum quædam iocunda sunt, sed bona non sunt. bonum & iocũdum est habitare fratres in vnum, hoc est caritas. In vno animo non in vno loco. Nam loco vnum esse & animo non esse pœna est. Animo nõ loco bonitas:

R loco & animo felicitas. Prima vnitas ẽ vt membra capiti cohæreant. Secunda vt ab se inuicem non recedant. Ex prima viuunt: ex secunda vnum sunt.

Quare dominus iudicium suũ in finem seruauit. Cap. LXXXII.

S In cantico Annę 1. Reg. 2. DOminus iudicabit fines terræ. Domin⁹ iudicium suum in finẽ seruauit vt compleatur iustitia. Nõ est in iudicio hominis iustitia consummata: & idcirco iudiciũ hominis præcedit vt probetur homo, deinde subsequitur iudiciũ dei vt remuneretur. Si totum iudicaret homo, non haberet iudicium deus.

M. HVGO

nis de Sancto Victore in Salomonis Ecclesiasten, Homiliæ. XIX. Quarum hę sunt argumenta.

In Homilias. XIX. ĩ Ecclesiasten: de varia sacræ scripturæ expositione: & de Salomonis intentione, Præfatio.

De titulo operis, Salomonis nominib⁹ & libris & de principii hui⁹ libri, de vanitate vanitatum explanatione. Homilia. I.

De probatione vanitatis omnium sub cælo: per elementorum corruptionẽ, per rerum generationem & earũ quæ fuerunt obliuionem. Homilia. II.

Quomodo Ecclesiastes p̄bet per sua opera omnia hominum opera esse vana, cum prædictorum epilogo. Hom. III.

De triplici rerum vanitate & hominũ occupatione pessima. Homilia. IIII.

De verborum ecclesiastæ literali & morali expositione. Homilia. V.

Quid sit distendi in occupatione pessima. Homilia. VI.

Q̄ peruersi difficile corrigantur &c. Homilia. VII.

Q̄ homo a veritate aufugit: vt Adam in paradiso fugit & abscondit se. Homilia. VIII.

De diuersis Ecclesiastę vanis conatib⁹. Homilia. IX.

De reliquis vsq; in eum locum: stultus in tenebris ambulat. Homilia. X.

Quomodo sapientia attigit a fine vsq; ad finem fortiter &c. Homilia. XI.

In illud secundum aliam trãslationem oculi stultorum in finibus terræ: vbi nostra habet. Stultus in tenebris ambulat & in reliqua capituli secundi. Homilia. XII.

Quomodo omnia tempus suũ habeãt. Homilia. XIII.

Reliquorum quæ tempus suum habẽt declaratio & dictorum repetitio. Homilia. XIIII.

De tempore & tempori subiectis: p aliã interpretationem. Homilia. XV.

De spirituali intelligentia eorum quæ de tẽpore dicta sunt. Homilia. XVI.

De animorum confusione ex temporũ transitu. Homilia. XVII.

De peruersis hominum moribus: & q̄d ex eis censuerit Ecclesiastes. Homilia. XVIII.

De innocentium oppreſſione & dereli
ctiõe:& vano ac ſtulto impiorũ de hac
vita iudicio.Homi.XIX.

In Homilias.XIX. in Eccleſiaſten de
varia ſacrę ſcripturę expoſitione,& de
Salomonis intentione Præfatio.

Quæ de libro
Salomonis, q
eccleſiaſtes di
cĩt, nuper vo=
bis coram diſ
ſerui : breui=
ter nũc pſtrin
gẽs (quia quę
dam ibi digna
memoria vide
A bantur) ſtilo ſignaui. ℭOmnis ſcriptu
ra ſecundũ propriã interpretationẽ ex
poſita, & clarius eluceſcit,& ad intelli
gendam ſe faciliorem legentibus pan=
dit acceſſum.Multi virtutẽ ſcriptura=
rum nõ intelligẽtes,expoſitionib⁹ pere
grinis decorem ac pulchritudinẽ earũ
obnubilant:& cum occulta reſerare de
B buerint etiam manifeſta obſcurãt.Mi=
hi vero ſimili culpę ſubiacere vidẽtur,
vel q in ſacra ſcriptura myſticã intelli
gẽtiam & allegoriarum profunditatẽ,
vel inquirẽdam pertinaciter negãt vbi
eſt,vel apponendam ſuperſtitioſe con=
tendũt vbi nõ eſt . Quapropter in hoc
opere non multũ ego laborandum exi
Intẽtio Salomonis. ſtimo tropologiis ſiue myſticis allego=
riarũ ſenſibus p totã dũtaxat narratio
nis eius ſeriẽ pquirẽdis:pcipue cũ ipſe
auctor hic nõ tam moribus inſtruẽdis
vel myſteriis enarrandis intẽdat, q̃ vt
cor humanũ ad rerũ mundanarũ con=
tẽptũ manifeſta rationũ veritate atq̃
exhortatione euidẽti cõmoueat. Neq̃
hoc tamen nego,multa huic narratio=
ni myſtica inſerta, q̃ propriã explana=
tionẽ requirant: pręcipue in cõſequen
tibus, ſicut ſemp in procurſu narratio
nis ſecundũ contemplationis incremẽ
tum magis ac magis ſpiritualia attin
git,& a viſibilibus ſuſtollĩt. Sed aliud
eſt quo tota ſcribentis intentio totaq̃
narrationis ſeries ducitur attendere:
atq̃ aliud quędam ex accidenti myſti=
ce dicta & ſpiritualiter intelligẽda nõ
negligenter prętereunda putare . Nũc
itaq̃ narrationis ſuperficiẽ quæ tanta
eloquii ac ſententiarum venuſtate pol
let explanandã ſuſcipimus:vt ea q̃ ſcri
pta nũc legitis (hac qualicũq̃ lucubra
tiuncula, iter ad intelligentiam prębẽ
te)amodo non ſolũ vobis ſcripta,ſed a
vobis intellecta gaudeatis.

Finis Præfationis.

DE TITVLO

lo opis,Salomonis nominibus & libris
& principii huius operis de vanitate
vanitatum explanatione.

Homilia Prima.

Verba eccleſia=
ſtæ filii Da=
uid,regis Hie
ruſalem. Eccl's. 1.
ℭTitulus libri C
eſt iſte : in quo
breuiter & qua
litas exprimi=
tur ſequentis
operis· & pariter perſona cõmendatur
authoris.Nam in eo qđ dictum eſt,ver
ba:multiplex diſputatio ſignatur & ad
diuerſas deducta ſentẽtias. Quia enim
in hoc libro multorum mores , ſtudia
& opera deſcribuntur:propterea neceſ
ſe eſt loquentẽ multorũ voces aſſume=
re : multorũ opiniones in ſuo ſermone
exprimere,vt valeat multorũ perſonas
(cũ ipſe tamen non niſi vnus ſit qui lo
quitur)in ſua perſona præſentare. Nã
circa finẽ libri multis locutum ſe,& in
ſe multos fuiſſe teſtatur dicens.Finem
loquendi omnes pariter audiam⁹.Deũ
time & mandata eius obſerua : hoc eſt
omĩs homo . Hoc eſt etiã cur ſe in hoc Eccleſiaſtes.
opere eccleſiaſten noĩari voluit: qa vi=
delicet ſermo eius hic nõ ad vnum ali
quẽ ſpecialiter,ſed ad totã eccleſiã.i.cõ
cionem ſiue multitudinẽ ppl'i dirigĩt,
& multorum moribus exprimendis ſi=
mul & informandis , eius in hoc libro
oratio famulatur.Tribus ſane vocabu
lis Salomonem appellatũ legimus Idi= D
da,qđ interp̃tatur dilectus:& Coeleth Noĩa Salomonis
qđ græce eccleſiaſtes, latine conciona=
tor dicitur,& Salomon,qđ ſonat paci=

ficum. Porro ecclesiastes vel conciona-
tor dici potest, qui ecclesiam siue con-
cionem, idest multitudinem populi in
struit: sicut ipse in hoc libro fecisse ma
E nifeste monstratur. Dilectum autem a
Libri. domino Salomonem & pace magna in
regno suo perfruitum vsq; ad nouissi-
ma tempora vitæ suæ, quando pactum
& legem domini præuaricatus est: ma
nifeste regum pandit historia. Itaq; se-
cundum tria vocabula tria composuit
volumina. Primum cui titulus parabo
lę, siue prouerbia Salomonis. Secũdum
qđ nunc in manibus habemus quod ec
clesiastes dicitur. Tertium, qđ Canticũ
canticorum appellatur. In primo quasi
ex paterno affectu dilectum filium al-
loquitur, eumq; crebra ammonitione
ad vitia declinanda, & ad consectan-
das virtutes exhortatur. In secundo ꝓ
uectum & maturæ ætatis virum ad-
monet, ne quicq̃ in mundi rebus putet
esse perpetuum. Ad extremũ vero iam
consummatũ & calcato seculo expedi-
tum in Canticis canticorũ sponsi iun-
git amplexib⁹. Haud longe sane ab hoc
genere tractationis etiam gentiliũ phi
losophi auditores suos informare con
sueuerant: Primum, Ethicam: Deinde
physicam: Postremo, theologiam pro-
F ponentes instruẽdis. ¶His ad aperien-
dam dicendorum intelligentiam præ-
missis. nunc ad ipsam libri seriem acce
Materia damus. Materia Salomonis in hoc ope
re, sunt om̃ia vanitati subiecta, idest ca
Intẽtio. duca & transitoria. Intentio est mun-
Mo. tra. di contẽptum persuadere. Modus tra-
ctandi est talis. Ostendit secundum tri
plicem vanitatem, omnia esse vanitati
subiecta, idest caduca & transitoria, vi-
delicet, & quæ propter homines facta
sunt, & quæ ab hominibus facta sunt,
G & quæ in hominibus facta sunt. In his
q̃ ꝑpter hoĩes facta sũt: vanitas est mu
tabilitatis. In his quæ ab hominibus fa
cta sunt: vanitas est curiositatis. In his
quæ in hominibus facta sunt: vanitas
mortalitatis, & omnia vanitas. Et de
his quidem latius postmodum differe-
mus: si prius quæ dicenda sunt tracta-
uerimus, de ipso contemplationis ge-
nere. In quo mens speculantis subleua-
ta, tam noua & tam miranda de hu-
mani status conditione vel videre po-
tuit, vel enarrare. Videamus enim
quid ait.

Vanitas vanitatum, dixit Ecclesia-
stes &c.

¶Vbi autem putatis mens erat huius H
hominis cum hæc diceret? Homo erat,
sed supra hominem erat. Quia nisi ho
minem excederet, oẽm hominem men-
dacem esse non videret. Propterea de
consideratione huius: cõsideratio pri⁹
nobis habenda est: & distinguẽda sunt
genera speculationum spiritualium.
Tres sunt animæ rationalis visiones,
cogitatio, meditatio, contemplatio. Co
gitatio est cum mens notione rerum
transitorie tangitur: cum ipsa res, sua
imagine animo subito pręsentatur: vel
per sensum ingrediens vel a memoria
exurgens. Meditatio est assidua & sa-
gax retractatio cogitationis aliquid,
vel inuolutũ explicare nitens: vel scru
tans penetrare occultum. Contempla-
tio est perspicax & liber animi contui-
tus in res perspiciẽdas vsquequaq; dif
fusus. Inter meditationem & contem-
plationẽ hoc interesse videtur. Qꝫ me-
ditatio semper est de rebus ab intelligẽ
tia nostra occultis. Contemplatio vero
de rebus vel secundum suam naturam
vel secundum capacitatem nostrã ma-
nifestis. Et qđ meditatio semper circa
vnum aliquid rimandum occupatur:
Contemplatio ad multa vel etiam ad
vniuersa cõprehendenda diffunditur.
Meditatio itaq; est quædam vis men-
tis curiosa & sagax nitens obscura in-
uestigare & perplexa euoluere. Cõtem
platio est viuacitas illa intelligentiæ
quę cuncta in palam habens, manifesta
visione comprehendit. Et ita quodam
modo id qđ meditatio quærit: contem
platio possidet. Contemplationis autẽ I
duo sunt genera. vnũ qđ & prius est, &
incipientium: In creaturarum conside
ratione: alterum quod posterius & per
fectorum est. In contemplatione crea- K
toris. In prouerbiis Salomon quasi me
ditãdo incessit. In ecclesiaste ad primũ
gradũ contẽplationis ascendit. In can-

tres animae visiones que sit vna quaeque earum et in quo differunt et in quo etiam conveniant

ticis canticorũ ad supremũ se transtu-
lit. In meditatione quasi quędam lucta
est ignorantię cum scientia:& lumẽ ve
ritatis quodãmodo in media caligine
erroris emicat. velut ignis in ligno vi-
ridi, primo quidẽ difficile apprehẽdit,
sed cum flatu vehementiori excitatus
fuerit & acrius in subiectã materiã ex
ardescere cœperit: tunc magnos quos-
dam fumosę caliginis globos exurgere
& ipsam adhuc modicę scintillationis
flammã rarius interlucentem obuolue
re videmus: donec tandẽ paulatim cre
scente incendio vapore omni exhausto
& caligine disiecta, splẽdor serenus ap-
pareat. Tunc victrix flãma in oẽm cre-
pitantis rogi congeriem discurrens, li
bere dominatur: subiectãq; materiã cir
cũuolitans, ac molli attactu pstringens
lambendo exurit ac penetrat: nec prius
quiescit, q̃ intima penetrãdo succedẽs,
totũ quodãmodo traxerit in se, qđ in-
uenit pręter se. Postq̃ autẽ incendio id
qđ exurẽdũ est cõcrematum a sua quo
dãmodo natura totum in ignis simili-
tudinem proprietatẽq; transierit: tunc
omnis fragor decidit & strepitus sopi
tur: atq; illa flammarũ spicula e medio
sublata tolluntur, sęuusq; ille & vorax
ignis cũctis sibi subiectis & amica qua
dam similitudine comcorporatis, in al
ta se pace silentioq; cõponit: quia iam
non inuenit nec diuersum aliquid pręter se, nec aduersum cõtra se. Primũ er
go visus est ignis cũ flamma & fumo,
deinde ignis cũ flamma sine fumo, po-
L stremo ignis purus sine flamma & fu-
mo. Sic nimirũ carnale cor quasi lignũ
viride & necdum ab humore carnalis
concupiscentię exsiccatũ, siquando ali-
quã diuini timoris seu dilectionis scin
tillam conceperit, primũ quidem pra-
uis desideriis reluctãtibus passionũ &
perturbationũ fumus exoritur: deinde
roborata mente cũ flãma amoris, & va
lidius ardere, & clarius splẽdere cœpe-
rit, mox oĩs perturbationũ caligo eua-
nescit: & iã pura mẽte animus ad cõtẽ
plationẽ veritatis se diffundit. Nouis-
sime aũt postq̃ assidua veritatis cõtem
platione cor penetratum fuerit, & ad
ipsum summę veritatis fontem medul
lit[9] toto animæ affectu intrauerit: tũc
in idipsum dulcedinis quasi totũ igni-
tum & in ignem amoris cõuersum, ab
omni strepitu & perturbatione pacatis
simũ requiescit. Primũ ergo quia inter
pericula tentationũ cõsiliũ quęrit: qua
si in meditatione fumus cũ flamma est.
Secundo quia mente pura cor ad con-
templationem veritatis diffundit: qua
si in principio cõtemplationis flamma
sine fumo est. Tertio, quia iam inuenta
veritate & perfecta charitate, nihil vl-
tra id qđ vnicum est, quæritur: in solo
amoris igne summa trãquillitate & fe
licitate suauiter repausatur. Tunc cor
de toto in ignem amoris conuerso, ve-
re deus omnia in omnibus esse sentit:
cum tam intima dilectione suscipitur,
vt pręter illum etiã de semetipso cor-
di nihil relinquatur. Vt igit tria hæc M
propriis vocabulis distinguamus. Pri-
ma est meditatio. Secunda, Speculatio.
Tertia, Contemplatio. In meditatione,
mentem pia deuotione succensam, per
turbatio passionũ carnaliũ importune
exurgẽs obnubilat. In speculatione, no
uitas insolitæ visionis in admirationẽ
subleuat. In contemplatione, mirę dul-
cedinis gustus totam in gaudiũ & io-
cũditatem cõmutat. Igitur in medita-
tione est sollicitudo: In speculatione,
ammiratio. In contẽplatione, dulcedo.
Solet tamen etiam speculatio ipsa spiri
talis, magna animũ iocũditate reficere
dũ post luctam tentationũ & caliginẽ
erroris, subito insperata pace cõponit,
& insolita claritate perfundit. In hanc
igitur iste supra omnia caduca & trãsi
toria, mẽte raptus, vidit vniuersorũ ni
hil esse qđ maneat, & quasi stupore no-
uæ huius atq; insolitę visionis territ[9]
exclamauit. Vanitas vanitatum & oĩa N
vanitas. Vniuersitatem enim intueba
tur, & totam vanitati subiectam, eiusq;
vanitatem, omniũ vanitatum vanitatẽ
idest omnem vanitatem in se continẽ-
tem, quasi genus omniũ generũ (eo φ
omnia in se rerũ genera contineat) ap
pellauit. Oĩa enim vanitas, & ex omĩ
b[9] vniuersitas, & vniuersa vanitas. Nũc
aũt qa de ipso contemplationis genere O
quo ista mens humana de homine siue

de humanis perspicere potuit, quantũ ad præsens videbatur, iam diximus. Ad propositum reuertemur, & consequenter genera vanitatũ omniũ quas ipsa contemplatione illuminatus, rebus caducis inesse deprehendit, distinguemus: quia in eo quod ipsam operis totius materiã primũ dilucide explicare nitimur: textum quoque eius legentibus manifestius aperimus. De vanitate enim rerũ temporalium tota eius narratio contexta est.

P ¶ Tria igitur sunt genera vanitatum quas liber iste specialiter prosequitur in quibus omnem vanitatem complectitur: & omnia quæ sub sole fiunt his subiacere testatur. Prima est vanitas mutabilitatis, quæ omnibus rebus caducis inest per conditionem. Secunda est vanitas curiositatis siue cupiditatis, quæ mentibus hominũ inest per rerum transeuntium & vanarũ inordinatã dilectionem. Tertia est vanitas mortalitatis quę corporibus humanis inest per pœnalitatem. Prima ergo vanitas naturalis est, & apta siue congrua: Secunda vanitas culpabilis, quia peruersa. Tertia vanitas, pœnalis & misera. Propterea vero naturalẽ vanitatẽ idest mutabilitatem aptam dicimus: quod ex ordinata vicissitudine rerũ transeũtium, maior vniuersitatis pulchritudo constat, maiorique cõmodo eius instabilitas dispensatur: quia in eo & fastidiũ rerũ varietate mentibus humanis tollitur, & decor (vt dictũ est) vniuersitatis augetur. Corporea enim natura, cuius pulchritudo secundum species & formas diuersas perficitur, ex ipsa sua mutabilitate ampliori decore adornatur, dum per interualla temporum, & alterationem tempore transeuntium ac tempore succedentium capit, quod simul capere non potuit: quia species eius per successionem adueniunt, quæ illi pariter inesse non potuerunt. Porro illa vanitas quę mentibus prauis dominatur, cæteris tanto deformior existit, quantum a spirituali substantia mutabilitas nõ solum per gratiam sed etiam per naturam aliena fuit. Propterea sola hæc in cæteris omnibus arguitur, & prę cæteris omnibus sola hęc iniqua atque peruersa demonstratur. Pœnalis autem vanitas, quę est in corporibus humanis per mortalitatẽ, idcirco misera dicitur: quoniam homo nunc ex pœna peccati hoc habet, vt conditioni rerum temporaliter transeuntium subiaceat, qui prius in creatione sui supra omnium visibilium conditionem stare acceperat. Cõditio quippe rerum transeuntium est: vt omnia orta occidant, & aucta senescant.

Q Natura autem hominis de corruptibili quidem materia sumpta, sed per gratiam supra corruptionẽ eleuata, & contra corruptionem cõfirmata: hoc in dono acceperat, vt ortum quidẽ cum cæteris haberet: occasum autẽ nõ haberet: & in nascituris, sed non morituris per incrementa ætatis susciperet augmentum, non pateretur defectum. Hanc dignitatem homo per peccatum præuaricationis perdidit, quando immortalitatis stola exutus, & ad suę originis conditionẽ relapsus: ex sentẽtia creatoris audiuit. Terra es & in terrã ibis. Huic ergo vanitati (quæ cęteris natura est subiacere) soli homini deputatur ad pœnam, quia solus homo supra illam stare acceperat per gratiam.

R Cum igitur tres vanitates distinxerimus. Prima quidem. i. vanitas mutabilitatis, causa est peccati. Secũda. i. vanitas, cupiditatis, peccatũ. Tertia vero. i. vanitas mortalitatis pœna peccati. Vanitas ergo cupiditatis in vanitate mutabilitatis arguitur. In vanitate mortalitatis punitur. Quia sicut dicit Psalmista. Homo cum in honore esset non intellexit: sed comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. (Psal.) Nisi enim prius ipse per inordinatã cõcupiscẽtiã carnis ad ea quæ sunt iumẽtorũ se inclinasset: nequaquam per mortalitatẽ carnis, iumẽtis similis factus fuisset. Nũc autem quia per desideriũ mẽtis mutabilibus inniti cœpit, ipse quoque in eo quod fuerat, stabilis esse nõ potuit.

S Possumus adhuc alia diuisione has vanitates distinguere, vt idipsum quo multiplicius exponitur tãto euidẽtius agnoscatur. Vanitas alia est in rebus conditis. Alia in operibus humanis, alia in corporibus, alia in mẽtibus. Prima est mutabilitatis. Secũda

homo mortu[illegible] simi[illegible] est et similis fuisset in primo statu iumentis [illegible] is rebus preservatur [illegible] cui pergram non subderetur [illegible] peccaret modo [illegible] in hoc honore [illegible] esset non intellegit comparatus in mentis in obstructum [illegible] in [illegible] est in pœnam peccati

curiositatis. Tertia, mortalitatis. Quarta, iniquitatis. Vanitas mutabilitatis duob⁹ modis in rebus consideratur: Siue q̄a inanes sunt: siue q̄a trāsitorię sunt. In illo vanę sunt, q̄a ostendunt qđ non habēt. In isto vanę sunt, q̄a nō p̄manēt in eo qđ habēt. Ibi vanę sunt, q̄a solam formā habēt: essentiā nō habēt. Hic vanę sunt, q̄a etsi aliquā habent essentiā, tamē substantiā nullā habēt. Illic vanę sunt, q̄a sine veritate spēciē opponunt. Hic vanę sunt, q̄a statū prætendunt & transeunt. Sic sunt oīa caduca & trāsitoria falsa & fallentia: qui vana diligūt & in vanitate confidunt: & pro eo non solū vani, sed vanitas ipsa ex vanitate facti deficiūt. ¶ Vanitas cupiditatis in
T
tribus constat, in cōcupiscentia. s. oculorū, in cōcupiscentia carnis, & in sup̄bia vitæ. In oībus em̄ istis vanitas est. Quia oīa quę ad carnē p̄tinēt, siue bona siue mala videantur: nec vera mala, nec vera bona sunt: nec possunt semp̄ eē, siue bona siue mala sint, id qđ sunt. Propterea tā vanū est in iis quæ bona vidētur spēm ponere, q̄ ea quę mala putantur formidare. Quid em̄ facit concupiscētia oculorū? Videte quid facit, & inuenietis quāta lateat vanitas palliata sub hoc velo. Fallaces rerū fucos & lubricos captat aspēctus. Oblita sui, foras fundit, ac totā se curiositati dedēs, circuit oīa, lustrat vniuersa, si qua forte noua, si qua insolita, si qua mira occurrant: quid sibi illa vel illa velint, quā habeant spēciem singula, vel quam p̄tendant significationē. Ad oēs rerum motus semp altera, semp p̄ceps, temeraria, procax, īstabilis, p̄tulās, impatiēs & lubrica: sępe vana spe exultās, sępe inani timore trepidās, nullā interi⁹ radicē habēs, sed semp suspēcta ad exteriores rerū p̄dēs motus. Ante p̄riculū nutat, ante discrimē trepidat: om̄e qđ euenire pōt in vtrāq; partē, siue bonū, siue malū sit metuens, & cupiēs vtrūq; vane sola suspitione declinat. Vrit̄ more impatiētis, expēctās videre qđ futurū est: ad instantia dissoluit̄, ad cōsistentia hebetat̄, & ad oēm rerū vicissitudinē siue tristia siue lęta fuerint, incōstāti mētis fluctuatione variat̄. Hoc autē q̄ vanū sit, cōsiderate. Certe oīs creatura talis est homini qualis hō ipse est illi: vt ab iis q̄ foris sunt, nec bona mens lędi possit, nec mala iuuari. Igitur hęc oīa nec ad malū bono, nec ad bonū malo esse possunt, nisi quantū ipse anim⁹ vel ista asp̄rnando proficit, vel deficit p̄uerse amando, aut metuendo vane. Quanta ergo vanitas est, hęc quasi alicuius sint momenti siue ad dandā, siue ad tollendā salutē tanta sollicitudine, ac curiositate p̄spicere: & ea in quibus vera salus constat, interiora bona aut non attēdere aut dissimulare? Quid de V
concupiscentia carnis dicā: q̄ sit vana, cū ipsa carnis delectatio quātacūq; fuerit, nec p̄terita iuuare possit, nec præsens p̄manere? Quid p̄dest carnē moriturā deliciarū luxu & voluptatū affluentia contra corruptionē tāto adnisu defēdere, cum nemo sit qui possit eam a corruptione custodire? Nā sup̄bia vitę siue de diuitiis siue dignitatib⁹ gloriari velit, quid vani⁹ esse potest? Quis em̄ nō vane gloriet̄ amplius se cæteris oneratū esse? Hoc p̄fecto diuitię, hoc dignitates suis possessorib⁹ solū cōferūt, vt quo in eis plus aliis accip̄re vident̄ inde plus aliis onerati inueniant̄: quos certe p̄ eisdē acq̄rēdis vel cōseruandis plus semp vel labore atterūt, vel cura affligūt. Sed in his oīb⁹ vanitas magna est & cura sup̄flua. Vanitas mortalitatis q̄ in duob⁹ cōstat, in pœna videlicet quę atterit, & in pœna quæ dissoluit. Pœna quæ atterit, primū nos facit p̄r defectum vitæ senescere. Pœna quę dissoluit, postmodū comp̄llit in putredinē ire, & in puluerē de quo sūpti fuimus p̄r carnē, reuerti p̄ carnis corruptionē. Hinc ergo p̄pēdat homo: in qua vanitate viuat oīs homo, q̄ nolens, carnis corruptionē patit̄: q̄a volens mētis corruptionē opat̄. Totus ergo vanitati subiect⁹ est, q̄ & carne p̄ mortalitatē defluit: & mēte p̄ iniquitatē: Sed alterum suū est, ex ipso: alterū suū cōtra ipsum: & totum in ipso. Hæc tria genera vanitatum mox in principio libri sui author distinguit, quę postea p̄r omnem op̄is sui seriē singillatī p̄sequēdo copiosa disputatione extendit, vbiq; in trib⁹ X

quartum illud genus vanitatis qđ mẽtibus prauis inesse diximus, arguẽs, & solum hoc culpę obnoxiũ, & pœnę debitũ ostendens. Vanitatẽ quę rebus cõditis per mutabilitatẽ inest primũ ꝑponit. Vanitas vanitatũ & oĩa vanitas. Deinde secundo loco vanitatẽ quæ est in operib⁹ humanis adiungit. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Tertio loco, illam vanitatẽ quę corporibus humanis per mortalitatẽ inest, subdit dicẽs. Generatio pręterit, & generatio aduenit.
Y Et secundũ has tres distinctiones, totã quoq; sequẽtis operis seriẽ in tres partes diuidit, singulis, singulas tribuens portiones. In prima parte cuius initiũ est. Oriť sol & occidit, disputat de vanitate mutabilitatis. In secũda parte, quę sic ĩcipit. Ego ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalẽ. Persequiť latissime vanitatẽ humanę cupiditatis. In tertia parte (quæ quasi clausula loco nouissimo in disputatione collocatur, cui⁹ initiũ est. Memento creatoris tui in dieb⁹ iuuẽtutis tuę) vanitatẽ mortalitatis cõmemorat: vt quasi hoc animus humanus in fine audiat: qđ magis necesse est intenta consideratione percipere, & sæpius ad memoriã reuocare. Hæc nos ꝓ captu intelligẽtię nostræ in Ecclesiastẽ qui scđs est librorũ Salomonis aperiẽdum ingredientibus eius lectionẽ præparauimus.
Z Cæterũ totam eius latitudinem digne explanare supra vires nostras fatemur esse: magis in reb⁹ huiusmodi alta profunditate tectis doctorẽ audire quęrentes, q̃ doctoris vicem arripere. Magis enim bonũ est (vt ait Plato) aliena verecũde discere, q̃ sua ingerere impudenter. Q₂ siqua sup hoc cõueniẽter valuerimus dicere, ꝑter spem fit & existimationẽ. Si qua vtiliter, nõ ꝑter intentionem. Primũ quasi procœmiũ quoddã pręmittit libro suo: ĩ quo eam quã cõmemorauim⁹ sequẽtis operis triplicẽ materiã distinguit, de qua postmodũ lati⁹ ingreditur disputationẽ. Procœmiũ igitur est. Vanitas vanitatũ, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. vsq; Oritur sol & occidit. Abinde prima pars libri inchoať, & cætera sicut diximus. Nunc ipsa literæ verba consideremus si quid in eis ex iis quæ supra dicta sunt, cõprehẽdere valeam⁹.

melius est aliena verecunde discere q̃ sua ingerere impudenter

VAnitas vanitatũ (dixit Ecclesiastes): vanitas vanitatum & omnia vanitas.

A ℂ Cum pondere pronunciãdum est qđ de se quasi de alio loquitur, dixit ecclesiastes. Nam quia pro authoritate suã personam apposuit: conuenienter se nõ quasi se, sed quasi aliũ dixit. vt quia magnũ aliquẽ se prout res postulabat dicere habuit: decẽtius ac maturius hoc diceret de se ĩ alio, q̃ in se. Sic Balaam de se loquens ait. Dixit auditor sermonũ dei, q visiones omnipotẽtis intuit⁹ est, q cadit & apertos habet oculos. Et Ioannes in euãgelio suo. Ipse de se quasi de alio loquiť dicens. Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus, qui testimoniũ perhibet de his, & scimus qa verũ est testimoniũ eius. Et paulus de se quasi de alio Corĩthiis loquiť dicens. Scio hominem in Christo siue in corpore siue extra corpus nescio, de⁹ scit, raptum eiusmodi vsq; ad tertium cęlũ & raptũ eiusmodi in paradisum, & audisse arcana verba quę nõ licet homini loqui. Sed hoc genus locutiõis quotiẽs in scriptura assumitur, vel humilitatis causa fit, vel admirationis: vt. s. cũ magna dicere volum⁹: hęc potius q̃si aliis ascribamus: ne vel superbũ vel nimium videatur si nobis ea tribuam⁹. Nam & magna propter humilitatẽ a nobis remouere debem⁹, & mirabilia ꝑpter admirationem, quasi de longe ostendere. Minus eñ mira sunt quę magis ad cognitionẽ accedũt. Vt ergo oĩm animi ad futurã dictionẽ erigantur, & quasi miraculo quodam nouitatis euigilent diciť recte. Dixit Eccl'iastes. Acsi diceretur. Qđ tãt⁹ ac talis dixit: vanũ eẽ nõ potuit, etiãsi de vanitate dixit. Cõmunis doctor & oĩm eruditor Ecclesiastes ipse dixit. Quid dixit? Audite qđ dixit & intẽdite. Nõ. n. parua sunt q̃ dicuntur. Vanitas vanitatum, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. B
Si omnia vanitas: Ergo & ipse vanitas qui hoc dixit. Et quomodo cõstabit nõ esse vanũ,

qđ vanitas dixit de vanitate? Qđ si verum est, quia vanum est qđ dixit, audiendum non est, sed respuendum. Quid ergo dicemus? Aut non omnia vanitas, vt dixit, & falsum dixit: aut omnia vanitas vt dixit: & ipse vanitas, vanũ dixit. Sed profecto vt ipse dixit: omnia vanitas, & ipse qui dixit vanitas: & nõ solum vanitas, sed etiam vniuersa vanitas: & tamen quod dixit non est vanitas, sed veritas: quia in eo qđ dixit, ipse non erat vanitas: quia contra vanitatem dixit quod de vanitate dixit: & constat ꝙ contrarius vanitati esse non potuit in eo qđ vanitas fuit. Aliquid ergo in ipso fuit qđ vanitas non fuit, & id contra vanitatem non vane loqui potuit. Sed quid erat hoc aut vbi erat? Certe si corpus hoc fuisse dixerimus, aut in corpore aliquid qđ sine vanitate locutum sit de vanitate: ergo corpus quod corrũpitur vanitati subiectum, & ad vanitatem natum, aliquãdo sine vanitate esse potuit, qđ totũ in vanitate viuit? Meminimus dictũ psalmistę. Vniuersa vanitas omĩs homo viuens. Qđ enim moritur, ipsum est qđ viuit: quod vt viuat, nascitur: & viuit vt moriatur. Quid autem est quod moritur: nisi id quod vita priuatur? Ipsum ergo moritur in homine: quod a vita extinguitur. Et qđ hoc est: nisi corpus & sensus corporeus? Ipsum enim post animal nõ est ex quo ipsum est animal & cum sensibile esse desinit, desinit esse sensus. Ergo qđ moritur in homine, ipsum est quod viuit in homine: quod ideo vanitati subiectum est, quia obnoxium est mortalitati. Ergo sensus corporeus non potuit vanitatem arguere in quo nihil reperiri potest liberum ac purum a vanitate. Quid ergo dicendũ est illud fuisse? Nunquid anima? Nõne & illam superius vanitati subiectã esse ostendimus. In ea nãq; vanitatem possuimus iniquitatis: quæ cæteris rebus omnibus eo deformior existit: ꝙ ex ea tm̃ cæterę habent vel ꝙ noxię sunt, vel ꝙ omnino sunt. Sine hac nãq; vanitate, nec vanitas mortalitatis esset: nec vanitas mutabilitatis noxia esset. Quomodo ergo anima quæ tantæ vanitati

Psal.38.

C

subiecta est, vanitatem veraciter arguere potest? An aliquid in ea superstes inuenitur liberũ a vanitate, & sine causa dictum est: Vniuersa vanitas omnis homo viuens? Vniuersa quippe vanitas, homo est, quia corpore & mẽte vanitati subiectus est. Quis homo? Omnis homo viuens. Non omnis homo vita, sed omnis homo viuens. Nam & vita est homo, & viuens est homo. Vbi vita & vbi viuens. Vita in eo qđ viuificat: viuens in eo qđ viuificatur. Viuit autem & caro ex anima, & anima ex carne: & vtrũq; viuit: sed caro ex anima totũ habet qđ viuit: anima in carne non totum habet quod viuit. Nã viuit etiã in deo: & vtinam viuat. Quod viuit in carne, vanũ est: Qđ viuit in deo, nõ vanum est: sed verum est. quia ex veritate est. In ea igitur parte qua ex veritate viuit: veraciter vanitatem arguit, & inuenitur quomodo vanitas arguit vanitatem: non per vanitatem, sed per veritatem. Recte ergo ecclesiastes qui mẽte eleuatus erat supra oẽm vanitatem & ad ipsam peruenerat veritatem: in ea de veritate sublimiter vidit quod de arguenda vanitate veraciter dixit. Vanitas vanitatum, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Inculcatio verborũ cum affectu loquentis: & rei magnitudinem, & admirationis significat nouitatem. Et est cum exaggeratione prolata sententia. Nam sunt gradus quidam, & quasi quędam progressiones, & in melius & in deterius eunti. Sic eñ canticum canticorum dicitur, & seculum seculorum, quemadmodum nunc hic dictum est, vanitas vanitatum: vt quadam parili distantia, & differentia consimili, tantum superexcellere intelligatur canticum canticorum a cantico: quantũ canticũ a verbo: & deinceps verbum a silentio. Et tãtũ seculũ seculorum a seculo: quantũ seculũ solum a momento. vel item momentũ a nihilo. Similiq; progressione hic per contrarium facta: Tanto vanitas vanitatũ deterior esse a simplici vanitate: quanto simplex vanitas ab essentia solida & permanente. Sic per inculcationẽ legi potest sentẽtia vanitas vanitatũ, vanitas

D

E

vanitatũ,& omnia vanitas.Vt in omni bus omnimoda vanitas exprimatur:& ex omnibus summa quædã confici intelligatur,quæ omnem contineat vanitatem:vt quasi singula queq́, per se vanitas sint:& vniuersitas ex oĩbus col
Geñ.1. lecta,vanitas vanitatũ. Sic in creatione rerum,cũ opera sua compleret deus vnũquodq́ opus per se bonum dicitur & nouissime vniuersitas perfectis oĩbus valde bona nominatur. Nam si id quod in parte bonũ est, in toto melius inuenitur:id quoq́ qđ in parte malum est,in toto deterius esse necesse est.Ergo vanitas est vanitatum, & vanitas omnium vanitatum vniuersa vanitas, & vanitatis vniuersitas, omnia vanitas.Vel vanitas illa mẽtium humanarum hic per comparationem aliarũ vanitatum arguitur: quæ velut ex aliis vanitatibus orta,& cunctas vanitates, vanitatis cõparatione supergressa,me
F rito vanitas vanitatum appellatur. Potest etiam non incongrue trina hæc vanitatis repetitio ad tria vanitatum genera supra memorata referri, vt quasi vna vanitatum sit opus hominis, alia natura mortalis,tertia mundus hic totus cũ sua vniuersitate mutabilis.Cõsiderauit enim iste opera mortalium,& vidit singula queq́ ꝙ cum labore & dolore ad effectum veniunt: Facta breui tempore subsistunt: Transeuntia autẽ fructum post se non relinquunt.Vidit quanta afflictione ac miseria cotidie sine cessatione vita humana atterit,etiã in iis quæ pro sui consolatione operatur: & quemadmodũ semper fere plus detrimenti patitur in quærendo remedio:q̃ recipiat cõsolationis in pcipiẽdo fomẽto.Et in his omnibus q̃ vane conturbetur omnis homo viuẽs,admirãs, & stupens ait.Vanitas vanitatum.Deinde cõditionem ipsam mortalium attendens & in ea maiorem ac miserabiliorem vanitatem inueniens,vidit ꝙ si magna vanitas existimatur dum prærerit id qđ homo facit:illa prorsus dolenda & miseranda sit vanitas dum stare non potest id qđ homo est.In hãc ergo,rursus ingeminãs,exclamauit & dixit.Vanitas vanitatum.Postremo oĩm mutabilium rerum & ad occasum properantium inconstantiam & fluctuationem intuens:quasi in summa cõcludẽs adiunxit & ait.Omnia vanitas.

G

Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole?

¶Quid habet ampli9,subauditur, q̃ id qđ de omnibus dictum est.Vanitas vanitatum vanitas vanitatũ,& omnia vanitas?ac si diceret. Si oĩa vanitati subiecta sunt:opa hominũ a vanitate aliena esse quomodo possunt?Si secundum aliquid vanũ est quod de9 creauit:quomodo non multo magis vanum est qđ homo facit?Si temporale est quod fecit æternus:qđ temporalis facit, quid est? "
Ergo quid habet ampli9 homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? "
Laborat sub sole scilicet vel agens vel patiens.Duo hæc distinguite,agens & patiens laborat sub sole.vterq́ laborat & agens laborat,& patiẽs laborat. Sed hoc interest. ꝙ alter quasi inuit9 laborat:alter voluntarius. Agẽs enim laborat, & facit ipse vnde laborat. Patiens autem laborat:& nõ facit ipse,sed sustinet vnde laborat.Hæc duo genera hominũ in hoc mundo viuunt, scilicet laborantium,& agentium,laborãtium & patientium. Qui sunt laborãtes & agẽtes?Audi psalmistam.Verũtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.Verũtamen in imagine pertransit homo: sed & frustra cõturbatur. Thesaurizat & ignorat cui cõgregabit ea. Qui sunt laborantes & patiẽtes? Paulum apostolum audi. Vanitati inquit subiecta est creatura nõ volens:sed propter eum q subiecit eã in spe.Ergo vtriq́ laborant & ii videlicet quib9 hęc vita dulcis est, & ii quib9 amara est hæc vita.Illi laborant eius delectationibus perfrui: Isti laborant ab eius miseria liberari.Illi laborant metuentes,ne cito hinc exeant: isti laborant timentes ne diu hic pmaneant. Labor illorum pro vana sollicitudine arguitur. Labor istorum ꝑ patientia coronatur. Illis dicitur. Sufficit diei malitia sua.Et illud.Nolite solliciti esse dicentes. Quid manducabi-

H Psal. Ro. Matt. Ibidem

mus;aut quid bibemus, aut quo operie
Iaco.5. mur.Istis dicit. Patiẽtes estote confir=
2.Tim.2. mantes corda vestra.Et illud.Si cõpati
mur,cõregnabimus.Si cõmorimur,cre
dimus qa & simul viuemus cum illo.Il
Psal.4. lis dicit.Filii hominũ vsquequo graui
corde,vt quid diligitis vanitatẽ & quę
Psal.127. ritis mẽdaciũ? Istis dicitur. Beati oẽs
q timent dñm q ambulãt in viis eius.
Labores manuũ tuarũ qa manducabis,
beatus es, & bene tibi erit.Ergo labor
illorũ pœnam habet in opere, & pœnã
in retributione.Labor aũt istorũ pœnã
quidẽ habet in opere:sed prẽmiũ in re=
tributione. In illorũ labore vera mise=
ria est.In fructu laboris,falsa& vana cõ
solatio. In labore istorũ, temporalis &
transitoria afflictio.In fructu laboris,æ
terna beatitudo.Propterea labor illorũ
fructu inanis est,miseria verus. Labor
istorum pœna transitorius,fructu ęter
nus. Illic vero malo qđ boni inesse vi=
detur,vanũ est: horũ malũ qđ apparet
quasi vanũ est:qa transitoriũ est: Bonũ
vero qđ non apparet,perpetuũ.Non er
go mirũ videatur q malos in hac vita
laborantes & agentes: bonos vero labo
rantes tm̃ & patientes dicimus:quia si
propius veritatem intuemur,semp ma
los agendo laborare: & bonos semp pa
tiendo inueniemus. Nam sicut malos
tunc etiam cum quieti videntur, incõ
tinentia exagitat: ita bonos in labori=
bus quoq̃ constitutos,tranquillos pa=
tientia seruat.Vnde miro quodam mo
do boni qq̃ & iusti cũ semetipsos pro=
pter deum spontanea afflictione mace=
rant,tunc etiam patiendo laborant: qa
se contra se statuentes qđ foris per di=
strictionem sequientes irrogant: int⁹ qe
ti ac sine perturbatione permanentes in
patientia portant.Sed peruersi quiq̃,&
vitę carnalis amatores, etiam tunc cũ
mala foris per alienam violentiam illa
ta sustinent: quia semetipsos intus fu=
roris & impatiẽtiæ stimulis perturbãt,
ipsi potius faciunt vnde laborãt. Ergo
boni in hac vita laborant. Mali vero
etiam pro hac vita laborant:qa tempo
rales labores qbus praui & peruersi qq̃
se subdunt pro adipiscẽda tẽporali dul
cedine:boni patienter tolerant p æter
na cõsolatiõe.Quia vero vita hęc mor
talis in qua & pro qua laborat,p spatia
viuendi cotidie ad vitę finẽ tendit:re=
cte oĩs labor hoĩs in numero vanitatũ
computatur,cũ dicit.Quid habet am=
pli⁹ homo de vniuerso labore suo quo
laborat sub sole.(Subaudit pter vani=
tatẽ.)¶Notandũ tñ est q nõ ait.Quid I
ampli⁹ est labor hoĩs.Sed, Quid habet
(inqt)amplius homo de vniuerso labo
re suo quo laborat sub sole. Vnde con
stat q hic nõ tam de labore hoĩs q̃ de
fructu & emolumento agit humani la
boris:qa nõ qd sit aut qualis labor ho=
minis qrit: sed quẽ homo fructũ de la=
bore suo omni,quo laborat sub sole cõ
sequat.Et hic fructus oĩs nõ aliud q̃
vanitas esse perhibet cũ dicit.Quid ha
bet amplius? Acsi diceret.Nihil ampli⁹
habet q̃ vanitatẽ homo de labore suo.
Ergo vanitas totus est fructus laboris
hoĩs & in vanũ laborat oĩs homo, ni
hil accepturus pter vanitatẽ de vni=
uerso labore suo.Ergo vanus fuit & la K
bor sanctorũ q deo fideliter seruierũt:
& pro eius amore tot supplicia ac tor
mentorũ genera passi sunt? Quis hoc
dicere psumat? Nã quomodo van⁹ fuit
illorũ labor q in modico qdẽ vexati, p
dolores trãsitorios ad gaudia mãsura
peruenerũt,& p mortẽ tẽporalẽ,vitã ade
pti sunt sempiternã? Aut nũqd vanus
dicendus est labor ille propterea quia
transiit qđ passi sunt: & secundũ aliqd
tamen non vanus,qa pmanet qđ acce=
perũt.Vanũ etẽ esse & ipsum iustorũ
laborẽ,quãtũ.s. ad pœnã transitoriã &
hãc quasi imaginariã speciẽ miserię spe
ctat, psalmista innuere videt cũ dicit.
Qui fingis laborem in precepto.Qua= Psal.93.
si eñ electis suis deus laborẽ fingit:cũ
eis exterius velut iratus p iudiciũ tẽ=
poralẽ pœnã irrogat,qbus intus p pui
dentiã misericordię suę, æternę beati=
tudinis pmia seruat. Quia igit psalmi
sta laborẽ iustorũ & hũc imaginarium
dolorẽ,q speciẽ miserię habet,verã mi=
seriã nõ habet:fictũ noĩat:Ipsum profe
cto eũdẽ, secundũ aliqd etiã vanũ non
incõueniẽter dici posse demõstrat.Ec=
ce ergo ptrãsit labor operis. Pertrãsit
qđ vanum fuit: qđ trãsitoriũ fuit,per=

qui fingere dolorem in precepto

transiit:pertransiit labor,pertransiit dolor. Nunquid pertransiit fructus operis aut merces laboris? Propterea licet
L ecce secundũ aliquem dicendi modum labor ipse & dolor tẽporalis vanus nõ inconuenienter dicitur: Nũquid tamẽ merces laboris ipsius vanitas vnq̃ recte dicetur? Absit. Quomodo ergo stabit qd̃ dictũ est. Quid habet ampli⁹ homo de vniuerso labore suo? De pręmio enim laboris & non de ipso labore: de vtilitate non de opere, hoc dictum est. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo? Ecce amplius habet homo & multo ampli⁹ habet, & tu dicis. Quid amplius habet? Propterea adiunxit & ait. Quo laborat sub sole. Ecce
M habemus solutam quæstionis huius difficultatem. Nam hic aperte ostẽdit quos labores arguat vanitatis. Qui fiunt, inqt, sub sole. Quid est fiũt sub sole? Forsitan simpliciter accipiendũ est qd̃ ait, sub sole: Quia homines in hac mundi parte inferiori degentes: desuper solis lumen accipiunt, & ad agẽda opera vsibus humanis necessaria illuminantur vt videant. Propterea nãq; vitæ humanæ tempora per diuinã prouidentiam alternis vicibus sic distributa sunt, vt ęgra corpora actionũ suarũ nimia protensione fessa: ipsa alternãtium temporum vicissitudo repararet. Ideo nox & dies incessanter mutua sibi parilitate succedunt: vt per diem ab ortu ad occasum sol cursu suo desuper pertrãsiẽs: lumen suũ vsquequaq; in subiecta diffundat: & humanos oculos sua pręsentia illustrans, cęterorũq; animantiũ terrę ad exercitationem agendi excitet, & simul operandi præbeat facultatẽ. Nocte vero se humanis aspectibus subducens, & quasi quibusdã pãnis infantiæ, velamine tenebrarũ oppanso, lumina mortalium contegens, fessos artus ad quietem foueat & soporẽ: vt iterũ reparatos labori atq; exercitationi diurnę, alacriores restituat. Hanc admirabilẽ diuinæ dispensationis ordinem psalmista intuens cum eius opera cõmendaret, hoc inter cętera quasi excellens aliquod & non parua laude dignũ cõme-
Psal. 103. morat dicens. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suũ. Posuit tenebras, & facta est nox: in ipsa pertrãsibũt omnes bestię syluę. Catuli leonum rugientes vt rapiãt, & quęrant a deo escã sibi. Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suũ: & ad operationẽ suam vsq; ad vesperam. Hinc etiam est illud quod deus Noe egredienti de arca post diluuiũ quasi pro magno aliquo signo pietatis suę, ac munere largitionis repromittit dicens: Cunctis diebus sementis, & messis, frigus, & ęstus, æstas & hyems, nox, & dies, non requiescẽt. Pulchre igitur homines in hac mũdi area deorsum per varios discursus occupationum vitę mortalis distentos sub sole laborantes dixit: vt hoc etiam ad vanitatẽ operis humani pertineat, q; hominem ad operandum pertrãsiens & tenebris finiendum desuper lumen illu-
strat. Considerauit quippe q̃ abiecta & N
misera sit mortalium conditio, q in terræ superficie quasi vermes quidam vana curiositate reptantes, subito lumine desuper infuso, quasi ad illusionẽ excitantur captare, quod vane appetunt: & eodem post modicũ subtracto subita rursum cęcitate obuoluuntur, & nequaq̃ vltra in effectũ prodire possunt. Ideo & ipsum lumen quo illuminant͂, eminus ac procul desuper & homini inaccessum ostenditur, vt ipsum nequaq̃ in hominis consistere potestate probetur: quatinus ex eo tantũ homo accipiat, quantũ pmiserit largientis & cũcta ordinantis dei gratia: non quantũ appetit cupiditati seruiens hominis voluntas peruersa. Magna ergo vanitas laborare sub sole: & parua fidutia laborare sub sole: cuius lumen q̃uis iocundũ aspectu & visu sit delectabile: non semp
tamen humanis aspectibus adesse po- O
test nec prodesse. Q; si altius adhuc cõsiderationem promouere, & subtilius rẽ inspicere libeat: possumus noĩe solis tempus significatum accipere. vt qd̃ dixit sub sole, idem sit acsi dixisset sub tẽpore. Nam quia per solem præcipue & temporum cursus distinguitur: & temporalium natura variatur: congrue p solem tempus ipsum exprimitur, cum

dicitur sub sole, idem est enim acsi dixisset, sub tempore. Sed nunquid etiam in hoc nobis aliquid innuere voluit quod non ait in tempore, vel cum tempore, sed sub tempore: et discretio nobis habenda est: vt intelligamus alia esse, quę quasi cum tempore facta sunt: alia vero illa quę vel in tempore, vel sub tempore fiunt? Discernamus ergo si possumus, si forte causam inuenire valeamus, quare potius sub tempore quam vel cum tempore, vel in tempore, facta dixit vana esse opera hominum. Omnia quæ facta sunt, vel cum tempore facta sunt, vel in tempore. Cum tempore enim facta sunt, quorum ortum tempus non pręcessit: qualis est angelica natura, & illa informis materia rerum visibilium, quam in principio creauit deus. In tempore facta sunt, quorum ortum tempus præcessit, sicut illa sex dierum opera in quibus deus perfecit atque compleuit huius sensibilis mundi fabricam: sed & illa quæ postmodum siue formaliter, siue essentialiter facta sunt, omnia in tempore facta sunt. Rursus eorum quę fiunt in tempore: Alia fiunt in tempore & sub tempore: Alia fiunt in tempore tantum non sub tempore. In tempore fiunt, & non sub tempore: quæ tempore quidem incipiunt, sed tempore non finiuntur. In tempore & sub tempore fiunt: quę simul & in tempore incipiunt, & in tempore finiuntur. Item eorum quæ sub tempore fiunt: Alia fiunt pro tempore, alia fiunt pro æternitate. Quæ ergo pro tempore fiunt, & actu & fructu vana sunt. Quę vero pro æternitate fiunt: actu quidem vana sunt: sed fructu vana non sunt. quia etsi transeunt in opere: permanent tamen in retributione. Bonum enim opus non hoc solum est quod foris transitorium apparet: quia & actione visibili constat, & inuisibili deuotione. Nam sicut homo ex viuente constat & vita, & viuens quidem moritur, sed vita non moritur. Ita nimirum bonum, & actionem in se visibilem habet, & inuisibilem deuotionem. Visibilis actio quasi corpus est: Interior deuotio, quasi spiritus est. Actio per deuotionem viuit, sicut corpus per animam. Deuotio autem actionem viuificat, sicut anima corpus. Omnis enim actio quæ sine deuotione est, mortua est. Visibilis igitur actio, ipsa quasi viuit, & inuisibilis deuotio, ipsa vita est. Quod autem viuit hoc moritur: sed quod vita est ipsum non moritur. Quia actio transitoria sicut ex tempore initium habet: ita etiam finitur in tempore. Quod ergo moritur, quod finitur, quod transit, quod mutabilitati deditum est: ipsum obnoxium est vanitati. Quod autem vita est, quod permanet, quod finem aut corruptionem non recipit: ipsum vanitatem non admittit. Dicat ergo, quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? (subauditur pręter vanitatem) Nihil amplius, quia vana sunt omnia quę sub sole fiunt. Et quid de vanis haberet nisi vanitatem, Quid ergo? Bona opera quę sub sole fiunt nihil amplius conferre poterunt suis operariis nisi vanitatem? Et quomodo superius quęstionem hanc solutam diximus per id quod ait, sub sole? Ecce nobis iterum eadem oboritur non minus quam supra difficilis, quia & bona opera sub sole, idest sub tempore fieri secundum id quod supra expositum est, negare non possumus: & tamen ex eis nihil præter vanitatem consequi, dicere non audemus. Et ecce manifeste liber dicit. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Sed si diligentius verba ipsa considerare volumus: manifeste ostenditur, quæ sint illa opera quæ vana esse arguunt. Non enim dixit. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo qui fit, vel qui factus est sub sole? Sed ait potius, quem ipse homo laborat sub sole. Non ergo tam laborem quam laborantem arguit esse sub sole. Vt quia ipse homo sub sole positus laborat: idcirco vanum sit quod laborat. Sed quis est qui sub sole laborat? Qui rerum temporalium & transitoriarum amore pressus, pro eisdem adipiscendis (si non habet) vel conseruandis (si habet) laborat. Iste sub sole positus laborat: & iste in vanum laborat. Qui autem pro spe & desiderio æternorum bona opera exercet: iste sub sole non laborat etiam si sub sole est labor in quo laborat: quia licet temporale sit

opus quod peragit: ipse tamen omnia temporalia & caduca, mente ac deuotione transcendit. Iste ergo in vanum non laborat, etiam si vanũ est in quo laborat: quia vanũ non est pro quo laborat. Et dum transierit qđ vanum est in quo laborat: paratum habet qđ vanitas non est pro quo laborat. Non ergo iste eiusmodi ad hanc sententiam pertinet, qua dictum est. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Quia non laborat sub sole, sed supra solẽ: qui laboris sui mercedem non constituit in rebus volubilibus & tempore transeuntibus.

Generatio præterit & generatio aduenit.

S ¶Ecce vanitas. Generatio præterit & generatio aduenit. Hanc humana natura in prima radice sui generis vitiata concepit, & in omnem propaginem posteritatis cum hac eadem seminata pullulauit. Primus enim generis humani parẽs, vt audiuit. Terra es & in terram ibis: exinde mortalis factus: quia a statu incorruptionis cecidit: quasi a vita ad mortem per mortalitatẽ transire cœpit. Hanc ergo viam omnes homines post ipsum pertranseunt, qui ab ipso per carnis natiuitatem descendũt. Hæc est illa vanitas, de qua psalmista
Psal. 38. locutus est dicens. Verũtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Verũtamen in imagine ptransit homo. Hãc ergo vanitatem quasi cęteris maiorem & humanis animis propter dirã mortis necessitatem magis horribilem, nouissimo loco adiunxit: vt hoc ad extremũ homo audiat, in quo euidẽtius miseriam conditionis suæ agnoscat. Prima
T enim vanitas nec ĩ homine est: nec refertur ad hominem. Secũda vanitas in homine quidem non est: sed tamẽ refertur ad hominem. Tertia vanitas & in homine est, & refertur ad hominem. Proinde quasi per gradus quosdã semper ad altiora progrediens: Primũ posuit illam vanitatẽ quæ nec pœna hominis est: nec culpa. Deinde illam vanitatẽ adiunxit quæ pœna hominis non est, sed culpa. Postremo illam quæ culpa non est, sed pœna: licet tamẽ nec talis culpa sine pœna vnq̃ esse possit: nec talis pœna in iis dũtaxat qbus sacramẽtum salutis non subuenit, a culpa prorsus libera sit. Sed illam culpam hominis dixi, non pœnam: & hanc pœnam, non culpam: quia in illa meritum hominis cernitur: & in ista, iudicium inuenitur. Hanc ergo pœnam quasi cæteris grauiorem & immaniorem nouissime apposuit: quæ licet culpa nequior non sit, molestior tamen carni est & ad excitandas carnales mentes efficacior. Dicat ergo. Generatio præterit, & generatio aduenit. Acsi diceret Si negligendum putatis q vanum est omne quod agitis: Nũquid vel hoc negligendum est q ipsi vanitas estis? Generatio pręterit & generatio aduenit. Si morientes discedũt & morituri succedunt: qđ gaudium est? Videtur quidem dolor viuentium in nascentibus consolationem accipere: sed vnde finiri putatr vt non sit, inde accipit vt semper sit. Quod em̃ morientes discedunt dolor est. Quæ consolatio sequitur qđ morituri adueniunt? Consolatio quæ luctu terminatur. Et quid in vtroq; vanius esse potest. Generatio præterit & generatio aduenit. Si paucos vel non vniuersos saltem lamẽtabilis casus inuolueret, tolerabile videret: nunc autem sæua lues omnes secum ad interitum trahit. Generatio præterit & generatio aduenit. Si pterit, quo vadit? Si aduenit, vnde venit? Heu dira sors. Quomodo securus esse potes o homo tantis tenebris inuolutus? Ecce scis q viuendo tendis ad mortem. Sed nunquid scire potes qualis aut vbi futurus sis post mortem? Considera ergo in quanta vanitate viuis, qui cotidie cernis præterire quod es: nec tamen scire vlla ratione potes quale sit quod futurus es. Generatio præterit & generatio aduenit.

Terra autem inæternum stat. V.
Ausculta homo & erubesce. Terra inæternum stat. Quare terra stat, & tu sta-

re nõ potes, propter quem facta est terra. Fortassis dices quia ad consolationem tui stat. Stat vt venientes mittat, pertranseũtes portet, discedentes recipiat. Nascentes enim de terra veniũt per carnis originem: & viuentes super terram pertranseunt, per carnis mutabilitatem: & morientes in terram redeunt, per carnis corruptionẽ. Ergo stat ad consolationem tui: Immo vero ad confusionem tui stat. Quomodo? Vide qualis stat, qualis portat, & quales portat, & de quali portat. Qualis ergo portat? Audi qualis. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Quales autem portat? Rursus audi. Maledictus es super terram. Et de quali portat? In sudore vultus tui vesceris pane tuo: & comedes hærbas terrę. Ergo maledicta, maledictos portat. Et tamen portat. Sed vnde portat, habet aliquid ad consolationem tui: & aliquid ad pœnam tuam. Qđ ad consolationẽ tui, est cum labore tuo: qđ ad pœnam tuam, est per laborem tuũ. Habet panẽ: habet & spinas. Panem cum labore tuo ad consolationem tui: Spinas per laborem tuũ, ad pœnã tuam. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: hoc ad consolationem tui cum labore tuo. Cũ operatus fueris: terra non dabit tibi fructum suum: sed spinas & tribulos germinabit tibi. Hoc ad pœnam tuam per laborem tuum. Ergo non solum stat ad cõsolationem tui: sed multomagis stat ad confusionem tui. Stat non solum ad leuamẽ miseriç tuæ: sed stat in testimo-
X nium & pœnam culpę tuæ. Terra stat: & tu super terram stas. Stabilis ipsa est quę portat, & tu corruis qui portaris. Quare hoc? Nunquid & tu terra non es? Quid ergo dictum est tibi? Terra es & in terram ibis. Ergo terra es, & super terrã es, & de terra es. Quare ergo nõ stas inęternũ? Nunqd tu infirmior factus es terra illa de qua sũpt9 es? Quid ergo operata est manus artificis si non prouexit opus suum in melius? Ergo scientia non erat apud ipsum, aut infirmus inuentus est vt in manibus ei9 bona illa materia deterior efficeret? Absit. Immo vero multo meliorem te fecit: q̃ illud fuerat vnde te fecit: qa terram fecerat stabilem: te autem de terra fecit immortalem. Ergo meliorem te fecit q̃ fuerat vnde te fecit. Non ergo ex artifice processit corruptio tui, qui tãta potestate & tali bonitate te fecit vt nihil posset a perfecto minus, nihil ab optimo vellet deterius. Itaq; optimus artifex plasma bonum fecit, cuius æterna incorruptio & bonitas immortalis nec vitiũ gignit nec vitiũ recipit.

¶Sed forte materia culpãda sit quę ta- Y
lis erat de qua aliud fieri non poterat. Terra enim erat materia: & exiuit vas testeum. Quid? Mirum hoc est. Hoc ergo tu dicens respicere debueras, quia si vas testeum es: ergo de molli luto in testam solidatus es, & gleba tua si naturam non habuit firmitatis: habuit tamen naturam cõfirmationis. Si nõ habuit vt hoc esset ex natura: habuit tamẽ ex natura vt hoc esse posset ex gratia. Ergo materia tua nihil tibi nocuit quæ & hoc integrũ conseruat quod natura contulit: & qđ gratia dedit, ipsa non minuit. Nam terra inæternũ stat. Quid est stat? Perseuerat in eo qđ facta est: seruat naturam suam: conditionem suam non deserit: qđ accepit hoc retinet incorruptũ. Terra facta est & terra pmanet, nunq̃ aliud est q̃ qđ est. Et cũ aliud est non ex defectu corruptionis aliud est, sed ex prouectu sublimatiõis. Quemadmodum & in te aliud effecta est: & aliđ futura est q̃ nata est: sed sublimatione, non corruptione. Et cum in quibusdam terrenis se de alio transferre videtur in aliud, nũq̃ tamẽ aliud est, q̃ est: quia terra est, & semper terra est: & id quod transit, terra est, & in quod transit, terra est: & cum hoc in illud, vel in illud transit: non transit tamen quod terra est: quod in hoc & illo idem est. Ergo terra intra naturæ suæ gremium moueri habet & operari habet de illo quod est, hoc quod est: extra terminos naturæ suæ transire non habet de eo quod est in id quod non est: & idcirco, terra inæternum stat in eo quod est. Quare igitur & tu non stetisti in eo quod factus es super terram: sicut & terra stat in eo quod facta

est? Quare degenerasti vt non saltem imiteris materiam tuam quæ intãtum seruat quod est: vt & tu cum terra factus fueris non possis aliud esse q̃ terra est? Vsq; ad illam defluis vitio tuo: vltra progredi non permitteris natura eius. Ecce quantũ custodit quod est: vt & te fluentem & instabilem cum exceperit, non sinat vltra transire in aliud qđ ipsa non est. Vnde ergo tibi fluere? Quere diligenter & cogita. Neq; artifex tu⁹ neq; materia tua hoc tibi fecit: quia & illa stando inęternũ, & in te seruat qđ ipa est: & ille te ad ęternitatem faciẽdo, & amplius dedit q̃ ipsa est. Vnde igitur tibi hoc nisi vitio tuo ex quo tibi nunc pœna est vt reuertaris in illam, cui hoc ex gratia datũ erat vt stares semper supra illam? Igiť tu transis, & terra stat in testimoniũ contra te, vt mortalem arguens & morientem excipiẽs, prius te conuincat q̃ puniat. Propterea terra inæternũ stat. Generatio pręterit, & generatio aduenit: terra autem inæternum stat. ¶Hæc secundum paruitatem vel exiguitatem sensus nostri diximus in exordium libri Salomonis q Ecclesiastes dicitur: nequaq̃ præsumentes nos dixisse qđ potissimũ dicẽdum erat: cum hoc tm̃ nobis magnũ sit nihil dixisse quod dicẽdũ non erat. Cæterum sciendũ est hunc librum nouum quoddam expositionis genus requirere: quia cum tot⁹ ad cõmouẽdos affectus cordis humani intẽdat: sępius in eo quasi colloquendo q̃ exponendo sermonem formare oportet. Vnde necesse est in iis etiam aliquando quę plana & aperta videtur diutius verbis immorari: vt ipsa locutiõis inculcatio validius tangat, & efficacius penetret cor audientis. Qui aliter hanc scripturam tractare voluerit etiam si commode intelligentiæ audientium seruit: vim tamen, proprietatemq; non retinens, minus fortassis proficit ad ædificationẽ.

De probatione vanitatis omniũ sub cælo per elementorum corruptionem, per rerum generationẽ, successionem & eorum quæ fuerunt obliuionem:

Homilia Secunda.

A Verba ecclesiastę, quę cũcta sub sole vana eẽ testantut nescio quo pacto, modo cũ legerentur dulcia facta sunt in auribus nostris. Et ecce cœpimus libẽter audire mala nostra: & quę non diligimus, tamen audire diligimus. Mala enim nostra non diligimus: & mala nostra audire diligimus. Quia audiendo mala quę non diligimus: bonorum recordamur quę diligimus. Et ipsa hæc bonorum recordatio (etiã inter mala) dulcis animo est. & tanto vtiq; dulcior: quanto amariora sunt ipsa mala quę vel audiẽdo, vel sentiendo, agnoscimus lõge nos esse ab iis bonis ad quę vel saltem per recordationem suspiramus. Hoc totũ erat qđ in hac relatione nobis modo tantum sapuisse miramur: in qua exilii nostri nobis ęrumna describitur, & nostra miseria atq; calamitas qualis ac quanta sit declarať. Mẽs. n. nr̃a in auditu malorũ suorũ quasi de quodã somno pristini tẽporis euigilãs subito agnouit vbi esset: stupẽsq; & mirãs tãtũ ruinæ baratrũ, simul etiã cõsiderare cœpit de quãta sublimitate in hoc ipsum miseriæ ꝓfundũ cecidisset: & ad illã quia necdũ effectu potuit: miro quodam ardoris intimi desiderio suspirauit. Hoc ergo erat quod in illis verbis quæ nostram recitabant miseriam, nostrum traxit affectum. Hoc fecit vt mala nostra sic nobis semp audire libeat: nec possit amarum esse quicquid illud est quod cum eo percipitur qđ tam dulce est. Hoc cotidie miseris lamenta ipsa dulcia facit, & inter suspiria ac gemitus lachrymis delectabiliter pascit afflictos: quia eorum q̃ diligunť inter aduersa recordatio suauior est, & ipe animus desiderio absentiũ ampli⁹ inardescit: p̃teritorum memoria dulci⁹ tãgiť, dilatione futurorũ validi⁹ ĩflãmať. Hoc noster Ecclesiastes optime nouerat q in oĩ narratione sua tã diligẽter exequiť vanitatẽ rerũ transeuntium. vt ex eius consideratione cor humanum admoneat cælestia meditari, & euigilare in desiderio æternorũ. Sciuit. n. q quãto euidẽti⁹ eorꝫ q̃

tẽporaliter prętereũt vanitas agnosci tur: tanto sublimius intus mentis oculus ad statũ ęternitatis aperitur. Incipiens ergo, in hac prima parte opis sui ostendit omnia vana esse quæ sub sole sunt. i. quęcũq; visibilia sunt corruptioni subiecta esse, vel obnoxia mutabilitati. Ostendit eñ neq; in cælo neq; sub cælo, neq; sup terrã, neq; in terra aliqd esse perpetuum qd vicissitudinem non patiatur nec transeat in alterationem. Ideoq; nihil vere esse ex oĩbus iis quæ semper sine cessatione in id trahuntur qđ nõ sunt: & quod sunt, stabile vel incorruptum seruare non possunt.

Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibiq; renascens gyrat per Meridiem & flectitur ad Aquilonem.

Hoc p se distinguẽdũ est. Deinde seqꝛ.

Lustrãs vniuersa in circuitu pergit spirit9 & in circulos suos reuertitꝛ.

Et hoc p se ponendũ est. Postea sequitꝛ.

Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant.

Et hoc simul coniungendum est.

B ¶Tria ergo quædam proponere videtur in argumentũ mutabilitatis oĩm, solem, spiritum, flumina, idest ignẽ, aerem, humorẽ: vt per solem quidem ignẽ per spiritum aerem, per flumina humorem, velut a parte totum significatum intelligatur. Superius nãq; terram quasi fundamentum inmobile medio loco constituit. Nunc cętera tria elementa, idest ignem, aerem, aquam, circa ipsam motu instabili fluctuantia disponit: vt in procreandis mutabilibus, his tribus elementis motum agendi, & quodãmodo vicem artificis attributam ostẽdat. Terram vero quasi materiam quãdam procreandorũ omniũ immobilem subiacere: impotentem quidem agendi, sed aptam tantũmodo vt ex ea cæteris operantibus formentur quę creanda sunt. Per hęc igitꝛ tria elementa in illo quarto vim suam natura exercet, quæ circa illud & in illo discurrentia, lege mirabili & se inuicem contemperantia, tam innumerabiles formas & species rerum ex ea ꝓducunt: quot annuis, menstruis, diurnis temporum vicissitudinibus in eorũ accessu & recessu iugiter sine cessatione alternantibus demonstrantur. Quia igitur cuncta nascentia quæ de terra oriuntur, & ex terra substantiam nutrimentũq; accipiunt: ab his tribus elementis vitalis motus naturam sortiũtur: recte in eis & mutabilitatis originem posuit, & mutabiliũ omniũ naturam proprietatemq; expressit: vt in his pariter videamus & vnde fit quod stare non potest quicquid sub tempore oritur, & qua via ad esse prodeat quod non est, vel quod est, ad non esse reuertatur. ¶Oritur sol & occidit & ad locũ suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonẽ. Paucis verbis rem magnam comprehẽdit: de quibus aliqua nos pro tempore dicere oportet, non tamen animũ auditoris diutius in eiusmodi detinere: ne videamur contra propositum nostrum sacram expositionem relinquentes, ad describendos siderum cursus deuolui. Omnia quidem hæc ob id solummodo dicta sunt, vt humanus animus earum rerum quas nouit relatione, cõmodius excitetur: & vt per hæc ad cogitanda ea quæ non nouit euigilet: & idcirco non nobis pigrum esse debet, aut indignum videri, ad ea diligenter intendere quæ nobis diuinus sermo studuit tã diligenter enarrare. Demonstrat ergo quali via luminare hoc magnum, quod sua præsentia vniuersa illustrat, incessabili agitatione in hoc mundi sensilis globo circũferatur, suoq; accessu & recessu varias rerum mutationes efficiat. Oritur sol & occidit & ad locum suum reuertitur. Primum ostendit eum circularem habere motũ, & ad id semper vnde progreditur reuerti: vt quia in circulo finis nõ potest inueniri, cursus eius perpetuus demonstretur. Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur: Deinde anfractus progressionis eius describit dicens. Gyrat per Meridiem & flectitur ad Aquilonem. C

Vt idipsum ad magnam rerũ mutatio
nem pertineat, ꝙ non semper eodẽ mo-
do neq; in directum cursum suum diri
git incedens. Oritur sol & occidit. Ori
tur quotidie, quando emergens huma
nis præsentatur aspectibus. Occidit,
quando descendens ad inferiores par-
tes secundum cõuexitatem circũactio-
nis suæ oculis nostris se subducit. Re-
uertitur ad locum suum: quia impel-
lente volubilitate subtus rursum ad
ortum reuocatur. Post ortum vero ad
occasum tendens, primum flectitur ad
meridiem, quia obliquo ductu præci-
pue cum in æstiualibus commoratur
signis, ab ortu ad lineam meridianam
conscendit. Deinde autem ad occasum
descẽdens: rursum obliqua progressio-
D ne ad aquilonem inclinatur. Potest alia
adhuc in his verbis expositio satis con
ueniens adhiberi: scilicet vt hæc oĩa
non de diurno, sed de annuo cursu so-
lis dicta accipiamus. Oritur quippe no
bis sol: quando per vernale æquinoctiũ
ingrediens ad nostrum polum consur-
git. Occidit autẽ, quando per autumna
le æquinoctium exiens ad inferiora de
scendit. Gyrat per meridiem: quãdo in
hyemalibus signis commoratur. Flecti
tur ad Aquilonem: quando in æstiuis
signis quæ polo boreali viciniora sunt
circunfertur. Oritur ergo sol, & ipso
oriente omnia pariter oriuntur quæ
ex eius calore reuiuiscunt. Occidit, &
statim igne vitali subducto, vniuersa
occumbunt, quæ ex eius præsentia vi-
guerunt. Gyrat per meridiem: vt æsti-
ua incendia algor temperet hyemalis.
Flectitur ad Aquilonem, vt quę brumę
gelu, & torpor glacialis astrixerat: ęsti
uis ardoribus rursum calefacta animẽ
tur. Vides igitur vnum corpus quan-
tas secum trahat rerum mutationes.
E Lustrans vniuersa in circuitu pergit
,, spiritus, & in circulos suos reuertitur.
Si per spiritum, aerem accipimus: con
gruo ordine postq̃ instabilitatem cæle
stis elementi descripserat: eandem quo
q; inferiora legem pati demonstrat, di-
cens. Lustrans vniuersa in circuitu per
git spiritus. Acsi diceret. Si ea quæ in
cælo sunt, vis naturę stare non patitur
necesse est vt ea quoq; quę sub cęlo sũt,
eadem conditio mutabilitatis modere
tur. Sane quemadmodum soli: ita quo
q; aeri orbicularem tribuit motum, vt
eius agitatio, perpetua esse demonstre-
tur. Quod autem pluraliter subiungit.
In circulos suos reuertitur: hoc signi-
ficare potest, ꝙ motus aeris nõ semper
vbiq; idem est: sed cum alibi vehemen-
tius, alibi moderatiꝰ agitetur: ipsa eius
fluctuatio versa vice in semetipsam re
fusa dissimiliter moueatur: & non vni
formiter conquiescat: vt non cogamur
motum semel cœptum vsq; ad extre-
ma extendere: vt singulę motiones im
pulsionesq; quasi in se factæ, & paula-
tim spatio motu languente quiescant.
Sed & illud quod ait. Lustrãs, apte huic
elemento tribuitur, quod sordes vni-
uersas sua mobilitate vbicũq; aspersas
siue collectas purget ac dissipet. Siue ꝙ
sua subtilitate cuncta penetrans vbiq;
se diffundat. Vel ad superiorẽ hoc ver
bum sententiam copulatur sic. Oritur ,,
sol & occidit, & ad locum suum reuer ,,
titur: ibiq; renascẽs gyrat per meridiẽ ,,
& flectitur ad aquilonem, lustrans vni ,,
uersa in circuitu. Et hic distinctione fa
cta: deinde sequens sententia subinfer-
tur ita. Pergit spiritus &c. Sol enĩ cur-
su suo vniuersa in circuitu lustrat: qa
omnes partes mundi per diuersa signa
oriens vel occidens attingit. In cancro
enim oriens & occidens, aquilonem tã
git. In capricorno, meridiem. In libra &
ariete, per orientem & occidentem me-
dium pertransit. Sequitur. Pergit spiri F
tus & in circulos suos reuertitur. Se-
cundum præcedentem expositionẽ spi
ritum nunc non inconuenienter acci-
pere possumus igneam vim quæ ab ipso
sole procedens per cuncta se diffundit,
& vniuersa inuisibiliter penetrans ve-
getat & mouet. Vnde & veteres natu
ram esse dixerunt. Ignem artificem ꝓ-
cedentem in res sensibiles procreãdas.
Vitalis enim motꝰ & vegetationis sen
sibilis in cunctis nascentibus ignea vis
origo est: quę rebꝰ oĩbus incremẽtũ sub
iicit, & inuisibili eas nutrimento alens
ac fouẽs ad visibilẽ tãdẽ producit sub-
stantiam. Hanc autẽ occultam naturæ

vim cuncta mouentem & alentem poeta quoq; spiritū nominauit: & nota sūt
Æneí. 6 eius verba. Principio cælum ac terras, camposq; liquentes. Lucentemq; globū lunę, titaniaq; astra, Spiritus int⁹ alit: totamq; infusa p artus, Mēs agitat molem & magno se corpore miscet. Q̃uis in his verbis illum poti⁹ errorem probare videatur qui mundum hunc sensilem quasi animal constās ex anima & corpore, ipsamq; ei⁹ animam spiritum
G esse cuncta mouentē asseueret. Sed quomodolibet opinio errantium exponaẗ: nos sano intellectu spūm pergētem in oīa, & in circulos suos reuertētem: occultam naturæ vim accipere possum⁹: quæ vniuersa inuisibiliter nutrit & vegetat & vnumquodq; ad certum finem legitimumq; terminum perducit. Hic ergo spiritus, id est hæc occulta naturæ vis omnia lustrat: quia per omēs rerum partes inuisibiliter se diffundens, vnicuiq; secundum suæ naturæ capacitatem, ꝓpriam qualitatem distribuit. Pergit & reuertitur: quia vniuersa quę oriuntur in tēpore prius per incrementum prouehit: ac deinde senescētia ad originem suam reducit. Pergit em̄, qa ī nascentibus egreditur: in crescentibus vsq; ad certam mensuram procedit. Reuertitur: quia in senescentibus & p defectum naturæ suæ retro labentibus vsq; ad originis suæ principium reuocatur. Sic igitur singularum rerum cursus & ꝓgressiones, quasi circulos quosdam & orbes in semetipsos recurrētes recte accipimus: quia omnia temporaliter orta illuc tandem per occasum redeunt vnde per natiuitatis principium exiuerunt. Et vnumquodq; quidem secundum propriam mensuram & tēpus quo subsistit differentem ab alio, id est maiorem minoremve excursum habere probatur. Omnia autem sicut originem vnam, sic & finē vnum habere noscunẗ: quia omnia per occasum ad terram redeunt, quę in ortus sui pricipio de terra exiuerunt. Sicut ergo sol oriẗ & occidit & ad locū suū reuertitur: sic spirit⁹ pergit, & in circulos suos reuertitur. Quia sicut in corpore solis localiter ignis ꝓgrediens, ad ortus sui principium reducitur: sic etiā naturaliter in cunctis nascentibus motum quē per incrementum rerū exerit: per defectum & occasum earundem, ad originem suā
reducit. ¶Sequiẗ tertia clausula ī qua H
tractatur de elemēto aquæ, qđ in ordine rerum, tertium post ignem ponitur in procreatione secundum sociaẗ. Quātum enim attinet ad dispositionē & ordinem rerum, primum & supremum locum ignis possidet: aer secundū igni ꝑximum. Postea aqua tertium vendicat locum: nouissimo & imo loco terra residet. In his quatuor ignis & aqua, natura quidem maxime repugnantia, cōfœderatiōe tamen ęquabili amica, oīm nascentium origo sunt. Et ideo si locū vel naturam attendimus a se inuicem duo hæc disparata cernimus: Si efficiētiam respicimus, proxima sibi vtraq; & amica inuenimus. Igitur de elemento aquæ, quod alterum cum igne fomētū vitale p̄bet nascentibus: quasi post ignē & aerem tertio, vel cum igne secundo: inter rerum mutabilium naturas tacēdum non fuit. Et idcirco huius quoq; circuitum, & excursum ī res sensibiles procreandas describit dicens. Oīa flu
» I
» mina intrant in mare, & mare non re
» dundat. Et causam statim adiūgit, qua
re non redundet mare omnibus ī se flu
» minibus receptis: Quia scilicet rursum
» ad locum vnde exeunt flumina reuer
» tuntur vt iterum fluant. Ductus enim aquarum per omne corpus terrę intrinsecus & deforis in modum venarū humorem trahunt: vt æquabiliter irrigatio in omnē partem diffundatur. Hæc autem infusio vt iugis & perpetua esse possit, idcirco aquarum cursus in orbē dispositus est, & in illa perenni circuitione vt nunq̄ deficiat qđ desuper īfunditur: quātum in parte altera deorsum fluit, tantū in altera parte per occultos meatus ad ortum reuocatur. Sic & cibus corporis quodam circuitu fertur & primū a palato in aluum descēdens, ac deinde in secessum pertransiens: & ī ipso eius transitu quasi quadam instillatione naturę deficienti nutrimētum subiicitur, quo euaporato & exinanito necesse est rursum vt mēbris fathiscē-

tibus reparandis edendi subsidio concurratur. Quasi ergo circulus renascẽtis semper indigentiæ in suam originẽ recurrens ducitur: quia dum sine cessatione quod sumptum est præterit: semper iterato sumi necesse est, qđ supplendo defectui substantiam ministrare possit. Quale ergo nutrimentum substãtia cibi assidua iteratione alendo corpori subiicit: tale omnino elementorum refluxio nutrimentum in terræ corpore procreandis fœtibus seminibusq; viuificandis infundit. Hoc ignis, hoc aqua, hoc aer perpeti accessu & recessu sine intermissione agere non cessant: vt semper accedentia repleãt, & recedẽtia euacuent: vt quia subsistere non potest vigor infusionis præteritæ, ex necessitate denuo iteretur irrigatio plenitudinis reparandæ. Quã ergo rerum alimenta fidutiam perpetis subsistentiæ præstare poterunt: cum in rebus omnib[9] sic semper sine cessatione & reparantia transeant, & deficiant reparata! Licet enim huic defectui qualemcunq; consolationem præstare videatur repetita infusio: magna tamen est miseria semper ad indigentiam accipere: & nunq̃ indigentia accipiendi posse carere. Vnde manifestum est φ omnia transitoria & caduca vana sunt. quæ a sui status soliditate iugiter vel transitu vel defectu inanescunt. Magnum ergo hic spectaculum sanctis mentibus præparatum est

K

quæ norunt ex visibilibus trahere inuisibilium cognitionem. Quæ norunt dicere creatori suo: Omnia in sapiẽtia fecisti domine. Delectasti me domine in factura tua, & in operib[9] manuum tuarum exultabo. Q̃ magnificata sũt opera tua domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Ecce enim quomodo in circuitu feruntur omnia trãsitoria & vanitati subiecta. Et scimus qa circulus finem non habet. Quæ ergo in circuitu currunt: currunt quidem: sed ad finem nunq̃ perueniunt. Quæ ergo requies sperari potest: vbi stat[9] nullus esse potest? Vbi enim perpetuus cursus est: status nullus est. Vbi autem circuitus via est: vbi cursus certe finem habere possit, non est. Quæ ergo in circuitu

Psal. 103.
Psal. 91.

currunt, semper currũt: & nunq̃ ad statum perueniunt. Semper trãseũt: & nũq̃ subsistunt. Semper finiũtur: & finem inuenire non possunt. Cum pręterierit futura sunt: cum superuenerint: nõ subsistũt. Hæc est via omnium mutabiliũ: & via omnium mutabilia amãtium: & mutabilia sequentium. Nam & de impiis dictum est. In circuitu impii ambulant. Et iterum. Caput circuitus eorũ: Et pone illos vt rotam domine. Caput quoq; impiorum omnium de se testat dicens. Circuiui terram & perambulaui eã. Et de ipso apostolus ait. Circuit tanq̃ leo rugiens quęrens quem deuoret. Vides ergo quemadmodum peruersi semper circuitum diligũt: & a circuitu non recedunt. Idcirco quæ a peruersis peruerse amantur: etiam ipsa in circuitu omnia currunt in testimoniũ illis φ circuitum sequuntur & ipsi. Ecõtrario amator ęternorꝝ dicit. Pes meus stetit in directo. Et iterum. Dirige me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui. Et iterũ. Rectus est callis iusti. Et alibi rursum. Ibunt, inquit, directe emissiones: & ad certũ locum deducet eos dominus deus noster. O via recta: o circuitus, quo ducis tu: Et tu quo ducis? Tu ducis & perducis. Tu vero ducis & seducis: quia quos ducis, perdis: non perducis. O circuitus quomodo inuoluis: quomodo complecteris sequaces tuos? Tu currentibus per te, nec φ exitum tribuis a te: nec in te peruentionem. Ergo omnia trãsitoria & caduca per circuitus voluuntur dum transeunt: vt in eis bonũ ęternitatis nõ quęramus quę cernimus semper & sic aduenire vt transeant, & sic transire vt non subsistant. Videamus ergo adhuc circuitus istos vanitatis. Dei enim sapiẽtia (vt iam dictum est) hoc mirabiliter prouidit: vt rerum omnium motus in orbem ageretur: quatinus corporea natura quæ effluendo aliquãdo defectum sentire potuisset, semper in suam recurrendo originem dum sine intermissione recipit qđ effudit: sine defectu effundat quod recipit: & sit defectus sine defectu: nec vnq̃ desit quod possit deficere, vt semp deficiat. Vnde ĩ vna eadẽq;

Psal.
Psal.
Psal.
Iob.
1. Pet.
Psal.
Psal.
Esa.
Sap.
L

re,& miserum est qđ est:& mirabile qđ factum est: quia in eodem opere & fragilis inuenitur materia,& ratio artificis admiranda.Et cōtemptum quidem mūdi suadet natura corruptibilis: sed succumbit mens admiratione in contēplatione rationis.Ad hanc ergo rationem intuendam post explicitū cursum rerum mutabilium: noster Ecclesiastes se conuertit: vt in ea mentis aciem per cōtemplationem exerceat:quia eā sciētia sufficienter non valet comprehēdere:digna studet venerari admiratione. Nam quia mutabilitatem omnium, in tribus rerum generib⁹ igne,aere,& aq̄, secundum motum mouentē explicuit: q̄ inexplicabilis eadem sit secūdum motum qui mouet per singula quæq; oriētia & occidentia in vniuersitate subsequenter ostendit.

Cunctæ res difficiles:non valet eas homo explicare sermone: non saturatur oculus visu, nec auris impletur auditu.

M ℭCum res quælibet in supficie sua cernitur nondum adhuc vel causa eius occulta,vel natura penetratur. Videt nā ꝙ quod est:sed quale sit illud quod videt:vel quā in occulto (quo sensus corporeus accedere non potest) retineat qualitatem : cur etiam sic sit vt videt: vel vnde sic sit: vel ad quid sic sit : quis hominum (non dicam in rebus omnibus sed nec in vna qualibet re) ad plenum comprehendere valet? Quātis ergo tenebris homo inuoluitur : quanta ignorantiæ cęcitate coarctatur? cuius sensus vix etiam superficietenus pauca rerum potest attingere? Qui etsi cūcta quæ sunt secūdum speciem exteriorem cerneret:nondum tamen vim latētem rerum, inuisibilemq; naturam penetraret:Ergo vniuersitas rerum vtroq; modo homini incomprehēsibilis est: videlicet & secundum exteriorem speciem, & secundum interiorem qualitatem.Singulæ autem rerum,aliæ quidē ex parte foras specie ad sensum veniūt: aliæ prorsus absconduntur:vel quia localiter remotæ sunt:vel quia etiam loco,præsentes,subtilitate sui, tarditatē sensus humani excedunt. Vix ergo aliqua sensus humanus in rebus attingere sufficit:nihil autem vniuersorū (perfecte vt est) comprehendit. Ergo cunctæ res difficiles sunt:& secundum vniuersitatem videlicet vt nec valeant attingi:& secundum singula quæq; difficiles : quia nullo sensu possunt vel intellectu plene comprehendi. Quæ si ratiōe pfecte inuestigari nō possunt: multomin⁹ sermone possunt explicari. Nā hoc ipsum in rebus magis omnibus ineffabile est : ꝙ in tanta mutabilitatis confusione nusq̄ bene consideranti ratio euidens & manifesta deest: ꝙ tā bene disponitur id etiam qđ in rebus bonum non est:vt quodammodo singulorum corruptio,vniuersorū sit pulchritudo.Propterea sensus humanus in cō- N
sideratione horum succumbens suauiter ex defectu suo reficitur : quia in eo qđ secundum corruptionem displicet: in ordinatissima pulchritudine vniuersitatis,etiam ipa corruptio pulchra est & placet . Sic miro & ineffabili modo, conditor in creatura sua simul & p corruptionem rerum punit malitiam:& p pulchritudinem delectat naturam : vt agnoscat homo in pœna sua quid per culpam meruit,& in delectatione quid amisit . Quantam enim in creatore rerum dulcedinis affluentiam esse credimus:si tam miram in creaturarum pulchritudine suauitatē inuenimus? Propterea cum dixisset in tam multiplici & perplexa variaq; rerum profunditate defectum humanæ intelligētiæ: Sub dit statim in pulchritudine earundem iocunditatem naturæ. Non saturatur ›› O
oculus visu:nec auris impletur auditu. ›› Cum omnes sensus corporei in rebus conditis oblectamenta sua ,& quasi proprias quasdam delicias singuli p̄paratas inueniāt:vtpote visus speciem auditus melodiæ dulcedinem,olfactus odorem,saporem gustus,& tactus lenitatem.Cæteri quidem omnes,corporeę necessitati,vel etiā voluptati seruiunt: Hi vero duo sensus,id est visus, & auditus alimēta sua magis ad spiritalem iocunditatem trahunt.Vnde & illorū refectio defœcationem nō habet, quia

cum perceptione dulcedinis nullā tra-
hunt massam corruptionis. Propter qđ
illorum refectio ad dulcedinis satieta-
tem non peruenit: qa a percipienda dul
cedine appetitum illorum nec præcur-
rens difficultas tardat: neq; succedens
molestia vlla restringit. Purū ergo atq;
sincerum hoc alimentum sine omī mo
le corporea totum in refectionem ani-
mæ transit: quia licet a specie corporali
emanet, & per corporis sensum trāseat:
non potest tamē retineri a corpore: qa
corporeum nihil habet, nec ingerit cor
pulentum. Idcirco ergo visus & audit⁹
quasi excellētiores cæteris & nihil pō-
deris deprimentis habentes, sublimio-
rem in corpore sedem sortiti sunt: vt li
bere & sine obstaculo ad suas delectati-
ones effluant, vel influentes in se sine
P difficultate admittant. Sane duo sunt
quæ ex rerum specie per visum intrant
ad animum. Et duo item quæ ex vocū
perceptione ingrediūtur per auditum.
Per visum namq; ad animi cognitionē
ex rebus peruenit substantia & forma.
Ex vocibus per auditum, significatio &
melodia. Et idem operatur in animo p
visum substantia ex rebus: quod per au
ditum significatio ex vocibus. Itēq; idē
facit per visum in animo forma ex re-
bus: qđ per auditum melodia ex voci-
bus. Duo quippe sunt, quibus animæ ra
tionalis natura tota disponitur, videli
cet cognitio & affectus: id est sapientia
& amor. Quæ duo si anima pfecte obti
neat, & legitime disponat: beata est. Si
vero vel in his quantum natura expe-
tit obtinendis deficiat: vel obtenta, cō
tra naturam peruertat: in ea procul du
bio parte qua vel defectū vel confusio-
nem horū patitur: misera (necesse est)
efficiatur. Tota ergo animæ rationalis
substantia his duobus regitur, id est co
gnitione & affectu: vt per sapientiā qui
dem, veritatem inueniat: per amorē au
tem, amplectatur virtutem. Vt igitur
ab beatitudinem rationali animæ etiā
exteriora seruirent, posita sunt in cor-
pore humano hæc duo instrumēta sen
suum: vt per ea ad animam notiones vi
sibilium ingrederentur: atq; in ipsa sa-
pientiam siue virtutem, vel si oīno non

esset, efficerent: vel si minus esset, auge
rent. Ergo essentia rerum per visum ad
animam ingrediens: & vocum signifi-
catio per auditum, scientiam pariunt.
Forma vero rerum per visum intrans,
& melodia vocum per auditum: ad io-
cunditatem animum accendunt. Quo-
tiens enim foris siue rerum specie visus
afficitur: siue auditus vocum dulcedi-
ne demulcetur: euigilat animus intus
miris affectibus, illi quo exterius tactū
se sentit respondēs. Et fit nonnunq̄ vt
per eam quā sensu corporeo trahit dul
cedinem, redeat ad inuisibilium bono-
rum recordationē: & quodammodo ex
similitudine, ammonitus inenarrabili
desiderio illud incipiat cōcupiscere: cu
ius quasi vmbram & imaginem in affe
ctu corporali se sentit percepisse. Dicat
ergo Ecclesiastes. Non saturatur ocu-
lus visu: nec auris implet auditu. Quia Q
per hos sensus, visibilium pulchritudo
dum animum iocunditate in sui cōtē-
platione afficit: inenarrabilem in eo cō
cupiscentiam inuisibilium bonoꝝ accē
dit. Quæ videlicet concupiscentia inef
fabilem dulcedinem sitiens: visu vel au
ditu corporeo quo excitatur quantam
cunq; iocunditatem afferāt, irritari po
test potius q̄ expleri: & sermone huma
no quantūlibet profusus fuerit vel di-
sertus, & si tenuiter vix dicitur, nunq̄
perfecte explicatur. A specie enim visi-
bilium rerum, quasi quædam tantūmo
do rationalis animus semina concipit
gaudiorum: sed excrescente mox in im
mensum desiderio parturit ipse, & non
se capit in tanta iocunditate. Nemo er
go visibilium rerū aspectum castis mē-
tibus noxiū putet: Quia si videre ope-
ra dei omino noxium foret: nequaq̄ ab
ipso vidēdi vsus creatus fuisset. Opus
enim dei quasi verbum illius est, per qđ
nobis loquitur: & ipsi oculi quasi istru
menta sunt quibus per cōtemplationē
verba dei percipiuntur. Sicut ergo au-
ris instrumentum est ad percipiendum
verbum hominis: sic oculus instrumen
tum est ad percipiēdū verbum creato-
ris. Propterea congrue in humano cor
pore, & oculi coram positi sunt, & au-
res a latere cōstitutæ: quasi per hoc no
apte in corpore humano oculi coram
positi sunt aures vero ad latus con
stitute ut inde denotatur quod mens in
tentio de directo et principaliter in
deum tendere debet secundario vero et
minus principaliter ad creaturam

totus mundus non sufficit cordi humano neque cor humanum toti mundo

bis significetur ꝙ nostra intentio secū dario dirigi debeat ad proximum:prīcipaliter ad deum.Recte ergo vt ostenderetur qualiter ex consideratione rerum visibilium,nascitur in animo desiderium æternorum,soli oculi & aures commemorantur.Quia his solis fere sapientiæ & virtuti via patet ad animū: quia dum visibiliū pulchritudinē præcæteris sensibus meram percipiunt:soli interius amorem inuisibilium bonorū syncerius accendunt.Cunctę res difficiles non valet eas homo explicare sermone.Non saturatur oculus visu: nec
R auris impletur auditu.Mirum est.Cor humanum toti mundo non sufficit: & totus mundus cordi humano non sufficit. Quare cor humanum toti mūdo non sufficit? Quia cunctæ res difficiles nec valet eas homo explicare sermone. Quare cordi humano totus mund⁹ nō sufficit? Quia non saturatur oculus visu:nec auris implet̄ auditu.Ergo scientia succumbit:affectus transcendit.Tēdit se scientia quantum potest, & totū capere non pōt. Amor vero totū haurit:& adhuc satiari nō pōt.Quare hoc? Quia sciētię charitas supereminet:nec dicit sufficit cor humanum : donec ad illū peruenerit,& illū inuenerit a quo factum est vt esset,& ad quem factū est, vt in illo beatum esset.Omnis iocunditas,omnis suauitas, omīs pulchritudo rerum conditarum afficere cor humanum potest:satiare non potest:nisi sola illa dulcedo ad quā factum est.Nā species rerum visibiliū quasi venę tīmodo quædā sunt,per quas inuisibilis pulchritudo se manifestās,ad nos vsꝗ emanat.Et ideo cum ista sensum nostrū atꝗ affectum in se naturaliter prouocāt: non quidem desiderium replent:sed ad inquirendam conditoris speciem,& ei⁹ pulchritudinem concupiscendam irritant.Ergo ista omnia quæ foris videntur ad prouocandum affectum humanum,non ad satiādum facta sunt:vt ab eis excitat⁹ surgat:& ea auctus trāscendat.Quapropter non saturatur oculus visu:nec auris impletur auditu. Quia delectat quidem quod pulchrum factū cernimus:sed non sufficit, nisi illum q fecit inueniamus.¶Vel sic intelligi potest qđ dicit. Non saturatur oculus visu,nec auris implet̄ auditu.Quia enim p̄miserat cunctas res esse difficiles,nec posse hominem eas explicare sermone: Ne forte putaretur vel scientia eas cōprehendere posse,adiunxit.Nō saturat̄ ocul⁹ visu:nec auris īplet̄ auditu.Ac si diceret.Non est mirum si homo rerum difficultatem sermone explicare nō potest:qui nec sensu,earū ꝓfunditatē capere vel peruestigare potest.Siue enim per semetipsum inuenienda quęrat : siue ab alio iam inuenta audiat:infra plenitudinis satietatem est omne qđ capere potest.Nā si per semetipsum contemplari incipiat:non saturatur oculus visu.Si erudiri quęrat ab altero:non impletur auris auditu. Angustię eñ corporalium instrumentorum: si se foras effundant,profunditati rerum siue immensitati explicandę non sufficiunt.Si autem se infundant: capacitatem cordis humani implere non possunt.Quia enim cor hominis peccati tenebris cęcatum,intus oculum nō habet quo lumen veritatis plene videat, nec aurem qua dei verbum intrinsecus sonās percipiat:ad ariditatem ignorantię suę rigandam,corporeos oculos & aures aperire cogitur : vt foris aliquam saltē in rerum specie veritatis stillam hauriat: qua sitis eius licet non valeat omnino extingui,vel ad modicum valeat temperari.Hoc est enim qđ dominus p propheta populo suo improperat dicēs. Duo peccata fecit populus me⁹.Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ:& foderunt sibi cisternas dissipatas, & non valentes aquas continere. Scimus namꝗ quia cisterna idcirco foditur : vt aqua extrinsecus collecta in eam defluat : & ex ea rursum in vsus hominū trāsitura hauriatur.Sed hęc quia venā viuam non habet:quantūlibet magna & aquarum collectione redundans videatur: aliquādo exhauriri potest & exsiccari: quia cum sublatū fuerit & consumptū qđ aliunde infundit̄:nihil ei de suo superest vnde reparetur.Sed fons qui viuā habet venā etiā si modic⁹ est, deficere tamen omnino non pōt: neꝗ effusio

[Margin: S; quare non saturatur oculus visu nec aures auditu; Hiere.2]

nis suæ defectum aliquando sentit, cui sine defectu semper de proprio incremẽtum accedit. Corporales igitur oculi, & aures, licet præcipua sint instrumenta, qbus via disciplinis aperitur ad animum: quia tamen intus a fonte veritatis non veniunt notiones rerum visibilium: ad cor hominis per angustos suæ capacitatis ductus, & quasi aquas sparsim collectas, in cisternam deducũt. Et quia in eisdem rebus quas percipiunt, neq̃ vniuersitatem comprehendere, neq̃ intima penetrare valent: recte nũc dicitur. Non satiatur oculus visu: nec auris implet̃ auditu. Quia humanus animus vel videndo vel audiẽdo, etiam si aliquid quantulumcunq̃ de veritate ꝑcipit: longe tamen ab eius plenitudine, suę eum conditio infirmitatis repellit. Non ergo mirum est si humani sermonis ariditas ad explicandam rerum difficultatem nõ sufficit: quia sensus etiã humanus in eius consideratione succũbit. Ideoq̃ cunctæ res difficiles: nec valet eas homo explicare sermone: nõ saturatur ocul⁹ visu nec auris impletur auditu.

Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est qđ factum est? Ipsum qđ faciendum est. Nihil sub sole nouum: nec valet quisq̃ dicere, ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis q̃ fuerunt ante nos.

T ¶Existimet fortassis aliquis errorẽ hic illum confirmari, quo philosophi gentilium de seculorum reuolutione, & rerum omnium recursu in idipsum, mira dementia temporum ęternitatẽ astruere conati sunt. Dixerunt quippe rerum mutabilium seriem ab æterno eodẽ ordine quo nunc cernitur cucurrisse: & sine fine lege eadem mundo in sua vniuersitate nec principium nec finem habente, per secula quædam sibi succedentia cursuram. Seculum autem in quindecim milibus annorum constare (quẽ magnum annum appellant) quo expleto, omnibus sideribus ad locum suũ vnde singula quæq̃ ab initio seculi ꝓgressa fuerãt reuocatis, rursusq̃ in exordiũ alterius seculi simili ratione ac modo motum inchoantibus, subiectamq̃ naturam simili itidem ratione mouentibus: rursus eadem prorsus omnia quæ in seculis præcedẽtibus ordine ꝓcessissent: eodem nihilomin⁹ ordine, eadem essentia, eadem forma, eisdem omnino & locis & temporibus, iterato consurgere, cursumq̃ suũ ac fatũ simile priori atq̃ idem peragere: eandem quoq̃ legem pati, fortunamq̃ subire: ita vt eosdem homines nasci, itidem eosdẽ filios gignere: eadem fortuna viuere, eadem sorte mori contingat: eundẽ rerũ euentum, eandem prorsus qualitatem, eundemq̃ statum & ꝓcursum omniũ quæ pręterita prioris seculi tempora tenuissent. Talem autem rerum omniũ reuolutionem atq̃ iterationem in idipsum semper fuisse semperq̃ futurã esse sine fine: vt queãdmodum recursu vnius sideris per singulos annos ad pristinũ statum renouantur omnia: ita recursu omnium siderum totiusq̃ naturę ad ortum suũ per singula secula & magnos annos ad primam conditionem reparẽtur vniuersa. Hic vero error quãt⁹ sit, facile arguet ratio manifesta. Nã tempora æterna esse non posse in hoc euidentissime comprobatur: ꝙ omne tempus initium habuit: & sine cõtradictione constat, ꝙ omẽ qđ initiũ habuit, aliquando non fuit. Amplius. Omne tempus præteritum, aliquãdo pręsens fuit. Omne autem tempus qđ aliquando ꝑsens fuit: anteq̃ pręsens esset, nõdũ fuit. Alioquin si semper præsens fuit: non iã tempus fuit, sed æternitas. Si ergo omẽ tempus pręteritum aliquando nõ fuit: fuit quando nullum tempus fuit. Itaq̃ tempora æterna esse non potuerũt: sed erat ante tempora æternitas sine tẽpore: quã tẽpora quidem nec auxerũt cũ inciperent: nec cum finientur cõsumẽt. Liquet ergo falsam esse assertionem eorum qui seculorum æternitatem pędicauerunt: & mutabilitatis principium sine principio fuisse testati sunt. Sed ne forte in hoc loco error huiusmodi confirmari videatur, cum dicitur. Nihil ” nouũ sub sole: neq̃ valet qsq̃ dicere, ” ecce hoc recẽs est. Iã em̃ ꝓcessit ĩ seculis q̃ ”

Annus magnus

error antiquorum philosophorum de mundi et rerum revolutione

bona est 2a ratio ad probandum quod tempus non est eternum a parte ante nam anni prime [illegible] ratio [illegible] ab opinantibus temporis eterni [illegible]

fuerunt ante nos. Quo intellectu id accipiendum sit:statim subsequentib⁹ verbis ostendit dicens.

Non est priorum memoria,sed nec eorum quidē qui postea futuri sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.

X ¶Nam si priora & nouissima cum præsentibus prorsus eadem essent:nequaq̃ pręsentes homines a prioribus,& a futuris in nouissimo alios diceret: nec diceret apđ eos qui post nos futuri sunt in nouissimo:sed diceret,apud nos qui futuri sumus in nouissimo. Nisi forte, primos & nouissimos ad principium & finem eiusdem seculi referendum quis dicat. Alioquin nec primos esse nec nouissimos qui sine principio fuerunt: & sine fine futuri sunt. Sed primos & nouissimos ad principium & finem eiusdem seculi referre prohibet quod ait. Iam præcessit in seculis quæ fuerũt ante nos. Quia dum alia secula pręcedentium,atq; alia subsequentium dicit: ne

Y quaq̃ se primos & nouissimos eiusdem seculi significasse ostendit. Ergo qa non solum a catholica veritate,sed a ratione quoq; sententia abhorret, nos dictum hoc referamus ad rerum similitudinem,quæ in suis generibus sic a principio institutę sunt:vt vnumquodq; secundum similitudinem & formam primæ originis suæ propaginem extēdat: & nihil sit qđ terminum primæ dispositiōis in suo genere excedat. Sic ī ipsis elementis mundi,sic in iis quæ ex ipsis procreata sunt vel procreātur,omnib⁹ natura primam dispositionem custodit: vt nihil a primo alterum.i.diuersum,aut dissimile īueniri possit sub sole. Vt verbi gratia,ab initio cælum sursum,& terra deorsum. Ab initio luminaria in cælo,sol,luna,& stellæ: aues in aere:pisces in aqua:bestiæ in terra. Ab initio volatus auibus, natatus piscib⁹, gressus hominibus, & bestiis quibusdã reptatus,& tractus serpentibus. Et hęc omnia sicut fuerunt sic sunt,sic permanent. Et si quando forte miraculo aliquo præter vsitatũ naturæ cursum accidente,aliud fiunt q̃ semper sunt: non tamen in toto fiunt nec semper fiunt, vt prima illa institutio & si aliquando intermitti videatur: nunq̃ tamen videatur dissolui. Ergo & hanc confusionem regit sapientia dei. Et quod nobis confusum est,ipsi nō est. Et ideo sub sole nihil nouum est:Quia ab illo qui est supra solem qđ temporaliter trãsit,ab æterno ordinatum est. Atq; ideo singula quæq; quia in semetipsis per immutabilitatem stare non possunt:in suo tamen genere per similitudinem,statum custodiunt:vt licet qđ sunt, semper esse non possint singula:nunq̃ tamen inuenientur aliud esse vniuersa,q̃ singula. Ergo nihil nouum sub sole. Quanto Z
magis supra solem? Nã & ideo nihil nouum sub sole: quia æternum est supra solem. Sub sole & luna nouum non est: nec est tamē æternum. Æternum enim non est sub sole aliquid: quia omne qđ sub sole est,in semetipso præterit: & tamen nouum non est: quia in similitudinem sui generis subsistit. Ergo sub sole nihil nouum est:& nihil ęternũ. Quia enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos, ideo nouum non est: & quia non est præteritorum memoria: ideo æternum non est. Ideoq; quia omne qđ venit,præterit,& non subsistit,aut permanet quicq̃ sub sole:nō saturatur oculus visu,nec auris impletur auditu:qa dum intrat elabitur, & fugit omne dũ teneri putatur:& completur sentētia. Vanitas vanitatum,& omnia vanitas.

Quid ergo quia sub sole non saturatur A
oculus visu, nec auris impletur auditu? Supra solem eat vbi non solum nouum non est aliquid, sed nec transitorium: vbi & priorum memoria & præsentia futurorum, immo omnia præterita & futura præsentia sunt: qa nec præteritum nec futurũ aliquid ibi est, vbi pręsens est omne quod est:& omne qđ est,ibi est. Ibi ergo & oculus visu satiari,& auris auditu īpleri potest: vbi consummata & plena perfectio percipitur: & percepta plenitudine æternitas nō euacuat. Sic ergo tota hæc sentētia B
quã sub sole,nec nouũ aliqđ nec ęternũ esse dicit,ad hoc spectare videt: vt agnoscat hō qđ vel fugere debeat vel sequi.

In eo enim ꝙ sub sole nihil nouum est: ęterna dispositio ostenditur. In eo autem ꝙ nihil sub sole permanēs esse potest: in iis quæ sub sole sunt æternitatē quidem significari, non tamen esse demōstrat. In ipsis ergo quæ sub sole sunt simul agnoscimus, & in eo ꝙ nihil ęternum est fugiendum esse qđ sunt. In eo autem ꝙ nihil nouum: sequendum esse qđ non sunt. Quapropter recurrat ad summam sententia: vt quia in iis quæ sub sole sunt oculi satiari, & aures impleri, nec scientia possunt, quia non cōpręhēdunt totum qđ est: nec desiderio possunt, quia etsi compręhendant: non sufficit totum quod est, nec quātū possunt permanet qđ præsens est. Sciūt vanitatem esse omne quod sub sole est: & ꝙ nihil de vniuerso labore suo quo laborat sub sole homo amplius habere
C potest. Dicat ergo. Cūctæ res difficiles vt comprehendantur ab humano sensu, quæ nec numerari possunt multitudine, nec compręhendi quantitate, nec profunditate peruestigari. Et ideo non mirum est si sermo deficit, vbi ītelligētia succumbit: & ob hoc non valet eas homo explicare sermone: vt rationem reddat de singulis qui omia nō nouit. Non enim saturatur oculus visu cum per se cōsiderat. nec auris impletur auditu, cum eruditur ab altero: vt vel intentio exiens ad inquisitionē rerū quātum extra est, totum cōphendat: vel cognitio ingrediens quantum int⁹ est, totū repleat. Ergo oculus & auris nec toti mūdo sufficiunt vt totū capiant: nec toti animo vt totum impleant: Et tamen per ea quæ foris sunt admonentur vt pergāt illuc vbi vita est, vbi totum inueniant, & totum capiant: qa o-
Ioan.1. mnia in ipso vita erāt: & vita erat lux hominum. Illuc ergo pergant vbi simul totum inueniant: & totum capiant, totumq; possideant: vbi in æterna dispositione iam facta sunt, quæ sunt futura ī
D ›› tempore. Nā quid est quod fuit? Ipsum enim idem, & nō aliud futurum est in tempore q̄ qđ fuit ante tēpora, in ęterna dei dispositiōe. Nec aliud subsequēs in rerum ordine explicatur mutabile: q̄ quod fixum & permanēs semper fuit in illa rata & inuariabili diuina dispositione. Et vt manifeste patescat ꝙ subsequens rerum effectus cum prouidentia cōcordat: ideo etiam in ipsa rerum serie, futurū a pręterito non discordat. Quid est enim quod factum est? ipsum quod faciendum est. Ergo qđ fuit in ꝓuidentia semper: aliquando futurū est in re: & quod factum est iam in re: per similitudinem adhuc est faciendum. E
Sed non prætereūdum mihi videtur ꝙ non ait. Quid est quod futurum est, vt deinde subiungeret, Ipsum quod fuit: cū præterita magis certa sint futuris: quia etsi non sunt: fuerūt tamē aliquādo, & visa sunt. Futura autē nunq̄ fuerunt. Et ideo magis in quæstione ponēdum videretur quod minus certū est. In responsione autem: quod magis notum esse constat. Sed notandum ꝙ effectus rerum secūdum causam, prouidētia posterior est: in nostra cognitione, prior. Quia donec in actu suo rem cernimus: quid de ipsa in ęterna prouidētia dispositum sit, prorsus ignoramus. Atq; ideo recte cum quæreret dicens. Quid est quod fuit? (quia ipsa per se ꝓuidentia occulta est) statim ad intelligendam eam auditores ad actum rerū mittit dicēs. Ipsum quod futurum est: quia scire non possumus quid in præscientia præcedat, donec viderimus qđ in effectu rerum subsequatur. Sed & in reb⁹ ipsis, præteritorum qualitatē quæ non vidimus: ex futurorum comparatione cum superuenerint, colligemus. Dicat ergo. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quia sicut dictū est, quod præcedit in prouidentia: hoc idē & non aliud in effectu rerum subsequitur. Et deinceps. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est. Quia eadem rerum natura in singulis generibus eandem similitudinē actu exhibuit in præteritis: quā ꝓducet cum superuenerint in futuris. Et ideo nihil nouum est in rerum generibus sub sole cui⁹ similitudo non præcessit. Nec valet quisq̄ dicere, Hoc recens est: quātū ad similitudinē generis sui. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerūt ante nos ī genere suo, cuius ipsum est. Et tamē fluūt

omnia:nec permanet quicq̃ sub sole. Et quæ in dispositione ordinatis fixa sũt, a nostra præsentia simul & a memoria in semetipsis transeuntia recedunt. Nã prius a præsentia nostra subtrahuntur vt non subsistant per speciẽ: deinde etiã a memoria obliuione delentur : vt nec
H subsistant saltem per recordationem. Et ne forte dura corda hominum transit⁹ pręteritorum ad contemptũ rerum visibilium trahere non sufficeret, si illis sublatis ii qui præsentes sunt de statu suo fiduciã habere potuissẽt: Ideo post q̃ illorum trãsitum commemorãdo ait, Non est priorum memoria, statim istorum etiam interitum demõstrat dicẽs: Sed nec eorum q post nos futuri sunt. Nam si post nos futuri sunt alii: profecto constat ꝙ nos qui modo subsistim⁹, cum venerint qui post nos futuri sunt & nos quoq; eadem sorte sublati, etiam in recordationem viuentium tunc nequaq̃ veniem⁹. Quid ergo nobis ꝓdest ꝙ illis qui per mortẽ sublati sunt, ĩ hãc vitam successim⁹: quia & nos quoq; cũ
I tempus nostrum aduenerit discedẽtes, alios successores relinquemus. Si ergo scire volumus quales erimus apud eos qui post nos futuri sunt: consideręmus quales modo apud nos sint qui nos ab hac vita iam olim sublati præcesserũt. Et vt omnis improbis mentibus spes p̃sentium tollatur: ii quoq; qui post nos futuri sunt, non permansuri dicuntur: nec in recordationem apud suos posteros venturi: ne vel hoc in consolationẽ prauis mentibus veniat: si is qui in semetipso stare non potest: saltem in suo hęrede aut successore subsistat. Propterea, pręteritorum, pręsentium, ac futurorum omnium vnum ostendit interitũ. Non est priorum memoria: sed nec eorum, qui post nos futuri sũt erit recordatio, apud eos qui futuri sunt ĩ nouissimo: vt omnia vanitati subiiciat, & humanum animum ab amore eorum quę sub sole videntur, ad desideriũ ęternorum
k rum conuertat. ℭSi quis autem simplici expositione contentus esse velit: habet aliud qđ in his verbis, quę supra exposita sũt, cõueniẽter satis & forte manifestius intelligere possit. Quia enim dixerat nec oculũ visu satiari, nec aurẽ ĩpleri auditu: cõfestim cãm adiũgit q̃re nec oculum visus, nec aurẽ possit ĩplere auditus: Quia videlicet rerũ trãsitoriarũ species per sensum quidẽ aduenientes concupiscentiam excitant: sed cito fugientes: transitu desideriũ fraudant. De hoc enim transitu, sententiam subiungit dicens. Quid est qđ fuit? Iam nõ est: p̃teriit enĩ, & iã non est. Ipsum idem tale erit & id qđ futurũ est : nã & ipm cum venerit, ptransibit: & cũ pertrãsierit, amplius non erit. Quid est qđ factũ est? Etiã ipsum iam pertrãsiit, & nõ est ipsum. Ergo idem tale erit & illđ quod faciẽdũ est: qa & ipsum cũ factũ fuerit, pertransibit, & amplius nõ erit. Sed q̃ri
L potest, quare pręterita solum & futura cõmemorauit, cũ præsentium rerũ potius cõtẽptũ psuadere intẽdat? Sed hoc ipsum ad magnũ cõtẽptũ pertinet eoꝝ q̃ videnť ꝙ ea solũ in numero eorũ cõmemorare noluit q̃ sola sensus carnis p̃sentia cõprehendit: quasi illa solũ nõ esse videat, quę sola eẽ videnť. vt ne dicere quidẽ possit, qđ est. Qđ est, dũ est, pene nihil est: nam pręsentiũ momenta ita cursu festino & veloci elapsu fugiunt: vt etiam de se loquentium, sermones expectare non possint. Nã & si aliqñ ab interrogante secundũ quid recte dici possit, est, a respondente tñ semper verius diciť, fuit, & non est. Sic ipsa interrogatio responsionem quidem quęrit, q̃ nondum est. Sed responsio veniens interrogationẽ non inuenit, q̃ iã non est. In vera igiť consideratione hoc solum quasi non esse vidit, qđ solum esse videtur. Quia dũ simul & esse incipit ex eo qđ nondũ est: & esse desinit in id qđ iã nõ est: pœne nihil est, qđ est. Et idcirco nequaq̃ interrogat, quid sit qđ est? quia & ipm interrogãtis est respondẽti quãtũuis proximo, fuit iam, & nõ est. Recte ergo diciť. Quid est qđ fuit? Ipsum qđ futurũ est. Quid est qđ factũ est? Ipsum qđ faciẽdũ est. Ac si diceret. Ex p̃teritorũ cõsideratione perpẽdite, quid debeatis de superuenientibus expectare, idẽ enĩ est vtrunq;. Et qđ fuit, & qđ futurũ est. Qđ factum est, & qđ faciẽdũ est. Idẽ est, nõ p essentiã: sed p cõsimilẽ naturã.

Qđ em̄ fuit(quātū ad res) Et qđ factū est(quātū ad actiones) vtrūq; ptrāsiit. Et non est iam vel qđ fuit, vel qđ factū est. Similiter qđ futurum est in reb⁹, & qđ faciendū est in actionibus: totū pertransibit: & non erit aliquid sub sole p-
M petuum. Vnde hoc? Quia eadem est cō ditio pteritoꝝ, & eoꝝ quę futura sunt,
" & natura cōsimilis. Nihil em̄ nouū est sub sole, nec valet qsq̄ dicere: Ecce hoc recens est. Iā em̄ pcessit in seculis q̄ fuerunt ante nos. Et quia similis conditio est: Ergo sicut pterita: sic & futura. Et q̄lia sunt putas ipsa pterita? Audi qualia. Non est inquit priorū memoria. Ergo nō solū psentia eorū, interitu sublata est: sed memoria quoq; obliuione deleta est. Magna ruina. Talia sunt & ipsa quę futura sunt. Nam & eorum q post nos futuri sunt, nō erit recordatio apđ eos qui futuri sunt in nouissimo. Vera q; sententia est. Vanitas vanitatū, vanitas vanitatū, & omnia vanitas.

Quō Ecclesiastes pbet p sua opera, oīa hominum opera vana, cū prędictorum epilogo. Homilia. III.

Eccl's. 1. EGo Eccl's fui rex Israel in Hierusalē: & pposui in animo meo quęrere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole.

N ¶ Sermones sapiētium & ęnigmata eorū scrutari, & eam q̄ intrinsecus abscōdita est sapientię dulcedinem ad gustū elicere, speciēq; eius in lucē proferre, qs
Matt. 13. potens est? Scriba doctus in regno cælorum qui pfert de thesauro suo noua & vetera: si nobis adueniat, ecce ille cui dedit deus sapiētiā & ītelligētiā adaperire eam & manifestare, vt sciant hoīes qm̄ in ipsa est vita. Sed nos qd sum⁹? tenebrę ad lucem vt cōphēdere cogitemus qđ abscōdit deus ab oculis hominū, amicis suis reuelare secretum sapiētię suę? Quid facimus nos? Ergo nō meditabimur in mandatis eius, neq; inuestigabim⁹ semitas illi⁹, & reqescere poterit cor nostrum donec īueniat illam? Tamen ipsis sermonibus psequamur illam: & si forte inuentio differat: pascat interim nos inquisitio illius sup om̄ia: si inuentam non possumus, tñ q̄sitā doceam⁹. Ecce Ecclesiastes noster hucusq; de rerum mutabilium vanitate dispu- O
tans breui sermone tam multa complexus est: vt in illis ei⁹ verbis hoc nobis mirabile appareat, quo pacto totū & de toto totū, ita dictum sit: vt ad breuitatem quidem nihil minus: ad euidētiam vero nihil amplius, dicēdum videatur. Sed hoc sapiētia fecit quæ in toto tota est: & in singulis tota. Nec ī singulis tota contrahitur: nec in toto tota dilatatur: sed tanta in singulis, quanta in toto: & in toto talis, qualis tota in singulis: quia necvnitas minor se esse potest: nec immensitas maior. Ipsa ergo sapientia in hoc breui sermonis corpore totā vniuersitatis effigiem expressit: vt parui in paruo magnū videamus, quia ī se ipso totum non possumus. Et vidimus illic totum mundum, & agnouimus vere vniuersorū nihil esse qđ maneat: sed fluere ac pertransire oīa q̄ sub sole sunt veramq; constare sententiam: q; omnia vanitas. Nunc ergo postq̄ nobis demō- P
strauit qualia sint ea q̄ nobiscum facta sunt: transit ut doceat nos quid sentire debeam⁹ aut expectare de iis q̄ a nobis fiūt. Quia si id quoq; vanitati subiectū est qđ deus fecit, dubitari non potest oīno vanū esse, & multo magis vanū, qđ homo vanitas facit. Hoc est qđ modo īgreditur demonstrare omnia videlicet opera hominū q̄ sub sole fiunt vana eē: & nihil amplius habere hominē de vniuerso labore suo quo laborat sub sole. Vt autem suæ assertioni fidem faciat: seipsum in exēplū pponit oīm q̄ dicturus est: asserens se cuncta q̄ loquitꝰ experimēto didicisse ac probasse vera. Et idcirco talem proponit suam personā. vt non incredibile videatꝰ harū rerū oīm, Q
eū experimentum habere potuisse. Propterea potentiam & dignitatē suā demonstrat: rex Israel in Hierusalē. Sapiētiam quoq; ostendit. Et præcessi sapientia omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Diuitias enumerat, domos, vineas, hortos, pomaria, piscinas, seruos, ancillas, armēta, greges, aurū, argētum.

Postremo ne quid defuisse puteť: Luxũ quoq; & voluptatem adiungit. Cantores, cantatrices & delicias filiorũ hominum: & omnia (inquit) q̃ desiderauerũt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meũ quin omni voluntate sua frueretur in iis quæ parraueram. Et in iis oĩbus per omnia rerũ experimenta cucurrisse: nihilq; se p̃ter vanitatẽ & spũs afflictionẽ, curãq; superfluã ĩuenisse, testatur in cunctis q̃ fiunt sub sole. Quæ autem sint illa q̃ fiunt sub sole supra iam
Epilog⁹ dictũ est. Sed vt competentius sermo ad ea quę sunt dicenda transeat, breuiter nunc & summatim repetem⁹ quæ dicta
R sunt. Per solem nãq; tempus significari ostendimus, propterea quia per solẽ p̃cipue omnis tẽporũ mutabilitas atq; vicissitudo distinguiť, vt idem intelligať per id qđ dictũ est, sub sole, acsi dictum fuisset, sub tempore. Rursum vt euidentius pateret q̃ essent illa q̃ sub tempore facta author vanitatis argueret: Distinximus alia esse q̃ facta sunt cum tempore, alia quæ facta sunt in tempore. Eorum item quæ facta sunt in tempore: Alia facta sunt in tempore, nõ sub tempore: Alia in tempore & sub tempore. Et ea quidem quę facta sunt sub tempore, magis subiecta sunt tempori, & obnoxia mutabilitati: quia in tẽpore cœperunt, & pariter finiẽtur in tempore, atq; ideo ne se ad ęternitatem aliquatenus extendant, quodãmodo tẽpore cõcluduntur: quia eorum tempus & pręcessit initium, & subsequiť finẽ. Tamen in his ne ꝓrsus vanitas domineť, & nõ inueniat veritas sub sole vbi caput reclinet, excepimus q̃dã ex his q̃ fiũt sub tempore, & eis si vanitatem ꝓrsus non tollimus: seruire tñ vanitati ꝓhibem⁹. Eoꝝ qppe q̃ fiũt sub tpe: alia fiũt ꝓ tpe, alia fiunt ꝓ ęternitate. Et ea q̃ sub tẽpore fiunt ꝓ tempore, actu & fructu vana sunt. Ea vero q̃ sub tẽpore ꝓ ęternitate fiũt, actu quodammodo vana sunt, sed fructu non sunt: qm̃ & si trãseãt in ope, permanent tñ in retributione. Quapropter eiusmodi etsi plene vanitatẽ non euaserũt: nõ tñ vanitati sed veritati seruiunt: neq; in eis oĩno vanũ est qđ sũt, quia vanitas nõ est ꝓ quo sunt. Illa vero q̃ sub tempore & ꝓ tpe fiunt, ꝓrsus vanitati subiecta sunt: qa & qđ in illis est, vanũ est, & vanitas pariter, qđ ex illis est. Et hęc sunt illa de quibus in pręsenti agitur. In quibus sub sole nihil p̃ter vanitatem & afflictionem spũs, vel cum fiũt, vel eum facta sunt: ab eis qui transitoria diligunt, inueniť.

De rerum vanitate & hominũ occupatione pessima, Homilia. IIII.

ET tamen in his ipsa vanitas quasi p quosdam gradus ad incremẽtum consurgit & corruptio velut a modico excresscẽs, paulatim aucta sẽper in ꝑius procedit. Nam in eis prima origo vanitatis inuenitur, curiositas. Deinde cupiditas, postremo voluptas. Inter quas prima qdẽ ad cõcupiscentiã oculorũ ꝑtinet. Secũda ad ambitionem seculi. Tertia ad concupiscẽtiã carnis. Per quas videlicet vanitates humanus animus a sũma veritate defluẽs intantum p̃cipitať: vt carnalibus tãdẽ desideriis pressus, totusq; voluptatum illecebris deuinctus, suæ originis nõ solum per se reminisci nõ valeat, sed nec admonitus quidem velle possit aut nõ esse qđ male est, aut esse qđ male nõ est. Nam qđ est, male est, & qđ esse deberet male non est. Et ꝙ vult, aut nõ esse qđ est, aut esse qđ non est: hoc vtroq; ꝑius est. Hoc igiť noster Ecclesiastes exẽplo sui demõstrare hic ĩcipiť. s. qualiter humanus animus per hos errorũ grad⁹ a summa veritate in vanitatẽ corruat, & ipso suo vitio se propellente semper in deterius eat. Veritati eñ inhærere, & ipsam ꝑpter se diligere veritatẽ, verũ bonũ eius esse debuerat. Cũ ergo veritatẽ deserit, & se ab illa, auersione mentis deflectit: hanc primũ repulsus, erroris sui pœnã patiť, vt ipam quã in se & ꝑpter se amare noluit veritatẽ: iã ꝑ vanitate q̃rere ĩcipiat: & quia desiit illud vnum cõtẽplari in quo oĩa videret, modo nõ tã veritatẽ q̃ nouitatẽ affectans, multa scire cõcupiscat. Quia eñ illam (in qua vera mẽtis refectio est) ĩternã cõtẽplationẽ pdidit: in earũ q̃ foris sũt rerũ cognitione quasi cibũ intelligẽtiæ

esuriẽdo requirit. Sed quia in eis quæ extrinsecus apparent vniuersis nequaq̃ pfecta cognitio veritatis inueniri potest: incipit miser defectus sui ærumna languens, quasi quodã fastidio de aliis semper ad alia appetenda discurrere: & priora abiiciens quasi vacua & sterilia sperat se desiderii sui effectũ in iis quæ supersunt posse obtinere: tam stultus & cæcus, vt cum se in iis semper frustrari videat, nec vnq̃ ad desiderii finẽ pertingere: nequaq̃ tñ hec aliqñ quasi vana & infructuosa cesset ambire. Sed huius tã
V impudentis desiderii & stultæ curiositatis, qua se in cognitione visibiliũ rerũ supuacue extẽdit, & sui creatoris cognitionẽ in qua sola vera beatitudo cõstat, aut habitam negligit, aut nõ habitam querere dissimulat: iusta tñ pœna subsequitur: quoniam ibidem vbi puer se delectationẽ querit, nihil pter dolorem & spũs afflictionẽ inuenit. In tãta enim occupatione maiorem suis virib⁹ difficultatem reperiẽs, quasi quodã põdere anxietatis sue opprimitur: qa dũ eum ad querendã in huiusmodi sapientiam vbi inueniri non potest desideriũ impellit: & multitudine pariter distrahitur, & profunditate reuerberatẽ. Hic est ergo labor & afflictio spũs: quo mẽs stulta & impudens merito p sua temeritate atteritur: dum nõ solum creatorem suum obliuiscens, sed semetipsam quoq; negligens, in rebus infimis (q̃ ad salutẽ non pertinent) inuestigandis oc
X cupatẽ. Et tñ aliquando scientia tali vanitate q̃sita, tantoq; labore ex pte quantulacũq; inuẽta, animũ per superbiã inflat: & de curiositate ad elationem quasi de vanitate ad vanitatem precipitat. Que videlicet elatio ambitionem seculi inducens, dum laudis cupidũ efficit: ad amorem pompe, & gloriam diuitiarum animum accẽdit, vt dũ de boni interioris gloria ad appetitum exterioris labitur: semp ad deteriorem vanitatem
Y percipitet. Sed neq; hic stare potest semel cœpta corruptio. Nã bona carnis sicut prius dum non habentur, vt quęri debeant, cupido blandiuntur per speciem: ita postea dum possidẽtur fractũ eneruiter & emollitum vsu illiciũt ad voluptatẽ. Sicq; miser anim⁹ post amorem vanæ laudis, post ardorẽ magis vane cupiditatis, nouissime ad appetitum voluptatis inflammatur: vt iã etiam in carne vanitatem seminare incipiat: vt post de carne caro factus fructum vanitatis in corruptione metat. Hic est ẽm fructus vanitatis, vt mens misera tãdẽ carnalib⁹ desideriis obruta, & voluptate carnalium desideriorum sopita, intãtum obdormiat: vt iam nunc sapiẽtiam non solum veritate, sed nec specie quidem requirat. Tantoq; auidius totã se ad carnis voluptatem male dulcem experiendam effundat: quantomagis interius fatigata, & ab inquisitionis sue intentione repulsa, de inuenienda verita
te desperat. Et quia supra se tendens p inquisitionẽ labore se atq; difficultate nimia succubuisse considerat: ad aliam se & quæ sine labore haberi valeat consolationem tota auiditate relaxat. Sed & ibi quoq; vanitatem inueniens, requiescere non sinitur: qa in carnis voluptate fugientem delectationem nec cũ presens est retinere potest: nec cum preterierit, reuocare. Sicq; vndiq; fatigata & dissipata, procella vanitatis suæ cõcutitur: vt per idipsum quo male delectata abiit, salubriter tandem afflicta, redire compellatur. Et sæpe grauis quędam fit lucta in animo: vt dum se in infimis delectari pariter & affligi cõsiderat: magno desiderio amore libertatis dilecta etiam, si fieri possit, deserere concupiscat. Hanc igitur luctam & tumultuationem humanæ mentis per varia vitę mortalis studia, in verbis sequentibus omnium causam in se per sententiam transsumens Ecclesiastes exprimet: & qualiter de vanitate curiositatis ad vanitatem pompæ & ambitionis, ac deinde ad vanitatẽ voluptatis corruat, ostẽdet: sicut in serie libri ac ordine demonstratur. Sed quia quæ in præfatione dicenda erant, expleuimus: nunc ad exponenda verba narrationis eius reuertamur.

De dictorum verborum Ecclesiastæ literali & morali expositione.

Homilia Quinta.

Salomonem credunt aliqui penitentiam depe ratis ido latrie et aliis multis q̃ se fatetur commisisse et q̃ se spoliaverit accepimus solis q̃ hoc expeditius fatiendo l. 6. ag. 17 de civitate dei c. 20 dicit q̃ habuit bona initia et malos exitus

A. EGo Eccl̃s fui rex Israel in Hierusalem.

Primũ mihi hoc nequaq̃ ꝑtereũdum videt̃, ꝙ quidã hunc librũ Salomonem in pœnitentia existimant cõscripsisse: & ꝙ idcirco ĩ eo vanitatẽ mũdanarũ rerũ & maxime carnalis voluptatis tã studiose arguat: qm̃ ipse experimẽto cũcta didicerit deliciarum luxu corruptus, & blandimẽtis seductus mulierum. Et ꝙ idcirco noluit dicere: Rex sum Israel in Hierusalẽ: qa deposita regni purpura de solio suo iã descenderat: cõtẽptaq̃, quã male tenuerat, potestate: in habitu pœnitentię reatum suum plãgebat: ideoq̃ ait. Rex fui in Hierusalẽ. Atq̃ vtinã hoc verũ esse constaret, & tam certum de pœnitentia illius q̃ nõ dubiũ de culpa testimoniũ haberemus. Nunc autẽ qa dubia ꝓ certis affirmare non possumus: illa quę
B dubia nõ sunt ꝓsequamur. Ego Ecclesiastes. Seipsum (vt diximus) in exẽplũ ꝓponit omniũ q̃ dicturus est: quatinus verbis illius eo citius auditores fidem adhibeant, ꝙ eum non audiẽdo solum, sed experiẽdo intelligunt didicisse quæ docuit. Ac si diceret. Ego, q̃ vos doceo, expertus sum vniuersa quæ dico. Nam q̃ sit vanitas ĩ culmine terrenæ potestatis: quis scire melius potuit? Ego quippe fui rex Israel in Hierusalẽ. Satis magna sublimitas in tanto populo & ĩ tã nobili ac famosa ciuitate regnare: seq̃ ĩ regni solio videre cunctis, & potestate dñm, & honore plãtũ. Et hęc quorsum? Fui inq̃t. Quasi dicat iã non sum: Quia etsi sum, idipsum iam nihil esse agnosco, qđ sum. Et quõ ad id puenerit vt nihil se eẽ agnosceret: deĩde ꝓseq̃t dicẽs.

Proposui ĩ aĩo meo q̃rere & ĩuestigare prudẽter de oĩb⁹ q̃ fiũt sub sole.

¶Quasi diceret, Ego exterius potestate tumidus, & interius sciẽtia inflatus: altiora me q̃rere conat⁹ sum. Sed vbi inaniter ꝓsumẽdo supra me tumui: ibi de-
C ,, ficiẽdo veraciter directionẽ mei agnoui. Proposui in animo meo q̃rere & ĩue-
,, stigare sapiẽter de oĩb⁹ q̃ fiũt sub sole. Magnũ ꝓpositũ, si ad effectũ venire potuisset: sed mens humana quomodo ad tãta sufficeret? Magna igit̃ supbia mortalẽ hoĩem de tã mł̃tis ꝓsumere: & rursum magna curiositas tã multa appetere. Proposui inq̃t. Videte quõ elationẽ sonãt oĩa. Nõ ait, cogitaui, sed ꝓposui: vt saltẽ venialis fuisset & hũana tentatio si subito ac transitorie (sicut nõnunq̃ solet) tumida cogitatio aĩm tãgeret: & tñ p̃ cõsensum recepta vel approbata nõ fuisset. Nũc vero nõ solũ elata, verũetiã cęca mens, ad tãtũ erroris ꝓfundũ corruit: vt nõ solũ id qđ inordinatũ erat facere cogitaret: sed etiã id qđ impossibile fuerat implere se posse ꝓsumetet. Proposui in aĩo meo. Ingẽs conat⁹. Et quę? Querere & inuestigare. Quęrere ignota & inuestigare ꝓfunda. Quõ? D
sapiẽter. O cor insipiẽs. Ergo sapientiã nõ q̃ris: sed tm̃modo p̃ sapiẽtiã q̃rere teꝓfiteris. Hoc em̃ dixisti. Proposui ĩ aĩo meo q̃rere & ĩuestigare sapiẽter, de cũctis q̃ fiũt sub sole. Si ergo sapienter q̃ras: p̃ sapiẽtiã q̃res. Et dicis, Vtiq̃ sic: p̃ sapiẽtiã q̃rã. Male em̃ q̃rerẽ, si p̃ sapiẽtiã nõ q̃rerẽ. Nã si sine sapientia q̃rerẽ: etiã si sapientiã q̃rerẽ, insipiẽter quęrerẽ. Sapientiam vero insipienter q̃rere, idipm iam sapere nõ eẽt, sed desipere. Quapropter sapienter q̃rã: & p̃ sapiẽtiã quærã: & sapiẽtiam quęram. Dic ergo mihi sapientiam per quã queres. vbi queres? & per quã sapientiã q̃res sapiẽtiã. Per quã quęres? Iam inquit habeo sapientiã per quã quęram: & ideo per sapiẽtiam quã habeo: q̃ram & sapientiam per quã quęram, non querã. Quid quęres? De cũctis q̃ fiũt sub sole. Quid est de cũctis? Quare nõ dixisti cũcta q̃ fiũt sub sole? Quia E
inquit maius aliq̃d, & multo maius ꝓposui. Nam ea q̃ fiunt sub sole cũcta visibilia sunt: & ideo si magnũ est, summũ tñ non est q̃rere & ĩuestigare ea q̃ oculo cõphendi possunt. Idcirco illa non q̃rã: sed de illis q̃rã. Quęrere & ĩuestigare de cũctis q̃ fiũt sub sole. Nõ illa q̃ videntur, sed de illis quę vident̃ illa q̃ nõ videntur. Non illa q̃ fiunt sub sole, q̃ videntur: sed de illis q̃ fiũt sub sole, rationes & causas eorum quæ nõ videntur. Hæc ergo proposui q̃rere & inuestigare sapienter de cunctis q̃ fiũt sub sole.

F Magnam pfecto sapiétiam habes. Quis tibi tãtam sapiétiã dedit? Homo es tu, & quæres sapienter de cũctis q̃ fiũt sub sole? Vnde tibi talis sapientia? Deus in quis dedit. Videamus modo. Nõ enim indiscussus pertrãsibis. Volumus enim prius scire vtrum possis de temetipso rationẽ reddere: qui cum tanto proposito aduenisti, vt putes eorũ q̃ fiũt sub sole, omniũ rationẽ inuestigare. Dic ergo in illa sapiétia, per quã rationẽ oĩm inuestigare pponis, tuã saltẽ possibilitatẽ adhuc agnoscere potuisti? Ego inquit nisi sperassem me ipsam rem posse ad effectum perducere: qđ oĩno impossibile credere, & si facere cogitarẽ, nequaq̃ tñ me facturum proponerẽ. O cor insipiens. Hoc est qđ dixi: quia nõ cognouisti te: idcirco p̃sumpsisti appetere qđ erat supra te: in altero cęcum, in altero tumidum, in vtroq; stultũ. Tu ergo inuestigabis sapienter de cunctis q̃ fiunt sub sole? Inuestiga modo, satage, da operam. Quęre & inuenies. Quid ĩuenies? Sapientiam inuenies. Quã sapientiam? Vt cognoscas tuã stultitiã. Quęres eñ & non inuenies qđ quęres, laborabis & non proficies: & sola vexatio dabit intellectum auditui.

Hanc enim occupationem pessimã dedit deus filiis hominum vt †occuparentur in ea.

†distendantur.

¶Recte & iuste: vt quia in veritate stare noluerunt per multiplicitatem diuisi distendantur & occupentur in vanitate. Propterea inquit. Vidi cũcta quæ

G fiunt sub sole & ecce vniuersa vanitas & afflictio spũs, Deo gratias. Modo primum sapere cœpisti. Modo video te sapiétiam habere, per quã possis q̃rere & inuestigare sapienter de cunctis, q̃ fiũt sub sole. Sapienter enim inuenisti & sapienter intellexisti: q; vniuersa vanitas & afflictio spũs. Velim tamen scire vnde ista tibi pœnitudo tam subita? Magnum quoddam expectauimus, & illud propositum grande omnes nos attẽtos & expectantes iam fecerat. Quis eñ de tanta promissiõe exiguũ aliquid exire posse putaret? Quærere inquit & inuestigare sapiẽter de cũctis q̃ fiunt sub sole. Et quid postea? Hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hominũ: vt distendantur in ea. Quã occupationem dicis? Hanc inquis vt proponant ĩ animo suo quęrere & inuestigare sapiẽter de cunctis q̃ fiunt sub sole. Quare ergo tu hanc occupationẽ pessimam dicis, q̃rere & inuestigare sapienter de cunctis q̃ fiunt sub sole? Tolle ait, sapiẽter. Nõ enim occupatio pessima esset sapienter quærere & inuestigare de cũctis q̃ fiũt sub sole. Sed qs hoc põt? Supra hominis sensum est causas inuestigare omniũ, & cõphẽdere rationẽ vniuersorum quę fiunt sub sole. Ergo pponi põt, fieri nõ potest, quęrere & inuestigare sapienter de cũctis quæ fiunt sub sole. Multa eñ latent & absconduntur plurima: & cũcta reseruantur in posterum, nec debet inuestigari qđ fieri non licet. Ergo qđ nõ potest sapiẽter fieri, nõ potest sapiẽter proponi: etiam si proponitur sapiẽter fieri. Ego igitur insipienter proposui qđ sapienter facere non potui: quęrere & inuestigare de cũctis q̃ fiũt sub sole. Vtrobiq; insipiens, & dum proposui qđ nõ potui, & dũ feci qđ nõ debui: tertia adiuncta insipientia: qđ vtrunq; ignoraui. Quæsiui tamen & inuestigaui qđ quærere & inuestigare proposui: quęsiui, & nõ inueni qđ quæsiui. Aliqđ tamen inueni: scilicet non posse me qđ credidi: & ibi agnoui q; hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hominum vt distendantur in ea. Ergo insipientem fuisse profuit: sed tamen insipientia, sapiẽtia nõ fuit. Data est tamẽ insipientia, vt ad sapientiam erudiat filios hominũ. Dimissi sunt sibi vt agnoscant se, & agnoscentes damnent: & fugiant quod facti sunt ex se. Hanc ergo occupationem pessimam dedit deus filiis hominum vt distendantur in ea.

I Quia eñ mens hominis in illo vno bono stare noluit, in quo potuit feliciter requiescere: & sine distractiõe vel occupatiõe, sũmæ veritatis plenitudinẽ possidere: proiecta foras extra semetipsam, in multiplicitatem rerũ visibiliũ spargit, & veritatẽ quã int⁹ cæcata a fonte haurire nõ põt, quasi per riuulos quosdam visibiliũ, arescentibus p̃cordiis sal

tem fugere conañ. Sed quo magis se foras per intẽtionẽ ad visibilia fundit: tãto magis intus ab inuisibilium cognitione tenebrescit: quia dũ amplius p exteriora spargitur, magis ab interiorib⁹ auersa cęcatur. Vnde bene Cain cũ scelus suũ detectũ cerneret, & maiori scelere reprobus, de venia sceleris desperaret: legitur dixisse ad dominũ. Ecce eiicies me hodie a facie terrę: & a facie tua abscondar: & ero vagus & profugus super terram. Reproba etenim mens eiecta a facie dñi absconditur: dum se per exteriora spargens, tãto magis ab interni luminis aspectu tegitur: quanto magis in iis quę foris sunt, cogitãdis semper occupata teneñ. Vnde bene illic dicitur, vagus & profugus. Vagus eñ p inordinatam cõcupiscentiã: & profug⁹ per peccatricem cõscientiã: dũ se in concupiscẽtia per cogitationem diuidit, & in consciẽtia per desperationẽ auertit: ipse sibi peccator ne redire valeat ad se, lumen veritatis abscondit. Ergo hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hominũ vt distendãtur in ea. Quare dedit: vt distendantur in ea? Vt se tendant & distendant, laborent & deficiant: & reuertantur & sanet eos. Si.n. in occupatione sua non distenderẽtur neq; laborarent: dulcis fieret nimis ipsa occupatio: & nollẽt illam deserere, neq; redire amplius concupiscerẽt vbi veritas est. Propterea dedit illis occupationem pessimam deus, vt distendanñ i ea. Agam⁹ pietati eius gratias, quia laborare nos fecit in malo nostro, in auersione nostra: qa sepiuit spinis viam nostrã vt reuertamur & cõuertamur ad ipm virum & sponsum & amicũ animę nostrę: quia bene erat nobis tunc, magis q̃ nunc. Hoc aũt non intelleximus nos & putauim⁹ nobis bene esse cũ male erat. Et ideo aspsit ipse amaritudinẽ & absinthiũ, & fel i poculũ dedit sup male dulcẽ & blandiẽtẽ ad mortẽ auersionẽ nostrã & occupationẽ pessimam. Et dedit hãc occupationem pessimã filiis hoĩm vt distẽdanñ in ea. Occupatio eñ est distractio & illigatio mentiũ q̃ auertit & dissipat & illaqueat aĩas ne cogitare praualeãt ea q̃ salutis sunt: & ideo occupatio. Quare pessima? Quia est & alia mala occupatio, sed non pessima: & ipsa est q̃ circa necessitates vitę mortalis versatur, & sollicita est erga plurima: & ipsa occupatio mala est: & vt amplius aliqd dicamus, ipa malitia est, vt de illa recte dictũ ĩtelligañ. Sufficit diei malitia sua. Matt.6.

Gen.4. (margin, beside "lere reprobus, de venia sceleris desperaret")

K (margin, beside "liis hominũ vt distendãtur in ea")

L (margin, beside "vt distẽdanñ in ea")

Hęc ergo occupatio miserię vitæ mortalis necessaria est: postea a gloria vitæ immortalis absorbẽda: & ideo mala est ad miseriã, sed mala non est ad culpam: qm̃ si pœnam habet a beatitudine alienam: culpam non habet iustitię ac veritati contrariam. Occupatio aũt curiositatis qua se mens ad illicita extẽdit, & instat scrutari & inuestigare qd ei scire aut non conuenit, aut noxiũ est: ipsa est pessima occupatio: quia dum se dilatat vltra mensurã, aut affectũ capit, & animum per inanem scientiã inflat: aut si apprehendere non valet, per dilationem & desperationem fatigat.

Quid sit distendi in occupatione pessima.

Homilia.VI.

Hanc ergo occupationem pessimã dedit de⁹ filiis hoĩm vt distẽdãtur ĩ ea. Quid est distẽdantur? Exterius intumescant: interi⁹ inanes fiant. Nam qd distẽdiñ. foris quidẽ maius apparet: sed vnde extrinsecus incrementum accepisse cernitur: inde veraciter interius soliditatẽ amisisse cõprobatur. Dum eñ vltra se pertingere nititur in id qd nõ est: in semetipso deficere incipit, & inanescere ab eo qd est. Sic nimirũ mẽs hũana dũ p curiositatẽ adingrẽda ea quæ extra ipsam sunt, tẽdiñ: ne semetipsã cõsiderare valeat ipsa suę inqsitionis occupatione ꝓpediñ. Hãc ergo occupationẽ pessimã dedit de⁹ filiis hoĩm vt distendanñ in ea. O pessima occupatio! o distẽtio pniciosa! quo trahis animũ! Quãtũ ꝓmittis: & quãtũ tollis! Promittis hoĩ totum qd ipe non est: & tollis totũ qd ipe ẽ. Quid si totũ dares qd ꝓmittis, & totũ tolleres qd tollis? Quid eñ ꝓdest hoĩ si vniuersum mundũ lucreñ: aĩę vero suę detrimẽtũ patiatur? Quãtomagis mõ qa fallaciter totũ ꝓmittis: & veracit totũ tollis? Pessima Matt.16.

M (margin, beside "Hanc ergo occupatio-")

es diſtendēs & diſſipans affligēs & cru
cians: animos qbus dominaris illa ſem
per appetenda ſuggerens,quorũ inqui=
ſitio aut noxia ſit,aut vana: inuẽtio ve
ro multo magis aut inutilis, aut perni
N ciosa.Si ergo dulcis eſſes,& ſine labore
animos poſſidere valeres: quis malitiã
tuam vnq̃ deprehenderet? Nunc autẽ
ipſe labor & afflictio quã mẽtibus inge
ris,odioſam te faciunt:& facilius quod
promittis vanũ eſſe agnoſcitur , dũ id
qđ infers durum eſſe ſentitur. Sic mul
tos erudis ad ſapientiã,q tũc demũ ple
ne dephendũt,quãta poſt te ſequat̃ va
nitas:cũ ſentire cœpint experiẽdo quã
ta ĩ te lateat laborãtib⁹ difficultas.Pro
pterea iſte adiũxit & ait. Vidi q̃ fiũt cũ
cta ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas &
afflictio ſpũs. Vidi iqt.vbi vidiſti?Quis
te docuit?Faciẽdo (iqt)vidi:experiẽdo
cognoui.Quid feciſti?Propoſui(ait) in
animo meo quærere & ĩueſtigare ſapiẽ
ter de cunctis quæ fiunt ſub ſole?Et ec
ce quęrere cœperã & inueſtigare: & exi
ſtimaui me in tam operoſo ſtudio exitũ
aliquem inuenire.Extendi ergo animũ
meum quãtum potui:cogitationẽ meã
in omnia circũluſtranda diffudi.Abſtu
li ſomnum ab oculis meis,nec dedi re=
quiem cordi meo nocte ac die:donec ĩ=
uenirem qđ quęrebat anima mea vt in
uenirem rationẽ de omnibus quę fiunt
ſub ſole.Sed quis finis in tantis conati
bus eſſe potuiſſet? Feci & defeci ,cona=
bar & repellebar: donec contabuit ani=
ma mea & ſenſus cõtenebrati ſũt.quo=
niam in tanta rerũ multitudine,& ve=
ri latentis profunditate:dũ intellectus
& ſpargi inciperet & reuerberari:pon=
dus laboris & ĩextricabilis luctę angu=
ſtiã vltra ſuſtinere nõ valui.Tũc in me
metipm reuerſus & quaſi repulſus ab
illo cui obniti conabar denſo ac ĩmea=
bili latentis naturæ inuio.cogitare cœ
pi ſtultum eſſe & vanum illarum rerũ
ſcientiam tam pertinaci ſtudio hominẽ
mortalem quęrere:quę nõ ſolum extra
eius naturam factę ſunt, ſed nec ſaluti
eius ſiue ſciant̃ adiicere quicq̃ poſſunt:
ſiue neſciãtur,auferre . Ibi ergo vidi ꝙ
hanc occupationem peſſimã dedit de⁹
filiis hominum:vt diſtendant̃ in ea , qa
cuncta quæ fiunt ſub ſole,vniuerſa va=
nitas & afflictio ſpũs. Nam quia fructũ O
non habent,vana ſunt:& quia affligũt,
noxia. Poſſidẽtes quippe non adiuuãt:
& quęrentes ſe affligũt.Sine labore em̃
quęri non poſſunt:ſed poſſunt ſine vti=
litate poſſideri.Animus nãq; ſtatim vt
cura ac deſiderio quęrẽdi atq; inueniẽ=
di ea occupatus fuerit,& ſe per curioſi
tatis ſtudium ac ſollicitudinẽ cupidi=
tatis ĩ ea diffuderit: digna temeritatis
ſuæ pœna affligẽdus: & multiplicitate
ſpargitur,& difficultate reuerberatur.
Vidi ergo cuncta quæ ſub ſole fiunt,&
ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpũs.
Vidi & hoc ipſum vanũ fuiſſe qđ ꝓpo
ſui in animo meo:quærere & inueſtiga
re ſapienter de cunctis quæ fiũt ſub ſo
le.Vidi vanum eſſe ꝙ occupantur filii
hominũ occupatione peſſima vt diſten
dantur in ea:& hoc totum vidi cum ex
pertus ſum:& vidi quantus labor & af
flictio ſpũs eſſet in eo qđ propoſui ĩ ani
mo meo,quęrere & inueſtigare ſapien=
ter de cunctis quæ fiunt ſub ſole. Et vi
di quia vniuerſa vanitas & afflictio ſpi
ritus in omnibus quę fiũt ſub ſole.Hęc
ergo vidi.Quare autem ſimiliter nõ vi
dent omnes filii hominum occupatio=
nem peſſimã,quã dedit eis deus vt diſ
tendantur in ea: vt intelligant & vide
ant vanitatẽ & afflictionẽ ſpũs: in oĩb⁹
q̃ fiũt ſub ſole?Quare laborãt & nõ ſen
tiũt:affligunt̃ ac diſſipant̃:& diſtẽdunt̃
in occupatione peſſima & non intelli=
gũt vanitatẽ ſuã & afflictionẽ ſpũs ĩ oĩ
bus quę fiũt ſub ſole.Quia(inqt) puer
ſi difficile corriguntur.De quo dicam⁹
latius.

Qꝫ peruerſi difficile corrigantur &c.
Homilia.VII. P

Eruerſi difficile corri=
guntur.Idcirco nõ poſ
ſunt intelligere qa per=
uerſi ſunt:& ideo labo=
rant & non ſentiunt &
delectantur in afflictio Iob
ne ſui:& putant bene ſibi eſſe dum ma=
le eſt.In tantũ enim peruerſi ſunt:vt iu
dicium veritatis non ſit in eis: putan=
tes bonum eſſe, qđ malum eſt:& qđ bo
num eſt,malum:ponentes tenebras lu=

cem & lucem tenebras : existimantesq̧ amarum dulce:& dulce amarum.Delicias enim esse computant sub sentib⁹: & idcirco amant dolores suos,& se voluntarios ingerunt ad occupationē pessimam & distenduntur in ea:quia dum cęca mente qđ falso delectare videtur, appetūt: qđ vere cruciat & affligit, nō attendunt.Propterea ergo non vident vanitatem suam & afflictionem spirit⁹ in omnibus quæ fiūt sub sole: quia peruersi sunt & difficile corrigunt:Et stultorum infinitus est numerus. Non solum enim auersi sunt,sed etiam peruersi.Auersi a deo : in semetipsis peruersi. Et auersi non facile cōuertuntur: quia peruersi difficile corriguntur . Nam si in semetipsis corrigerentur,per semetipsos conuerterentur.Quia si prius iudicium veritatis in semetipsis recipe-rent: suo postmodum iudicio vanitatē fugiendam & veritatem sequēdam esse viderent.Nunc autem nec auersi lumē veritatis vident: nec peruersi per lumē veritatis vident: & ideo difficile corriguntur: quia rectitudinem & veritatē nec absentem quęrere sciunt, nec præsentem approbare.Ideo peruersi difficile corriguntur: & stultorum infinitus est numer⁹.Tam multi enim nō essent si facile corrigi potuissent.Et ĩ hoc manifeste ostenditur,q̄ difficilis sit peruersorū correctio ꝙ infinita est stultorum multitudo.Nunc ergo peruersi & stulti tam sunt ad correctionem peruersitate difficiles:q̄ multitudine contra veritatem audaces:& ideo peruersi difficile corriguntur: & stultorum infinitus est numerus.Vis,inquit, scire q̄ difficile peruersi corrigantur . Cape me. Ego hodie tibi omniū exemplū fiam. Nā & ego aliquando peruersus fui & non intellexi ipse peruersitatē meam: sed putaui me rectum esse, & recte agere quādo proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de cunctis quæ fiunt sub sole:nec erat tunc aliqua consideratio veritatis in me:quæ me corrigeret,& cohiberet:ne excedere tentarē mēsurā meā . neq̧ appetere præsumerē quæ nō sunt data hoībus scire & inuestigare. Descendi ergo in occupationē pessimam quā dedit deus filiis hominū vt distendantur in ea:& dispersi animū meū in omnia,& cogitatione cœpi per cuncta discurrere : vt quærerem & inuestigarem de cunctis quæ fiunt sub sole:& nō valui.Et cœpi laborare & tædio vehementer affligi: & vidi ꝙ mens mea quocūq̧ se vertebat dolore & amaritudine & sollicitudine replebatur:& erat labor quærendi immensus,& inuētionis fructus exiguus. Fiebat ergo vt tandem aliquando pœna ipsa & afflictio magna,prudentem me facerent.Et vidi cuncta quæ sub sole fiunt: & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Cognoui ergo veritatem & reprobaui vanitatem:quia sensi afflictionē.Et videbar iam in totum correctus de peruersitate mea: sed erat adhuc aliud inuolumentum:& nesciui ꝙ peruersi difficile corriguntur. Eram iam tunc correctus vt de vanitate veritatem cognoscerem:& nō eram correctus adhuc ne de veritatis cognitione superbirem.Excussa iam fuerat vna erroris palea:& restabat adhuc alia magis tenax atq̧ inhærēs palea elationis.Tam difficile.n. peruersi corriguntur: vt correctionem & purgationem aut nō admittāt omnino,aut ad perfectum non recipiāt.Propterea ego iam corrigi cœperam : sed nondum adhuc perfecte correctus erā. & ideo cognoui laborem præsumptionis meę:sed inuentionis meę vsum nō cognoui. Cognoui vanam esse afflictionem,non profutura saluti quęrere:sed nōdum cognoui vanam esse elationem de iuuentis superbire.

Propterea locut⁹ sum in corde meo dicens:Ecce magnus effectus sum.

¶Nesciui enim,quoniam inflatione tumueram: & ideo magn⁹ mihi videbar. & dixi in corde meo.Ecce magnus effectus sum.In corde dixi.De corde enim tumui,& ideo in corde dixi: qa in corde vidi vnde tumui: vt ibi esset elatio, vbi erat causa elationis . Locutus sum in corde meo:Ecce magn⁹ effect⁹ sum. Q̄ magnus.

Præcessi(ait) sapientia omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.

R ℂPaulatim pergitur in corruptionem: & mẽs praua excrescẽte tumore in deteri⁹ semper precipitatur. Primũ de se plusq̃ debuit sensit: deinde vsq; ad aliorum contemptum venit. Prçcessi sapiẽtia omnes qui fuerant ante me in Hierusalẽ. Propterea ergo tumuisti & inflatus eras: quia prçcessisti sapiẽtia oẽs qui fuerunt ante te in Hierusalem. Et quantum hoc fuit vt ideo ceruicẽ erigeres: quia prçcessisti sapientia omnes qui fuerunt ante te in Hierusalem! Ne mireris, inquit. Sepe superbia singularitate magis gaudet q̃ cõparatiõe. Neq; enim semper attẽdere curat elatio quales illi sint quos in cõparatione præcedit: qa hoc solum nõnunq̃ illi ad exaltationem abundat, ꝙ inter omnes q fuerũt ante eum in Hierusalem. nullum sibi çqualem agnoscit. Propter hoc igitur & ego videns ꝙ præcessi sapientia omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem: etsi paucos cernerem fuisse ante me in Hierusalem sapientes: vehementer tamẽ gloriat⁹ sum illis me superiorem in sapientia cõsiderans, quoniã licet nec plurimi, nec magni illi fuerũt ante me, quibus factus sum cõparatiõe prçcipuus: vidi tamen multos post me venire posse sapientes in Hierusalẽ q; bus fierem exemplo sapientiæ primus. Qđ ergo me sapientia prçtuli in cõparatione prçcedentiũ: ad hoc quoq; spectabat ꝙ gloriabar exemplo præcipuo in auctoritatem constitui futurorum: vt prçcedentib⁹ quidẽ summus, subsequentibus vero primus sapientiæ author inuenirer. Et ideo locut⁹ sum in corde meo dicẽs. Ecce magnus effect⁹ sum & prçcessi sapientia omnes q fuerunt ante me in Hierusalem.

Superbia magis gaudet singularitate q̄ comparatione

Et mens mea contemplata est multa sapienter & didici.

S ℂErgo aliquantulũ iam correctus eras quia non dixisti mens mea contemplata est omnia sapienter sicut superius ꝓposueras quærere & inuestigare sapiẽter de omnibus quç fiunt sub sole: sed moderatius aliqd intulisti dicens. Mẽs mea contemplata est multa sapienter: vt ostenderes te eruditum occupatione pessima: & vidisse vanitatem & afflictionem spiritus ne amplius de vniuersis prçsumeres, sed tamen nondum plene correctum vt de plurimis nõ superbires. Quçrendo igitur omnia inuenisti plurima nõ oĩa, & deficiendo ad oĩa intellexisti non debere hominẽ de omnibus præsumere: sed inueniendo plurima non considerasti non debere hominem etiam de plurimis superbire. Ergo secundũ aliquid correctus fuisti, & secundum aliquid incorrectus, cũ dixisti Mens mea contemplata est multa sapienter & didici: qa licet multa fuerint ad pauca, & ipsa tamen pauca fuerunt ad omnia. Hoc vero ad humilitatẽ magis spectabat: vt qui iam defectum tuũ expertus fueras erga oĩa: inuẽta tua plurima non ad pauca aliorum plurima: sed pauca poti⁹ vocares ad ea, quæ non potuisti, omnia. Sed quia temeritas curiositatis iã repressa erat per defectum & afflictionem sui in inuestigatione oĩm: sed tumor elationis creuerat in cõtemplatione plurimorũ: ideo adhuc tumuisti & dixisti. Ecce magn⁹ effectus sum: & prçcessi sapientia oẽs qui fuerunt ante me in Hierusalem & mens mea cõtemplata est multa sapiẽter & didici. Sed quæso te si præcessisti sapientia omnes qui fuerunt ante te in Hierusalem: a quo didicisti vt diceres. Mens mea contemplata est multa sapienter & didici! Si sapientior omnibus fuisti: a quo discere potuisti, qđ ipse nõ noueris! An propterea etiam sapiẽtior omnibus fuisti: quia ab omnibus didicisti: & omniũ sapientia in te vno collecta est, vt inde præcederes sapientia de vniuersis singulos, ꝙ discens a singulis doctores habuisti vniuersos! An forte non ab hominibus didicisti: sed experimenta rerum te docuerunt quæ mens tua contemplata est sapienter: vt inde contemplatio sapientiç rationi certior fieret ꝙ hanc ipse rerum effectus experienti manifeste comprobaret! Neq;.n. congruere videtur typo tuo vt ab hominibus disceres qui in tantum supra hoĩes æstimatione eleuatus fueras: vt non solũ multa sapiẽter, sed & vniuersa quæ sub sole fiunt quærere & inuestigare

ſtigare putares? Ergo contemplatus es & didiciſti: qa cogitaſti & probaſti, quatinus eo maiorẽ vim atq; potẽtiam intelligentiȩ tuȩ demonſtrares: quo cuncta argumẽta rationis tuæ ad viſibilia rerũ experimẽta euidẽti⁹ ꝑduceres. Et
V forſitan iſte volũtarie in ſapientia ſua ſtultus factus eſt: vt ſtultos ſapientiam doceat. Non em̃ vias erroris ſui tã diligẽter nobis exponeret: niſi in eodem ſuo errore noſtri eruditionẽ cogitaret. Propterea ingeminat adhuc & cõmendat malã illam diligentiam ſuã, atq; eã de qua tumuit ſapientiã qualiter adeptus ſit, ſubiungit dicens.

Dediq; cor meum vt ſcirẽ prudẽtiã atq; doctrinã: erroreſq; & ſtultitiã.

¶ Quæ verba ſub eodem ſenſu duobus modis ſuperioribus coniungi poſſunt. Quia em̃ primũ hanc elationẽ oſtenſurus, ſic cœperat. Locutus ſum in corde meo: Ac deinde qd locutus ſit ſubiunxit. Ecce magnus effectus ſum: & præceſſi ſapientia omnes q fuerũt ante me in Hieruſalẽ: & mens mea contẽplata eſt multa ſapienter & didici. Et poſtea id qd modo ꝓpoſuimus intulit. Dediq; cor meũ vt ſcirem prudentiam atq; doctrinã, errores & ſtultitiam. Poteſt hæc tota ſeries ſub vna continuatione comprȩhendi: vt totũ hoc in corde ſuo dixiſſe intelligatur. ſ. ꝙ magnus effectus ſit: & ꝙ omnes qui ante eum fuerũt in Hieruſalem ſapientia præceſſerit: & ꝙ mens eius multa ſapienter contemplata ſit: multaq; didicerit, & ꝙ cor ſuum dederit vt ſciret prudentiam atq; doctrinam erroreſq; & ſtultitiã: & ꝙ poſt hȩc omnia cum ita locutus eſſet in corde ſuo, & ſe extuliſſet de inueſtigatiõe & conſideratione tantarũ rerũ: tãdem reſipiſcens agnouerit hanc quoq; gloriationẽ vanã, & ꝓpter hoc ſubiũgat.

Et agnoui ꝙ in his eſſet quoq; vanitas & afflictio ſpiritus: eo ꝙ in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſciẽtiam addit & laborẽ.

X ¶ Si quis autem diſtinguere velit ſententiam: & hoc qd poſtremo intulim⁹ ſeorſum a ſupradictis partiri: poteſt ſic a præcedẽtibus inferre, vt quaſi ea quȩ ſupra dicta ſunt oĩa locutus ſit in corde ſuo. ſ. ꝙ magnus effectus eſt, ꝙ præceſſit ſapientia omnes qui fuerunt ante eum in Hieruſalem, ꝙ mens ſua cõtemplata eſt multa ſapienter & didicit & cum hȩc omnia dixiſſet in corde ſuo deinde altiora adhuc inueſtiganda teſtetur: acſi diceret, Hæc omnia quæ ſupra dicta ſunt, locut⁹ ſum ĩ corde meo: & cum hæc vniuerſa locutus eſſem in corde meo, tunc demũ ex præcedẽti cõtemplatione fidutiam ſumẽs dedi cor meum vt adhuc altiora quȩrerẽ, & profundiora inueſtigarem: vt. ſ. ſcirem prudẽtiam atq; doctrinam erroreſq; & ſtultitiam. Qꝫ autem dicit dediſſe ſe cor ſuum: ſic intelligendum eſt, ꝙ liberum illud fecit & expeditum vt non per illa aut illa diuideret, ſed totum propoſitȩ conſiderationi intenderet. In quo verbo etiam typũ ſuperbiæ & tumorẽ elationis exprimit: ꝙ cor ſuũ contemplationi ſapientiȩ dediſſe ſe dicit: quaſi illi poſſibilitas inueniendi verũ protin⁹ ſubeſſet: ſi tm̃ voluntas quærendi non deeſſet. Ad quid aũt dederit cor ſuũ exponit dicẽs. Vt ſcirẽ prudentiam atq; Y
doctrinam. erroreſq; & ſtultitiam. Superius multa ſe ſapienter cõtemplatũ fuiſſe & didiciſſe teſtatus eſt: nunc autem poſt hȩc omnia inueſtigare diſponit, vt ſciat prudentiam atq; doctrinã, erroreſq; & ſtultitiã. Vnde patet ꝙ ſuperiora ad rerũ naturã referenda ſunt: hæc vero quæ ſubiungit ad mores hominũ, præpoſtero quidem ordine vſus: quia prius vita propria corrigẽda erat per circũſpectionem morum: ac deinde cæteris quæ extra propriam naturam fuerunt ſtudium adhibendũ: vt primũ interiores cordis oculi mundarentur a vitiis, & poſtea aperirentur in cõtemplatione veritatis. Sed elatio quȩ foris magna apparere voluit, primũ exteriora quæſiuit, vt prius per exteriorẽ ſciẽtiam viã iactantiȩ aperiret: deinde etiã interiora ſua ſcrutando ad oſtentationem foras proiiceret. Vnde recte cũ dixiſſet prudentiã ſe quæſiſſe, pariter adiunxit etiam doctrinã: quia mens gloriæ & oſtẽtationis, cupida, nequaq̃ prudentiã circũſpectionis ad bene viuẽdũ

ſed ad docẽdũ habere voluit:& ideo ſci
entiã prudẽtię, ſine ſciẽtia doctrinę in=
utilẽ ſibi & infructuoſã fore reputauit.
Qđ aũt etiã errores & ſtultitiã ſcire ſe
voluiſſe fateť:nequaq̃ ad hoc mala co=
gnoſcere voluit,vt cognita vitaret:ſed
vt & ſe de maloꝝ cognitiõe extolleret,
& alios de ope dãnaret. Error vero eſt
cũ p ignorãtiã malũ cõmittiť:ſtultitia
aũt cũ malũ cognitũ nõ vitať. Ergo &
bona pariter & mala ſcire voluit.& cũ
ſcientia vtrorũqꝫ doctrinã ſimul cõcu=
piuit: vt totũ qđ mẽs p ſcientiã cõpre
hẽderet,p doctrinã ad oſtẽtationẽ ma=
nifeſtare valeret. Sed pverſus animus
vbiqꝫ nequitię ſuę pœnã inueniẽs,totũ
qđ inordinate ꝓpter elationẽ appetiit,
ꝓpter laborẽ & afflictionem ſpũs refu=
git. Nã qa hũc pariter,& curioſitas ad
inqſitionẽ impellebat,& ſupbia ad oſtẽ=
tationẽ:dignũ erat.vt & tumidũ labor
p̃meret.& curioſum occupatio diſſipa
ret: quatin⁹ in pœna ſaltẽ vitiũ ſuum
agnoſceret:eũqꝫ & ſi nõ amor virtutis,
vel dolor afflictionis ad menſurã cohi
Z beret. Propterea ſuperius curioſus oc=
cupationẽ inuenit:Hic vero elat⁹ labo
rẽ & afflictionẽ:qm̃ dũ mala & bona nõ
ad ędificationẽ,ſed ad elationẽ ſcire q̃=
rit:ipſa ei cognitio teſtimoniũ fit pra=
uitatis ſuę.vt ipſa iniquũ p cõſcientiã
arguat, quã elatus ad oſtẽtationẽ q̃re=
bat. Inde.n.ſemetipſum deſpicere cogi
tur:vnde in oculis alioꝝ magnus fieri
conať.qa dũ ampli⁹ ſcire q̃rit qđ de ve
ritate aliis ĩſinuet:magis in ſemetipſo
videt de prauitate qđ damnet. Hinc
ergo ſibiipſi animus indignať,& rixam
quandã ac luctã ſumit cõtra ſe: qa tur
pitudinẽ vitiorũ quã ſupbia deſpicit,
prauitas defendit. In hac ergo hmõi cõ
flictatiõe grãdis ſupbiæ labor naſciť &
indignatio:qa dũ ſubiacere vitiis dedi
gnať,atqꝫ ea a ſe ꝓpellere nititť:ne pfice
re valeat qđ vult,prauis ſuis deſideriis
ſuperať. Inde ergo iã ipſam etiã cogni=
tionẽ veritatis abominari ĩcipit:vt qa
id qđ in ſemetipſa odit ꝓpter infirmi=
tatẽ nõ põt tollere,poſſit ſaltẽ p igno=
rãtiã nõ videre. Propterea cũ dixiſſet
in ſua ſe ſciẽtia laborẽ & afflictionẽ in=
ueniſſe:atqꝫ eadẽ afflictio & labor vnde
eſſet expoſuiſſet dicens. Eo ꝙ in multa "
ſapientia multa ſit indignatio.& q ad= "
dit ſcientiam addit & laborẽ.protinus
qualiter p eandẽ afflictionẽ ſpũs & la=
borẽ & indignationẽ attritus & acidia
tus ipſam ſciẽtiã ſpreuerit:& animum
ſuũ ab inqſitione ſapientiæ vbi affige
batur ad delicias & voluptatem cõuer
terit ſubiungit dicens.

Qꝫ homo a veritate aufugit:vt Adã
in paradiſo fugit & abſcondit ſe.

Homilia Octaua.

Dixi ergo ĩ corde meo Ecc
Vadã & affluã deli
ciis & fruar bonis.
¶Ecce qualiter deſpe A
rata mẽs totã ſe in vo
luptatẽ ꝓiicit, & car=
nis blandimenta iã ſolũ bona vocat:qa
in eis laborẽ & afflictionẽ nõ inuenit,
quaſi malã reputãs inqſitionẽ verita=
tis:in qua prius plus iuſto p curioſita=
tẽ ſe diſtendẽs laborauit. Sed hęc ruſũ
exiſtimatio,qa manifeſtã ſtultitiã præ=
fert,citius deprehendiť:qa carnis volu
ptas quę appetẽti dulcis viſa eſt, ſtatim
ab experto reprobatur. Vnde cõtinuo
infert dicens.

Et vidi ꝙ hoc quoqꝫ eſſet vanitas.
Riſum reputaui errorem:& gaudio
dixi,quid fruſtra deciperis?

¶Quãta aũt vanitas in deliciis carnis
ſit me ſupra dixiſſe memini. Vnde reli
qua q̃ ſequũť conſideranda nobis ſunt
quia & ipſa licet plana p ſe videanť,ha
bẽt tñ fortaſſe aliqd qđ diligẽs inueſti B
gatio adiicere poſſit. Ait ergo. Riſum
reputaui errorẽ:& gaudio dixi, qd fru
ſtra deciperis! Cũctis liquet ꝙ p riſum
quodãmodo cõcepta lætitia foras tra=
hiť:& qđ de gaudio int⁹ latuit, ruptis
velut modeſtię clauſtris,quadã leuita=
te & incõtinẽtia lubricę mẽtis ꝓpalať.
Et idcirco recte riſus error diciť:qa cũ
mẽs gaudiũ ſuũ p ĩeptã lętitiã foras fũ C
dit: q̃ſi ad ſiniſtrã pgẽs rectũ iter,quo ĩ
deũ gaudẽdo pgere debuerat, dereliñ=
qt. Sed ſciẽdũ eſt ꝙ ſpiritale gaudiũ ne
quaq̃ aĩm ad riſũ diſſoluit:ſed ea tñ lę
titia q̃ a carnis blãdimẽto cõcipiť,etiã
p carnis motũ facile apiť. Nã qa primũ

malum comittere per igno
rantiam error est malu
aut cognitum non vi
tare stultitia

ad animũ ingrediẽdo inordinatũ gaudiũ claustra continẽtię rupit:eadẽ postmodũ via qua illapsum est cũ introrsũ excrescere cœperit,sine modestia facile erũpit.Lubrica.n.mẽs semen puersum, qđ primũ sine modestia concipit, quasi parturiẽs postmodũ sine pudicitia effundit: nec se cõtinere põt qn excrescẽtẽ intus lętitiã eiiciat,cui⁹ integritatis claustra rupta sunt qñ eã concipiebat. Primũ ergo decipit̃ qñ blãdiẽtis mũdi illecebras ĩtro ad gaudiũ suscipit: post ea errat qñ cõceptũ introrsum gaudiũ ad lasciuiã mundi p risum foras effun-
D dit. ¶Notandũ ꝙ gaudiũ tãtũ arguit̃, risus vero om̃ino reprobat̃: quia risus omnimodo malus est: gaudiũ nõ semp malũ est,nisi quando de malo est:& idcirco illũ reprobat,hoc castigat:quatinus & id qđ prorsus malũ est caueat̃: & id qđ bonum esse põt,corrigat̃. Propterea,inqt:Risum reputaui errorẽ: & gaudio dixi,qd frustra deciperis? Decipit̃ ergo cũ delectat̃ in rebus noxiis: & bene sibi esse putat,cũ male est.Decipit̃ etiã cũ p̃sentiũ occupatione delectatio nũ inuoluit̃, & ne futura mala cõside-
E rare valeat p̃pedit̃.¶Sed quare frustra? Frustra decipit̃.qa ip̃e mũdi delectationes a cõsideratiõe futurorũ maloꝝ cor auertere possunt:sed a p̃ssura supueniẽtiũ liberare nõ possunt.Frustra etiã decipit̃, qa fallacis boni gaudia in qb⁹ exultat, tantis amaritudinibus admixta sũt:vt iure displicere debeãt,etiã si debeant permanere. Frustra ergo vtrobiq; decipit̃: videlicet & cũ malũ nõ videt qđ patit̃: & cũ nõ p̃uidet malũ qđ patiet̃:qm̃ & ratio manifesta est,q̃ illud bene cõsideranti indicare valeat:& experiẽtia p̃sens,quę hoc patiẽti ostẽdat. Propterea infert & dicit.

Cogitaui ergo in corde meo abstrahere a vino carnem meã, vt animũ meũ transferrẽ ad sapientiã:deuitarẽq; stultitiã, donec viderẽ qd esset vtile filiis hoĩm: quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suę.

F ¶O cor humanũ.vbi es?quomodo huc venisti vt hoc nescias qd vtile sit filiis hoĩm quo facto opus est sub sole numero dierũ vitę suæ? Vbi es vt hoc ignores? vbi es Adã vbi es? Audiui (inqt) vocẽ tuã & abscõdi me.O abscondite cui abscondite? O abscondite vbi es? Q̃z lõge es? & q̃ ꝑpe es? Q̃z longe es ab illo,& q̃ prope es illi? Propterea vbi es? Ecce q̃rit te deus tuus & clamat.vbi es? Tu te auertis vt lateas : & claudis oculos ne videas. Ille aũt non videntem videns: & ideo non videntem:qa nõ videri cupientem : ꝑpter tuũ affectũ non ꝑpter suũ defectũ clamat & dicit:Adã vbi es? Quærit ergo te vt tu ipsum inuenias: & quęrit te,vt & tu ip̃m quæras & dicas:Domine vbi es ? Tu vero qd facis? Nam ipse si perdidit,tamen quærit. Si perdidit,non totũ perdidit:qa videt qd pdidit.Et ideo q̃rit qđ perdidit,quia videt qđ pdidit.Non enim quęreret nisi videret.Tu aũt qd? Adã vbi es? Tu perdidisti & totũ pdidisti, qa & perdidisti ne habeas:& videre desisti ne requiras. Nam si vides qd non habeas:intelligis qd reqras. Nunc autẽ longe es & exulas a veritate:vt non possis videre vnde veneris,& quo tibi redeũdũ sit. Propterea quęris quid quęrere debeas: qa quid amiseris ignoras.Quæris qd vtile sit filiis hominũ : quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.O q̃ scire hoc debuisti: sed nunc absconditus es a veritate,latẽs sub vmbra ignorantiæ tuæ:quia recessisti longe & noluisti cum illa esse,sine qua esse non potes. Nam quia sine illa esse non potes, ideo quęris:& quia auersus es & abscõdit⁹, propterea nescis quid quęrere debeas:cũ tamẽ in hoc abscõdi ab ea om̃ino nõ potuisti:vt nõ intelligas quęrẽdũ tibi esse cũ videas,& hoc deesse tibi qđ q̃ras. Intellige ergo te vł i hoc prorsus nõ esse abscõditũ : qa illa fugiẽtem sequitur atq; auerso se ingerit,ac quęrendam docet cui se videndam nõ præbet. Q̃uis & hoc ipsum extra veritatẽ non videas ꝙ tibi quærendum esse vides,qđ deesse vides: licet hoc qd sit nõ videas.Ergo in veritate vides quęrendũ tibi esse qđ veritatem esse nõ vides. Quare hoc? Quia absconditus es.Nam si absconditus non esses, nihil p̃ter ve-

Gen.3.

G

ritatem quærẽdũ esse videres:& ipsam veritatem nõ q̃reres sed haberes. Nũc absconditus es,& non vides: & tamen derelictus non es, qa q̃rere admoneris qđ non vides. Ideo dicitur tibi Adam vbi es? vt ad veritatẽ redeas & inueni as veritatẽ. Noluisti stare in veritate: modo redi ad veritatem,quia stare nõ potes extra veritatẽ. Vagus & profugus & instabilis eris omnibus dieb⁹ qbus cum ipsa & in ipsa non fueris: nec inueniet cor tuum vbi requiescat,si in ipsa stare noluerit: qa nec stabit extra ipsam vt quærat: nec inueniet præter ipsam vt requiescat.Sursum,deorsum, longe,& prope, quouis pergat:non inueniet requiẽ,donec illã ĩueniet.Quid

H tumultuaris infelix?Rides,ploras,foueris,affligeris:qd ad sapientiam? Nã qa in lasciuia & voluptate stultus fuisti: in afflictione miser eris.Quid amplius tibi conferre poterunt? Vanitas vanitatum.vanitas vanitatũ & omnia vanitas.Sed nõdũ ista cognoueras.Propter ea sensu tuo & sapientia tua,quę apud ipsam stultitia est,inflatus magis q̃ solidus,obniti conabaris:&existimasti te aliquid facturũ cũ nihil esses. Tentasti omnia:& vbiq; defecisti. Mollia & dura,lęuia & aspera, prospera & aduersa: extra veritatẽ corrũpere possunt,emẽdare nõ possunt.Ergo fluctuas, & iactaris:cadis, & ruis, & impelleris:appetis nec consequeris.Palpando & non vidẽdo frustra ex aduerso incedis,quærens veritatẽ vbi nõ est.Et tu vbi es? Illa intus est:& tu foris es.& ideo clamat tibi:& dicit Adã vbi es?Quęrit vt tuam ignorantiã arguat: ambulat vt instabilitatẽ tuã ostẽdat. Cũ deambularet dominus in paradiso ad aurã post meridiem vocauit &dixit.Adã vbi es?Nõ am

I bulauit sed deambulauit.Quid est deambulauit?Huc & illuc quasi errabundus & vagus in directũ non vadẽs:sed pgẽs quocũq;,hoc est,deambulauit. Et quare ita deambulare voluit? Vt talẽ se ostenderet foris:qualis intus esse cœperat. Iam em̃ mota erat veritas,& fluctuabat: vt recederet a corde peccatoris.Immo veritas stabat,& peccatrix cõsciẽtia fluctuabat:& ideo veritas foris deambulabat: qa intus peccator a veritate fluctuabat. Deambulabat tñ & nõ discedebat,neq; abiit in directũ elõgãs quasi irreuocabilis, nec reuersura amplius:sed prope gyrãs & iuxta deambulãs,abiit & nõ abiit:modo vadẽs, modo rediẽs:& magno quodã ĩcerto ęstuans:quasi nolens sedẽ suã deserere,nec valẽs pollutã mãsionẽ sustinere. Quid facis Adã?Quare siles?Voca discedẽtẽ, sequere fugientẽ: qm̃ adhuc ppe est & expectat si forte reuocetur:& ideo morã facit & blande minat̃ abscessum:læsam se dolẽs & violẽter eiectã: ac redire velle indicat,si fors inuitet̃ vt veniat.Idcirco non cito abiisse, sed p̃stolari adhuc:Iturã tñ,& iã, qa nõ est q reuocet,iturã,& ecce ãbulare vt abeat: qm̃ nemo est dilectionis memor, q caritatis recordet̃, cui cordi sit societatis affect⁹:O infelix Adã, vbi est recordatio tua?Vbi fixisti animã tuã vt hęc sustineas?Dure,indurate,& obdurate, non te emollire potuit tãta benignitas,tãta flãma, tã ingẽs ardor dilectionis,vt liquefieres & curreres post eã? Tu vero qd facis?Audiui,inqt, vocẽ tuam &

K abscondi me.Quare?Eo q nudus essem Ergo fugis veritatẽ:quia amas prauitarẽ.Ipsa aũt qd facit?Sequit̃ fugientem: quę deseruit discedẽtẽ. Quę auersa est iniqua facientẽ:reuocat in iniqtate p̃sistẽtẽ.Adã vbi es? Ego,inqt,scio vbi es: tu nescis.Ideo vbi es?Attẽde vbi es vt corrigas qđ fact⁹ es:& redeas ad eum a quo fact⁹es.Adã vbi es?Audiui dñe vocẽ tuã:& abscõdi me.O abscõdite & nõ abscõdite:nõ vidẽs & vise,cui abscõdisti te?Audisti vocẽ,& faciẽ non vidisti. Quare?Quia abscõdit⁹. Hoc.n.lucrat⁹ es abscõdẽdo te:vt nõ videres a quo videbaris.Quẽ qdẽ fugere potuisti,sed effugere nõ potuisti:qa eũ nec abscõditus latuisti. Propterea q̃sit⁹ inuẽt⁹ es: qa latẽs abscõdit⁹ nõ es. Tu vero malitia tua iterũ fugis,& iterũ fugis, et inueniris & fugis: & semepr fugis,& nõ effugis.Habitus fugis,quæsitus fugis, requisitus inficiaris. Propterea quæsi-

L tus inueniris: inficiat⁹ cõuinceris:cõuictus cõdẽnaris. Videam⁹ergo nunc, ne forte sine causa tãtũ excessum fece-

rimus. Videamus nostrũ Adam antiquũ illum, & nouũ adhuc iterata malitia. Videamus eum vetera adhuc studia renouantẽ: & trãsfugam veritatis vmbrã: ac latebras & tegmina foliorũ requirentẽ, vndiq; conuinci: nunq̃ velle reprehendi. Non posse latere, & semper fugere. Videamus ergo quid facit.
Geñ.3. Quid enim facit? Vidit cibũ & contẽplatus est: quoniã delectabilis est visu & suauis ad vescẽdũ: & aperuit fauces
Eccl's.2. & ait. Vadam & affluam deliciis & fruar bonis. Et ecce post tergum eius sapientia & veritas clamauit & dixit. Adã vbi es? Ille vero audiẽs vocẽ eius: & cõuictus a veritate intus clamante, negare nõ potuit veritatẽ: & ait. Audiui domine vocẽ tuam: & vidi vere q; hoc esset vanitas, & ideo risum reputaui errorem, & gaudio dixi: quid frustra deciperis? Ecce hominẽ audientẽ veritatẽ,
M & confitentẽ veritatem. Quis putatis iste est? Magnus videtur omnino, & appropinquãs veritati qui sic profitetur veritatem. Vere magnus, si non absconditus. Audit enim & non videt veritatem: quia ipse per concupiscentiam foris est: veritas aũt per sapientiã intus. Et vult eum lucrari veritas: & reuocat ad se, & iterũ atq; iterũ de int⁹ clamat & dicit. Adã vbi es? Ille vero proditum se sentiẽs & cõuictũ, vno aditu obstruso, alias fugę latebras quęrit: & coercitus a voluptate ad auaritiã se effũdit. Etenim prius fructũ ad esum expetiit: nunc folia ad vmbrã quęrit. & tanto pfundius se a luce veritatis abscondit, quanto nequius sub studio parsimonię vitium ambitionis tegit. Propterea in
N fert & dicit. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnẽ meam. Quare? Vt animũ meũ, inqt, transferrẽ ad sapiẽtiã deuitarẽq; stultitiam. Bene hoc fecisti. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Idcirco bene fecisti, vt pręcideres a te nebulosam, & tenebrantẽ conscientiam, delectationẽ carnis, quatinus inuenire posses luminosam & nihil ipuritatis habentem delectationem veritatis. Bene in hoc fecisti, q; abstrahere pposuisti a vino carnẽ tuã: vt melius inebriares sapientia animã tuã, & eam ad semetipsam introrsum colligeres: vbi sapientia lucet, vbi veritas cognoscit, & prudentia inueniť. Nam & hoc ipsum erat deuitare stultitiã, nõ se ad inania & vana appetẽda effundere: sed totã animi intẽtionẽ oẽsq; cordis conatus sub rationis moderamine cohibẽdo veritati cõformare. Hoc ergo benefecisti. Sed vsquequo? Donec, inqt, vi O
derẽ qd esset vtile filiis hoĩm: quo fa- ››
cto opus est sub sole numero dierũ vi- ››
tæ suæ. Vide ergo vt pseueres, vt in veritate quęras, & vt pseueranter quęras quia non inueniť veritas nisi ab iis qui eam in veritate quęrunt. Qui sunt qui eã in veritate quærũt? Qui toto corde ad eã accedunt. Qui non dimidii veniunt, & dimidii recedunt: sed toti veniunt & ex toto veniũt. Hi veritatem in veritate quęrunt. Qui aũt cor suũ alibi colligunt, & alibi dispergunt: isti nõ toti accedunt, nec ex toto accedunt: & ideo veritatẽ non inueniunt: qa id qđ de veritate alibi lucrati videbanť, alibi perdunt. Qui congregãt mercedes, & mittunt eas in sacculũ ptusum. Si parsimonia colligit, & auaritia dispergit: qd prodest? Quid confert si gulã stringẽs, per continentiã voluptatis, collegisti: & oculos aperiẽs, p ambitionẽ dispersisti? Attẽdis q; intrasti: sed q; exiuisti nõ attendis. Si intras, & exis, foris es: quẽadmodũ si exis & intras intus es. Si autẽ foris es, vbicũq; es cũ veritate nõ es: qa veritas intus est. Et qd interest vbi sis, si ibi non es vbi veritas est? Vndecũq; venias & quacũq; ingrediaris, si int⁹ es bene es: quia cũ veritate es. Et quocũq; pergas, quacũq; egrediaris si foris es, male es: qa cũ veritate nõ es. Si ergo in veritate quæris: totus quære, totus accede, totus intra: qa veritas int⁹ est. Quare tã diu q̃ris: & nõ inuenis qđ q̃ris? Quia male q̃ris, qa ibi q̃ris vbi non est qđ q̃ris. Tu eñ foris q̃ris: & qđ q̃ris intus est. Ideo male q̃ris, & ideo inueni re nõ potes qđ q̃ris: & ppterea non ibi requiem inuenire poteris vbi es: quia veritas ibi non est vbi es. Vbi es? Sub P
vmbra, sub foliis: quia fructũ pdidisti. & ideo species fallit te: & veritas non est ĩ te. Quocũq; prexeris fraudaberis.

vmbra totum est quod vides, & veritas latet. Quæ est vmbra? Species rerum visibilium vmbra est: & tu animā tuam in eas effudisti & abscondisti te sub foliis vt lateres. Et quomodo lucem quæris tenebras intrans? In fructu vanitatem conspexisti, & in foliis veritatem esse putas? Si terrena omnia ad fruendum vana sunt: quomodo ad vidēdum multomagis vana non sunt? Si enim fruentibus verum bonum nō conferunt: possidentibus nec fruentibus cōferre quid possunt? Quare ergo post bonum propositum continentiæ & quęrendæ sapiētiæ studium, tam cito iterum ad occupationem vanam cōuerteris? Quare? Nisi quia mens tua foras eiecta est, & vaga ac profuga effecta super terram. Ideoq; stare nō potest, quia in veritate fixa non est. Idcirco inquis. Magnificaui opera mea &c.

De diuersis vanis Ecclesiastę conatibus. Homilia Nona.

Pomeria — MAgnificaui opa mea. Quæ opera? Ædificaui mihi domos: plātaui vineas, feci hortos & pomaria, & cōseui ea cuncti generis arboribus: & extruxi mihi piscinas aquarū vt irrigarem syluā lignoꝝ germinātiū.

Q ¶Hoc est qđ dixi. Extra quæris qđ intus perdidisti Magnificas opera tua: qa in temetipso minorat[9] es. Ædificas domos, quia proiect[9] es de habitaculo cō sciētię tuę. Plantas vineas & facis hortos: qa germina sapientię in corde tuo aruerunt. Extruis piscinas, qui fontem vitæ intus salientis non habes. Syluā irrigas lignorum germinantiū: qa vmbrā quęris luce veritatis amissa. Quid tibi cum istis delectationibus infelix, & bonorum tuoꝝ oblite? Vbi est nunc qđ paulo ante ꝓposuisti a vino abstrahere carnem tuam: qui modo omni lasciuia & vanitate inebrias animā tuā? Nunquid ita quęritur sapientia? Exisse illic videbaris: quomodo tam cito reuersus es? Quomodo? nisi qa in circuitu ambulasti: & inuoluta fuit semita tua: & reduxit te parsimonia, vbi gula prostrauerat. Ecce iterum in voluptatem corruisti: & captiuus factus es vanitatis. Quomodo huc venisti: nisi quia audisti vocem eius, & abscondisti te. Hæc est enim vmbra vanitatis, sub qua lates: ne videas veritatem. Quomodo ergo huc venisti? Nōne debueras q̄rere sapientiā? Sed mens tua longe exulans a veritate & viam veritatis ignorans. vnde ab vno se vitio voluptatis per continētiam gulę cohibuit: inde licentius in oēm se lasciuiam & superstitionē per concupiscentiam oculorū effudit: & eo nequius nunc in toto corrumpitur, quo magis in parte quantulacūq; correcta videbatur. Prius enim corrumpebaris & humiliabaris: quoniam vidisti & intellexisti qđ patiebaris. nunc sub specie virtutū, vitiorum præda factus es. Intrat auaritia sub obtentu parsimoniæ: & dū persuadet animo in rebus habitis temperantiā non desere re, facit nō ꝓfutura seruare. Inde multiplicatis diuitiis superbia sequitur: dū id quod per ambitionem quæsitum est, ad elationem possidetur. Inde oīa hæc portēta vanitatis orta sunt: q mēs stulta in rerum experimentis verum bonū extra existimat inueniendū. non quasi per ea quæ foris sunt verum bonum intus quęrendum sit, sed quasi in eis consistat. Idcirco sine modestia audacter ꝑ omnia se diffundit: & quæ in abstinentia carnis afflictionem inuenerat: alio aditu reperto per concupiscentiā oculorum, carnalem affectū multiplicius pascit. Neq; enim lasciuiēti sufficit, vt in rebus quæ ad humanā seruitutē factę sunt, & iocunditatē delectetur: nisi etiam superbia æqualitatem conditionis transgrediens, hominibus dominetur. Hoc est enim quod post cæteras & inter cæteras superstitiones suas adiūgit dicens. R

Possedi seruos & ancillas: multāq; familiam habui. S

¶Dominus factus est hominū, qui seruus erat vitiorū. Quanto melius esset ibi domin[9]: & hic socius? Nam illic dominari, regnantis foret ꝓbitas. Hic ve-

ro dominari,non repugnãtis probitas est, sed p̃mentis iniquitas, & patientis vtilitas. Sed glorię animal speciem attendit exterius:morbũ interius nõ attendit.Putat magnũ esse qđ inflatũ est & ideo gaudet exterius magnus videri.Introrsus autẽ vacuus & inanis esse non timet.Possedi,inquit,seruos & ancillas,multamq; familiam habui.Quid multa familia sine possessione multa: & pecunia multa atq; abundantia sumptuum facere potuisset?Propterea adiunxit & ait.

Armẽta quoq; & magnos omnium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.

¶Ecce abundantia.Gloria vbi est? Coaceruaui mihi argentum & aurum : & substãtias regum & prouinciarũ. Quãta gloria. Et quid sequitur? Quid? nisi ꝙ mens procax ad iactantiam cito ꝑ lasciuiã mollescit & eneruatur & dicit.

Feci cantores mihi & cantatrices & delicias filiorum hominũ. Cyphos & †vrceolos i ministerio ad vina fũdenda: & supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Sapientia quoq; perseuerauit mecum.

†vrceos

T ¶Grandis fidutia.Ideo secure peccasti. Ideo confidenter effudisti cor tuum in delicias voluptatis, & super illecebras pulchritudinũ & iocunditatũ vanitatis.Quare?Quia sapiẽtia perseuerauerat tecum.Quare eñ tu intus positam quęreres: si ipsa foris vagum non reliquit?Quę tamen est ista sapientia quæ ita discursus amat, & secretũ fastidit? Vide ne forte similitudo fallat te: & nõ sit sapientia qđ sapientia esse videtur. Caue ne in vmbra filiorũ decipiaris: vbi latuit pater tuus q veritatẽ videre non potuit. Vmbra enim obscurum facit:& si requiẽ habere videt̃,lumen non habet. Caue ergo ne & tu dũ sub vmbra foliorũ requiẽ quęris, incipias pati caligineẽ.Nec possis in vmbra positus clare discernere: quia imago q̃ apparet vmbra sola est,nõ veritas.Hác ergo vmbram foliorũ suspectam habe: ne decipiaris.Quæ sunt folia? Species rerum visibiliũ folia sunt:quæ modo q dem pulchra & virentia apparent, sed cadent subito cum turbo exierit.Quæ sunt folia?Domus,vineę,horti,piscinę, sylua lignorũ germinãtiũ,familię,possessiones,aurũ,argentum,substantię regum & prouinciarũ:lyrę,citharę,tibię organa,cyphi,& vrcei,& vasa preciosa diuitię,& pompę,& gloria: omnia hæc folia sunt.Quare folia?Quia vana,quia caduca,qa transitoria:ideo folia.Virẽt quidem modico tempore: sed cito arescunt & cadunt. Sed tamen dum stant vmbrã faciunt & habent refrigerium suum:sed est obscura vmbra & inimica lumini.Carni quidem ad tempus refrigerium pręstare videtur:sed oculos ca ligare facit. Idcirco suspectã habere debem⁹ vmbrã:nec facile credere iis quæ videntur in vmbra.Fallunt eñ oculos imagines:quia & ipsa vmbra imago est non veritas.Ideo dixi vt suspectam habeas vmbrã,q te sub foliis positũ confiteris.Sub foliis es,in vmbra es:& sapiẽtiam iuxta te vides.Vide diligẽter ne forte non sit sapientia, sed aliud aliqd latens sub specie illius.Quę est enim sapientia in vmbra foliorũ? Nam vmbra foliorum delectatio est & iocũditas in specie & pulchritudine rerum transitoriarũ.Et habet ista sapientiam suã. Sic enim homines vocant sapientiam qua ista requies & tranquillitas ista carnis callide & astute quęritur & prudenter cõseruatur. Et ista est sapiẽtia qua filii hui⁹ seculi & filii tenebrarũ prudẽtiores sunt filiis lucis in generatiõe sua. quę pseuerat cũ iis q iacẽt in vmbra foliorũ:& lumẽ verę sapientię,apud quã stultitia est sapiẽtia ista,videre nõ possunt. Quia eñ ad sola cõmoda carnis respiciunt.detrimẽta aię non attẽdũt: & qa cauti esse volunt vbi timẽdũ nõ est:stulti & iprudẽtes fiunt ibi vbi periculũ graue est & intolerabile detrimentũ.Nam quę est sapientia,carnẽ fouere & animã negligere? Quæ est sapientia id qdẽ qđ modico tempore molestũ est carni,tota intẽtione fugere:& id quod animæ semper exitiale esse constat,non cauere?Hæc est sapiẽtia de qua iste glo

X

Y

Luc.16.

V

riatur ſub vmbra foliorum iacẽs. O folia & vmbra qualis eſt fructus veſter? vide Adã qualia ſunt folia tua & qualis eſt fructus tuus? Abſcõdiſti te & folia tua vmbraculũ præbuerunt, vt tectus non videres veritatem. Manducaſti & fructus tuus cibum præſtitit: vt corruptus edulio perderes immortalitatem. Recognoſce miſer recognoſce malũ tuum: recognoſce miſeriã tuam: recognoſce vbi es & qualis fact⁹ es. Cõuertere de vmbra ad claritatẽ luminis vt non ſolum verba audias, ſed etiam faciem videas veritatis.

De reliquis vanitatibus vſq; in eum locum: Stultus in tenebris ambulat.

Homilia decima.

Cumq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meę, & ad labores in quib⁹ fruſtra ſudaueram: Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi: & nihil permanere ſub ſole.

A ¶ Audiuimus ſupra, iſte quanto ſtudio diuitiis congregandis augendiſq; reb⁹ inſudauerit: ac deinde laſciuię & voluptati experiẽdę, in iis, quas parauerat, rerũ affluẽtiis, quemadmodũ animam ſuam effuderit, ipſo teſtante cognouimus: Nunc vero quid poſt hęc oĩa ſubiungat, audiamus. Cũ, inqt, me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quę fecerant manus meę, & ad labores in qb⁹ fruſtra ſudaueram: vidi in oĩbus vanitatẽ & afflictionẽ animi: & nihil pmanere ſub

Queſtio ſole. Hoc itaq; in principio queſtionem nobis ingerit, quomodo nũc primũ iſte cõuerſum ſe dicat ad videndũ opa ſua cũ nihil aliud hactenus feciſſe videaẽ, q̃ his rebus intentionem adhibuiſſe & ſtudiũ? Quãdo magnificauit opera ſua ædificauit domos, plantauit vineas, & hortos fecit, & pomaria, atq; piſcinas extruxit: ſeruos & ancillas habuit, armenta, & greges, argentum & aurum, ſubſtantias regum & prouinciarum: & delicias filiorũ hominum. Quando deniq; non ſolũ opere, ſed & mente quoq; rerum ſe ſuarum amori & voluptati tãtũ immerſerat, vt hanc partẽ ſuã exiſtimaret: neq; ob aliud quodã modo ſe factum crederet, q̃ vt oblectaret ſe in his omnibus quæ parauerat: Nunquid nõ videbat quod faciebat? Sed vidit ſpeciem: non pręuidit corruptionem. Vidit quid eſſe videbantur quæ ſtabant: ſed non attendit quid facta fuiſſent quæ perierant. Amor enim præſentium dũ in ſe totam animi intentionem conuerteret: & in eorũ quæ videbantur fallaci ſpecie per carnis aſpectum ingreſſus cordis quoq; oculos occuparet: ſimul & præteritorum memoriã abſtulit, & futurorum prouidentiam abſcondit. Vnde factum eſt, vt dum ad ea quę videbãtur ſola reſpiceret: in ipſis quoq; veritatem agnoſcere nõ valeret. ſimulq; in ſuis operibus, & conuerſus quę concupiſceretur videret ſpeciem: & auerſus quę caueretur non agnoſceret vanitatem. Fit autem nõnunq̃ vt temporalia bona tunc citius vana eſſe deprehendantur: cum magis abũdare cœperint: quę ſæpe cũ nõ habenẽ pdeſſe potuiſſe eriſtimantur, ſi affuerint. Cum vero habita, mentis inopiã, nec in ſua affluẽtia expellere valeant: tũc primũ experienti q̃ exiguum pro laborantibus fructũ cõferunt manifeſtant. Vnde conueniẽter iſte poſt tantam rerum omniũ affluentiam, vſumq; voluptatum: conuerſum ſe dicit, vt intelligeret vanitatem ſuã. Quia cũ experiri cœpit ꝙ felicẽ facere nõ poterãt habita: tũc agnouit ꝙ multomagis miſerũ fecerant caſſo labore quæſita. Cum, inquit, me conuertiſſem ad vniuerſa opera quę fecerant manus meæ: videlicet reſpiciens qualis fruct⁹ tantos labores ſequi potuiſſet: tunc ait Inueni non ęqua lance recõpenſari mihi fructum laborũ meorum: ideoq; fruſtra me laboraſſe iudicaui reſpiciẽs labores in quibus fruſtra ſudaueram. In omnibus enim vanitas & afflictio animi. Pri⁹ afflictio, poſtea vanitas. Sed & poſt vanitatem afflictio: & ante vanitatem afflictio: & in vanitate afflictio: & totum vanitas, & totum afflictio. Vana quippe ſunt vniuerſa quæ ſuis dilectoribus & cum ſunt non exhibent qđ

B Rũ...
C

promittunt:& cũ teneri existimant per
D transeunt. Sed poterat fortassis tolerabile videri, si sola vanitas esset:& afflictio non esset: Nũc autẽ & ante vanitatem afflictio: & in vanitate afflictio, & post vanitatem afflictio. qm̃ nec sine labore acqri, nec sine sollicitudine cõseruari, nec sine dolore amitti possunt : q̃ cũ amore possidebant. Ideoq; & totum vanitas & totũ afflictio: quia & in afflictione vanitas, & in vanitate afflictio. Et ꝑpter hoc recte cõuersus ait. Vidi in oĩbus vanitatẽ & afflictionẽ animi: & nihil ꝑmanere sub sole. Erudit⁹ nãq; in ꝑpriis, etiã aliena iudicare cœpit:& qđ ĩ parte cognouerat, veraciter de toto pronunciabat dicens:nihil permanere sub sole. Hinc vero colligi põt, quantum in rebus aliis siue ad bonũ siue ad malũ cõducat homini nosse qualis homo ipse fuerit sibi. Nam secundũ aliqd omnia hoc tibi esse incipiunt, quod tu ipse fueris tibi. Si teipsum non vides: nihil bene vides. Si in tui iudicio non falleris:facile dirigeris in alieno. Sicut hic quoq; conuersus & directus cũ de
„ suis operibus subiunxisset: vidi in omĩbus vanitatem & afflictionẽ animi:statim quasi in ꝑpriis eruditus, aliena diiudicare incipit: & de iudicio suorum operum sententiam format vniuersorũ
„ dicẽs:Et nihil permanere sub sole. Sed quia ad perfectum non sufficit mala reprobare, nisi etiam bona eligere qs nouerit:subiunxit & ait.

Transiui ad contemplãdã sapiẽtiã.

E ¶Hebrȩus transiens interpretatur. Hebrȩus ergo factus est iste ad contemplãdam sapiẽtiam: Et erat quidẽ ipse etiã prius hebrȩus secundũ carnem: sed hebrȩus non fuit secundũ veritatẽ, donec transire cœpit ad contemplandã sapiẽtiam. Quemadmodũ iudȩus secundum carnẽ dicitur, & iudȩus secundũ veritatem: ita alius hebrȩus est secundum carnem, & alius hebrȩus secundũ veritatem. Qui autem in manifesto secundum carnem iudȩus est, & q in manifesto secundũ carnem hebrȩus est: nõ vere iudȩus est, & non vere hebrȩus. Sed qui in occulto secundũ spiritũ iudæus est, & secundum spiritũ hebrȩus est: vere iudȩus est & vere hebrȩus. Nã multi transeunt secundum carnem, & non transeunt secundũ veritatem: quia nõ transeunt vt perueniant ad veritatem. Facilius maria trãseant, & longinquas peragant regiones: q̃ pertingant ad veritatem:& ipsa prope est. Prope est (inquit scriptura) verbũ in ore tuo:& veritas verbi in corde, & ipsum verbũ est veritas, quia veritas verbũ est. Et cum tam prope sit ipsa veritas: nihil tamen longius ab iis q stultitiã amant. Quid autem stultius q̃ semper ima respicere: & vultus habere pronos in terrã? Hoc enĩ bestiis datum est, quibus vltra nihil appetere est concessum. Sapiẽtia autem habitat in supernis:ad quam erigi nolunt qui bestiis comparati sunt, & terram intuẽtur. Hæc est ipsa stultitia, de qua transiuit iste ad contemplandã sapientiam:cum falsa bona, quȩ in terra amauerat, despexit : & ad vera bona, quȩ sursum sunt, contemplãda & amãda se erexit : qa in his q̃ deorsum sunt sub sole omnibus vanitatẽ aspexit. Propterea cum vidisset in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil ꝑmanere sub sole: transiuit ad contẽplãdam sapientiam supra solem. O q̃ difficilis transitus, & q̃ multorum dierum via infirmos gressus habentibus? Et nescio an tota vita hominis sufficere possit ad conficiendum hoc iter. Quis enĩ in hac mortali vita degens, sapientiam plene apprehendere poterit? Sapientia enĩ de occultis trahit, & in occultis inuenitur:& semp secretum amat sapientia, nec se contemplandam præbet, nisi iis qui ingrediunt ad eam. Sed hoc valde graue est infirmis animis, vt dilecta relinquant, & deserant amata: & ad ea transeant appetenda quȩ non norũt: nisi doloribus suis erudiant: & amara eẽ incipiant, quæ ante dulcia fuerunt: & ita quodãmodo multi retrahantur & compellantur intrare, & transire ad cõtemplandam sapientiam. Nam cum gustare cœperint & intelligere suauitatẽ & iocunditatem sapiẽtiȩ:tunc iam cõpelli opus non habent, sed sequitur volentes:& libenter vniuersa despiciunt:

Margin: Rom.10. F G H

& relinquūt oīa, vt transeant ad contē plandā sapientiā: & tūc cito pueniunt, qa currunt velociter, & ardēter reqrūt & incipit ppe esse illis sapientia, qa ipsi appropinquant ei, & nō elongāt ab ea in cōcupiscētias alienas. Sic cum esset Moyses in deserto pastor animaliū: & æthiopissam haberet vxorē, non nouerat adhuc nisi ignē cōsumētē: Propter ea mirabať, q rubus ardebat, & non cō
I burebať. Quādiu eñ animus desideria sua in infimis voluptatib⁹ pascit, & carnali concupiscētia vinct⁹ nōdū ad amplexus sapientię puenit: in igne consumente est & deuorante vsq ad pditionem. Flāma. n. libidinis & amor carnis eos quos accēdit cōsumit. Amor vero sapientię lumē habet: sed cōsumptionē nō habet. & si accendit frigidos, ardentes tamē non cōburit. Propterea Moyses mirabať quomodo ardebat rub⁹ & non comburebať. Nā & ipse ardebat, qa vxorē ęthiopissam habebat: neq hoc ei miraculū fuit, sed ardere & nō cōburi: qđ expertū non fuit, hoc ei miraculum
K fuit. Et ipsum miraculū trahebat eum & hortabať vt transiret & videret visionē maximam, quomodo rubus ardebat & nō cōburebať: & currere cœpit in cōcupiscentiā suauiorē: & obliuisci desideria antiqua vbi ardebat & cōburebať: atq ęthiopissę vxoris amorē fastidire: quia nigra erat & formosa non erat: neq similis ad illā sunamitē q̄ senes calefacit & iuuenes non vrit. Hui⁹ enim sunamitis, idest sapientiæ, amorē significabat ignis ille quo rubus ardebat & nō comburebať: & ideo Moyses postq̄ transiuit ad videndā visionē: ac sentire cœpit q̄ suauiter arderet flāma eius: non amplius teneri potuit ęthiopissę vxoris amore: sed accēso corde meliori igne, vsq ad colloquiū altissimi p uenit: & missus est in populi saluationē. In igne enim ei de⁹ loquebať: & de igne audiebať, & p ignē intelligebať. Et erat intus flāma, q̄ cor succenderat: qua sicut rubus ardebat & nō cōburebať. Mēs ipsa in igne deū cōceperat: & p ignē deū cognoscebat. Nisi enim arsisset non vidisset nec cognouisset: qa ignis ipse, dilectio est: & dilectio ipa cognitio. Cognouit ergo & dilexit, vidit & arsit, gustauit & amauit, & vicit ignis ignem, dilectio superauit dilectionem.
L Contempta est æthiopissa deformis & nigra: quā sua flamma fuscauerat, & amor ipse suus, non amabilem faciebat. Cōtempta est in cōparatione pulchrioris: neq vltra seruire pro illa voluit, q se cum illa seruū semper futurū agnouit. Vita enim carnalis, & concupiscētia carnis ex patre deo nō est, sed ex patre diabolo: & ipsa amatores suos, patris sui seruituti addicit: & subiicit dominationi. Et seruit Moyses & pascit pecora: et amorē fœdę cōiugis turpi famulatu mercatur: nec potest liber esse, donec deus in igne aduenìat, et appareat in dilectione. Tunc enim facile cōtemnit, quod male amauerat: cum gustare cœperit quod dulciuscōcupiscat. Et iam pro æthiopissa Moyses seruire non dignatur: quā et si postea sequentem non abiicit, non suscipit tamen ad dilectionem. Curam enim carnis, amator sapientię effectus sic admittere debuerat, vt proterue lasciuienti se p affectum non subiiceret: sed tātū infirmāti et obsequenti condescenderet per cōpassionē. Aliud est enim amare ad gaudiū: aliud sustinere ad vsum. Aliud in societatē dilectiōis suscipere: atq aliud in parte cōpassionis sustinere. Vita carnis in necessitate portāda est, sapientia in dilectione socianda. Illa ppter se appetenda est: ista ppter se fugienda, propter nos sustinēda. Ideo Moyses post visionē non seruit in madian patri ęthiopissę: neq ipsa amplius parit filios quasi a thoro repulsa, vbi locus amoris est et dilectionis: et alia pulchriore atq amabiliore recepta ex cui⁹ cōsortio nō fusc⁹ sed luminosus fieret vult⁹ Moysi, cui⁹ amor in illo igne mōstrabať: qñ rubus ardebat et nō cōburebať. Cucurrit
M aūt Moyses vt trāsiret et cōtēplaret visionē: qa nōdū adhuc sapiētię ignē conceperat, neq senserat suauitatē. Ideo mirabať, et ipsa admiratione trahebatur: vt appropians calefieret et arderet. Et ignis ipse q absentē illuminabat: appropiquātē accēdebat. Propterea appropians soluit calciamētū: libēter iā carnali

valdevona amore ... demorse ... sna etiā ipsa sunami te ... ardor ... et deambo ... et nō comburebatur

bus cõcupiscẽtiis abrenũcians,degusta ta illi⁹ amoris dulcedine & agnita sua uitate.Quid em̃ concupiscentia carnis potuisset amori sapientiæ comparata? Propterea ergo Moyses festinauit currere & videre visionem: atq; trãsire ad contemplandam sapientiam:Et manifestum factum est,quomodo ille transiuit:& quomodo peruenit ad cõtemplã dam sapientiam. Quantum in illa vidit,& quantum de illa agnouit:& quo modo amicus factus est sapientiæ:vsq; in profunda eius penetrans,& conscius
N secretorũ illius. Et q̃ multi sunt ab initio q sic transire voluerunt ad contem plandam sapientiam? Primus Abrahã magnus ille pater de igne Chaldæorũ exiuit: & transiuit ad contemplandam sapientiam:& venit in terram visionis quam monstrauit ei deus,& vidit claritatẽ sapientię & gauisus est.Et Ysaac ad meditandũ egressus fuerat,& transiuit ad cõtemplandam sapientiam:& locutus est cum eo deus. Iacob quoq; ad contemplandam sapiẽtiã pergens trãsiuit de Mesopotamia veniẽs:& vidit do
O minũ facie ad faciem, & salua facta est anima eius. Post istos, omnes patriarchę,& omnes prophetę trãsiuerunt: & omnes sapientiam contemplari voluerunt.Et venit nouissime sapientia ipsa & trãsiuit,& cõtemplati sunt eam amici eius:quoniã ad hoc venerat vt videretur ne incassum quæreret si nunq̃ videretur: & dixit eis q transiuerant vt
Matt.13. contemplarentur eam.Beati oculi qui vident quę vos videtis. Multi reges & multi prophetę voluerunt videre quæ vos videtis,& non viderunt:& audire quę auditis,& non audierunt.Hoc dixit & transiuit: vt post illam transirẽt q eam contemplari concupiscerent:ne forte iam non quęreretur si semper videretur.Et secuti sunt post eã alii mul
P ti & pertransiuerunt plurimi & multiplex facta est sapientia.Et multi trãsire voluerunt & peruenire non potuerũt: quia viam nõ tenuerunt. Alii transierunt & peruenerunt.Alii trãsire voluerũt & ptrãsire nõ potuerũt, qa p se ire putauerũt. Nã etiã gentiũ philosophi & ipsi ad contẽplandã sapiẽtiã transire voluerũt,sed errauerunt atq; euanuerũt,qa semetipsos ducere putauerunt. Et tñ trãsire cœperãt: & puenerãt vsq; ad aliqd,& ad viã accesserũt:sed viã nõ intrauerũt,qa in Christũ non crediderũt. Vultis scire vsq;quo puenerãt? In terra erant corpore,& ascẽderũt mẽte, & trãsiuerũt terrena oĩa, cęlestia scrutando.Vsq; ad lunã & vsq; ad solẽ,vsq; ad sidera cæli,deniq; vsq; ad ipsum cælum & vsq; ad ipsum firmamẽtũ ingenio suo ascẽderũt, & intellectu peruenerunt.Et qd erat vltra quo pgere potuissent?Sed sapiẽtia sup oĩa est:neq; inueniri potest ĩtra oĩa, p quã oĩa facta sũt. Nihil horũ est,a quo est om̃e quod est. Sed vbi illud inuenire potuissent? Nõ videbat̃,& tñ quęrebat̃: nec latere potuit vt nõ loq̃ret̃,nec inuesti gari vt inueniret̃.Sapientia intus erat,& ipsi foris erãt:& ingressi sunt mente post eã, vt transirent ad cõtẽplandã sapientiã. Et inuestigauerũt, & pscrutati sunt sapienter:& cõprehẽderũt secreta naturę:& inuenerũt occulta multa: & nihil horũ sapiẽtia fuit:qa om̃e hoc p sapientiã factũ fuit. Supra oĩa quo ascenderũt,intra oĩa quo ĩtrauerũt: et nõ erat vltra aliqd vbi sapientiã q̃rere potuissent.Et ceciderũt et defecerũt scrutantes scrutationes:et visum est illis diuinũ aliqđ esse supra oĩa:et tñ illud non cognouerũt neq; intellexerũt: sed vidẽtes ampli⁹ caligauerũt,qa infirmis oculis cõtra lumẽ splẽdidũ impegerũt. Et cœperunt falsa multa de vero existimare:et deũ corde suo puerso cõparare nõ qđ ipse erat,sed qđ ipsis videbat̃ q videre nõ potuerũt qđ erat.Illi aũt bene videre se existimauerũt,et in cogitationib⁹ suis euanuerũt:& pei⁹ excæcati sũt, et inuẽti sunt ꝓfundius errãtes, subtilius pscrutãtes. Alii aũt subtilius moribus sapientiã quęrẽdã putauerũt:et facti sũt plurimi bonorũ suoꝝ cõtẽptores:sed nõ vitioꝝ suoꝝ correctores. Et isti quoq; vsq; ad aliqd puenerũt:qa spẽciẽ pietatis habuerũt,sed veritatẽ non tenuerũt.Abiecerũt pecuniã: sed maliciã retinuerũt.Qđ foris erat mũdauerũt:et quod intus erat pollutũ tenuerũt.Hoc aũt sapiẽtia nõ fuit,qa veritas Q

non fuit:sed falsa imago sola. Illi autẽ
putauerunt se per iter virtutum ince-
dere:sed quo tenderẽt nesciuerunt, qa
directionem suam & finẽ non cognoue
R runt. Et erant adhuc alii qui virtutes
quasdam habuerunt,& naturali ductu
in eas ferebantur: & transierunt & per
uenerunt vsq ad aliqd:& ex parte qua
dam naturę qua non tota corruptioni
subiacuit bonum viderũt & concupie
runt. Et datũ est eis multa posse de stu
dio virtutũ:& affectu probo ad bonita
S tem procliui. Quis hoc nescit quantos
& illi viros virtutũ habuerunt,& quã
ta illi miranda & imitatione digna fe-
cerunt:sectantes iustitiam, pietatẽ co-
lentes,seruantes castimoniam, patien-
tia confirmati,stabiles fidelitate,prudẽ
tia circũspecti,& quid dicemus? Nunqd
hęc oĩa bona nõ fuerunt? Fuerũt vtiq,
sed naturę,non gratię: conditionis nõ
reparationis:bona quę natura conser-
uauerat ne tota corrumperet: non bo-
na quę gratia dederat, vt natura a cor
ruptione liberaretur. Bona quæ natu-
rę quidem gratia primũ conditæ dede
rat:postea corruptę reliqrat:sed a cor-
ruptione purgandæ non superaddide-
rat. Bona qbus bene cõditę naturę pul
chritudo probaret: non qbus glorificã
dę celsitudo acquireretur. Bona igitur
pro parte sua omnia ista fuerũt,sed ve
ra bona non fuerunt:qa mẽtem per in-
tẽtionem ad summũ bonũ non direxe-
runt. Et his oĩbus sapientia inuẽta nõ
est:qa in veritate non est quęsita:& nõ
appropinquauit vel illis vt eorũ ocu-
los ad veritatẽ illuminaret:vel istis vt
T eorũ gressus ad virtutẽ dirigeret. Atq
ideo nec cæci eam inuenire potuerũt:
nec claudi ad eam peruenire. Sed dicat
iste noster hebręus quid fecerit: quãtũ
transitu suo profecerit:qm̃ & ipse se cũ
cæteris ad contẽplandã sapientiã trãsi
re testatur dicens. Transiui ad contem
plandam sapientiam. Hoc est ergo qđ
considerare debetis. Qui enim ad sapiẽ
tiam trãsit:stultitiam relinquit. Et qd
est quod sequitur?

Errores quoq & stultitiam.

¶Si ad sapientiam transit, q ad contẽ-
plandã sapiẽtiã trãsit:quomodo a stul-
titia recedit,vel errorẽ relinqt:q ad cõ
tẽplãdos errores & stultitiã trãsit? Sed
sapientia lux est:error autẽ & stultitia
tenebrę sunt. Qui aũt in tenebris est:
nec tenebras videt,nec lucẽ. Qui vero
in luce est:& tenebras videt & lucẽ: qa V
oĩa q̃ arguunt,arguunt p lucẽ. Qm̃ igi
tur tenebras suas videre nõ potest,qui
adhuc ipse in tenebris est, sed a tene-
bris ad lucẽ venit:vt videat p lucem &
tenebras & lucem: nõ p tenebras tene-
bras:& p lucẽ lucẽ,sed tenebras & lucẽ
p solã lucẽ. Nemo ad tenebras vadit,vt
tenebras videat:sed ad lucẽ venit vt vi
deat p lucẽ non solũ lucem, sed & tene
bras & lucẽ. Qui ergo videre vult te-
nebras suas,recedit ab eis: ne in tene-
bris sit ipse & nihil videat: & trãsit ad
lucẽ,vt p lucẽ & tenebras pariter & lu
cẽ videat. Recte igit ecclesiastes cũ ad
sapiẽtiã cõtẽplandam transit: errores
quoq & stultitiã cõtẽplaturus ad ipsã
venit,quasi ad lucẽ:vt in ipa videat &
tenebras & lucẽ. Hoc est vt in ipsa vi-
deat,& qđ ipsa est sapiẽtia:& p ipsã vi-
deat errores & stultitiã, qđ ipsa nõ est
sapiẽtia. Nã q sapiẽtiã videt, videt qđ
ipsa est sapientia:& q errores & stulti-
tiã videt,videt qđ ipsa nõ est sapiẽtia:
& tñ sapiẽtiã videre,& errores & stul-
titiã videre nõ nisi p ipsam põt,& ipsa
est sapiẽtia. Qui ergo ad cõtẽplãdos er
rores,& stultitiã contẽplãdã transit,ad
sapientiã trãsit:queadmodũ q ad cõtẽ-
plandã sapientiã trãsit, ad sapientiam
trãsit. Cũ tamen altera.i.errores & stul
titiã cõtẽplatur vt fugiat:ad alterã ve
ro,hoc est ad sapiẽtiã vt eã cõtẽpletur
accedat:quia vtrũq sapiẽtia nõ est,sed
vtrũq cõtẽplari sapientia est:& qui ad
vtrũq cõtẽplandũ transit,nõ ad aliud
q̃ ad sapientiã transit: neq aliud q̃ er-
rores & stultitiam relinquit. Dicat er-
go. Transiui ad contẽplandã sapientiã X
erroresq & stultitiam. Quid est error?
Nescire quod rectum est. Quid est stul
titia? Scire & non sequi. Quid est sa-
pientia? Cognoscere & amare bonum.
Malum vero cognoscere & odisse: &
ipsum est sapientia,& prima sapientia,
quia odisse malum bonum amasse est:

& cognouisse malũ,rectum intellexisse. Quapropter cognoscere & amare bonũ,sapientia est: & ipsum est odisse malũ & cognouisse. Et hoc totũ in sapientia cognoscitur:cũ sapiẽtia videtur, & qđ ipsa est vt diligatur: & qđ ipsa non est,sed p ipsam manifestum est,vt odia
Y tur.O q̃ bonus transitus iste est:& q̃ feliciter migrat, qui ad contemplandam sapientiam migrat. Quid mirum est si deus Hebręorũ dominus deus est: q talles transitores facit,& ad talia transire
Eccli.24. facit? Transite ad me,inqt sapiẽtia, oẽs qui concupiscitis me: & a generationibus meis implemini.Spiritus em̃ meus super mel dulcis:& hæreditas mea sup mel & fauũ.Qui edunt me adhuc esurient: & qui bibũt me adhuc sitient: q elucidant me,vitam ęternam habebũt. Quoniã doctrinã quasi antelucanũ illumino omnibus : & illuminabo omes sperantes in domino. Vultis enim scire quomodo illuminat sapientia eos q ad se contemplandã transierint? Istum ipsum interrogate,qui ad contemplandam sapientiam transiuit:& considerate qualiter illuminatus sit,ex quo cœpit videre eã.Nã prius q̃ ad ipsam contemplandam transisset: q̃ cæcus fuerit satis supra audistis:quãdo ire putauit vbi homini via non erat: quęrere & inuestigare vniuersa quæ erant sub sole: & magnũ aliquid esse credidit illorum inuestigare naturam:quæ extra hominis naturam consistunt: quæ etsi sciantur quantum in ipsis est,nec salutẽ cõferre possunt:neq; si nesciantur, auferre.Ibi ergo cęcus fuit,non vidẽdo neq; cognoscendo in se qđ potuit : nec p se
Z appetẽdo qđ debuit.Sed nunc illuminatus a sapientia:qd dicat intendite.

Quid est inquã hõ? Quid est inquã?

¶Non quæro quid est quasi admirãdo dignitatẽ, sed cognoscendo infirmitatẽ. Quid est homo? nihil est homo. Nõ aliquid tale est homo:vt sufficiens inueniatur ad hoc.Ad quid?

Vt sequi possit regẽ factorẽ suum.

¶Si enim non potest consequi facturã: multomagis factorẽ sequi non potest. Si non potest inuestigare quod factum est:eum qui fecit quomodo potest comprehendere? Quid est homo vt seq possit regem factorẽ suum? Regem suum & factorem suum.Idem ipse qui rex est factor est.Factor est quia creauit: Rex, quia gubernat in eo qđ creauit:& dirigit ad qđ creauit. Creauit enim in ma A
gno bono,& dirigit ad summũ bonum. Quis est qui sequitur factorem suum? Qui viuit vt factus est.Qui incedit secundũ quod institutus est. Qui seruat bonũ qđ creatus accepit: & quod natura contulit impollutum custodit . Iste sequit̃ factorem suũ.Et quis est qui sequtur & regẽ suũ? Qui tendit ad qđ dirigitur:q festinat peruenire quo inuitat̃: q legibus bene pręsidentis obtẽperat: q iubentis imperio spontanea se ad oĩa voluntate inclinat.Iste sequitur regem suum.Sed qs est homo,q deo responde B
re possit? Quis sufficiens inueniet̃ reddere vicem deo ? Si ipse præcedit & tu sequeris: ergo aliud illi⁹ est,aliud tuũ. Immo si ipse bonũ inchoat: tu cõsummas:qđ min⁹ est illius est, & qđ maius est,tuum est.Si de⁹ p̃cedit bonũ inchoando,tu subseq̃ris pficiendo:iã non solum æqualis deo, sed maior inueniris. Sed forte ipse præcedit ostendendo,tu sequeris imitando.Et vbi qđ dicit̃: Mi Psal. 58.
sericordia eius pręueniet me: & subsequetur? Vbi est.Ex ipo & p ipsum & in Rom. 11.
ipso sunt omnia? Vbi est. Quid habes 2.Co.4.
quod non accepisti? Si autem accepisti vt quid gloriaris quasi non acceperis? Nam si ostendere illius est,tuũ seq:iam aliquid habes qđ non accepisti: neq; ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt oĩa: sed quędã hominis sunt,quę ex ipo nõ sunt:si aliqua potest per se homo quę p ipsum non sunt.Sed nõ ad hoc illuminat sapientia,vt sic sentiat homo : aut sic dicat quasi ex se aliquid habere possit homo:qui neq; hoc a se habere potuit ꝙ est homo. Quid ergo dicit? Quid est homo vt sequi possit regem factorem suum? Q̃ lõge enim putas homo C
est a deo vt ptingat vbi ille est ? Quid enim est pertingere vbi ille est: nisi esse quod ille est? Et quid est deus? Aut homo quid est? Videte q̃ longe sunt. De⁹ iustus est & beatus : Homo iniustus & miser. Videte quantum distant iust⁹ &

iniustus:miser & beatus. Nõ poteſt au
tem eſſe cum beatitudine miſeria: nec
ad beatitudinem ꝑuenire iniuſtitia.
Iuſtitia via eſt:beatitudo patria. Pecca
ti autem ſeruus iuſtus eſſe non poteſt:
D niſi fuerit a ꝑccato liberatus. Videte
ergo ꝙ non poteſt homo ſequi regem
factorem ſuũ: niſi prius viſitetur a re=
ge factore ſuo. Non poteſt homo ad il=
lũ ire:ſed ille poteſt, ſi voluerit, ad ho=
minẽ venire. Propterea rex & factor ho
minis venit ad hominem. Venit ad id
qđ homo erat:& factus eſt ipſe qđ non
erat. Factus eſt homo ꝓ homine: aſſu=
mens noſtram miſeriã, retinens ſuã iu
ſtitiam. Et apparuit inter deũ & homi
nes mediator dei & hominũ homo de=
us. Appropians hominibus deus ꝑ mi=
ſeriam:nec recedens a deo homo ꝑr iu
ſtitiã. Ita deꝰ deſcẽdit ad vnũ: & homo
aſcẽdit ad vnũ: & in vno duo inuenta
ſunt alterũ ex nr̃o, alterũ ex ſuo. Erant
quippe tria quædam. Deus erat, iuſtus,
& beatus:& homo erat, miſer, & iniu=
ſtus:& quia hęc conuenire non potue=
runt, poſuit ſe in medio homo deus cõ
iungens miſerum & iuſtum, vt per iu=
ſtitiam, miſeriam vinceret:& iuſtitiam
ad beatitudinem repararet. Igitur cũ
eſſet nobiſcũ Emmanuel ꝑ iuſtitiã quã
ad nos attulerat: & ꝑ miſeriam quã a
nobis aſſumpſerat, redire cœpit vñ ve
nerat. Vt in homine ꝑr iuſtitiam, mi=
ſeriam vinceret:& hominem cum iuſti
tia per miſeriam ad beatitudinẽ reuo=
caret. Tenuit igiẽ iuſtitiã & ſuſtinuit
miſeriã quouſq; miſeriã vinceret:& iu
E ſtitiam coronaret. Et cucurrit & præ=
1.Pet.2. ceſſit nos. Paſſus pro nobis & exemplũ
relinquẽs nobis, vt ſequamur veſtigia
eius. Liberans nos a ſeruitute ꝑccati,
vt & nos in miſeria, iuſtitiã habeamus
& ꝑ miſeriam cũ iuſtitia ad beatitudi=
nem tranſeamus. Promittens nobis qđ
accepit:ſi patimur qđ ſuſtinuit. Vt re=
gnemꝰ cũ ipſo, ſi patiamur ꝓ ipo. Ita igi
tur verbũ icarnatũ factor & rex noſter.
qa ſeq ipm nõ potuimꝰ in ſua maieſta
te, ꝓceſſit nos in nr̃a humilitate: & de
F nr̃o viã ſtrauit vt ad ſua ꝑueniamꝰ. Sed
nec ſic qdẽ ſeq eũ poſſet homo:niſi ad=
iutus eſſet ab ipſo:quia nec iuſtus ho=
mo per mortem ad vitam curreret, ni=
ſi ille qui ꝑccatori dedit iuſtitiã etiã
patienti conſtantiam daret. Recte igi=
tur qui ſapientiam contemplatus fue=
rat, & q̃ per ſe nihil ſit homo agnoue=
rat:dixit. Quid eſt homo vt ſequatur
regem factorem ſuum? Vere em̃ iſte ad
contemplandam ſapientiam tranſiue=
rat:& vere a ſapientia illuminatꝰ erat:
multo magis nunc ſapiendo veraciter
hominis infirmitatẽ agnoſcens:q̃ priꝰ
inaniter ſe vltra hominis poſſibilitatẽ
extendens. Ibi enim elatus eſt vt defi=
ceret:hic vt proficeret humiliatꝰ. Illic
extra ſe ꝑr elationem tumuit, vt in ſe
euacuaretur: hic ſe per humilitatẽ ad
ſe collegit vt ſolidareẽ. Et hoc totũ ſa=
pientia fecit poſtq̃ eam contemplatus
eſt:oſtẽdens illi in luce ſua prius tene=
bras eius:poſtea & lucem ſuam:& totũ
in luce ſua, & ꝑr lucem ſuã. Et nõ erat
tenebrę lux:nec in luce tenebræ erant:
ſed ꝑr lucem tenebrę videbantur, & a
luce diuidebantur:& ait.

Et vidi quia tãtũ præcederet ſapien
tia ſtultitiam quantum differt lux
a tenebris.

G ¶Quomodo hoc videbatur? Quia ſapi
entia illuminat:ſtultitia excęcat. Et vn
de hoc probari poteſt:ꝙ ſapientia illu=
minat, ſtultitia excęcat? Intendite.

Sapientis oculi in capite eius: ſtul=
tus in tenebris ambulat.

¶ Modo probatum eſt ꝙ ſapientia illu
minat:ſtultitia excęcat. In quo proba=
tum eſt? Quia ſapiens oculos illumina
tos habet:ſtultus nihil videt. Si enim
ſapiens oculos illuminatos habet: er=
go ſapientia illuminat. Et ſi ſtultus ni
hil videt:ergo ſtultitia excæcat. Nam
ſapientia lux eſt:& illuminat. Si habue
H ris oculos quo illa attingit. Si autem
oculos habes vbi lux nõ eſt:oculos ha=
bes ſed nihil vides. Et qd prodeſt hoc?
Sint ergo oculi tui vbi lux eſt:ne effi=
ciaris quaſi oculos non habens, ſi lucẽ
nõ habes. Vbi aũt eſt lux? Surſũ eſt lux
vbi eſt ſapiẽtia. Nã ſapiẽtia ſurſum eſt:
& lux ſurſum. & oĩs lux de ſurſum ve=
nit. Et ſicut deorſũ tenebrę ſũt ſine lu=

ce,ita sursum lux sine tenebris. In me-
dio vero post lucē tenebræ:& post tene
bras lux. Propterea sunt dies cęli quos
tenebræ nō diuidūt,neq; obscurū inter
polat. Et dies terrę sunt quibꝰ tenebræ
succedunt. Quia vbi sapiētia semp est,
semper lux est:& vbi sapientia non sem
per est: tātū lux est quantū sapiētia est.
Et vbi sapientia nunq̄ est:nunq̄ lux est.
Ergo lux est quo attingit sapientia , &
quo non attingit sapiētia , lux non est.
Et quo non attingit sapientia,si attin-
git a fine vsq; ad finem:quid relinquit
extra quo attingere non possit quę to-
I Eccli.24. tum penetrat & complectitur totū? Gy
rum cęli circūiui sola,& pfundū abyssi
Sap.8. penetraui:& in fluctibus maris ambula
ui: attingens a fine vsq; ad finem forti
ter,& disponens omīa suauiter. Magna
igitur quæstio est quidnam sit quo nō
attingit sapiētia. Vbi oculi stultorum
sunt qui ambulāt in tenebris & nō vi-
dent. Aliam itaq; scripturā interroge-
mus:vbi sunt oculi stultorum qui ī te-
nebris ābulant & non vidēt. Dicit em̄.
Alia in- Oculi sapientis in capite eius:oculi au
terpreta tem stultorum in finibus terrę. Ergo in
tio. finibus terrę tenebrę sunt:& propterea
non vident stulti qui ambulāt in tene-
bris,quia oculos habent in finibus ter
ræ. Nam si lumen ibi est vbi oculos ha-
bent : non ambulant in tenebris stulti:
sed illuminatos habēt oculos & vidēt.
Si vero stultus in tenebris ambulat:&
oculi stultorum sunt in finibus terræ,
ibi proculdubio tenebræ sunt: vbi ocu
li videre non possunt. Et vbi est hoc? In
finibꝰ terrę. Ergo procul sunt tenebrę:
& lumen prope est. Quare ergo facilius
tenebras inuenimus q̄ lumen? Forte qa
nos lōge non sumus a finibus terræ:&
habitamus iuxta populum tenebrarū:
Luc.11.& neq; perreximus adhuc a finibus terræ
3.Re.10. ad audiendam sapientiam Salomonis,
vbi lumen est. idcirco impingimꝰ in te
nebras & caligamus a luce. Ipsa tn̄ lux
prope est & ingerit se:Sed lippiētes ocu
li fuscum amant & conuertuntur in te
nebras. Ergo prope est lux,nos autē lon
ge sumus:& tenebrę longe sunt,& nos
propinquamus ad illas.

Qui sint fines terræ in qbꝰ sunt ocu
li stultorum:& quomodo sapientia at-
tingit a fine vsq; ad finem fortiter &c.

Homilia.XI.

VBi tamē sunt tenebræ K
& vbi est lux? Et quis
est finis : & finis quo
attingit sapiētia. Et q
sūt fines terrę vbi sūt
oculi stultorum q am
bulant in tenebris,& non vidēt. Et qd
est caput sapientis vbi sunt oculi eius
qui non ambulat in tenebris sicut stul-
tus: sed illuminatos habet oculos? Ne
forte ergo & nos in tenebris remanea-
mus inquiramus lucem sapientię,vt ī-
telligamus vbi ipsa maneat sapiētia:&
diuisionem lucis & tenebrarum. Vbi fi
niūtur lux & tenebrę,& terminū vnius
cuiusq;. Vsquequo ipsa sapientia,& qd
ipsa:& quid extra ipsam,& qd sine ipa.
Primum quia duos fines audiuimus,al
terum a quo, & alterum vsq; ad quē se
extendit sapientia , attingēs a fine vsq; Sap.8.
ad finem fortiter,& disponens oīa sua-
uiter : Et nondum adhuc cognouimus
qui sunt isti duo fines & vbi sunt:& an
finem habeāt isti fines: & an vltra istos
aliud aliquid sit quo nō attingit sapiē
tia. Et si est, quomodo fines sunt q non
perueniūt ad finem. Si autē nō est,quo-
modo fines terræ vbi tenebræ sunt in-
tra istos fines continētur: & tenebrę es
se possunt in luce: quia sapientia attin
git a fine vsq; ad finē fortiter & dispo-
nit omnia suauiter. Primum ergo duo L
sunt fines rerum omnium. Alter est fi
nis supra quem nihil. Et alter sub quo
nihil. Finis supra quem nihil,summum
omnium est. Finis sub quo nihil īfimū.
Itaq; duo sunt fines omnium : summū
& infimum. Et quicquid in vniuersita
te est præter summum & infimum, me
dium est inter summum & infimū . Et
vnūquodq; quāto magis discedit ab al
tero,tanto magis accedit ad alterum:si
ue ꝯ summo ad infimum:siue ab īfimo
ad summum. Vis nosse si forte scriptu
ra manifestius alicubi fines istos cōme-
moret? Si ascendero (inquit Psalmista) Psal.138.
in cælum tu illic es:si descendero ad in
fernum ades. Ergo cælum & infernum
duos fines constituit excursus sui. Ni-

hil autem altius est cælo: & nihil ꝓfun
dius inferno. Itaq; cælum summum o-
mnium est. Infernus infimum, supra qđ
nihil, & sub quo nihil: & ptingit sapien
tia a fine vsq; ad finem: & implet totũ
ac penetrat. Si ascendero in cælum (in-
quit) tu illic es: si descendero ad infer-
M num ades. Nõ dixit in cælo ades. Neq;
in inferno illic es. Sed si ascendero ĩ cæ
lum illic es: si descendero ad infernum
ades. Ergo in cælo est. In inferno adest:
in cælo manens: in infernum aduenĩẽs.
In cælo expectat aduenientes. In infer-
no sequitur fugientes. Ascendentes in
cælum illic eum inueniunt, descenden
tes ad infernum illic eũ nõ effugiunt.
Si ascendero in cælum tu illic es: si de-
scendero ad infernum ades. Et tamen
vtrobiq; es: & vbi es & vbi ades: pertin
gens a fine vsq; ad finem. A fine vbi es,
vsq; ad finem vbi ades, fortiter, & dispo
nens omnia suauiter. Ecce modo distin
ximus duos fines ad quos pertingit sa-
pientia: summum & infimum, quorum
alter quasi locus est sapientiæ vbi con-
sistit: alter vero velut excursus quidam
& (vt ita dicatur) meta porrectionis
N qua se extendit. Finis ille a quo exit sa
pientia caput est, ante quem nihil. Fi-
nis vero ĩ quẽ excurrit: finis vltra quẽ
nihil. Finis ille caput est & finis. Finis
iste non caput sed tm̃ finis. Caput est
ille finis, quia ab ipso & non supra: fi-
nis est, quia vsq; ad ipsum & non vltra.
Alter autem finis, caput non est: quia
ab ipso nihil: sed tm̃ finis, quia quicqd
vsq; ad ipsum, non vltra ipsum. Ille igi-
tur finis qui sursum est: quasi princi-
pium & origo est, supra quem nihil. Fi
nis vero qui deorsum est: quasi meta &
terminus vltra quem nihil. Omnium
enim rerum origo & principiũ a sum-
mo est: terminus autem & finis, in infi-
mo. Quapropter finis deorsum finis ẽ,
& tm̃ finis. Finis vero sursum, non so-
lum finis: sed & caput & finis. Si ergo
cęlum sursum est & infernus deorsum:
& nihil altius cęlo, & nihil profundius
inferno inueniri potest: principium est
cælum: & infernus finis. O q̃ bonũ prin
O cipium: & q̃ malus finis. Ideo fortassis
oculi sapiẽtis in capite eius sunt, quia
in medio constitutus respicit princi-
pium suum: vt ibi finem faciat vbi ac-
cepit originem. Non est enim bonum
in alium finem finiri. vbi finis est con-
sumptionis non consummationis. Pro-
pterea homo qui ad ęternitatem crea-
tus est, solus inter omnia animalia vul
tum erectum habet, vt cælum contem-
pletur, & in finem consummationis tẽ
dat: & non solum visibile hoc cęlũ ocu-
lis corporeis suspiciendũ existimet: sed
mente quoq; et cordis visione supra cę
lum vsq; ad inuisibilia cæli et spirita-
lia virtutum, oculos interiores clario-
re atq; perspicaciore intuitu attollens,
vsq; ad finem, qui non habet finem, in
lumine æternitatis contemplatione cõ
scendat. Illud est verum cælũ supra o- P
mne cælum: qđ non solum cælum cæ-
li est: sed cælum cælorum. Non primo
secundum: sed primo & secundo ter-
tium. Propter hoc Paulus vsq; ad ter-
tium cælum raptum se gloriatur. qui
ad summum omnium mente peruene-
rat: & non solum visibile hoc cælum,
qđ & humana cogitatio superare po-
test, transierat: sed ea quoq; quæ inuisi-
bilia super hoc visibile totũ creata sunt
omnia transgressus ad primum princi
pium et æternitatis caput inspicien-
dum eleuatus erat. Hoc est cælum ter-
tium. Primum enim cælum visibile est
cælum. Secundum cælum est visibilis
cæli inuisibile cælum. Tertium cælum
est cæli visibilis & cæli inuisibilis inui
sibile cælum. Primum cælum tm̃ est
cælum, et terræ cælum. Secundum cæ-
lum: cæli cælum. Tertium cælum: cęlo-
rum cælum. Et hoc cælum supra se nõ
habet cælum. Primum cælum est supre
mus status conditionis. Secundum cæ
lum est supra conditionem prouectus
virtutis. Tertium cælũ est sublime con Q
templationis. Primus infernus est infi-
mus status conditionis. Secũdus infer-
nus est sub conditione defectus iniqui
tatis. Tertius infernus est profundum
damnationis. Primum cælum et pri-
mus infernus: finis et finis. Secundum
cælum et secundus infernus: finis et fi
nis. Tertium cælum, et tertius infer-
nus: finis et finis. Et vbiq; sapientia per

tingit a fine vsq; ad finē fortiter: et dis
ponit omnia suauiter. A primo cælo
vsq; ad primum infernum: primus est
excursus sapientiæ. Incipiens enim a
summo deorsum, & a supremo vsq; ad
fundum rerum descendens, comitatur
ac fouet cuncta quæ operata est: vt non
subsistant sine ipsa quæ facta & creata
sunt ab ipsa. A supremo autem vsq; ad
infimum in vniuersis quæ subsistūt, sin
gula quæq; quātomagis a perfecta pul-
chritudine consummatoq; decore sum
morum degenerant: tanto magis quasi
fugientia quodammodo a sapiētia elō-
R gant. Sed ipsa sapientia fugam rerum
a fine vsq; ad finem sequitur: quia in
vniuersis quæ fecit nihil ex toto dese-
rens, singula quæq; a summis vsq; ad i-
fima proprio conuenientiq; suo gene-
ri decore moderando: his quoq; se præ-
sentem esse testatur. Eadem enim ipsa
quæ excellentissima creaturarū in sum
ma & supereminēti pulchritudine dis
posuit: inferiora quoq; consequēter co
aptans, & dispositione prosequens, vsq;
ad fundum rerum nihil inordinatum
relinquit. Pertingit itaq; sapientia ad
finem vsq; ad ea quæ in rebus omnibus
infima sunt: quia in his etiam aliquid
eius inuenitur quę per infirmitatē cō-
ditionis & defectum naturæ a summis
longe recesserūt. Sed tamen ipsa sapiē-
tia in summis quasi permanendo consi
stit: ad infima vero quasi excurrendo
pertingit, qa illa in perfecto decore suo
immutabiliter subsistētia nusq̄ ab eius
similitudine defluunt: Ista vero per de-
fectum fugientia per idipsum tamē qđ
in suo genere retinēt pulchritudinis:
sibi quoq; sapientiam adesse ostēdunt.
Pertingit ergo vbiq; sapientia: quia in
S omni quod est, pulchrum aliquid est: &
omne quod pulchrū est, sapientię opus
est. Qđ vero in eo quod est, pulchrum
non est, sapientiæ opus non est: quia qđ
pulchrum est in omni quod est, ipsa fe
cit: qđ autem pulchrum non est, ipa nō
fecit, sed permisit in eo quod pulchrum
fecit. Quare ergo nō totum pulchrum
fecit in eo qđ fecit: & quare nō fecit vt
non pulchrum nusq̄ eēt in eo quod fe-
cit? Fortassis fatigata erat priora illa fa
ciendo in quibus summam quādam per
fectamq; pulchritudinem effecerat. Et
idcirco cætera quomodo potuit postea
prosecuta est: faciendo quidem vt totū
pulchrum esset qđ in eis fecit, sed nō fa
ciendo vt non pulchrum in eis non es-
set quod non fecit sed permisit: quia vt
omnino non esset facere nō potuit. De-
inde itaq; ad alia post alia descenden-
do: & alia post alia faciendo, tanto mi-
nus semper posterioribus operum suo-
rum pulchritudinis ac decoris contu-
lit, quāto magis priora faciendo & vi-
res fortitudinis suæ qua amplius pos-
set, & qua sciret amplius, prudentię suę
vim ingeniumq; consumpsit. Propter-
ea rerū ordo deorsum degenerauit ad
infima descendens. Et nisi sapientia si-
bi prospexisset, vt in his tandem facien
di finem constitueret, non erat fortasse
vltra pulchritudinis aliquid quod fa-
ciendis conferre potuisset. Quid dici-
mus? Ergo in faciendo minorata est sa- T
pientia dei: & debilis prosecuta opus
suum in finem? Et vbi est pertingens
a fine vsq; ad finem fortiter? Si fortiter
pertingit sapientia a fine vsq; ad finē:
ergo non est defectu opificis, differens
pulchritudo conditionis. Quare ergo
non æque pulchra sunt omnia: nisi vt
magis pulchra sint simul vniuersa? Nā
si non essent differenter pulchra singu
la: nō essent incomparabiliter pulchra
vniuersa: quia summa esset pulchritu-
do in singulis q̄libet excellens illa fo-
ret, & cæteris omnibus eminentior, nō
esset omīs pulchritudo in vniuersis. Er
go sapientia a fine vsq; ad finem forti-
ter pertingit: quia sic opera sua vsq; ad
fundum rerum persequitur, vt etiā de
fectum inferiorum ad vniuersorū pul-
chritudinem moderetur, vt inde vni-
uersitas magis pulchra sit, q; in vniuer
sitate quædam aliorum comparatione
& respectu defectum patiunt. Nam hoc
ipsum qđ in quibusdam eius operibus
pulchris non pulchrum videtur: turpe
tamen non est vbi est: sed minus in par
te pulchritudinis habet, quia hoc in to
to pulchrū est ad quod est. Ergo in nul
la parte turpitudo: sed tamen in qbus-
dam partibus maior, in quibusdam mi

nor pulchritudo est:quia ex eo in toto partium maxima est:qđ in partibus dif ferens & multipliciter variata distin ctaq̧ omnifariam pulchritudo est. De

V inde sequitur & dicit. Disponens oĩa suauiter. Suauiter enim omnia dispo nit, quia in tam multis tamq̧ diuersis rerum generibus, singula quæq̧ ad ter minum suum promouens:nihil vniuer sitatis concordiam pacemq̧ turbare p mittit:sed sic vnnicuiq̧ quod suum est tribuit, vt dissimiliter curretia ad vnũ finem conducat: & vt vnius operatio vim effectũq̧ alterius non impediat. O sapientia q̃ late diffunderis & tamen non dissiparis? q̃ in longinquuum por rigis te & defectum non pateris? Quan tus est excursus tu⁹? A summo vsq̧ ad infimum. Quantum cælum distat a ter ra:& infernus sub terra vbi est finis ter ræ & vltra non est terra: quantum di stat summum ab infimo, totum pene

X trat sapientia. Et breuis est tamen via hęc sapiẽtiæ & compendiosa porrectio, & modicum putat sibi omne quod est, vt transeat & apprehẽdat & penetret: nec longe esse quicquid spatio porrigi tur, quod bonitate proximum fit. Mul to vero amplius distare a iustitia iniq tatem: & longinquius duobus, cælo a terra, & inferno sub terra. Iustitia enim altior cælo est, & non solum cælo, sed etiam iis qui sunt in cælo. Angeli in cę lo sunt, & a pricipio in cælo sunt: & in de supra id quod facti fuerant per iusti tiam ascenderunt. Et iustitia altior cæ lo est:iniquitas profundior ĩferno. Pro fundior enim est omni quod in creatu ra imum est:quia qđ per iniquitatẽ la psum est sub omni creatura est:nec po test esse profundi⁹ quicq̃ eo quo nihil est peius. Quantum igitur ascendit qui in cælum ascendit:tantũ ascendit q ad iustitiam proficit. Et quantum descen dit qui ad infernum descendit: tãtũ de scendit qui ad iniquitatem cadit. Quã tum autem ascendit qui de inferno ad cælum ascendit: tantũ ascendit qui de iniquitate ad iustitiam redit. Quãtum vero descendit qui de cælo ad infernũ descendit: tantũ descendit qui de iusti tia ad iniquitatem ruit. Et in his omni

bus ascendunt vsq̧ ad cælos & descen dũt vsq̧ ad abyssos: & anima eorum in malis tabescebat. Ergo cælum est iusti tiæ & infernus iniqtatis: & rapiuntur motus animorum alterna fluctuatione incessanter quasi cõtrariis flatibus acti ascendentes & descendentes:& fiũt ex altationes & depressiones, & commo tiones magnæ in illo inuisibili salo flu ctuantium desideriorum. Venit spirit⁹ bon⁹ & sursum impellit. Venit spirit⁹ malus & impellit deorsum: & ascendũt vsq̧ ad cælos & descendũt vsq̧ ad abys sos:anima illorum tabescente in incer to malorum suorum. Et quid dicit? Si ascendero in cælum tu illic es:si descẽ dero ad infernum ades. Si enim ascen dis in cælum iustitię, habes illic tecum sapientiam continentem te ne cadas: si autem descendis ad infernum culpæ: adest illic sapientia apprehendẽs te ne effugias. Sursum dexteram habet & de orsum sinistram, pertingens a fine vsq̧ ad finem fortiter, & disponens oĩa sua uiter. Sursum fortis, deorsum fortis, vbiq̧ inuincibilis. Sursum fortis est vt eos qui in ipsa confidunt a malo cõser uet, & eos qui de se pręsumunt in ma lum deserẽdo præcipitet. Deorsum for tis est vt contemnentes pro malo con demnet: pœnitentes a malo iustificet. Ecce quantos in summo conseruauit, quantos de summo præcipitauit, quan tos de imo erexit: quãtos in imo dese ruit. Manifesta sunt iudicia eius: & qui seipsum nouit, nouit quomodo hæc o mnia cotidie sapiẽtia operatur in secre to cordis humani:semper iudicio præ sidens & occulta retributione ac dispe satione inuisibili, merita examinando, nunc per gratiam assumit:nunc per iu stitiam deserit: nunc per lenitatem par cit:nunc per districtionem punit. Et cũ deseruerit iterum assumit, & cũ assum pserit iterũ derelinquit:vt nesciat ho mo finem suum, & sollicitus ambulet omni tempore vitæ suæ: vt qui iacent non desperent, & qui stant non præsu mant. Si in cælo iustitiæ sunt, timeant ruinam. Si in inferno culpæ, quęrãt mi sericordiam. Ideo ipsa iustitia primum descendit ad infernum:postea ascendit

ad cælum vt descendens,spem daret liberandis:ascendens viam ostéderet glorificandis. Attingit ergo sapientia a fine vsq; ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. Finem enim vtriusq; cōprehendit,& boni videlicet quod est in ipsa:& mali pariter qđ ī ipsa nō est,Sed in eo quod est ex ipsa defluit ab ipā,nec tamen omnino sine ipsa:quia quod natura non gignit ex suo,coercet potestate in suo.Malum enim propriam sedem non habet: sed natura peregrinū a suo, in alieno commoratur,vt constet quod non est in suo : quia si bona non essent in quibus mala essent,mala omnino nō essent. Cum enim malum aliud non sit q̄ boni corruptio:& omne quod corrūpitur bonum , aliud est a quo deficit , aliud in quo consistit. Et in quo consistit bonum est, quod deficit autē a quo deficit a bono, malū est: defect⁹ a bono alibi omnino esse non potest , nisi in eo qđ constat in aliquo bono.Igitur si nullum bonum esset, nullum omnino malum esset : quia non esset vbi esse posset malitia , si non eam in suo paterentur,quæ eam non fecit, sapientia. Non enim sapiētia malitiam fecit: sed in eo quod fecit , malitiam esse permisit : vt collata malitiæ sapiētia vinceret: & cōparata pulchrior appareret.Cōfert eīn se & commetitur sapientia malitiæ in operibus suis , & vincit eam vtrinq; vt attingat a fine vsq; ad finem : quia sapientiam malitia ad defectum currens non euadit , sed sapientia malitiam ad prouectum surgens transcendit . Ideo enim malitia ad defectum currēs sapiētiam non euadit:quia non potest malitia ipsa quæ corrumpat inuenire,nisi ī iis quæ sapientia creauit. Sapientia vero propterea malitiam ad prouectū surgens transcendit : quia non potest totum malitia corrumpere,quod sapiētia potuit creare.Vt ergo malitia comparetur nihil per malitiam ad non esse deduci potest, qđ a sapientia esse non acceperit:vt autem malitia superetur,nō totum qđ a sapientia factum est , malitia corrumpit. Currit ergo sapiētia vt attingat a fine vsq; ad finem transcendens malitiā in incorruptis bonis,quō malitia non accedit: & consequens malitiā in iis quæ corrupta sunt,quo malitia non pręcedit.Nō enim malitia sapientiā pręcedere potest vt vel ante illius exortum prior īueniatur, vel post illius defectum,posterior:quia & prius corruptione inueniť,qđ aliquando corruptionem admisit:& posterius corruptione,qđ totum corrumpi nō potuit: & supra corruptionem, quo corruptio nō accessit.Et propterea sapientia malitiam vincit,& stultitiā præcedit : quia attingit a fine vsq; ad finem : id est ab exortu omnis boni vt malitiam trāscēdat:vltra defectum cuiusdam boni , vt malitiam concludat. In quo enim omē bonum aliquando sine corruptione extitit:prior sapientia agnoscitur.In quo autem etiam bono qđ corrumpiť, post corruptionem aliquid superest boni,qđ omnino corrumpi non potest:posterior sapientia inuenitur. Vincit ergo sapiētia malitiam:quia attīgit a fine in quo omne bonum,initium accepit : vsq; ad finē, in quo etiā corruptū bonū post defectum boni ī aliquo bono subsistit.Attingit autem a fine vsq; ad finem fortiter,ut ipsam malitiam potestate ad mēsuram cohibeat , & ratione ad ordinem restringat: ne vel in finem se porrigat totum perimens corruptio : vel ad extrema se diffundat, totum deformans confusio . Propterea ergo fortiter vbiq; pertingit subiiciens malitiam dominationi suæ: & quicquid illa corruptionis ad confusionem ingerit, hæc lege mirabili secretaq; dispositione ad decorem operum suorum conuertit:ex non pulchro efficiens vt pulcherrimū fiat qđ pulchrum est:& quod bonū per se constat ex eo quod bonum nō est , in consummationem bonitatis cōsurgat. Attingit ergo a fine vsq; ad finem fortiter & disponit omnia suauiter . Nihil excipitur a suauitate eius : Omnia disponit suauiter . Quæ omnia? Praua & recta , bona & mala , obnoxia & aduersa.Oīa disponit suauiter:nō solū bona,sed etiā mala:non solū recta,sed etiā praua:nō solū obnoxia , sed ēt aduersa.

Omnia disponit suauiter. Q̃z suauiter? Vultis scire q̃ suauiter disponit omia? Sine violentia, aduersa subiicit: sine tumultuatiõe, praua dirigit: & ĩ pacatissimo regno suo quod iustitia int⁹ tenet, mala quoq; & aduersantium vitiorum motus, sine coactione secreto ordine, sapientissimaq; dispositione seruire facit. Tam suauiter enim omnia etiã nõ suauia disponit: vt omnia quę contra eius voluntatem se erigunt, neq; potẽter extinguat vt nihil sint, neq; violenter cõpellat vt nihil possint: sed esse sinens & posse annuens, currentia contra suam voluntatem manifeste permittit, & occulte conducit ad implẽdam suam vo-
F luntatem. Et cum mali volunt illa contra ipsam, sine ipsa volunt: cum autem possunt quod volunt, ab ipsa possunt. Cum vero faciunt qđ possunt: putant quidem & volunt facere se qđ ipsa non vult, & tamen non aliud faciunt nec facere queunt q̃ quod ipsa vult. Manifeste enim permittuntur, & occulte conducuntur vt suauiter disponantur: & pertingit vsq; ad eos sapientia fortiter, vt ipsos ad suam dispositionem restringat: & disponit suauiter, ne ipsos contra eorum voluntatem compellat. Sed etsi quando exterius violentiam prauis voluntatibus cohibendis siue plectendis adhibet: nunq̃ tamen suauitatem suæ dispositionis deserit: quia in se tranquilla permanẽs, vnde aduersantium pacem male quietam turbat: inde regnum iustitiæ suæ solidius ad pacem componit. Propterea ergo pertingit a fine vsq; ad finem fortiter & dis-
G ponit omnia suauiter. Restat nunc maximus ille & supremus sapientię excursus, a fine vsq; ad finem: qui nullum habent finem. Sursum sublime contemplationis, & deorsum profundum damnationis. Isti enim fines non habent vltra alios fines, quibus ipsi finiri possint: sed omnia vsq; ad ipsos quæ facta sunt ad ipsos, & vltra ipsos nihil. Ad istos duos fines vniuersorum cursum, incipiens a medio sapientia hinc inde siue promouendo siue deferendo disponens, conducit. sursum ascendentibus viam sternens iustitiam: deorsum descendentibus viam relinquens iniquitatem: vt per iustitiam eatur ad beatitudinem, per iniquitatem vero & iniustitiam perueniatur ad damnationem. Quo cum ventum fuerit, sistet vniuersa in finibus suis: & fines ipsi nunq̃ habebunt finem. Et tunc quoq; ipsa sapientia pertinget a fine vsq; ad finẽ fortiter: vt amplius nunq̃ vel a retributione iustorum deficiat, vel a pœna iniquorum desistat: disponens omnia suauiter: hinc ad gaudium, illinc ad supplicium æternum. Sed quæso quæ suauitas in ĩferis erit? quæ suauitas in tormentis æternis esse poterit: vt dicatur disponẽs omnia suauiter? An ideo suauiter, quia ipsa suauis permanet quæ disponit, licet illi suaues non sint quos disponit: nec illud suaue sit in quo disponit? Quomodo tamen suauiter disponit? An ideo suauiter disponit, quia ipsa dispositio suauis est etiã si illa suauia non sunt quę disponit: & sicut mala non male sed bene disponit, ita ĩsuauia & amara suauiter disponit? Propterea enim mala sunt & ab omnipotenti bono mala esse permissa sunt, nõ vt mala bona fiant: sed vt de malis bonum fiat, & bona ipsa malorum comparatione pulchrius elucescant: nõ vt bona malis augeantur adiunctis, sed commendentur comparatis. Quis autem sapiens est vt intelligat hæc, quid mala faciant in regno boni: & tamen si nihil facerent in regno sapientiæ omnino mala non essent? Ergo aliquid faciunt mala propter quod esse permissa sunt: & bonum faciũt ipsa & mala & non ipsa mala faciunt bonũ, sed ex ipsis malis facit bonum: qui & bonis & malis vti nouit ad bonum. Hoc autem sapientia est quæ pertingit a fine vsq; ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. H

In illud, secundum aliam translationem: Oculi stultorum in finibus terræ: vbi nostra habet, Stultus in tenebris ambulat: & in reliqua capitis Secundi.

Homilia. XII.

I Diutius fortaſſis q̃ tractatus breuitas poſtularet in his diſcutiendis immorati ſumus: ſed nõ plane q̃ rei difficultas exigeret. Nũc igitur quia inuenimus finem et finem de qbus ſcriptura locuta eſt, cũ diceret ſapientiam pertingere a fine vſqꝫ ad finem fortiter et diſponere oĩa ſuauiter: et iſtos fines quærere propoſitum erat ꝓpter fines terræ, vbi ſũt oculi ſtultoꝝ qui ambulãt in tenebris, ne forte ptingat ſapientia ad fines terræ: quæ a fine pertingit vſqꝫ ad finem: & lux in tenebris luceat in finibus terræ: Si ſapiẽtia pertingit ad fines terræ, quæ pertingit a fine vſqꝫ ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Quia igitur iſtos fines inuenimus. Si tamen ea quæ de finibus iſtis diximus, interpretationi ſcripturę ſuam veritatem digne accõmodare valeãt: & non ſit alia excellẽtior interpretatio cui iſta iure concedat: nũc reſtat inquirere qui ſint iſti fines terrę q commemorati ſunt & vbi ſunt, ſed & quæ ſit terra ipſa & vbi ſit in cuius finibus ſunt oculi ſtultorũ, qui non reſpiciunt ad caput ſuum vt videant & non am-
K bulent in tenebris. Primum ergo quæramus quæ ſit terra iſta: & vbi ſit terra iſta. Scimus autem ꝙ in hoc mundo terra eſt & cęlum eſt: & inter terram & cælum eſt quicquid in hoc mundo eſt. Nam in huius mundi corpore cælum ſupremum eſt: & terra infima: & ſicut ſupra cęlum nihil huiuſmodi eſt, qđ in ipſo cęlo non eſt: ita ſub terra nihil eſt, niſi forte qđ in terra eſt. Et ſi dicimus de terra iſta ꝙ in finib⁹ eius oculi ſtultorũ ſunt, quomodo hoc ſtare poterit? Magis enim perſpicaces q̃ cæcos ocl'os prædicamus, quos vſqꝫ ad fines terrę viſione ſua porrectos aſſerimus. Quis iuſtorum hoc potuit vt ambitum terræ oculis luſtraret, & tam longinqua ſpatia quæ multorũ labore annorum vix confici potuiſſent, vna viſione percurreret? Ridiculum eſt vel hoc cogitare, ꝙ ſcriptura de viſione corporali dixerit: & de terra iſta viſibili oculi ſtultorum in finibus terræ: niſi forte quis in his verbis hoc ſignificari credat ꝙ ſtulti quiqꝫ & carnalis vitæ amatores, qa terrena bona tota, mẽtis intẽtione ſemper ambiunt: pro eis adipiſcendis ac q̃rendis vſqꝫ ad exteras nationes & ſæpe vſqꝫ ad vltimos fines terrarum diſcurrunt: & propterea illic oculos habere dicũtur ꝙ cogitatiõe ac deſiderio ſemper illuc intendunt. Sapiens autem qui ad ea quæ ſurſum ſunt mentem erexit & intentionem dirigit: ipſe oculos ĩ capite ſuo habeat: pro eo ꝙ ad id qđ ſummum omnium ac principale eſt adipiſcendum intendat. Poſſet hoc quãtum ad veritatem ĩterpretationis pertinet. ſatis conuenienter induci: ſi ſapientia nos ad altiorem intelligentiam. et terram aliam, alioſqꝫ fines, et oculos alios cogitandos non vocaret. Nam ſi caput ſapiẽtis recte ſpiritualiter intelligitur: neceſſe eſt vt terrã quoqꝫ & fines ei⁹ ꝓpter oculos ſtultorum myſtice et non corporaliter interpretemur. Sicut er- L
go hic mundus viſibilis habet terram ſuam et cælum ſuum: ſic homo habet terram ſuam, et cælum ſuum. Nam et ipſe homo mundus eſt et minor mundus dictus eſt homo. Huius terra eſt caro eius: et cælum eius anima eius. Sed in hoc mundo maiore intra cælum terra eſt: in mundo autem minore cælum intra terram. Et tamen mundi minoris cælum maius eſt q̃ cælum mũdi maioris. Terra vero eius quid eſt ad terram illius? Q̃ꝫ parua eſt? et tamen cælum eius in terra eius. Quid eſt cælum in terra? Anima in corpore. Anima cælum, corpus terra. Anima in corpore: cælum in terra. Et tamen ſemper cælum ſurſum: terra deorſum. Nam ſicut cælum hoc terra ſuo loco excelſius eſt: ita cælũ illud terra ſua natura ſub-
limius. Propterea in mundo maiore M
quæ in terra ſunt ſub terra ſunt: quæ extra terram ſunt ſupra terram ſunt. In mundo minore quæ intus ſunt ſupra ſunt, quæ foris ſunt ſubtus ſunt, Quæ ſunt intus & quæ ſunt foris? Inuiſibilia intus ſunt, viſibilia foris ſunt. Ergo inuiſibilia ſupra ſunt, viſibilia ſubtus: & inuiſibilia ſupra cælũ noſtrũ, viſibilia ſub terra nr̃a. Omnia terrena ſub

terra nostra sunt:quia ad eius seruitutẽ facta sunt,& ad ei⁹ obsequium ordinata.Ergo supra terrã terra nostra. Et quid dicam?Nonne & supra cælum est
N terra nostra? Nonne illuc portauit eã, & illic collocauit eam, sumptam de nobis:qui eam sumpsit pro nobis?Ergo supra cælũ est terra nostra. Facta erat primum per naturam supra terrã terra nostra, postea iuit per culpam in terram, & sub terram terra nostra:sed nunc per gratiam eleuata est supra cęlũ terra nostra. Ergo terrena omnia sub terra nostra sunt.Et est tñ ipsa terra terrenis iũcta,& quadam amicitia copulata: sicut cælum cælestibus iunctum est & fœderatum,& terra vsq; ad terrena, & cælũ vsq; ad cęlestia.Ergo terrena fines sunt terræ: & cælestia fines cæli : quia terra vsq; ad terrena,& non vltra : & cælum vsq; ad cælestia,& non vltra. Terra per concupiscentiam tendit se vsq; ad terrena:& cælum per sapientiam tendit se
O vsq; ad cælestia.Caro eñ (vt ait aposto
Gala.5. lus) concupiscit aduersus spiritum:& spiritus aduersus carnem.Spiritus eñ concupiscit sursum & caro cõcupiscit deorsum: & ideo ĩ cõtrariũ alteri vtrũ q; se tendit.Et vtrunq; cum peruenerit quo tendit ibi finem facit & non vltra se tẽdit.Ergo fines terræ terrena sunt, quo terra carnis per desiderium carnale tenditur.Et habet quidem terra nostra alium finem iudicii , sed desiderii alium finem non habet. Hucusq; per desiderium tenditur sed per iudicium vltra ducitur. Per desiderium quidem concupiscentia tẽditur ad terrena : sed per iudicium post terrena in terrã ducitur post terram ad gehennam.Per cõcupiscentiam ad voluptatem: post voluptatem ad iniquitatem:post iniquitatem ad mortem:post mortem ad dãna-
Iacob.1. tionem.Vnusquisq;(ait scriptura) tentatur a propria concupiscentia abstractus & illectus . Concupiscentia eñ cũ conceperit parit peccatum: peccatũ autem cum cõsummatum fuerit generat
Psal.7. mortem.Concepit dolorem & peperit iniquitatem.Conuertetur dolor in caput ei⁹ & in verticem ipsius iniquitas
P eius descẽdet.Itaq; carnalium voluptatũ delectationes fines terrę sunt:& delectationes quidẽ carnis sequitur mors carnis . Mortem vero carnis sequit̃ vltio dãnationis . Igitur fines terræ vnũ finem habent mortem quo excipiũtur & consumuntur: mors autem finẽ habet damnationem:quo excipitur & cõsummatur. Delectationes enim carnales morte consumuntur,vt ampli⁹ non sint:mors vero carnis damnatione consummatur vt semp sit.Istos fines stulti considerare nolunt, qui oculos habent in finibus terræ. Tantũmodo enim primos fines terrę intuẽtur circa terram: vbi terra ipsa finitur.non vltra aliũ finem,vbi isti fines finiuntur.Intendunt ad fines desiderii sui:non ad fines iudicii sui. Ad delectationem carnis suæ & ad voluptatum suarum illecebras oculos aperiunt:& quid vltra postea futurum sit non attẽdunt . Ideo stulti sunt qui in media via finem faciunt, vbi nõ est finis:& non prospiciunt finẽ vbi est finis. Cor stultorũ vbi lętitia est:& cor sapientum vbi tristitia.Et alia scriptura dicit. In omnibus operibus tuis omnibus diebus vitæ tuæ,memorare nouissima tua:& inæternũ non peccabis.Propterea stulti peccare nõ timent,quia ad solam respiciũt peccati delectationem non autem prospiciunt,quæ deinde sequitur,delectationis damnationẽ.Oculi stultorum in finibus terræ: oculi sapientis in capite eius . Quod est caput sapiẽtis? Qđ cuiq; summum est,hoc caput est illi. Caput enim summũ hominis est.Caput ergo sapientis,hoc est qđ sapienti summum est.Quid autẽ sapiẽti summũ est,nisi qđ summũ omniũ est? Neq; enim sapiens esset qui ꝓ summo haberet qđ summũ non esset.Itaq; summum omnium caput sapiẽtis est & fortasse ipsa sapientia , hoc caput est: quã qui sapiens est cunctis præponit q̃ cõcupiscẽdum aliquid habere videntur: & in eius cõparatione despicit vniuersa.Et recte,quia sapiẽtia summum oĩm est:caput sapientis ipsa est,quoniam & hoc ipsum qđ sapiens est ab ipsa sapientia est & qđ esse cupit sapiẽs totum in ipsa est.Quapropter caput sapiẽtis nõ aliud rectius accipitur q̃ ipsa sapiẽtia:

quoniã ab ipsa est bonitatis origo & in ipsa cõsistit omnis boni consummatio. Itaq̃ summũ omniũ caput sapientis est & hoc caput nõ aliud q̃ ipsa sapiẽtia ẽ:
R qm̃ sapiẽtia summa oĩm est. Summũ ergo bonũ caput est:& summum malũ finis. Duo eñ sunt summũ bonũ & summũ malũ, altrinsecus ex aduerso constituta:& de medio vniuersa bona & mala ad istos duos fines recurrunt. Oẽ bonũ ad summũ bonũ:& omne malum ad summũ malũ. Non enim est verum bonũ, nisi conducat ad summũ bonũ: nec verum malũ nisi recurrat ad summum malũ. Ergo similiter oñe malũ ad summũ malũ: sicut oñe bonũ ad summum bonũ. Sed nõ similiter omne malũ a sũmo malo: quẽadmodũ oẽ bonũ a sũmo
Iacob.1. bono. Omne eñ datũ optimũ & omne donũ pfectum de sursum est descendẽs
S a patre luminũ. Et de malis qd? Initia
Mat.24. (inquit) dolorũ sunt hęc. Ergo a summo bono omne bonũ & ad summũ bonũ oñe bonũ. Similiter ad summũ malum omne malum sed nõ a summo malo oẽ malũ. Ergo summũ bonũ oĩm bonoꝝ & caput est & finis. Sũmũ malum oĩm maloꝝ caput non est:sed tm̃ finis. Igĩ oñe bonũ p̃ter summũ bonũ intãtũ bonũ est, quãtũ conducit ad summũ bonũ:& oẽ malũ p̃ter summũ malũ, itãtũ malũ est quãtũ conducit ad summũ malũ. Multi eñ fuerũt q media ista bona habuerunt:& vera bona eis non fuerunt, quia p ea ad summũ bonũ nõ puenerunt. Et multi fuerũt q media mala grauia sustinuerũt: & mala eis nõ fuerunt, qa p ea ad summũ malũ nõ descẽderũt. Illi itaq̃ falsis bonis elati ad summũ malũ corruerũt: isti falsis malis exercitati & humiliati ad sũmũ bonũ pfecerũt. Propterea sapiẽs vsq̃ ad caput suũ oculos leuat: & nõ sufficit ei aliqd
T qd̃ infra est, donec pueniat ad id qd̃ sũmũ est. Quidam eñ oculos sursum habuerũt & vsq̃ ad caput oculos non erexerũt sed in corpore medio remãserũt. Sed qd facerẽt mẽbra sine capite? Nunquid viuere possent mẽbra a capite pcisa? Ita oẽ bonũ, sine summo bono nõ est verum bonum. Vidistis hominem abstinentem ab his quæ lege prohibenẗ, nõ

homicidium facientem, non adulterantem, non rapientẽ, non falsum testimoniũ perhibentem, non concupiscentẽ rẽ proximi sui:& dixistis hominẽ bonum, bonę vitę, bonæ cõuersationis, dignum laude, dignũ retributione. Et q̃ multi fecerunt hęc, & deo non placuerunt:qa ꝑpter deũ non fecerunt qd̃ fecerunt:& ideo nec bene fecerũt, quia ꝑpter summum bonum non fecerũt. Vidistis aliũ adhuc altius ascendẽtem & maiora bona facientem:non solũ a malo abstinentem, sed etiam in bono se exercẽtẽ: ieiunantem, orãtẽ, elemosynas multas tribuentem, cõpatientẽ miseris, subueniẽtem in angustia & tribulatione cõstitutis:& prædicastis magnũ & imitatione dignũ, iã quasi deo proximũ & dilectũ: Et tñ multi oĩa ista fecerunt, & nihil ꝑ fecerunt:qm̃ deum in causa non posuerunt. Non habuerunt oculos in capite suo, sicut sapiens: sed intentionem suã deorsum curuãtes, vel sibi vel aliis placere cupientes, et de bono suo fine deo gloriantes:et bonum suũ perdiderunt, et ad summũ bonũ nõ puenerũt. Merito eñ mẽbra viua tenere nõ potuerũt, qui caput a corpore p̃ciderũt. Ideo oculi sapientis ĩ capite eius, vt ad summũ bonum prius mentis intentione ac desiderio pręcedat:postea studio et actione subsequatur:deinde retributione pueniat. Præcedat intẽtione, vt oẽ quod facit pro illo adipiscẽdo faciat: subseq̃tur studio, vt ĩ illo perseueret: pueniat retributiõe, vt illud in p̃miũ accipiat. Tali modo igitur oculi sapiẽtis sunt in
capite ei⁹. Propterea nãq̃ caput nostrũ V
cum esset deorsum, nobiscũ ne forte nostra quoq̃ intẽtio deorsũ remaneret ascẽdit sursũ caput ad caput:vt nos traheret post se : et ecce sursum sunt non duo capita sed vnum caput. Caput eñ deorsum fuit Christus homo in mũdo: et caput sursum fuit deus pater in cælo. Vis scire q̃ Christ⁹ caput est? Caput
mulieris vir:caput viri Christus. Et ca 1.Cor.11.
put omnis ecclesię Christus constitut⁹ est a deo. Et ipsa ecclesia sponsa Christi et corpus Christi, quid dicit de sponso suo Christo et de capite suo Christo? Ipsa nãq̃ sponsa est quæ in cantico can

ticorꝫ dilectũ suũ cõmendans:post multa talia & alia multa,hoc in eius laudẽ
Canti.5. addit dicens.Caput eius aurũ optimũ.
X Ergo Caput est Christ⁹:& caput habet Christus.Et qđ est caput Christi? Audi
1.Cori.11. apostolũ.Caput mulieris vir:caput viri Christus:caput Christi deus.Itaq; caput Christi est de⁹:& ipse Chistus ascẽ-
Ioan.20. surus in cælum dixit. Ascẽdo ad patrẽ meum,& patrem vestrũ: deum meũ & deũ vestrũ. Si ergo ad deum ascẽdit,ad caput suũ ascẽdit:qa caput Christi de⁹. Et hoc caput est aurũ illud optimum, qđ nulla rubigo consumit,nulla vetustas conficit: quia ĩmortalis diuinitas corruptionẽ nõ recipit.Ecce igitur caput nr̃m sursum est Christus, & caput nostrũ sursum est deus:& vnum caput nostrũ Christus & deus:qa & Christus deus,& vnus de⁹Christ⁹:& caput Christi deus & vnũ caput Chistus.& caput Christi deus: sicut vnũ principiũ Chri
Ioan.8. stus:et caput Christi de⁹. Ego(inquit) principiũ,qui & loquor vobis. Hoc em̃ principiũ ipsum est caput nostrum: ad quod sapiẽs oculos suos erexit: nũc ad illud intendendo p fidẽ,vt postmodum in illud oculos suos habere possit illud
Y contemplando p speciẽ.Ad hoc principiũ et ad caput istud vt oculos leuem⁹
Colos.3. scriptura nos ammonet dicẽs. Si cõsurrexistis cũ Christo q̃ sursum sunt sapite:vbi Christus est in dextera dei sedẽs q̃ sursum sunt q̃rite,nõ quæ sup terrã. Mortui em̃ estis,& vita vestra abscõdita est cũ Christo in deo.Nam vbi mortui sumus,ibi sape nõ debemus: sed ibi sape debemus.vbi vitã habem⁹. Si mortui sumus sup terrã,quõ sapimus super terrã? Quis em̃ mortu⁹ sentit? Ibi itaq; sentire debemus vbi vitã habemus:ibi sape vbi vita nr̃a abscõdita est cũ Christo in deo, vbi Christ⁹ est ad dexteram
Z dei sedẽs.Quid est sape? Amare ip̃m est sape.Amor em̃ ipse sapor est,& dilectio ipsa sapiẽtia est. Amare itaq; q̃ sursum sunt,hoc est sapẽ ea q̃ sursum sũt: quia ipsa dilectio illuc trahit vbi est qđ diligitur: & habet interim saporem suum quo reficit̃,donec pueniat̃ ad id qđ diligit̃. Quia ergo qđ per sapientiã diligit̃ sursum est:idcirco sursum trahit ipa sapientia.Et quia qđ per cõcupiscentiam diligitur deorsum est,deorsũ quoq; tra-
hat necesse est ipsa cõcupiscẽtia.Ab eo A
autẽ quo sapiẽtia sursum trahit,& concupiscẽtia deorsum:quasi diuisio est tenebrarũ a luce:et q̃ corda deorsum descendunt,a luce deficiunt:q̃ vero ascendunt,in luce sunt. Qui em̃ ad vanitatẽ descẽdunt,a veritate deficiũt: et q a veritate deficiũt,deficiũt a luce: quia veritas lux est.Et non deficit ipsa lux,sed ipsi a luce deficiũt, qñ tenebrę fiunt:qa tenebræ nõ sunt lux,nec illuminantur a luce vt luceãt. Tamen ipsa lux lucet
etiam in tenebris:sed tenebrę eam non Ioã
cõphendunt,vt eã in se suscipiant,& participes eius fiãt:qm̃ tenebræ luci cõmunicare nõ possunt.Istæ ergo sunt tenebræ in quibus ambulant stulti: q terrena sapiunt et non intelligẽtes hono- Psal.
rem suum,comparati sunt iumentis insipiẽtibus et similes facti sunt illis. Nã quia more iumentorꝫ sola terrena appetunt et cęlestia nullo mentis affectu requirunt:ita tandem carnis delectatione cæcant̃,et voluptatum illecebris sopiunt̃:vt nec cogitare valeant a quibus bonis ceciderint neq; ad q̃ mala sint peruenturi prospicere.Quid igit̃ isti nisi in tenebris ambulãt qui ita praua delectatione cęcati sunt, vt nec vera bona possint cognoscere nec vera mala prouidere? Quas tenebras intus patiunt̃ q lucẽ p̃sentem non vident,et illud bonũ non possunt agnoscere:cuius p̃sentiam nulla valẽt auersiõe declinare? Quare hoc nisi quia stultitia excæcauit oculos eorum:qm̃ in finib⁹ terrę illos defixerũt:
statuentes apud se oculos suos declinare in terram? ¶Sed ne forte cõtrarium B
quis putet,ꝙ hic stult⁹ in tenebris ambulare dicit̃,et ꝙ illic(vt cõmemoratũ est) oculi stultorum in finibus terrę esse perhibentur. Videtur em̃ quasi vtrũ ꝙ affirmatum ꝙ videãt et nõ videant: cũ vtrũq; tamen verũ simul esse nõ possit, ꝙ videant et non videãt. Nam qui dixit:stultus in tenebris ambulat, videtur omnino dixisse ꝙ stult⁹non videat. Et rursum q dixit: oculi stultorũ in finibus terræ, videtur dixisse ꝙ aliquid videant vel ea quę sunt in finibus ter-

re. Quomodo ergo in tenebris ambulāt si vident? Quomodo autē non vidēt, si ea vidēt quę sunt in finibus terræ? Sed sciendum est ꝙ stulti non ideo in tenebris ambulare dicūtur, ꝙ nihil videāt: vident enim quæ sunt in finibus terrę, sed ꝙ siue in his quę vident, siue in his quę non vident, veritatem non videāt. Visibilia enim tm̄ per intentionē & desiderium vident, & inuisibilia nō vidēt. Et in his q̄ vident putant bonum esse, qđ non est: & in his q̄ nō vidēt nesciūt bonum esse, qđ est. Itaq; nusq̄ veritatē vidēt: & ideo in tenebris ambulāt etiā in his quę vident. Excęcauit enim corda eorum delectatio carnis, & illecebra voluptatū: vt veritatem non videant.
C Quia mens falsa dulcedine ïebriata dū hoc solum qđ in pręsenti dulce & iocūdum videtur cogitat, nec reminisci potest quanta dulcedo sit eorum bonorū a quibus auersione sua corruit: nec prouidere quanta sit amaritudo malorum superuenientium, ad quā semper pręcipitationis suæ ruina festinat. Et nota quomodo se consequitĕ sententia veritatis. Superius nāq; iste cōsiderata vanitate rerum mundanarum, contemptis omnibus ad contemplādā sapiētiam se transtulit, dicens. Transiui ad cōtēplandam sapiētiam: erroresq; & stultitiam. Deinde considerans ꝙ vera sapiētia hominis alia non est q̄ vera bona q̄rere, & amare quę sursum sunt, vbi rex nr̄ est: qui nos idcirco ꝓcessit, illuc ascendens, vt quo sequeremur ostenderet. Attendens quoq; q̄ difficile sit mentem terrenis delectationibus assuetam ad desideria æternorum erigere: adiunxit & ait.
" Quid est homo vt sequi possit regē factorem suum? Videns tamen ꝙ corda q̄ ad delectationes carnales se mergunt a lumine veritatis tenebrescūt, quasi definitiuā boni maliq; sentētiam dedit dicens. Vidi ꝙ tantū ꝓcederet sapientia stultitiā, quantū differt lux a tenebris. Deinde studiū vtriusq; cōmēdās nouissime adiūxit & ait. Sapiētis oculi in capite eius, stultus aūt in tenebris ambulat. Quapropter ad sūmā recurrat sententia, & dicat. Difficile quidē est hominē mortalē ad cōtēplationē supernę sapiētię cor desideriis terrenis p̄ssum erigere: sed tn̄ quia sapiētia lux est, & oēs qui ab eius contemplatione deficiūt in tenebris sunt: necesse est quantum possibilitas suppetit, etiā mortalem hoīem q̄rendę atq; inuestigandę sapientię studiū adhibere. Hæc est em̄ sapiētia hoīs in hac vita, sapiētiā quęrere & inuestigare. Nā inuenire sapiētiā & pfecte apphendere verū, non huic vitę datū est, sed futurę repositum. Habet tn̄ ipsa inquisitio sapiētię nūc lucē suam: qua discernit eos qui amant sapientiam & q̄runt: ab iis qui stultitiā amāt et ambulant in tenebris. Sed mēs carnalis iocūditatem visibilis lucis amans, pro interna luce q̄rēda laborare vanū existimat: quia eius claritatē post hāc lucē sublatam, in mentibus sanctis inextinguibilem pmanere, aut dubitat aut prorsus ignorat. Nā quia pari forte similiq; cōditione sapiētes parit & stultos ab hac luce visibili cernit post mortem carnis subtrahi: dubiū ei fit etiā de luce sapiētię an ipsa possit in mētib⁹ sanctis post mortē carnis inextinguibilis cōseruari. Propterea licet studium ipsius sapiētiæ bonum ac laudabile esse consideret vtrum tn̄ tanto labore cōparādū sit dubitat, cuius fructus an ppetuus esse possit nondum adhuc ei ratio vlla indubitata manifestat. Hāc ergo fluctuationē humani cordis iste in semetipso & p cōtemplationem veritatis videns, & p affectum cōmunis infirmitatis sentiens: per sententiā quoq; assumit, ostendens qualiter post quęsitam visamq; sapientiam, ipsa eum mortalis vitæ consideratio a studio sapientiæ reuocabat: & ꝙ idcirco alios in sapiētia ꝓcedere vanū oīno existimauerit: qa in reddēdo mortis debito, parē cęteris se esse agnouit. Hoc est em̄ qđ post laudatā sapienriam studiiq; eius commendationem, subito nunc ad considerationem cōis infirmitatis conuersus infert: dicens. D E

Didici ꝙ vn⁹ vtriusq; esset interit⁹.

¶Quia enim vidit vtrūq;, i. & sapientē & stultum vno mortis interitu ab hac vita subtrahi: etiam hoc dubitare cœpit, vtrum post hanc vitam diuersa me F

ritorum p̄mia secundū hanc ipsam diuersam hui⁹ vitæ cōuersatione debeāt inueniri. Et si hoc verū esse cōstat, quare vna via ab hac vita exeunt, qui post hanc vitā ad vnum p̄mium non pertingunt? Si vero quēadmodum vnus cunctis transitus est, ita etiam vniuersis sit vna peruentio: quare ante mortem dissimiliter laborando currerent qui simili morte exeuntes ad dissimile post mortem præmium, non peruenirēt? Hoc est enim quod sequitur.

Et dixi in corde meo. Si vnus & stulti et mens occasus erit: quid mihi p̄dest ꝙ maiorē sapiētię dedi operā?

G ¶His enim qui hāc vitā solam esse credūt, studiū sapiētię vanū oīno existimatur: ꝓpterea ꝙ eius labor pręsentis vitę est, p̄miū aūt & fructus laboris, futuræ. Idcirco quia laborē vident, & p̄miū laboris non vident: cito ipsum laborem fastidiunt, & facile ad ea conuertunt, q̄ etsi sapientia nequaq̄ appetenda esse doceat quia tn̄ eorū fruct⁹ p̄sens est, commodiora existimāt. Sed quia sapientia etiam in hac vita laborē suū omino īfructuosum esse non finit: eosq; q se sectantur magna intus consolatione refouet, ac per illuminationē veritatis in hac mortalitatis miseria de ęternitatis p̄mio habere fiduciā suadet: iste statim postq̄ pro vitæ carnalis defectu de fructu vitę perpetuę dubitare cœperat, pro eadem sua dubitatione ex intima se cōsideratione accusat dicens.

Locutusq; cum mente mea, aīaduertí ꝙ hoc quoq; esset vanitas.

¶Et continuo causam adiungens quare supradictam dubitationē rem vanā esse testetur, & vanitatem ipsam cuius respectu veritas ei in dubiū venire potuisset, infert dicens.

Non em̄ erit memoria sapiētis similiter vt stulti in perpetuum.

H ¶Sapientia em̄ q̄ vitę p̄senti mortalitatem non tollit futurę vitę tribuit æternitatem: & licet sapientis & stulti ī exitu huius vitę similis conditio sit: in futura tn̄ vita similis memoria nō erit. Sicut em̄ hic eos dispar viuēdi cōuersatio diuidit: ita illic quoq; cū in memoriam venerint vt ad iudicium adducantur, dissimilis pro meritis suis retributio separabit. Neq; enim futura tempora obliuione cuncta operient, sed venient in recordationem tempore suo cuncta quæ facta sunt: vt in iudicium aduocetur omne opus, siue bonum siue malum sit. Propterea sapientis memoria non in perpetuum non erit, similiter vt stulti: & futura tēpora non operient cuncta obliuione: quia cū tempus aduenerit & iste ꝓ merito virtutis suę gloriā: & ille ꝓ stultitię suę excessu pœnam percipiet. Hoc est ergo pro quo vanū nō est stultitiam deuitare, & maiorem sapientię dare operam: quia cum p̄mium retributionis percipitur, quantus sit iusti laboris fructus manifestat. Habet tn̄ iustum quoddā tędium, hæc ipsa nostrę mortalitatis cōsideratio: q̄a dignum est vt homo qđ transitoriū videt etiam prius q̄ finiatur, despiciat: & pro eo adipiscendo quod diu stare non potest, inani se labore non affligat. Propter hoc rursum de eadem pari mortalitatis conditione sententiam ingeminat dicens.

Morit̄ doctus similiter vt indoctus: & idcirco tæduit me vitæ meæ.

¶Merito siquidem talis vita in tędium venit quæ tota cōfusioni obnoxia, neq; in bonis suis dum stare videtur, neq; in malis suis, dum finitur: bonos a malis, vel dignos ab indignis secernit. Bona siquidē ei⁹ sine discretione ad īdignos pariter vt ad dignos perueniunt: & mala illius bonos simul & malos parili sorte & eodem prouentu affligunt. Vnde & bona quoq; vitę huius iustis in despectum iure veniūt: quæ & pro se laborātes variis doloribus affligunt, & sæpe multo labore quæsita sine vtilitate possidētium ad malos a bonis: & a suis ad alienos, transeunt. Qđ iste considerans non solum quæ mala videntur hui⁹ vitæ, sed ea quoq; quæ speciem boni prætendunt, re autem vera mala sunt, vniuersa ad vnam partem cōstituens, similiq; æstimatione adiudicans, vnam de cunctis sententiam dat, dicens.

Videns mala esse vniuersa sub sole & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus:rursus detestatus sum oēm industriam meam.

L ¶Et ne forte putares eum illam hic industriam detestari qua maiorem sapiētiȩ dedit operam., & non illā poti⁹ qua eorum occupatione,quæ sub sole vana sunt,distendebatur:mox quā industriā detestandam existimet,exponit dicens.

†Qua †Et q̄ sub sole studiosissime laboraui. Subauditur detestatus sum.Cōtinuoq; causam quare & hęc & corū pariter industriam detestet̄ aperit cū subiungit.

Habiturus hęredem post me quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit : & dn̄abitur in laboribus meis qbus desudaui & sollicit⁹ fui.

¶Et nouissime de hoc commendans iudicium suum infert.

Et est quicq̄ tam vanum?

M ¶Ac si diceret:Nihil ego tā vanū iudico, queādmodū cū ali⁹ auare cōgregās casso labore atteritur,alius & ociose & luxuriose viuēs in alienis laboribus dominatur.Multiplex em̄ vanitas est, vbi alius sine causa affligit̄:alius illicite delectatur.Prima nāq; vanitas est nō ꝓfutura appetere:scd̄a transeūtia cōgregare:tertia nostro labore parta aliis & eis maxime quos quales futuri sint nesciamus,possidēda relinq̄re. Si em̄ vana essent hęc oīa,etiam in nr̄os vsus q̄sita & retenta:quid erunt ad stultoꝝ voluptatem transmissa? Vnde ait.

Cessaui,renunciauitq; cor meum vltra laborare sub sole.

¶Causam quoq; quare a labore cessauerit ingeminans subiungit dicens.

Nam cum alius laboret in sapiētia & doctrina & sollicitudine homini ocioso quęsita dimittit.

N ¶Hoc ipsi cōtigit Salomoni, q in sapiētia & doctrina & sollicitudine laborās cōgregauit diuitias & opes cumulauit & tandē oīa stulto hęredi possidēda reliquit. Reliqt em̄ stultitiā generis sui filiū Roboam:q in paternas opes succedēs,oīa dissipauit:regnūq; paternū, qd̄ amplum satis & magnificū susceperat, minoratione sensus & cordis fatuitate scissum turbatūq; derelīqt.Sed & multi laborāt in sapiētia,& doctrina, & sollicitudine cū magno labore & studio secreta naturæ & arcana veritatis rimātes:& inuenta memoriȩ posteritatis ad cōmendāda studia sua verbo pariter & scripto transmittētes:ac sępe ociosis q̄sita relinquūt:quia nōnunq̄ subsequentium neglīgētia hoc paratum in vsum assumere respuit,qd̄ priorum sagax diligētia non sine grādi labore & cura acquisiuit.

Hoc ergo vanitas est & malum magnum.

¶Vanū est idcirco in cognitione veritatis laborare,vt in notitiā illoꝝ veniamus,q veritatē nec ꝑpter se suscipe volunt,neq; in aliis sciunt approbare.Huiusmodi ergo laborē fructus nō sequit̄: quia nec sibi profutura cōgregat,nec q bus cōgregata derelinqt aliqua virtutis ęmulatione ad studiū boni ꝓuocantur.Si em̄ q̄renti labor est,& accipienti vtilitas nō est:qd ꝓdest labor talis? Sed & malū magnū est: vt vnde alius labore atterit̄,alius ociose & illicite abutatur.Malum em̄ est magnū , quia & ille malo suo colligit & iste accipit in malum suum.Propterea vanitas est hoc & malum magnum. O

Quid enim prodest homini de vniuerso labore suo,& afflictione spūs qua sub sole cruciatus est?

¶Si nō ad aliud ꝓdest nihil ꝓdest: imo vero si nō ad aliud ꝓdest ml'tū nocet qa pœnam magnā habet eius inq̄sitio, sed fructū inuentio nō habet.Quę est enim pœna nunq̄ esse sine pœna?

Cuncti dies eius dolorib⁹ & ærūnis pleni sunt:nec per noctem mente requiescit.

¶Multū miser est q nec illud tēpus qd̄ naturaliter qeti datū est,quietū habere pōt.Per diē labore atterit̄ :ꝑ noctē cura & sollicitudine laboris cruciat̄.Quē.n. vigilantem distensio laboris & inquietudo exagitat : dormientem quoq; aīo per imagines & phantasias insomnio- P

rum ingesta fatigat. Nullum ergo tempus ĩtermittitur requiei, totum dolori & labori occupať: & nihil vtilitati ac saluti acquiritur.

Et hoc nonne vanitas est?

Vere vanitas est: & magna vanitas ꝓrsus. Sed quid tunc? Si hoc vanitas est: quid ergo faciendum est?

Nonne melius est, inquit, comedere & bibere & ostẽdere animæ suæ bona de laboribus suis?

Q ¶Si vani sunt labores qui vtilitatẽ nõ cõferunt laborãtibus: ergo meli⁹ est laborare & fructũ capere laborꝝ suorum. Ratio manifesta videť: sed multam habet exceptionẽ. Multo eñ melius sic dictũ fuisset: & vbiqꝫ verũ cõstaret. Si vani sunt labores ex quibus laborantibus fructus non ꝓuenit: ergo eiusmodi labores oĩno postponendi sunt, & laborãdũ potius in iis vbi certus & verus laborãtibus fructus ꝓueniat. Nũc aũt hac ratione vanitas mutata est, non dimissa, & alia alii vanitas successit, nõ oĩs vanitas discessit. Vana sollicitudo rephẽditur, vt male secura mens per torporẽ & ociũ & incontinẽtiam ad turpitudinem relaxeť. Si eñ ille q supuacuo labore se distendit, vere rephẽsibilis cerniť: Cur propterea qui ad voluptatẽ & incontinentiam se resoluit placere putatur?

R Sed carnalis anim⁹ difficile mediũ veritatis inuenit: & ꝓpterea nonnunq̃ vnũ vitiũ deserere sponte acqescit: qm̃ per id sibi viam ad aliud qđ magis placet aperiri cernit. Et tãto audacius se ĩ contrariũ tota intẽtione effundit: quãto magis certum habet aliud malũ esse qđ deserit. Iam eñ se in suo malo nõ solum nulla rephẽsione dignũ existimat: verũ etiã laudabilẽ suspicatur: & cum malum manifeste cõmittat nõ se malũ facere videri vult: sed potius malũ deuitare. Non eñ considerat vitiũ declinãdo in vitiũ se corruisse: & idcirco nequaq̃ id qđ agit malum sinistre notandũ putat: qa in eo quasi nõ tã facere q̃ declinare malũ laborat. Vñ & hic quoqꝫ cũ vidisset eos q non profuturas sibi diuitias cũ labore & sollicitudine auare cõgregant: neqꝫ his q̃ possidẽt vtũť, sed aliis post se possidẽda & vtẽda relinquũt, miseros & rephẽsione dignos: vt illoꝝ deuitet stultitiã, libere se in contrariã sñiam ꝓiicit dicẽs. Nõne melius est comedere & bibere & ostendere aiæ suę bona de laborib⁹ suis? Vna oĩm sen- S tentia est qui ꝓcliues sunt in vitiũ. Semper aduersa rephendunt: vt sua cõmendent. Pereant auari, dicit vorax & prodigus: & deuorat & inebriať, & distendit se ac replet vsqꝫ ad suffocationẽ. Et ꝓuerbium illi est semp. Pereãt auari: & cõmendari se putat: quia talis non est, ne rephẽsibiliter talis sit qualis est. Immo etiam ꝓpterea talis esse qualis ẽ videri vult: ne forte talis sit qualis eẽ alios accusat, qualis esse nõ vult: quasi vero mediũ aliqđ non sit vbi fieri vtrũqꝫ possit: & ne talis sit quales esse alios accusat, & tñ talis nõ sit qualem impudẽti gloriatione se esse exultat. Meli⁹ est T comedere & bibere: & ostendere aię suę bona de laboribus suis. Q̃ pulchra verba manducare & bibere! Quis est q obhorreat cũ audit manducare & bibere: aut contra modestiã siue pudicitiã hic aliquid dictũ putet? Sed latet impudẽs turpitudo velo pudicitiæ tecta. Dicat ergo manifeste. Melius est deuorare & inebriari & cõcupiscẽtię suę desideriis effreni libertate seruire. Si enim sic dixisset qualis esset sñia? Et quidem oĩno sic dixit: qa hoc significare voluit in eo qđ dixit. Meli⁹ est mãducare & bibere, & oñdere aię suę bona de laborib⁹ suis.

Et hoc de manu dei est. V

¶Dicũt hoc homines & est hominum genus qui hoc dicere solẽt. Deuorem⁹ & inebriemur, et benefaciam⁹ nobis ex iis quę deus dedit nobis, qa hoc de manu dei est: quia & hæc ideo nobis data sunt vt bene nobis faciam⁹. Quare eñ hęc omnia facta sunt nisi in vsus hominum: vt eis vtantur homines, et bñ sit ipsis in iis quæ dedit deus ipsis? Et hæc dicendo excæcantur et rapiuntur sine mensura et pudicitia in voluptates suas: vt applaudant sibi, quoniam hæc omnia deus ad vtẽdum fecit: sed nesciũt neqꝫ considerant ꝙ etsi deus bona omnia ad vsum fecit, ad prauos tamen et inordinatos vsus nihil fecit.

Quis ita vorabit & deliciis affluet vt ego?

X ¶Mala gloriatio ista. Et sunt tñ qui in
eiusmodi gloriantẽ:& istos quoq; sapien
tia pterire nõ debuit in nũero vanita-
Esa.5. tũ. Tales in alio loco pppheta increpat
dicẽs. Væh qui potẽtes estis ad bibẽdũ
„ vinũ:& viri fortes ad miscendã ebrieta
„ tẽ. Quis ita vorabit & deliciis affluet
vt ego?Qualis amator sapiẽtię? Quãtũ
retrorsum cõuersus,imo quantũ auer-
sus & puersus ab illo qui pauloante lu
cẽ sapiẽtię vidit:eamq; a stultitię tene-
„ bris tã subtili consideratione diuisit di
„ cens:vidi q tãtũ pcederet sapiẽtia stul
†persum datus. titiã:quãtũ differt lux a tenebris. Vn-
de tã cito †pessimat⁹ est sensus iste pu-
tatis?An ppter se nõ dixit,qđ de se di-
xit,q amator sapientiæ fuit:& hoc non
fuit qđ dixit:sed quosdã tales significa
re voluit: ppter quos hoc dixit, qđ de
se dixit? An & hoc totũ etiã ipse secun
dum aliquid vere fuit, & tñ amator sa
piẽtię ppter hoc esse nõ desiit:qa simul
in vno hoĩe & sensus carnis scđm inge
nitã corruptionẽ:& pctm̃ qđ habitat in
eo suasit neqtiã:& tñ spũs scđm virtu-
tis affectũ & iudicium probitatis dile-
xit sapiẽtiã? Videte tñ quid sit hõ siue
in eo qui hoc dixit & talis fuit, siue in
iis propter quos dixit, qđ de se dixit:
quos tales esse significare voluit. Vide
te prorsus quid sit homo. Quis ita vo-
Psal.51. rabit & deliciis affluet vt ego? Quid
gloriaris in malitia qui potens es in ĩi-
quitate? Si nemo põt qđ tu potes:ma-
gnũ est si bonũ potes. Si vero amplius
in malo potes,quid gloriaris? Malũ enĩ
posse potestas nõ est,sed ĩfirmitas.Quis
ita vorabit & deliciis affluet vt ego?
Quis eñ est ait qui cõtradicat,cũ deus
hoc iubeat?Deus eñ lętitiã creauit: &
voluit vt q ei placẽt in ipsa iocũdẽtur.

Peccatori autem dedit afflictionem & curã supfluã vt laboret & disten datur & cõgreget & non possideat, sed tradat ei qui placet deo,

Z ¶Ergo bona bonis & mala malis.Consi
derate quanta est peruersitas ista.Men-
tita est iniquitas sibi. Et de se mentita
est iniquitas,& de deo mẽtita est: & tñ
non nisi sibi mẽtita est.Dixit iniquitas:
Bona bonis & mala malis.Et vbi ẽ,Mi- Psal.84.
sericordia & veritas obuiauerunt sibi? Psal.118.
Vbi est,Vniuersæ viæ dñi mĩa & veri-
tas?Vbi est:Homines & iumenta salua Psal.35.
bis dñe:quẽadmodum multiplicasti mi
sericordiã tuam de⁹? Vbi est deniq;,qđ
veritas ipsa & misericordia dicit:Esto- Matt.5.
te misericordes,sicut & pater vester mi
sericors est:qui solem suũ oriri facit su
per bonos & malos,& pluit super iustos
& iniustos? Si bonis tm̃ bona data sũt:
qđ est qđ dicit scriptura de bonis:Va- Eccli.37
sa figuli probat fornax, & hoĩes iustos
caminus tribulationis? Et, Omnes qui 2.Tim.3.
pie volũt viuere in Christo, necesse est
vt persecutionẽ patiantẽ? Circũierũt in Heb.11.
melotis,in pellibus caprinis,egẽtes,nu-
di,angustiati,afflicti:quibus dignus nõ
erat mundus.In fame & siti:in frigore,
& nuditate?Itaq; mentita est iniquitas Aa
de deo:cum dixit, q bonis tm̃ bona,&
malis tm̃,mala dat deus. Nam & bonis
bona dat:& malis mala dat:& bonis ma
la & malis bona. Bonis eñ & bona dat
vt foueantur,& mala dat vt exercean-
tur:et malis mala dat vt castigẽtur, et
bona dat vt prouocentẽ.Itaq; mẽtita est
iniquitas de deo:cum dixit:bona bonis
et mala malis dat deus.Verum autẽ di
xisset si de veris bonis, et de veris ma-
lis dixisset: q vera bona et vera mala
non nisi bonis bona et malis mala.Pro
pterea ergo de deo mẽtita ẽ iniquitas.
Sed et de se quoq; mẽtita est iniquitas. Bb
Qñ mentita est iniquitas de se? Qñ se
bonitatem dixit,tũc de se mẽtita est ĩi-
quitas:quia ĩiquitas bonitas nõ est. Et
vbi iniquitas bonitatem se dixit?Quã-
do dixit:quis ita vorabit et deliciis af-
fluet vt ego? Tũc bonitatẽ se dixit:hoc
eñ ĩiquitas dixit,quia dictũ ĩiquitatis
et impuritatis est hoc, contra bonitatẽ
et honestatem. Ergo iniqtas hoc dixit,
et in hoc bonitatem se dixit: quia hoc
bonitatis tm̃ esse dixit qđ se facturã di
xit:quia se bonitatem esse præsumpsit.
Dixit enim.

Homini bono dedit deus in cõspe-ctu suo sapientiam et sciẽtiam & lætitiam.

Cc ¶Primum dedit sapientiam & scientiã vt intelligat & sciat quęrere lætitiã in conspectu suo:quia eã fecit deꝰ vt exultent in ea qui placent ei.Quasi vero sapientia non sit & multo maior sapiẽtia illam tristitiam q̃ secũdũ deũ est,quærere & amplecti:q̃ ineptã lętitiã: cũ econ
Eccl's.7. trario dicat scriptura.Cor stultorũ vbi lętitia:& cor sapientiũ vbi tristitia est.
Dd Verũ quidem hoc est ꝙ deꝰ lętitiã electis suis in cõspectu suo ꝑparauit:& sapientiam & scientiã in corde eorũ posuit:vt sciant & intelligant quęrere eã
Prou.2. vbi ipsa est.Sed hæc non est illa lætitia qua lætãtur qui male faciunt:& qui exultant in rebus ꝑessimis. Non enim est in cõspectu eiꝰ illa lętitia,quia de iis q
Psal.20. eam amplectunt̃ dixit scriptura.Pones eos deorsum in reliquiis tuis præparabis vultum eoꝝ. Ergo deus homini bono lętitiã dedit,sed eã quę in conspectu
Psal.67. suo est.De qua scriptũ est:iusti epulent̃ & exultent in cõspectu dei:delectent̃ in
Psal.105. lætitia.Et iterũ. Visita nos in salutari tuo ad vidẽdũ in bonitate electorũ tuorũ:ad lętãdũ in lętitia gẽtis tuæ.vt lauderis cũ hęreditate tua. Et rursum di
Psal.15. cit. Adimplebis me lętitia cũ vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finem.Hanc ergo lætitiam dedit deꝰ homini bono in conspectu suo.

Peccatori aũt dedit afflictionem, & curam superfluam.

¶Non malitiã inferẽdo, sed ad malitiã descendendo in occupationẽ ꝑessimam.

Vt addat & congreget & tradat ei qui placuit deo.

Ee ¶Ideo tñ qa ille ꝑ auaritiã diuitias cõgregauit, & iste in vsum misericordiæ acceptas dispersit. Alioquin nec q congregauit iure rephendit̃:nec qui possidet commendat̃.Nunc aũt oĩa ꝑuerse dicunt̃:cũ dicitur : ꝙ qui deuorat & deliciis affluit,bonꝰ est:& illi dedit deꝰ sapiẽtiã & scientiã & lætitiam in cõspectu suo:cũ supradictũ sit , stultos esse q oculos habẽt in finibus terrę,respicientes ad delectatiões terrenas & voluptati carnis seruiẽtes.Itaq; mẽtita est iniquitas:q̃ dixit voluptatẽ ꝑmiũ eẽ iustitiæ: fructũq; sapiẽtię in ipsa cõsistere:& corporales delicias existimauit felicitatis summum continere. Sed nõ diu in gloria falsum iudicium stare potest. Exit enim veritas & prosternit mẽdacium. Ait quippe.

Sed & hoc vanitas est & cassa sollicitudo mentis.

¶Quid hoc?Nõ solum hoc vt ꝑeccator addat & congreget,& nõ possideat,vanitas ẽ & cassa sollicitudo: sed hoc etiã vanitas & cassa sollicitudo est, vt iustꝰ
Ff diuitias ꝑeccatoris requirat & concupiscat,aut si acceꝑerit cor apponat. Totũ ergo vanitas est & cassa sollicitudo : ꝙ nec vtenti,nec quærenti diuitias & voluptates,& gaudium & lætitiam,quicq̃ sub sole permanere potest. Transeũt enim omnia & fluũt:& non subsistit qc q̃ sub sole vt impleat̃ sentẽtia. Vanitas »
vanitatũ, vanitas vanitatũ,& oĩa vanitas.Completur etẽm in eo quoq; vanitas quod & ipsum cor hominis in eodẽ statu non ꝑmanet:sed semꝑ a se alterũ & sibi aduersum atq; extra se pegrinum,ab eo semꝑ qđ est, elongat in id qđ non est: & trãsit & rapitur maxima vanitate : siue de vanis ad vera,siue de veris ad vana:vbiq; vanum & instabile: nunc summa appetens,nunc se ĩ infima demergens.Illic approbans veritatem: hic anteponẽs vanitatem. Et vidimus nunc fluctuationem istam maximã mẽtis humanę in vno homine vniuersum genus hominũ contẽplãtes: & mirabamur quomodo tã cito pessundet̃ sẽsus mortalium,& post tam sublimem cõtẽplationem veritatis,ire patiatur ĩ alienã turpitudinis.Ex quo qdẽ non aliud datur intelligi, nisi vt cognoscamꝰ miserabilem vanitatem nostram : & in eo ꝙ ad alta ꝑtingimus, & potiora probamus : consideremus qualis homo ex natura factus : sit in eo vero ꝙ tam misera et abiecta appetimus,intelligamus qualis homo ex culpa sua sit effectus:vt vel in hoc veritatis participes esse incipiamus,ꝙ nostrã veraciter vanitatem agnoscimus.

Quõ omnia tempus suum habeant.
Homilia.XIII.

A MVlti sunt sermones ho
minis : quia cor homi=
nis vnum non est . Nisi
eñ prius mens a fonte
veritatis introrsum se
per multa desideria spar=
geret:nequaq̃ sermo foris per tam mul
tas se assertiones deriuaret . Nũc autẽ
quia animus rector ab amore virtutis
per varia desideria in cõcupiscentiã va
nitatis scindit: idcirco in approbatio=
ne eiusdẽ vanitatis vario ei inconstan
tiq; iudicio lingua foris per verbum fa
mulatur . Propterea ergo Salomon de
vanitate disputans,totiens in sermone
sententiam mutat:vt videlicet sensum
in cogitatione per amorẽ vanitatis mu=
tatũ ostendat. Cor nãq; humanũ quod
in desiderio æternitatis fixũ nõ est, nũ
q̃ stabile esse valet:qm̃ ęstu desideriorũ
carnaliũ totiens a sua stabilitate cõcu
titur,quotiens ab iis quibus per amorẽ
inhęserat,ad alia concupiscenda moue
tur. Quia eñ in rerũ trãseuntium vsu
fructũ æternitatis exqrit, & in iis quæ
solum ad temporis cõsolationem facta
sunt,felicitatis gaudiũ inuenire se pu=
tat: ideo semper cum in rebus habitis,
experientia docente,aut iocunditatem
falsam,aut veram miseriam inuenerit:
continuo ad alia se quasi potiora qui=
bus vel dolorẽ suum alleuet,vel exple=
at iocũditatem , appetenda conuertit.
B Hinc ergo semper futura appetit,pſen=
tia fastidit:& fit miro quodã modo, vt
qui semper in desiderio futurorũ falli=
tur: vix aliquando in experientia præ=
sentiũ omnino decipiatur.Ipse eñ sibi
testis est homo:vera bona non esse hæc
ipsa quę diligit: quia dum semper ani=
mo futuris inhiat,& nunq̃ se in iis,qui
bus fruitur,vere felicẽ agnoscit:in hoc
plane & ipse probat,ꝙ hęc omnia licet
possint a stultis cũ non habentur pro
summa felicitate appeti,nunq̃ tamẽ cũ
habentur,possunt ad summã felicitatẽ
possideri.Et tamen carnalis mens con=
cupiscentię suę tenebris cæcata, plane
videre non potest, qđ nec ipsa omnino
ignorare potest : ꝙ cũ semper vanitatẽ
videat in experientia pręsentiũ,nũq̃ ta
mẽ se cohibet ab appetitu futurorum.
Experta improbat, experiẽda laudat: &
quo immoderatius in desiderio eorum
quę nondũ habet,per cõcupiscentiã ef=
funditur: eo grauiore, in defectu eorũ
quæ iam habet,dolore vexatur . Hanc C
ergo fluctuationem mẽtis humanę ha=
cten⁹ nobis ecclesiastes in semetipso ex
pressit: cum in rerum approbatiõe vel
pro fastidio pręsentiũ,vel pro futurorꝫ
appetitu,mente mutata totiẽs iudiciũ
variauit.Putauit eñ in iis quę sub tẽ=
pore voluuntur,aliquid stabile inueni
re,vbi animo reqesceret:& idcirco alia
post alia quasi experiendo probans , &
omnia experta improbans,agnouit tã=
dem nihil esse in omnibus quod fruen
tibus se, aut perpetuo consistere possit
aut plenũ iocunditatis fructum, dum
præsens est, exhibere.Idcirco nunc ar= D
guens ignorantiam suam , pro eo ꝙ in
rebus mutabilibus permanentẽ credi=
dit lętitiam possidere: ostendit ꝙ sicut
oĩa nõ solũ prospera,sed aduersa quoq;
suo tempore bene vtenti bona sunt:ita
iis qui peruerso amore temporalia ꝓ æ=
ternis diligunt,& in eis felices se posse
fieri sperant:nec ipsa prospera verã fe=
licitatem conferre possunt . Male ergo
fecit cum quædã ex iis sibi quasi potio
ra prę omnibus ad iocunditatẽ elegit:
quia fortis animus qui per temporalia
ad æternitatis statum festinat:non so=
lum prospera huius mundi interim ad
consolationẽ expetit,sed aduersa quoq;
cum tempus postulat,ad exercitationẽ
virtutis suę libenter in vsum assumit.
Et ideo omnibus experimento proba=
tis mutabiliũ tandem cõditionẽ agno=
scit:& ꝙ nihil ex omnibus quę trãseũt
perpetuo stare possit fatetur dicẽs.

OMnia tẽpus habẽt,& suis spa= Eccl.3.
ciis trãseũt vniuersa sub cœlo.

¶Quare ergo tu huius mundi vel ma E
la metuas vel bona concupiscas : cum
transeant vniuersa sub cælo?Cum po=
tius hoc veritati cõcordet,vt in omni
bus iis nec aliquid siue in bono siue in
malo pro summo habeas:qa transeunt
omnia. Nec aliquid suo tempore abii= ”
ciendum existimes:quia iuste ordinata ”
sunt vniuersa.Omnia enim tempus ha

bent:& suis spatiis transeunt vniuer-
sa sub cælo. Omnia tempus habent:vt
nihil perpetuũ semperq; permanēs inue
niatur:sed omne qđ est,aut aliud subse
quatur,vt nõ ab initio veniat:aut præ
currat aliud,vt vsq; ad finem se nõ ex-
F tendat.Tempus etiã habent omnia cer
tum & determinatũ,quando incipiant
& quando finiantur:siue etiã q̄diu sub
sistant,& quando subsistant singula: vt
nihil preter rationē fit: & prudens ani
mus sic se & temporibus, & temporali
bus aptare studeat:vt & in iis quę trãs
eunt quasi pmanentibus fidutiam suã
non constituat:& in iis quę bene ordi-
nata sunt contra dispositionem creato
ris murmurare non præsumat. In om̃i
autem euentu veris & permanentibus
bonis se conformans, ita rerum muta-
bilium varietatē despiciat:vt licet vna
quaq; re pro tempore vtatur dum præ
sens est:nunq̄ tamen in ei9 transitu ani
mũ a statu suo declinare permittat.Ille
enim prudētissimus est,qui sic scit trãs
euntia in vsum vertere: vt tamen non
norit in eorum defectu mentē a sua sta
bilitate inclinare. Omnia em̄ suo tēpo
re bene vtēti bona sunt, & tamen vni-
uersa quę mutabilitati subiacent:licet
in miseria qualēcũq; consolationē præ
beant: fęlicitatem tamen conferre non
possunt. Nihil ergo suo tempore abii-
ciendum:& nihil non suo tēpore eligē
dum:sed sic animus ad vsum temporis
pręparetur: vt tamen ad mutabilitatē
" temporis non mutetur. Om̄ia tempus
" habent & suis spatiis transeũt vniuer-
G sa sub cælo. Quare ergo eligat ad om̄e
tempus aliqđ vnũ:cum omnia tempus
habeant? Si em̄ vnũ aliquid ex omnib9
omne tempus haberet,non omnia tem
pus haberent:quoniã ex duobus cõtra
riis sibiq; repugnantibus si tempus es-
set vt alterũ semper esset,tempus esset
vt alterũ nunq̄ esset.Sicq; hoc nullum
tempus haberet: cũ illud cũ quo idem
tempus habere nõ posset, omne tēpus
haberet.Nunc ergo quia omnia tēpus
habent: nihil vnum ex omnibus omne
tēpus habet: sed habet suũ tēpus vnũ-
quodq;,quãdo vt sit bonũ est, & tēpus
quando bonũ est vt nõ sit.Quãdo ergo
tēpus habet bonũ est vt sit:etiã si bonũ
nõ est illud qđ bonũ est vt sit:& quãdo
tēpus nõ habet vt sit, bonũ est vt non
sit:etiã si bonũ est qđ bonũ est vt nõ sit.
Cognouit hoc Iob,& suscepit bona lau H
dans deum in beneficiis suis : & puta-
uit hostis q; tempori subiaceret cõsciē
tia sancta.Tulit diuitias & facultates:
pignora interfecit, pcussit carnem,op-
probriis & iniuriis lacessiuit,vt frãge-
ret aduersis quē prosperis emollire nõ
poterat. Ille autem sciens q; omnia tē-
pus habent:sicut in bonis per continē-
tiam semetipsum cohibuit:ita in malis
quoq; fortiter per patiētiã aduersa to
lerauit . Vxor autem eius quia stulta
fuit & non intellexit q; omnia tempus
habeant,putauit momētis temporũ ex
aminãda pręmia meritorũ:& ideo per-
cussum videns,& derelictũ credēs:fru-
stra deum coluisse increpuit:& quasi p
benedictione sua flagella meruisset, ir-
risit dicens:Nunc benedic deum & mo
rere. Cui ille respondit . Quasi vna de
stultis mulierib9 locuta es.Si bona sus-
cipimus de manu domini: mala quare
non suscipiemus? Omnia em̄ tēpus ha "
bent & suis spatiis transeunt vniuersa "
sub cælo.Si tempus est vt prosperis fo- I
ueatur infirmus:tempus est vt aduer-
sis quoq; perfectus exerceatur. Si tem-
pus est,vt bona bonis & mala malis p-
pter veritatē:& tempus est vt mala bo
nis,& bona malis ppter pbationē. Om̄ia
tempus habent,& suis spatiis transeũt
vniuersa sub cælo . Quid causaris sub
tempore om̄es de legibus temporum?
Temporis est subiacere mutabilitati &
pati vicissitudinem.Nam si hæc omnia
in tempore non fiunt, quando fieri ha
bent?Extra tempora em̄ æternitas erit
& mutabilitas non erit: & non erit ibi
tunc, omnia tempus habent:sed omne
quod erit sic erit,vt pro tempore aliud
& aliud esse non possit: sed qđ erit sem
per erit.Ergo q̄diu viuis sub tempore,
patere leges temporis. Patere volens,
ne forte etsi nolueris tamen patiaris.
Patere leges temporis: vt transeas per
tempus ad statum æternitatis.Non,n.
potes in tempore æternitatem inueni
re,quia post tempora tunc demũ venit

æternitas: & illi post tempora æternitatem inueniũt, q in fluxu temporum alternantiũ mente in desiderio æterni
›› tatis defixi, immutabiles consistũt. Oĩa
›› tempus habent, & suis spatiis trãseunt
K vniuersa sub cælo. Nam & ipsum cælũ omniũ tẽporũ spatia metitur: & omnia quæ sub cęlo sunt tempore trãnseunt: & non transit ipsum cęlũ a quo est tempus. Quasi enim ex ipso cęlo tẽpus est, & in ipso cęlo tempus non est: & cũ oĩa quæ sub cælo sunt, tempus accipiãt de cælo: in ipso tamen cęlo æternitas constat. Magnũ spectaculũ sapientię visibilis imago est, vt ex visibiliũ cõtẽplatione ad ęmulationẽ inuisibilium prouocemur. Aspice cęlum. Quasi moueri videtur & mutari non videtur. Sed mutantur quę sub cęlo sunt: & inde omĩs motus origo est, vbi mutabilitas nulla est. Ideo transeunt vniuersa sub cælo:
L quia in cælo cuncta consistunt. Et ipsa quæ trãseunt esse suũ metiunť ex ipsis quę subsistunt: qa non esset certa subsistentia transeuntiũ, si subsistentiũ stat⁹ non esset perpetuus. Illa enim quę vere sunt semper sunt: & semp sunt qđ sunt & sunt alia quę vere nõ sunt, & ea quę vere sunt, quodãmodo æmulantur, vt sint aliquid in eo qđ sunt: & cum esse cœperint id qđ sunt, transeũt in id qđ non sunt: & nõ vere hoc sunt qđ sunt, qa desinunt hoc esse & iã non sunt, nec vere hoc sunt qđ esse incipiũt: qa incipiunt tm̃ hoc esse & nõdũ sunt. Ita sũt ista in vero esse errantia: & participare videntur, in ipso trãsitu in quo currunt: esse quod non capiunt nec comprehẽdunt, licet attingere videantur, ne omnino nihil sint. Apparent enim ibi & cum quæruntur non sunt, quia abierunt in nihilum vnde venerant: & non erant ex eo vbi erãt. Ipsum em̃ in quo erant solũ vere erat: & totũ quod erat ipsum erat, nec aliunde acceperat qđ erat: & in ipso admissa sunt hęc oĩa vt ex eo qđ ipsum vere erat, essent & hæc aliquid. Quantũ ergo participant verum esse, tãtũ sunt oĩa hęc quæ non habent in seipsis verũ esse: qbus hoc totum est esse, ꝗ sunt ipsum qđ habet verum esse. Et cũ in se vnũ sit: in ipsis tamen pro capacitate participãtiũ aliud videtur esse, cum sint ipsa alia in eo qđ non est aliud. Habent ergo singula secundũ participationem eius qđ semp est, spatia subsistẽdi, alia maiora & alia minora: prout sunt in eo, quod nec maius nec min⁹ est, sed idem semp ipsum est. Ideo diuiditur & cõmensuratur ex eo vnicuiq; spatium suum & tempus suum: alii breue, alii longũ: & sunt dies & menses, & anni, & lustra, & secula, & horæ breues, & momenta, & instantia: & omnia hæc tempus sunt in ipsis quę transeunt, & vere non sunt: & in ipso a quo sunt quod sunt vnum sunt: & inueniuntur illic non tempus sed æter- ››
M nitas. Omnia tẽpus habent & suis spatiis trãseunt vniuersa sub cęlo. Ex omnibus enim quæ sub cælo sunt, nihil ęternũ est: sed omnia tempori subiacenť & mutabilitati. Omnia enim initium aliquando habuerunt, aliquando habitura finem: & inter initiũ & finem spatiũ est ipsum temporis qđ tempus est illi qđ principiũ habet & finem: & ipsum æternitas illi qđ nec principium habet nec finem. Ipsum enim quod cœpit, anteq̃ inciperet non fuit: & cũ desiit esse, iam non fuit: & tũc illi nihil fuit, quia illud nihil fuit: & tamẽ fuit etiam tũc quod semper fuit: & idem ipsum postea fuit cum hoc fuit: & hoc qđ cœpit in illo cœpit: & quod fuit, ĩ illo fuit, q̃diu fuit: & cum fuit hoc qđ non semp fuit, fuit & illud quod semp fuit, quia hoc in illo fuit: & quod isti tempus fuit, qa nõ semper fuit: fuit illi æternitas, quia semper fuit. Ita ex æternitate omnia tempus habent, & suis spatiis transeũt vniuersa sub cęlo. Tempus habent quã
N do incipiant: & quãdo finianť tempus habent. Spatia habent q̃diu subsistere habent. hoc em̃ spatium mora est subsistendi inter principium & finẽ: & ipsa spatia multorũ similia, multorũ dissimilia sunt: omnia tamen ęquo iudicio compensata. Et cũ mora fit iis qui in lętitia & gaudio viuunt, & in bonis ducunt dies suos, felicitas magna videť: & cum iis q in ærumnis sunt, & aduersis fatigantur, spatia longa procurrũt, magna miseria & infelicitas magna

existimatur:& nescit tamē homo sortē
suam neq; iudiciū dei super se scrutari
potest. Nā & ipsa tempora lōga finem
habent:& cū finē acceperint,ipsa iā nō
sunt,q̄ bona videbant: similiter & quæ
mala putabantur iam non sunt.Et suc
cedunt sæpe bonis transeuntibus mala
mansura:& malis transeuntibus post fi
nem,bona quæ nō habent finem:& tūc
bona præterita prodesse nil possunt in
multitudine malorū:& mala prȩterita
in abundantia bonorum nihil obesse fe
O liciter consummatis. Non ergo glorie
tur homo pro tēpore suo, ante tēpus:
neq; temporū aduersis frāgatur,qui in
tribulatione est: qa transeunt oīa,do
nec veniat tēpus,quādo remetietur in
æternitate quicquid in tēporū spatiis
tractū est,siue maius siue minus.Tunc
longa spatia temporū nō placebūt im-
piis,transacta felicitate temporū:& per
manētibus culpis quæ per tempora cō
traxerūt:cū æterna viderint supplicia
pro tēporalib9 cōmissis.Iustis aūt tunc
tēpora sua longa etiam modica videbū
tur, cū merita tēporalia viderint præ-
miis æternis cōpensari.Ante hoc tem-
pus quicqd in tēpore agit occultū est,
siue lōgū siue breue sit:vt homo dei iu
diciū scrutari nō audeat , sed paratus
sit ad omne tēpus siue bonū siue malū
sit,vt p bona & mala probatus trāseat
ad bona glorificandus.Et si interim lō
ga sint spatia temporis: non prȩsumat
" in bonis,nō corruat in malis:qa spatiis
" suis transeūt vniuersa sub cælo:vt trās
eunte tempore sub cȩlo succedat æter-
nitas,quȩ est in cælo.

P **Tēpus nascēdi & tempus moriēdi,**

¶Nunc exemplis succedentibus prose
quitur quod generaliter prȩmiserat di
cens:Omnia tempus habent.Et enume
rat hic & bona & mala:& post bona ma
la,& itē post mala,bona:nusq̄ sola mala
vel sola bona.hoc eīn tēpore vitȩ hui9,
nō est habere bona sine malis,nec mala
sine bonis:quia mixta sunt oīa q̄diu
tempus est vt omnia habeant tempus.

**Tempus nascendi & tempus moriē
di:tempus plantandi, & tēpus euel
lendi:tempus occidendi, & tempus
sanandi:tempus destruendi & tem-
pus ædificandi.**

¶Primū bona & mala: tēpus nascendi,
& tempus moriendi.Postea mala & bo
na,tempus occidendi:& tempus sanan
di. Non sola bona nec sola mala: sed &
bona & mala.Nec solum post bona ma
la:sed etiam post mala bona : prius ta-
men post bona mala,& deinde post ma Q
la bona subsequuntur.Duȩ quippe vi-
tæ sunt,vna secundū carnem: altera se
cundū spiritum.Et scimus testāte apo 1.Cor.
stolo. quia non prius qd̄ spirituale est,
sed quod carnale est pri9 est.Ergo duæ
vitæ sunt:Prima carnalis, Secunda spi
ritualis. Et habet vtraq; vita bona sua Psal.
& mala sua:quia vniuersæ viæ domini Psal.
misericordia & veritas : quoniam ipse Psal.
saluat homines & iumenta:aperit ma-
nū suam & implet omne animal bene-
dictione.Proposuit enim omni homini
& bona & mala.Bona quidem, quibus
per misericordiam foueat:mala,quibus
per iustitiam culpas examinando addi
cat.Et habet oīs vita,bona sua & ma
la sua:vt oīa tempus habeant & suis
spatiis transeant vniuersa sub cælo.
Vtrūq; datur,& vtrūq; proponitur: al-
terū ex iustitia, alterum ex misericor-
dia. Vniuersȩ viȩ domini misericordia Psal.
& veritas. Misericordia & veritas ob- Psal.
uiauerunt sibi:iustitia & pax obsculatȩ
sunt.Si sola mala, non esset misericor-
dia.Si sola bona,non esset iustitia. Igi- R
tur & bona & mala proponit deus : &
potestatem electionis homini relinqt,
vtra prius accipiat.Nam vtraq; gusta-
re oportet : sed vtra prius, in ipso est.
Carnalis autem quasi ad hæreditatem
festinans & declinans iudicium vt ca-
reat benedictione in nouissimo:pri9 bo
na eligit:& dat illi deus bona tempora
lia quæ finem habeāt, vt illis succedāt
mala mansura sine fine. Spiritualis ve
ro prius probat aduersis, vt ad prospe
ra perducat & habeat ipse quoq; mala
sua et bona sua:sed mala in tēpore,bo-
na in æternitate.Ita omnis vita alter-
na sorte ducit in cōsummationē: alte-
ra de bonis ad mala, altera de malis ad
bona.Et omnia tēpus habent vt sint:et

trãseunt vt non sint,suis spatiis ꝑcurrentia ad finẽ q̃diu sint. Transeunt bona in malis,& mala in bonis:& dũ trãseunt aliquando morã faciunt,& habẽt spatia quędã singula prout ordinãtur,
S donec finem accipiant. Propterea enumerat quædã alternãtiũ in mundo: vt omniũ mutabiliũ fluctuationẽ ostẽdat. Et prĩo ponit bona & mala, quasi vitæ carnalis statũ describens. deinde mala & bona,spiritualis vitę exprimẽs conditionẽ.Post alternat & mutat bona & mala:& mala & bona,vt alterã quandã confusionẽ ostẽdat,quia nec malis vsq; in finẽ bona:nec bonis vsq; ĩ finẽ mala. Sed & ante finẽ nũc bona & mala : nũc autẽ mala & bona subsequunt. Omnis tamẽ variatio hæc distributionis principiũ habet a bono in malũ:cum dicit. Tempus nascendi & tẽpus moriẽdi.Et finẽ a malo in bonũ:cũ dicit tẽpus belli & tẽpus pacis. Quia prima vita primũ bonũ & vltimũ malũ.Secunda vita primũ malũ & vltimũ bonũ habet : in medio vtriusq; malis & bonis incerta
T sorte fluctuantibus. In his aũt omnib⁹ quæ enumerant pro exemplo vniuersorũ quędam sunt sumpta de ipsa vita humana,quędã de iis quæ ptinẽt ad vitam humanã: vt totũ mutabile ostẽdatur qđ hominis est:q fortassis totus in corruptionẽ non iret, si vel in se vel in suis saltẽ aliquatenus stare potuisset.
" Tempus nascendi & tẽpus moriendi.
" hoc est de vita humana:tempus plantã
" di & tempus euellendi qđ plantatum
" est: hoc est de iis q̃ ptinẽt ad vitã hũanam. Opus eñ hominis simul cũ hoĩe interibit: quia sicut in homine qđ nascitur,nascitur vt moriatur : ita quod plantatur ab homine,plãtatur vt euellatur. Non enim in volũtate hominis tempus est omni rei sub cælo:sed in arbitrio conditoris. Quoniam omni rei sub cęlo tempus est cum vult deus,etiam si homo cum tempus est non vult,
V quod vult deus. Propterea quæ facit deus,facit semper cum tempus est:quę vero facit homo non semper cum tempus est facit: cum vel ignorantia quod rectum est nescit, vel voluntate praua appetit quod est inordinatũ. Ideo oĩs rei tempus subest voluntati creatoris, quando tempus est vt fiat quod faciẽdum est in tempore : & omne quod fit in tempore, si eius voluntati nõ cõcordat,tempus erat cũ fieret : sed nõ erat tẽpus cum fieri debuisset.Propterea sola opera hominũ tempora sua non seruant, etiam cũ fiunt in tempore : quia in ea ꝑte solus homo tẽpus statutũ nõ sequitur, vbi arbitrii libertate abutẽs se sub conditoris voluntate non moderatur. Aliud est ergo tempus qđ vnicuiq; rei per dispositionem conditoris X
tribuitur : aliud quod præsumptione humana contra dispositionem conditoris vsurpatur. In illo tẽpore homo cũ ceteris legẽ patitur:hic vero solus prę ceteris legem pręuaricatur.Et idcirco illic recte cũ eo agitur, etiam in eo qđ ipse non vult:hic vero sæpe contra rectum agit , non agendo nisi quod ipse vult.Tempus nascendi & tẽpus moriẽ "
di.Nemo cum vult nascitur etiã si quãdo vult aliquis moriatur.Et tamẽ multi cum moriuntur voluntate non moriuntur , quando tempus est, & multi qui necessitate nascuntur,nascunt quãdo tempus est.Etiam ii qui ante tẽpus nascunt,nascũtur quando tempus est: & qui post tempus nascunt,nascuntur quãdo tẽpus est:quia tẽpus nascẽdi cõfert necessitas,tẽpus moriendi aliquando eligit praua volũtas. Ideo nemo cũ nascitur offendit in tempore: & multi offendunt in tempore cum moriũtur. Nam etsi natura aliquãdo pręterit, voluntas tamen non offendit : quia pro culpa patienti non ponitur, quod non ipsius circa se voluntas, sed dispositio desuper iusta moderatur. Tunc ergo tempus est omni rei quãdo iustum est vt fiat qđ faciẽdum est, quicquid illud fuerit:vel a deo sine homine,vel ab homine cum deo. Nam sine deo ab homine vt aliquid fiat ita tempus nullum est, sicut iustum nihil fieri sine deo ab homine potest.Tempus nascendi & tẽpus moriendi.Tempus plantandi,& tẽ "
pus euellendi.Possum⁹ hic summã quãdã atq; vniuersalem mutabilitatis oĩm Y
comprehensionem attendere: vt sicut in prĩcipio de tota opis serie distixim⁹

ita hic quoq; primo illã cui omnia sub
iecta sunt mutabilitatem exprimat: ac
deinde eã in qua humanę actiones flu-
ctuant latius prosequendo immaniorẽ
cunctis plusq; metuendam ostẽdat. Nã
prima ista quatuor quæ posita sunt ad
illã specialiter mutabilitatẽ, quæ inest
rebus omnibus ortum & occasum ha-
bentibus, spectare videntur: cætera oĩa
ad eam proprie, quæ in actionibus hu-
manis versatur pertinere. Qz enim o-
mnia orta occidunt: & aucta senescunt
propter ea quæ viuũt & sentiũt dictũ
est: tempus nascendi & tempus moriẽ-
di: propter ea quę viuũt & nõ sentiũt,
tempus plantandi & tempus euellẽdi:
vel pro iis quę naturalẽ habent ortum
primũ tempus nascendi, & tẽpus mo-
riendi posuit: ac deinde pro iis quę stu
dio & industria ad viuificationẽ aptã
tur, tempus plantandi & tempus euel
Z lendi subiunxit. Hæc est ergo illa ma-
gna vanitas, vanitas vanitatũ: cui pa-
rum est vt mutabilia sint oĩa, nisi ad
huc in contraria rapiãtur dũ transeũt
vniuersa. Quantũ est enim elongare &
peregrinari a proprio esse, & ire ac per
gere in cõtrariũ esse, vbi nõ possis oĩ
no esse qđ esse incipias, nisi id quod es
prorsus esse defieris? Illic ergo durus
transitus est, vbi nulla ratione subsiste
re potest quod sequitur: nisi pri9 id qđ
pręcedit totũ perimatur. Et quidputas
cum de bonis ad mala itur, cũ bona in
mala contraria cõmutantur, qualis est
mutatio illa, maxime illic vbi recursus
nullus est, neq; reditus vllus sperari po
test? Nam & mala aliquãdo in bona cõ
mutantur, & rursum bona in mala: &
sæpe fit hoc vt alternatim sibi succe-
dãt vtraq;. Nec graue omnino illud est
ꝙ mutuo tẽperant, vt nec magna sint
mala, quibus bona succedunt: neq; bo-
na optima, quę malis subsequẽtib9 ter
minantur: & totũ hoc sustineri potest,
& comparationẽ habet quodcũq; cum
acciderit ne nimiũ existimetur: vnum
est qđ cũ euenerit qs poterit sustinere?

Tempus tacendi, & tẽpus loquen-
di. Tempus cõgregandi, & tempus
perdendi. Tempus lugendi & tem-
pus ridendi.

¶ Omnia hæc portabilia sunt: & cum A
euenerit homini vnũ aliquod horum:
trãsit illud & venit aliud: & hoc quoq;
dũ steterit tempore suo trãsit, & redit
aliud qđ transierat: & hoc vsquequaq;
fit item & item quãdiu viuitur: & nũq̃
pmanet vnũ aliqd vt solum sit semper.

Tẽpus nascendi & tẽpus moriendi.

¶ Hæc horum similia non sunt: neq; re B
cursum habent cum semel euenerint.
Vna est enim mors & vna natiuitas: &
sicut post vnam natiuitatẽ vna mors,
ita ante vnam mortem nõ nisi vna na
tiuitas. Et nemo moritur qui prius na
tus non fuerit: nec cũ semel mortuus
fuerit, deinde nasci potest aliquis. Prin
cipium vitę natiuitas est, mors finis. &
de natiuitate ad mortem itur: sed post
mortẽ ad natiuitatẽ reditus nõ patet.
A natiuitate enim incipit tempus ho
minis: & morte finitur. Et ꝓpterea ista
dissimiliter omnibus tempus habent:
aliud, vt in eo tẽpus primũ sit, & ipm
amplius non sit: aliud, vt in eo tempus
amplius nõ sit, & illud semper sit. Hoc
ergo grauius cunctis est, quod ita tem
pus habet vt ipsum sit sine tempore: qa
post eius tempus nõ erit tempus, quo
possit denuo reparari qđ abstulit & cõ
sumpsit eius tempus. Propterea meli9
videtur tempus nascẽdi q̃ tempus mo
riendi: quia in tempore nascendi vita
datur, in tẽpore aũt moriẽdi tollit vi-
ta. Et tamen qui nascunt moriunt, & q
moriunt nascunt: quoniã q ad mortẽ
nascunt, ex eo mori icipiũt ex quo sub
mortalitatis defectu viuere incipiũt: &
q ad vitã moriunt, ex eo viuere veraci
ter incipiũt, ex quo post mortẽ iã mor
tales eẽ desierũt. Quocirca bona mors C
optãda magis est q̃ mala vita: quia bo-
na morte ad bonã vitam pergitur, ma-
la vita ad mortẽ malam puenitur. Pro
pterea omnia tẽpus habẽt, & nihil suo
tẽpore abiiciẽdũ: qm̃ & tps nascẽdi est,
vt prima vita incipiat, quę per iustitiã
exercetur in tempore: & tempus mori
endi vt secunda vita succedat: quę prę
mio iustitiæ perfruitur in æternitate.
Postea adiungit quod sequitur.

Tempus plantandi: & tempus euellendi quod plantatum est.

D ℭHoc ergo secundũ de opere est artificis, cũ natura. Nam primũ opus solius naturæ erat: & ipsum transitoriũ erat. Nunc autem opus artificis cum natura simul subiungitur: & ipsum quoque transitoriũ esse demonstratur, vt nihil maneat sub sole: & lætitia quȩ de natiuitate vel plantatione suboritur, mortis & eradicationis memoria temperetur. Deinde sequũtur opera solius artificis sine opere naturæ: & ipsa plurima enumerantur, & omnia transitoria esse demonstrantur: vt in gradibus suis vanitas excrescat: & tamen vniuersa hæc sicut mutabilitate vana sunt: ita tempore congrua fiunt: vt in his omibus homo, & si statum æternitatis tenere non potest, seruare tamen studeat ordinem rationis.

Tempus occidendi & tempus sanãdi: tempus destruendi & tempus ædificandi: tempus flendi & tempus ridendi: tempus lugendi & tempus saltandi.

E ℭEt multa alia quæ enumerant: & alia multa quæ enumerari non possunt. Et in his omnibus vita humana vicissitudinem patitur, & subiacet mutabilitati. Transeunt enim ista omnia super eã, & incurrunt vicissim alia post alia: & subsequuntur quȩ præcesserant, & rursum quæ sequuta fuerant, præcedunt: & sine intermissione hoc agitur in vndis magnarum fluctuationum. Venit post fletum risus: & post risum succedit fletus: & cum dolori gaudium successerit, iterum gaudia in dolorem cõmutãtur. Et omnia hȩc tempus habẽt: cum voluntas hominis se per iustitiam pro tempore diuinæ voluntati, vel ad hæc agenda sponte cõformat vel ad patienda supponit. Tempus enim habẽt omnia, quando ea homo vel agit secundũ deum, vel patitur pro deo: quia secundũ deũ ambulãtẽ oĩa in tẽpore suo si prospera eueniãt, fouẽt: si contingant aduersa exercent. Ideo oĩa tẽpus habẽt quæ homo iuste facere potest vel iuste

F pati. Qđ autem sine iniustitia fieri nõ potest, nõ habet tẽpus vnq̃ vt fiat: quia ad malũ faciendum homo nullũ tẽpus accepit: cui ꝑpter hoc solũ tempus suũ datum est, vt vel corrigat mala quæ fecit, vel bona suppleat quȩ nondũ fecit. Propterea peccata tẽpus nõ habent: & omnia tempus habẽt, quia in tempore suo oĩa bene fieri habent: & bona sunt cum bene fiunt omnia: & ex omnibus non sunt peccata, quæ bene fieri habẽt nec sunt bona peccata, tametsi bonũ est vt sint ipsa peccata. Ideo tẽpus nõ habent peccata, & permittũtur in tempore fieri peccata: & non iuste fiunt quando fiunt, & iuste fieri permittunt quãdo fiunt: & cum facta fuerint iuste ordinantur: & fit tempus vt fieri permittantur, & non fit tẽpus vt fiant: qa nõ bene fiũt & bene pmittunt, vt iuste ordinentur. Tempus plantandi, tempus ,,
lugendi, tempus saltandi, tempus acquirendi. ,,
Vbi est tempus luxuriandi, & tẽpus inebriandi? Sed illa bene fieri possunt in tẽpore suo: ideo ipsa tẽpus habent. Ista tempus nõ habẽt quia nunq̃ bene fieri habent. Sed forte cõtrarium G videatur quod positum est: tempus occidendi, Tempus belli, Tẽpus odii. Sed hęc omnia bene fieri possunt: & ideo tẽpus habent cum iuste fieri habent. Nã est & gladius iustitię, quo reges & principes criminosos puniũt ꝑ zelo æquitatis: & interficiũt hoĩes damnatos ꝑ sceleribus suis, secũdũ ꝑcepta legis diuinę accepta potestate, ĩ hoc ipso deo seruiẽtes. Et hi ꝑ defensione patrię, & pace ecclesiarũ, bella gerũt, & expugnant inimicos pacis, ne opprimãt innocẽtes. Est & odiũ sanctũ quo crimina odiunt, H nõ hoĩes: & ipsum aliqñ ꝑ terrore salubri seueritatẽ districtã exterius corrigẽdis vitiis irrogat: & intꝰ dulcedinẽ dilectionis qua salutẽ hoĩm sitit, inuiolatã cõseruat. Propterea tẽpus est odii & tẽpus belli: & oĩa tẽpus habẽt qñ iuste fieri habent. Profiteri licet mihi qđ & in pricipio: ꝙ ad alta & sublimia ista sensu minor sim vt narrẽ qđ oporteat, quia quod non oportet & non conuenit, hoc satis est declinasse si dat. Multa enĩ sunt in ꝑfundo sapiẽtiæ secreta abscondita: & non valet homo scrutari

arcana eius:& verba ſapientiæ ad ſen=
ſum omnẽ excellentia ſpargunt de iis
quæ latent,lumen aliquod & ipm̃ mo=
dicum eſt ad totum.Propterea laborat
homo cũ videt illud,& exiſtimat ingre
di vt contempletur : & non valet niſi
fuerit cum ipſo ſapientia,& oſtẽdat il=
li intus ſecreta viarum ſuarũ in parte
qua gratioſus factꝰ eſt ad eam. Et cum
hauſerit multum, hoc multũ illi eſt,&
exiguũ eſt ipſum ad plenitudinẽ redũ=
I dantem.Ideo multa diximus,de fluctí=
bus rerũ & de agitatione contraria eo
rum quæ ſub cælo ſunt: & parũ eſt ad=
huc totum hoc ad totum:& erunt for
taſſis q nos ꝓfuſiores exiſtimaturi ſũt
in loquendo: quia non attendunt mul
titudinẽ dicendorũ , & eorũ quæ dicta
ſunt,profunditatem.Nos breuiter hoc
prolocuti ſumus vt nouã iterũ repor=
temus ad principium futuræ narratio
nis dictionem,& animos habeamus ala
criores.

Reliquorum quæ tempus ſuum ha=
bent declaratio & dictorũ repetitio.

Homilia.XIIII.

OMnia tẽpus habent:
& ſuis ſpatiis tranſ
eunt vniuerſa ſub cæ
lo.

¶Quęſierat ſupra Ec=
cleſiaſtes vnũ aliquid in mũdo in quo
animo requieſcere potuiſſet:Et nõ in=
uenit illud inter omnia, ſiue quia im=
perfecta erant ſingula,ſiue quia tranſi=
toria erant vniuerſa. Propterea cœpit
faſtidire,& reprobare omnia: & tamen
quærere non deſiit ſemper in his gau=
diũ plenũ:& inuenire non poterat. Tã
dem ergo aliquando mutabiliũ condi=
tionẽ agnoſcens : vidit ſe in vtroq; er=
raſſe,ſiue ꝙ ea quæ in genere ſuo bona
erant,mala eſſe arguit:ſiue ꝙ ea q̃ trãſi
toria erant , perpetuo ſtare poſſe puta=
uit. Nunc itaq; corrigens ſemetipſum
pro exiſtimatione pręterita,profitetur
omnia quæ ſub cælo ſunt ſimul & tem
pore tranſeuntia & tempore ſuo bona.
Quorũ oĩm mutabilitas & fluctuatio
quãta ſit,vt melius intelligi poſſit,vni
uerſa hæc non ſolũ tranſire tempore,
ſed tempore quoq; in cõtraria ire oſtẽ
dit dicens : Omnia tempus habent: & ”
ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cæ ”
lo. Et enumerat deinde vniuerſa in ge
nere ſuo:diſtinguẽs,Tempus naſcendi ”
& tempus moriendi.Primũ ſecundum ”
principiũ & finem deſcribit curſum re
rũ mutabiliũ,vt poſtea eorũ quę in me
dio verſant̃,mutabilitatem,& viciſſitu
dinem diligentius proſequatur . Sane L
quatuor ſunt opera, quibus omnia tẽ=
poralia,& omnia tempore tranſeuntia
explicantur:Primũ eſt opus dei,Secun
dũ eſt opus naturæ,Tertiũ eſt opus ar
tificis cũ natura:Quartũ eſt opus ſoliꝰ
artificis ſine natura. Opus dei eſt eſſen
tiam rerũ de nihilo creare: materiã re
rum in formã diſponere, motũ autem
rerum ſub certo ordine temperare.Pro
pterea tria hæc ad opus dei pertinent,
ideſt eſſentia rerũ,forma & ordo. Hæc
autem tria ſicut poſtea author ipſe at
teſtatur de operibus dei ſtabilia ſunt,
nec temporis capiunt mutabilitatem:
quia & rerum eſſentiæ hoc quod ſunt
nunq̃ eſſe deſinunt: & rerum formę ſe=
cundum primã conditoris ſui inſtitu=
tionẽ in ſuis generibus perpetuam idẽ
titatem cuſtodiunt:& motus rerũ pri=
mi ordinis legem nunq̃ tranſcendunt.
Neq; enim vel eſſentię rerum nihil eẽ,
vel formę rerũ aliter eſſe,vel ordo rerũ
diſpoſitioq; ab initio , aliter ſe habere
potuerũt:ſed ſeruãt om̃ia primæ legis
normã:& antiquæ inſtitutionis pactũ,
nunq̃ ſecus currentia adhuc cuncta cu
ſtodiunt.Propterea ergo ꝑmanent ope
ra dei, quia ſtabile eſt in rebus omnibꝰ
qđ deus fecit,vt maneat ſemper.Opus
itaq; dei eſt creare, formare, diſponere M
vniuerſa.Opus naturæ eſt ſemina rerũ
de occulto ſinu per incrementum pro=
ducere, eademq; rurſum marceſcentia
cum concidunt per defectum ad occul
tum ſinum,vnde prodierant,reuocare.
Opus artificis cum natura eſt: ea quæ
oriuntur de terra , ſtudio & induſtria
adiuuare . Opus ſolius artificis eſt: in
ſubiecta rerum materia operari:vel diſ
iuncta componendo, vel coniuncta ſe=
parando:ita vt nec creare cum deo poſ
ſit,vt ſit quod non erat: nec cũ natura

fœtibus rerum incrementum tribuere,
N vt maius sit qđ minus erat. Tres itaq;
opifices sunt in hoc mundo, deus, natu
ra, & artifex imitans naturam. Sed hi
tres valde dispari potentia id quod ad
effectum producunt, efficiunt. Nã deꝰ
in opere suo, nec naturę opera indiget,
nec opificis imitantis naturam. Opera
tur enim deus: aliquando sine natura,
aliquando in natura, aliquando supra
naturam. Nam sine natura primũ fecit
ipsam naturã. Quando enim naturã fe
cit, cooperantẽ naturã non habuit. Nõ
enim potuit qđ nondũ erat semetipm̃
operari, cum eo qui solus erat. Sic ergo
primũ naturã fecit sine natura: vt post
ea in natura, alia faceret cum natura,
alia supra naturam. Cum natura quip
pe facit ea: quæ de natura secundũ na-
turã producit. Supra naturã facit, quã
do in natura, pręter naturæ cursum so
litum & posse primũ maiori addita po
tentia aliqd ad effectũ producit. Quan
do ergo naturã operatur deus, & quan
do supra naturã operatur, natura deo
non cooperatur: quia illic tm̃ natura
accipit quod non erat vt sit: hic vero
accipit quod nõ poterat ex eo quod ac
ceperat, vt possit. Ergo sine natura ope
rari potest deus, natura sine deo nõ po
test: quia quod natura facit ex eo facit
quod deus facit, & cũ eo quod deus fa-
O cit. Posse enim naturæ primũ deus fe-
cit: & vt ad effectum prodeat, rursum
ipse facit cum ipsa natura quam facit.
Omne ergo quod natura facit deus fa
cit: sed non omne quod deus facit, na-
tura etiam facit: qui sine natura natu-
P ram facit. Tertio loco sequuntur ope-
ra artificis imitantis naturam, & ipse
quidem aliquando cum deo operatur
sine natura, aliquando cum natura si-
ne deo: aliquando cum deo simul & cũ
natura: aliquando sine deo pariter & si
ne natura. Cum deo operatur, quando
opera iustitiæ operatur: quia rectę vo-
luntati & secundum iustitiam ordina-
tæ deus cooperatur. Sine deo operatur
quãdo opera iniquitatis operatur: quo
niam peccata a deo non sunt, nec per
eius cooperationẽ fieri habet quod fit
contra eius voluntatem. Cum natura
operatur artifex; quando seminibus re
rum ac fœtibus propagandis, quibꝰ na
tura incrementum subiicit, foris indu
striam & studium apponit. Sine natu-
ra operatur, quando pręter ea quę ad ꝓ
pagationem seminũ spectant & nascen
tium atq; eorum quę vegetationis sen
susq; vim habent, culturam in subiecta
materia studium explicat: vt aliquid
quodcunq; ad effectum promoueat: in
quo natura patitur tm̃, non operatur:
quia materiam operanti præbet non ef
fectũ operandi exercet. Talia sunt omĩa
opera hominum quæ fiunt super ter-
ram: ex quibus multa mortalis vitę ne
cessitas cogit, multa suadet cupiditas,
multa vanitas operatur. Et in his omĩ
bus quia nihil stabile inuenitur, & trãs
eunt vniuersa quæ fiunt sub sole: quæ
vel natura producit, vel fingit artifex
imitans naturam: cuncta subiicit vani
tati, sapientiæ contemplator, sola ope-
ra dei permanere probãs: quoniam nec
creata aliquando essentia consumitur,
nec dispositionis aut ordinis rerum ra
tio immutatur. Propterea ostendit pri
mũ naturæ opera vanitati subiecta: si-
ue in iis quæ natura sola operatur, q̃a
orta occidunt: siue in iis quæ cum na-
tura artifex facit, quia aucta senescũt.
Postea opera artificis imitantis natu-
ram multa ac diuersa enumerat: alia
necessitatis: alia cupiditatis, alia vani-
tatis, & omnia vanitati subiicit: quia
mutabilitati obnoxia ostendit. Opus Q
solius naturæ narratur cum dicitur.
Tempus nascendi & tempus morien-
di. Deinde opus artificis cooperantis
naturæ subinfertur, cum dicitur. Tem
pus plantandi & tempus euellendi. Po
stremo opus hominis sine naturæ ope-
ra adiungitur, cum subinfertur. Tem-
pus occidendi & tempus sanandi: tem-
pus destruendi & tempus ædificandi.
Et hoc deinde pluribus adnumeratis
multiplicius exponit: vt humani cor-
dis vanitas q̃ multis implicita sit & la
te dispersa patenter demõstretur. Hoc
enim ad rem maxime pertinuit, vt va-
nitatem mentium humanarum, quę vi
tæ mortalis incertum sequitur, quia il
lam arguendam suscepit: & in narra-

m

deus non cooperatur malis in malis ope
ribus q non habet fieri per eius coope
rationem quod fit contra eius vo
luntatem [illegible]
[illegible]

tione diligentius exponeret, & in comparatione anteferret. Vt cęterę omnes quasi ob hoc solum cōmemoratę videantur vt illarū comparatione, hęc quāta sit agnoscat, Tempus nascendi, & tēpus moriendi. Tēpus nascendi est quādo ducendus est homo in hanc vitam. Tempus moriendi est, quando ab hac vita est euocādus. Interim autem post natiuitatem ante mortē dū in hac vita mortali viuit, quę sustentamento indiget & alimētis nutritur, vt subsistat: Tempus est plantandi, & tempus euellendi: vt excolat homo terram de qua sumptus est, & seminet, & metat, & plātet, & carpat. Possunt autē & hæc duo sequentia pręcedentibus duobus p distinctionem conferri, hoc modo. Tempus nascendi, & tempus plantandi: tēpus moriendi & tempus euellendi. Nascente enim homine tempus est plantandi, vt fructibus terrenis alatur vita terrena. Moriente autem homine, tempus est euellendi: quia cum vita mortalis destruitur, etiā ea quę propter vitā mortalē condita fuerant tollunt. Quia autem infirmitati humanæ post fruct9 terræ etiam carnis vsus conceditur: idcirco post tēpus plantandi & tempus euellendi, congrue etiam tempus occidendi subinfert. In quo esu quia mensura necessaria est, ne hoc caro ad incitamentum vitiorū sumat, quod ad sustētamentum infirmitatis accepit: statim post tempus occidendi adiungit tēpus sanandi: vt videlicet ipsorū animaliū vitam, quę pro nostra infirmitate sustētanda in tēpore opportuno, idest cū necessitas exigit, occidēda accepimus: cæteris tēporib9 diligēti cura nutrire ac cōseruare studeamus. Hoc em̄ quasi infirmātia sanare est: in qbus sibi nō sufficiūt subueniēdo, deficientia reparare. Vnde fortasse congrue cum dixisset: tēpus occidendi, nō addidit, tēpus sanandi qđ occisum est. Sicut prius postq̄ dixerat tēpus plantandi, statim adiunxit & tēpus euellendi quod plātatum est. Quia scilicet plantata euelli possunt, sed occisa sanari non possunt. Sic fortasse si litteræ sensum, sequimur, nihil spirituali intelligentię (quę postmodū vestiganda est) prędicamus.

Tēpus destruēdi & tēpus ędificādi.

Quando homo destruere debeat, & quādo ędificare, quispiam nequaq̄ quærendum esse existimet: quoniā hic solū hoc demōstrari putet ꝙ homo qui sorte varia euentibus temporū subiicitur ista dissimiliter etiam nolens patiatur. Nos autem ad faciliorem intelligētiā hæc quæ dicta sunt applicantes, dicere possumus: ꝙ tempus occidendi sit cum deus peccata hominū punire volēs, ad castigationē gladiū interfectionis adducit. Tempus vero sanandi, cum afflictos, & tribulationū plagis sautios refouens, solita miseratione restituit. Et plane hoc magis veritati consonū esse videatur: vt hic tempora rerum accipere debeamus, non quę humanæ voluntati seruiunt, sed quę diuinæ obtemperāt dispositioni. Neq; enim tempus est cuiusq; rei, cum homo vult, & deus nō vult. Quia & homo sæpe vult cū tempus non est: & cum vult deus, semp tēpus est. Propterea omnia tēpora ad diuinam referuntur ordinationem: & dicitur tunc tempus esse omnis rei, cum a deo iuste disponitur, siue ad castigationem & correptionem criminis, siue ad consolationē infirmitatis. Tempus occidendi & tempus sanandi. Tempus destruendi: & tēpus ędificādi.

Tempus flendi & tempus ridendi: Tempus lugendi & tēpus saltandi.

Prius vbiq; mala enumerant, postea adduntur bona: quia prius pro nostris peccatis iuste affligimur: postea dei miseratione benigne refouemur. Et manifestum est qualiter horum omniū cotidie vicissitudinem vita humana patitur: quotiēs occulta dispensatione de9 nos vel flagellis erudit, vel donis cōsolatur. Deinde sequitur.

Tempus spargendi lapides & tempus colligendi.

Quid autem secundū litteram hoc sibi velit, merito quæritur: cum tale aliquid vt inter humanas actiones tempus habere putetur ociosum omnino atq; incongruum videatur. Nisi forte ita intelligendum sit: vt quia dicturus

est in sequentibus. Tempus belli & tẽpus pacis: conuenienter hic pmittat tẽpus spargendi lapides, & tempus colligendi: vt videlicet tẽpore belli instante colligant lapides ad extruendas munitiones & mœnia muroꝝ aduersũ obsidiones: Tempore vero pacis, quia nulla pericula bellorũ imminent, aggeres munitionũ dispergant: quatinus cunctis accessus sine contradictione patescant. Nec superfluũ videri debet propterea ꝙ supra dixerat: Tẽpus destruẽdi & tempus ædificandi, quasi idem secundo repetitum sit: quia illud de ædificiis domorum & habitaculis hominum conuenientius dictum accipitur: hoc vero magis proprie ad munimenta murorum refertur. Potest tamẽ aliꝰ sensus fortassis magis idoneus sub his verbis intelligi. Nam quia supra præmiserat, Tempus occidendi & tempus sanandi: ne forte putaretur solos malos, & eos qui pro peccatis suis puniendi sunt ad interfectionem exponi: ostẽdit nunc iustos etiam aliquando deo permittente in exemplũ malorum & castigationem cum impiis & peccatoribus & mortibus subdi, & exiliis ac proscriptionibus dispergi: sicut per Petrũ dicitur. Tempus est vt incipiat iudicium a domo dei. Q autem lapidũ nomine iusti significentur per Hieremiã manifeste ostẽditur cum dicit. Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omniũ platearum. Et Esaias rursum. Ponã omnes muros tuos in lapides sculptos, omnes filios tuos doctos a domino. Ergo tempus est spargendi lapides, vt iusti ĩ hac vita veram requiẽ non esse ex ipso sui dispersionis & cõcussionis labore intelligant. Et rursum tẽpus est lapides colligendi: vt post attritionẽ exilii corporalis ne deficiãt animo iterũ pace reddita tẽporali beneficio ad ęterna cõualescãt. Sic qđ occultũ est difficile ĩ vnã aliquam partem iudicari potest: qm̃ idcirco sermo diuinus in qbusdã locis se a nobis dissimulat, vt se etiam illic vbi manifestus putabatur, scrutatione dignum ostendat.

Margin notes: Y (beside "hoc vero magis…"); 1.Pet.4. (beside "ptionibus dispergi…"); Z (beside "tur. Tempus est…"); Thre.4. (beside "a domo dei…"); Esa.54. (beside "tearum. Et Esaias…").

De tẽpore & tẽpori subiectis p aliam interpretationem Homilia.XV.

Non nos igitur pigeat iterato parabolarum istarum duritiam attẽtare: donec forsitã vsu sermonis attrito cortice verbi eius interiora patescant. In temporibus em̃ sumus & voluitur nobiscũ sermo noster, donec stabiliantur in eo qđ tempore non mutatur: hoc autem est vt humanas maxime actiones contẽplemur: quia in illis est, qđ ingemiscimus, totũ vanitatis. A

Tempus occidẽdi & tẽpus sanãdi.

Quæ fuerunt tempora occidendi: & tempora sanandi? Miserabile principiũ humanarũ actionũ, ab occisione & interfectione. Sic incipere debuit opus vitæ morti addictę, vt sententiã sequeretur authoris. Maledicta sęuiens in necẽ suã. Percurramus animo tẽpora præterita, & videamus bella & interfectiones ab initio facta, vsꝙ adhuc, gẽtiũ & gentiũ: & innumerabiliũ populorũ. Et sustinuit deus humanũ genꝰ sęuire in viscera sua: & in his om̃ibus operatus est iudicia sua, furores hoĩm intorquẽs ad vindictã iustitię suę: vt alii iuste paterent qđ alii iniuste voluerũt. Et surrexerũt alii & multos oppresserunt: & multi interficiebant & damnabant: & multi interficiebant & saluabantur: & alii a morte interfectionis liberabant, & ad damnationẽ seruabant & alii liberabant, ne damnarent si interficerẽtur. In oĩbus his iustũ iudiciũ cõpleuit super eos: vt castigaret & parceret secundũ moderamẽ æquitatis: qua disponit vniuersa deus. Propterea tẽpus est occidendi & tempus sanandi: & alii faciunt qđ voluit, alii patiunt, quod nolũt & sedet desuper arbiter iustus, faciens qđ vult, & disponẽs oĩa vt timeat. B Tẽ„ pus occidẽdi & tẽpus sanãdi. tẽpus de„ struendi & tempus ędificãdi. Quãta a„ principio ędificauerunt amatores huius seculi; & nomẽ suũ in terra sua vocauerũt, vt famã haberent apud posteros gloriosam. Laborauerũt em̃ labore graui in opibꝰ suis vt starẽt post ipsos monimẽta iactantię illorũ: & inualuerũt vsꝙ ad aliqd magna industriæ suę

signa posteris relinquentes: & apparēt adhuc vestigia quędā ruinarū in ipsis, pręteritorū seculorū: & miramur ipsos quos non videmus, ꝙ talia potuerunt & magis ingemiscimus super eos: quia cū essent ipsi hoīes ad ęternitatē conditi, vana dilexerunt: & euanuerūt quia vani facti sunt ī ipsis. Perierūt eīn ipsi: & post ipsos opera eorum ceciderūt, & successerunt alii: & fecerunt ipsi quoqꝫ opera magna & abierunt posthęc in nihilū: & destructa sunt oīa quæ fecerant pariter cū ipsis. Et iterū alii surrexerūt & ędificauerūt & non intellexerūt vbi esset prior generatio & opera ei⁹: vt viderent vanitatē quę est sub sole. Et permisit eos deus frustra laborare, vt ædificarēt peritura: vt intelligat homo vanitatem suam, vt destruatur quod ædificatum est, & iterum qđ destructū est ędificetur: & non sit stabile opus hominis super terrā. Ideo omnia tempus habent: vt erudiatur homo de vanitate sua & de incerto vitę mortalis, per quā ambulat.

Tempus flendi & tempus ridendi: tempus lugendi & tempus saltādi.

C ¶ Fletus & risus ad animū pertinent. Luctus vero vel, vt magis proprie dicatur, planctus & saltatio ad corpus. Fletu itaqꝫ & risu dolor & lętitia mētis exprimitur: planctus autē & saltatio eadem ipsa significant, sed quando p corporis motum demonstrantur. Tempus flendi & tempus ridendi. tempus plangendi & tempus saltandi. Habēt oīa hæc tempus suū in hominibus dū currit vita ista mortalis: & permittit deus varia sorte & euentu dispari secūdum altitudinē iudiciorū suorum, & ꝓfundum consilii sui, quo disponit nos: vt hęc currant & varient̄ super nos, prospera aduersis alternando, & aduersa ꝓsperis cōmutās in tēpore. Et veniūt tēpora lęta & ridēt hoīes & saltant & putant bene sibi esse: & obliuiscunt̄ sæpe creatoris sui, & se morituros esse non aīaduertūt. Sola eīn ꝑsentia respiciūt: & lętant̄ in eis quasi pmāsura sint semper: nec conditionem suam & vitę mortalis dubium attendunt: neqꝫ cogitant pericula superuentura. Et ideo secure peccāt & effundūt se in voluptates noxias, & ambulant post desideria cordis sui, in intuitu oculoꝝ suorū vt faciant quę nō oportet: & multiplicēt irā & indignationē. Et videt hoc deus & super- D seminat dolores & amaritudines lasciuiis male dulciū voluptatū: & reuocat ac cohibet effluētes vt nō eāt in omnē abalienationē. Tunc venit tēpus flendi & tempus plangēdi: & dolent hoīes, & causant̄ sępe deū qñ bene cū eis agitur. Ipse aūt dissimulat prauitatē illorū: & post tēpus miscet iterum ꝓspera aduersis, ne deficiāt: & rursum cū tēpus est, aduersa ꝓsperis ne ꝑsumant: & hoc sæpe agit nutriēs & exercens, castigans & refouens hoīem, vt discat esse timoratus: & sciat qm̄ apud dominū est potestas vitę & mortis. Propterea est tēpus flendi & tēpus ridēdi: tēpus plangendi & tēpus saltandi. Et succedit his tēpus spargendi lapides & tēpus colligendi. Hoc tēpus post illa enumeratū est, sed ordinatum in illis: qa in tēpore sæpe simul sunt causæ quę vnā tēporis rationē cōducunt. Tempus spargendi lapides & tēpus colligendi. Oīs mundus E exilium est iis quibus cęlum patria esse debuisset. Sed tamē animi mortaliū vsu coalescunt: & incipiūt homines diligere loca sua & terras suas in quibus nati fuerāt, vel nutriti: & succedit grādis obliuio æternorū pro temporaliū affectu: & nisi de⁹ tergeret istas passionum inolitas suauitates, non erat quo intraret ad nos desiderium eius. Propterea dat iudicia sua & veniunt commotiones & concussiones gentium, & transmigrationes populorum: & surgunt alii vt rapiant non sua, & alii diripiuntur & disperguntur: & iterū fortiores quib⁹ posse datum est & ipsi cū venerint eiiciunt eos qui aliena violēter rapuerant, & possident non sua, & fluctuat mundus in semetipso: vt videat homo non esse hic stabilem mansionem, & assuescat paulatim abstrahere animū & soluere a vinculis terrenarū delectationum. Propterea venit tempus spargendi lapides vt nō sit stabilis māsio sup terrā: & cogat̄ homo suspi-

rare in exilio suo ad patriam, vbi manēt gaudia incōcussa,& pacis securitas nulla superueniente infestatione turba
F tur. Hoc ergo facit dispersio lapidū in tempore suo. Sed qa humana infirmitas corruit cito,& nō potest diu in aduersis salua consistere:venit post tēpus dispersionis tēpus collectionis: vt quiete tēporis cōualescat: in hoc ipō admonita sapere, & experiri quāta sint gaudia venturæ quietis,vt ad illam festinet vbi timor dispersionis nō est, neq̧ exilii ęrumna metuitur,qb⁹ ęternitas vitę in patria data est.Tēpus spargēdi lapides & tēpus colligēdi. Deinde iterū aliud tēpus sequit̄ post tēpus istud: & nominant̄ alia quę & ipsa tēpus habēt sæpe cū iis q̄ dicta sunt tēporibus,vnū: sępe extra tēpora ista tempore suo seorsum aliud.

Tempus amplexandi & tempus lōge fieri ab amplexibus.

G ℭCastis amplexibus tēpus datū est, vt seminet̄ caro in propagationem: & humani gñis seges, q̄ cotidie p totū mundū morte metit̄, studio gñationis repararetur.Pactū em̄ institutiōis primę,qua ex carne caro sumēda erat sine carnis contagio,post pct̄m primę p̄uaricationis in carne peccati,p indulgentiā confirmat̄ non solū ꝓ explendo officio,sed etiā ꝓ conferendo remedio: ne scilicet motus carnis īmoderatius iā efferuens turpius in oēm pręuaricationē ꝓflueret,si licite nusq̄ laxari potuisset. Præscribit̄ itaq̧ meta vsquequo se sine pudicitię damno extendere possit carnis affectus:vt qđ in matrimonii castimonia p cōcessionem agitur, etsi ad infirmitatem pertineat,ad turpitudinē tamen non imputet̄. Sed ne rursum blandimenta voluptatis auertāt animū in obliuionem conditoris, salubri dispensatione aliquando homo & a concessis suspēdit̄: ne forte si his q̄ in p̄senti dulcia vident̄ īmoderati⁹ inhiet,ad ea quę ęterna sunt,non festinet. Propterea datū est tēpus amplexandi & tēpus lōge fieri ab amplexibus. Tēpus em̄ amplexādi datū est vt reparetur mortalitas, & excipiatur mortaliū infirmitas:tempus longe fieri ab amplexibus datū est vt dum caro a carnis delectatione subtrahitur,ad spiritualē animus delectationē nutriatur. Tempus amplexandi & tēpus longe fieri ab amplexib⁹. Quādo em̄ colligūtur lapides, tēpus est amplexandi:quādo vero dispergunt̄,tempus longe fieri ab amplexib⁹: qm̄ idcirco tempora angustię data sunt,vt caro afflicta a suis se delectationibus temperet:vt post in tēpore gaudii & consolationis se cū timore & reuerētia ab excessu castiget. Sunt & amplexus carorū & contubernia societatis amicæ, in
H qua pręter carnis experientiam,conuictus dulcis gratissimo fœderat̄ cōsensu q & ipsi soluunt̄ tēpore suo,ne cor hominis in hoīe requiescat,donec veniat qđ non soluitur pactū caritatis ęternę. Propter hęc oīa tēpus est amplexādi, & tēpus longe fieri ab amplexibus: vt in tēpore non quęrat homo qđ æternū est:& q hoīs viuentis societatē diligit cogitet semp morituri separationem.

Tempus acquirēdi & tēpus ꝑdēdi.

ℭQuę sunt bona quę primū acquirunt̄ I
& postea ꝑdunt̄?Perdita em̄ fuerāt quędam bona & acqsita sunt postea,vt deinceps perdi non possint.Et erant rursum alia bona non similia priorib⁹,quę tamen bona visa sunt: & erat vere aliqđ in eis ad bonū, sed nō vt prima bona quę vera erant. Et ista bona non bona erāt hoīs ad verū bonū: & venit homo postq̄ vera amiserat, & acquisiuit falsa bona,felicē se existimās ī illis. Voluit em̄ consolari & habere in tēpore qđ ęternitas confert: & collegit peritura,q̄ tenere non posset:& concessit hoc de⁹ vt boni distātiā agnosceret,& erudiret̄ vanitate sua,ad cōuertēdū se ī ea q̄ vera sunt.Propterea ergo dimisit de⁹ cor ei⁹vt cōgreget ea q̄ stare nō possūt & ea ipsa in tpe suo nūc tribuit acqrēda,nūc acqsita subtrahit: ꝓbans hoīem in cūctis operibus suis, & ostēdēs vana oīa esse sub cælo.Propter hoc dat̄ tempus acqrēdi,& tēpus ꝑdēdi:vt dū adeptus fuerit homo q̄ cōcupierat, discat expiēdo qd possint hęc gaudia cōferre, iis q magni ęstimāt pitura:cū vero ha

m iii

non ressa est [illegible] pulsa [illegible] non solum [illegible] explendo [illegible] set [illegible] remedium [illegible] set [illegible] apetitus et [illegible] [illegible] apetetur [illegible]

bita perdit, agnoscat ꝙ oĩa quæ inuito tolli poterant, fuerant etiam cum possi debantur extranea.

Tempus custodiẽdi & tempus abiiciendi.

K ℭBona tẽporalia tẽpore suo custodienda sunt, quantũ vitę tẽporalis necessitas postulat: sed quia in morte carnis omne quod ad vitę carnalis iocunditatẽ pertinet necessitate amittitur: dignũ est vt etiã ante mortem ab amore cordis voluntate abiiciatur.

Tempus scindẽdi & tẽpus cõsuẽdi.

ℭQui scindit, vnita diuidit: q aũt consuit, diuisa & separata coniũgit. Oĩa hæc in vita hominũ quousꝙ mutabilitati subiacet, sine cessatione agi iste ꝓspexerat: in qua societas humanæ conuersationis, nunc qa vtilitatis aliquid conferre videtur appetenda est: nũc vero quia sępe eadem detrimẽtũ adducit, fugienda. Habet ergo cõsutionẽ suam tempore suo consensus socialis: habet & scissionem suam in tẽpore suo zelus iustę contradictionis: vt & bene volentibus & bona agentibus assensu & opere vniamur: ab his aũt qui praua diligũt & iniqua operantur, animo pariter

L & operatione diuidamur. Sed ne forte hæc sententia eadem videatur cũ illa qua supradictũ est: tempus amplexandi & tempus longe fieri ab amplexib⁹: qm̃ in illa silr de cõiunctione & separatiõe socialis dilectionis tractari asseruimus possunt nõ incõueniẽter quę illic dicta sunt, tm̃ de amore ac dilectione significãda accipi: quę vero hic memorant, ad quãcũꝙ societatẽ siue pactionem qualibet, in qua idẽ cõsensus est & cõcordię placitũ, figurandã referri. Sic se similitudines rerũ prętãt ad sapientiã intelligẽdã: & vtit ipsa sapiẽtia operib⁹ suis vt se manifestet in nobis. Multa sunt q̃ in parabolis dicunt, & ꝓfunda scrutatione digna: sed non cuncta exire volunt, vt semper intus requirantur.

Tẽpus tacẽdi & tẽpus loquendi.

M ℭPri⁹ tẽpus tacẽdi postea tẽpus loquẽdi. Sapiẽtia em̃ de corde exit, nec aliun de lingua habet qđ recte ꝓferre possit, nisi pri⁹ verbũ intelligẽtia formet. Propterea pri⁹ est tẽpus tacẽdi, post tẽpus loquẽdi: vt pri⁹ in silẽtio sagax cogitatio in se sapiẽtiam colligat, quã lingua postmodũ ad audientiã aliorũ p verbũ emittat. Propter hoc etiã tẽpus est tacẽdi & tp̃s loquẽdi: qm̃ auditores verbi aliquãdo illud cum desiderio & amore suscipiũt: aliqñ vero sine reuerẽtia abiiciendo contemnũt. Quapropter tẽpus tacendi est, cũ auditores admonitiõis omnimodo impatientes aspicimus: tẽpus aũt loquẽdi cũ eos verbũ vel desiderare vel saltẽ sustinere velle videm⁹. Propter hoc quoꝙ tẽpus tacẽdi est, qa in iis q discutere nõ possumus ꝓsumere nõ debem⁹. Et itẽ tẽpus loquẽdi: qa alia quę possum⁹ comprehẽdere, ꝓpter eruditionẽ proximorum necesse est nõ reticere. Vnde nõ solum opa hoĩm, sed & verba fugiẽtis vitę incertũ sequunt, vt totũ vanitas occupet: & nihil stabile vel constans relinquat: cũ nec semp dicere possimus quæ scimus, nec semp quæ nouimus reticere: & nũc tacuisse noceat, quę dicenda fuerant: nũc vero dixisse culpa sit, quæ fuerant reticẽda. Item sępe nõ possum⁹ cũ volum⁹: & sæpe nõ volum⁹ cũ possum⁹: sæpius autẽ vtrũꝙ non debeam⁹ cũ facimus. In hoc magnũ est incertũ, & caligo ignorationis profundæ: vt iactet homo de tẽpore ad tempus, & non intelligat tempus suum in omni opere suo.

Tẽpus dilectionis: & tẽpus odii.

ℭMulta sunt q̃ diligunt in hoc mũdo: N & similiter odiunt plurima. Et in omnibus quę diligunt pauci veritatem diligunt: & in iis q̃ odiunt, pauci odiũt iniqtatẽ. Propter hoc diligũt hoĩes & putant sępe bene se diligere, & male diligũt: qa in iis quę diligũt, veritatẽ non diligũt: nec ea diligũt ꝓpter veritatẽ. Silr odia exercẽt plurimi, & iactãt zelũ suũ pro iustitia & ęqtate: & latet intus rixa in corde: & furor sęuus odio se pascẽs iniquo. Et ꝓpterea nõ possunt discernere tẽpus suũ primit⁹ amor & odium: qa nõ sequunt iudicium iustitię & veritatis, sed suo nutu ferunt in apperitus prauos, vt faciãt q̃ volũt. Diligũt & odiũt, amãt & zelãt, sępe q̃ nõ debẽt sæpe qñ nõ debẽt: & cõfusio fit magna amoris & odii, & dispgit cor ĩ vniuersa

vanitatē fugiens quę recta sunt,& quę
praua sunt,concupiscēs.Propterea po-
situm est homini tēpus amoris & odii:
vt intelligat & discernat, quādo ex iis
quæ pro tempore bona & mala esse pos
sunt aliqd vel appetere debeat vel de-
clinare.Nam extra tēpora quædā sunt
quę tempore non mutātur, vt aliud es
se possint : & sunt in his bona & mala.
Et quæ bona sunt,æterna sunt, vt sem
per bona sint:& quæ mala sunt, simili-
ter æterna sunt,vt semp sint mala. Nō
de illis tibi dicitur tempus dilectionis
& tempus odii.Nam illic æterna dile-
ctio est & odiū ęternū:quoniam quę di
ligenda sunt ibi semper diligēda sunt:
& quæ odienda sunt semper sunt ꝓdiē
da. Interim autem nūc in tempore dū
cuncta incerta sunt,ea quæ transeunti
bus nobis occurrūt, pro tempore se cō
mutant,vt alteri in malū cedat, qđ al-
teri faustum extiterat: & quod iste ad-
uersum doluit,ille sibi feliciter proue-
nisse cognoscat. Propterea in iis omni
bus quę tempore trāseunt, tempus est
dilectionis & tempus odii: vt non fir-
met cor suum homo ad ea vel dilectio
ne vel odio:quę possunt & odio habita
iterū iuste diligi,& dilecta rursum iu-
ste odio haberi.

Tempus belli & tempus pacis.

O ¶Propter tempus occidendi, tempus
belli ordinatur:propter tempus sanan
di;tempus pacis subsequitur.Et erat il
lud primū,hoc autem nouissime cōme
moratū est:vt principiū & finis,cū me
diis omnibus laboribus & periculis cō
cludatur : vt vita hominis nunq̄ tuta
sit,quę pertransit vt desinat.Exiuit em̄
homo vt recederet & nō staret cū deo:
& fecit pactū dilectionis ad voluptatē
huius mundi, vt requiesceret in ea.Et
noluit deus fœdus istud sustinere vt
permaneret in abalienatione: & susci-
tauit cōtra eū quę peruerse dilexerat,
vt aduersarentur & affligerent illum:
& factum est homini bellum cū omni-
bus quę in mundo sunt,vt dolorē & af
flictionē inueniat in eis donec reuerta
tur ad pacē cum deo.Tunc ad pacē ei⁹
se cōponent oīa:vt subiecta sint humi-
li quę fuerāt aduersa elato. Primū em̄
cuncta pacata fuerāt , sicut in nouissi-
mo pacabunt vniuersa:vt ī medio quę
transeant incerta sorte ꝑcurrāt,donec
veniant vt vel sub iudicio cadenti in
perpetuū aduersa sint oīa : vel feliciter
cōsummato subiecta sint vniuersa.Vbi
enim odiū ęternū erit,illic erit & bellū
perpetuū: & vbi erit ęterna dilectio,ibi
pax sempiterna constabit. Neq; ibi di-
cetur tempus pacis & tempus belli,si-
cut non dicetur tempus dilectionis &
tempus odii:sed erit bellum & pax:bel
lum sine fine,& sine fine pax. Non er-
go existimet homo valde metuendum
bellū,cui potest pax succedere: neq; pa
cem illam verā,quā bellū subsequēs po
test perturbare:quia cuncta quæ trans-
eunt vana in hoc ipso reputanda sunt,
ꝙ in bono, similiter & in malo semper
permanere non possunt.

Quid habet amplius homo de la-
bore suo?

¶Ergo in incerto currit labor homi- P
nis:quia amplius habere non potest de
labore suo, ne contentus sit homo iis
quę labore suo cōstant: quia vana sunt
oīa,& tēpore transeūt,tēpore finiēda.

De spirituali intelligentia eorū quę
de tēpore dicta sunt Homilia. XVI.

SEd iā tēpus est vt post
excursum tēpoꝝ,secū
dū ea quę foris voluū
tur in tēpore: spūalis
etiā intelligētię recor
demur.Paulatim nāq;
ꝓmouet se sermo sapiētię ad spūalia cō
tingēda,vt exercitatū animū ad īterio
ra subducat.Duas ergo vitas supra di Q
stinxim⁹:vnā secūdū carnē, alterā secū
dū spm̄.Vita aūt carnalis tēpore prior
est:eo ꝙ oīs homo prius in carne nasci
tur,q̄ in spū renascat : & oīs q viuit in
carne,vel secūdū carnē ambulat& vitā
spūalē nōdū attigit:vel secūdū spm̄ am
bulat,& vitā carnalem abdicauit.Qua
ꝓpter oīs spūalis ex carnali spūalis fa-
ct⁹ est:sed nō oīs carnalis ex spūali car
nalis est effectus.Vita.n.carnalis semp
vel sola est vel prima,vt illā oīs homo,
vel solam teneat vt spūalē vitā nūq̄ in

choet:vel prius habitam spiritualis vi
tæ studio subsequẽte cõmutet. Vtraq;
hæc vita sectatores suos habet. Car=
nalis quidẽ eos qui vitæ pręsentis gau
dia diligũt. Spiritualis vero eos q futu
rę vitę iocũditatẽ inqrũt. Quorũ illi q
dẽ blandimẽtis terrenarũ delectationũ
carnẽ fouẽt: hi vero studio virtutũ in
spe ac desiderio futurorũ spiritũ exer=
cẽt. Cũ duobus istis populis mũdus p
tẽporũ mutabilitatẽ ad finẽ decurrit,
donec veniat vt statuto pacto iustitiæ
amborũ iudiciũ fiat. Placuit eñ deo vt
ostenderet diuitias glorię supuenturæ
in vasa misericordiæ, etiam vasa iræ in
sustentatione p tẽporalẽ misericordiã
traducere: & ipsa similiter vasa miseri
cordię, vt iustitia & veritas adimplea=
tur, nũc interim molestiis tentationũ
exercere: vt habeat oĩs vita & quod de
misericordia gratuitũ accipiat, ne bo=
nitas relinquatur ĩcognita: & qđ de iu
stitia districtum sentiat, vt veritas fiat
R manifesta. Propterea itaq; ꝓposuit de⁹
oĩni homini & bona & mala: vt vtrũq;
demõstraret, misericordiã scilicet & ve
ritatẽ: alterũ, quo sine merito gratis be
neficium tribuit: alterũ, quo malo me=
rito pœnã dignam rependit. Propterea
disposuit vt vtrunq; accipiat homo: &
reliquit potestatẽ homini quid prius
velit, vt accipiat. Apposuit aũt condi=
tionẽ electionis in vtroq;: ne forte ex=
cusabilis sit concupiscentia praua: vt
si homo bona tẽporalia in hac vita ad
iocũditatẽ eligeret, æterna adipisci nõ
valeret: & si se hic flagello castigatiõis
in iudicio veritatis sponte supponeret
in futura vita tormẽta damnatiõis nõ
sentiret. Reprobi aũt qui vitam tẽpora
lem diligunt, & eius iocunditatẽ vitæ
perpetuę gaudiis anteponũt: bona prę=
sentia toto desiderio amplectunt, atq;
in eis oẽm felicitatẽ suam constituunt
Electi vero temporales dolores patien
ter sustinent, vt ad ea quę ꝓmissa sunt
gaudia ęternitatis possint peruenire: &
in eorum respectu quicquid transitori
um est, si amarũ videtur, non metuunt:
si dulce, non concupiscunt. Vnde acci=
dit vt carnalis vitę amatores prius ha
beant bona, deinde mala accipiant. Spi
rituales vero prius aduersis exercean=
tur deinde ad bona pertingant. Illis pri
ma bona, vltima mala: istis prima ma=
la, vltima bona. Sed quia rursum oĩa
quæ in tempore transeũt confusa sunt
& permixta, vt ordinem non seruent: si
ue de bono in malum, siue de malo in
bonum: idcirco nũc interim inter prin
cipium & finem multiplex vicissitudo
incurrit: vt scilicet nunc post bona ma
la: nunc post mala bona, & malis pari=
ter & bonis incerta sorte contingant.
Omnia ista dum de temporum volubi
litate & vicissitudine eorum quę in tẽ
pore variantur distinctionem quandã
proponeret ecclesiastes, pro exẽplo vni
uersorum diligenter expressit vt & bo
norum & malorum simul sortem pro=
uectumq; in contraria currentem ostẽ=
deret. Cum enim dixisset omnia, quæ
sub cælo sunt temporis rotatu variari
& in cõtraria ferri: subiunxit exempla
& enumerauit multa de omnibus, vt
omniũ natura patesceret. Et in iis quæ S
enumerauit quædam sunt in quib⁹ cõ
memorantur bona & mala: quædam in
quib⁹ mala & bona: vt & carnalium &
spiritualium pariter status & cõditio
agnoscatur. Septem enim sunt in qui=
bus bona prius cõmemorantur, postea
mala: & iterum septem in quibus mala
prius dicuntur postea bona, vt vniuer
sitas in vtraq; parte vsq; in finem de=
currat. Septenario quippe tota hæc vi
ta pręsens exprimitur: quæ septem die
rũ curriculo prouoluitur vsq; ad finẽ
suum. Habent ergo mali septenarium
suum & boni similiter septenarium su
um habent: quia tota hæc vita malorũ
est de bono in malum: & tota bonorũ
de malo in bonum euntium. Cuius vi=
tę principium malorum est in bono, &
finis in malo: bonorum autem princi=
pium in malo & finis in bono: mediis T
alternatim fluctuantibus. Media enim
incerta sunt: & ob hoc etiam quod me
dium positum est, dubie est pronuncia
tum: siue de bono in malũ, siue de ma=
lo in bonum. Medium enim fuit tem=
pus spargendi lapides, & tempus colli=
gendi: & ipsum ambiguam expositionẽ
suscepit siue de bello siue de pace signi

ficans:vt media incerta relinquantur.
Si enim in hoc qđ priꝰ dicitur malum
est,& qđ postea bonum: iam octo erunt
illa in qbus prius mala, postea bona no
minant̃:& sex in quibꝰ prius bona post
ea mala commemorantur:quia bonorũ
vita recte ad nũerũ beatitudinis trãsit:
malorum autem intentio simul & vita
temporalitatis laborem nõ excedit.Sic
vna est veritas quocunq; sententiã per
interpretationẽ intorseris. Multa sunt
alia quæ forte cõuenienter in hac enu
meratione vel distinctione dici potuis=
sent.Sed nos fastidium quantum possi=
bile est euitantes, ad ea q̃ dicta sunt spi
ritualiter exponenda veniamus.

Omnia tempus habent & suis spa=
tiis transeunt vniuersa sub cælo.

V ¶Si in obœdientia mãdati perstitisset
homo,non esset de numero illorũ quæ
tempus habent sub cælo, & transeunt.
Nam si mente per iniquitatem non de=
fluxisset , etiam corpore stabilis mane=
ret per immortalitatem.Neq; tunc sub
cælo esset vt cum iis volueretur q̃ tem
pore transeunt:sed summo & vero bo=
no inhærens,non subderetur momẽtis
temporum,fixus per contemplationem
in soliditate ęternorum.Ipsa enim ęter
nitas cælum erat, vbi mente fixus,tem
pore mutari non potuit: quia supra tẽ
pora eleuatus,subtus se labentia cũcta
despexit.Postq̃ autẽ cor suum declina=
uit vt illud per concupiscentiam rebus
mutabilibus subiiceret:quasi de cælo la
psus cœpit deorsum cum iis quibus in
hęrebat defluere: & per volumina mu=
tabilitatis suæ ductus temporũ momẽ
ta sentire.Hinc mẽs hũana tẽporibꝰ ob
noxia facta est,vt in ea iam mala cũ bo
nis vicem habeant:quã sola prius bona
sine vicissitudine quietam & inconcus
sam possidebant. Propterea omnia tem
pus habent,& suis spatiis trãseunt vni
uersa sub cælo:vt ille quoq; qui se per
amorem mutabilibꝰ subdidit,lege alio=
X rum suæ mutabilitatis fluctibus agita
tus,quietus stare nõ possit. Sic ergo tẽ
pora venerunt in cor humanum,quan=
do multa desideria introierũt in illud:
& mutabilitas illic dominari cœpit: &
venerunt alia,& alia discesserunt: & fa
cta est fluctuatio,& inconstãtia magna.
Iam enim cum mundo visibili mundus
inuisibilis voluebatur : & cœperunt in
eo temporum momenta discurrere : &
esse anni & menses,dies & noctes, semẽ
tes & messes:pluuię & siccitates,fœcũ=
ditates & sterilitates. Omnia enim ista
in spiritualium natura adducta simili=
tudine corruptibiliũ noxa peccati per=
aguntur:vt natura ad æternitatem fa=
cta,ei quæ tẽporaliter transit,praue as=
sociata similiter in alterationem defi=
ciat. Surgunt quippe germina virtutũ Y
ex radice prima,& pergunt vt crescant
& veniant in effectũ consummationis.
Et veniunt contra vitiorum ortꝰ, & zi
zania superseminata: & extollunt se,vt
suffocent ea quæ recta sunt,ne p̃sperẽ=
tur:& fit magna expectatio & periculũ
graue spei admixtũ & timori. Nã plu=
uiam gratiæ & stillicidia veritatis suæ
si effuderit deus in animam sitientem,
surgit messis virtutum prouentu mul
tiplici:& veniunt anni fœcunditatis &
tempora serena illucescũt,nubilo igno
rantiæ depulso.Sin autem auferat be=
neficia sua iratus,& contineat benedi=
ctionem suam, vt iudicia sua exerceat:
tunc tristia tempora succedunt & mar
cent genimina bona in siccitate: & tri=
buli & spinæ vitiorum multiplicantur
ad laborem & dolorẽ homini peccato=
ri.Et in his omnibus tempora sua pati=
tur anima peccatrix:cęlum desuper,qđ
perdidit,æternitate imobile prospectãs,
cum ipsa deorsum voluatur tempora=
lis:& in ea pertranseant spatiis & men=
suris suis quæ stare non possunt oĩa.
Et ideo omnia tempus habẽt & spatiis
suis transeunt vniuersa sub cælo.

Tempus nascẽdi & tẽpus moriẽdi.

¶Hæc est sors peccatorum in tempore, Z
vt si forte in eis bona nascũtur aliqua:
postea moriantur,& non perseuerẽt in
finem.Nascuntur enim etiam in malis
aliquando bona aliqua, & incipiũt qua
si oriri & germen facere : sed nata mox
arescunt quia non habent humorẽ.Ad
tempus enim credunt,& in tempore tẽ
tationis recedunt : vt tempus habeant
& non perueniant ad æternitatem.Tẽ=

pus nascendi & tempus moriēdi. Tempus nascendi in bono, prauis est, cū per subitum mentis feruorem recta aliqua incipiunt, sed sequit̃ eos continuo tempus moriendi: quia perseuerantiam boni non habentes, eadem mentis leuitate qua cœperant, tempore pressuræ imminentis cœpta bona derelinquunt.

Tēpus plantādi, & tēpus euellēdi.

A ¶Plantantur in malis bona cum per exhortationem vel admonitionē rectam aliquando bona suscipiunt: euelluntur autem postea qñ praua suggestione cōquassati, bona cœpta amittunt. Nascūtur itaq; per propriam voluntatem, plātantur per alienam ammonitionē: moriūtur autem cum propria desideria a bono tepescunt: euelluntur cum aliena supplantatione concidunt. Et in his oībus habent mali tempora sua, in quib⁹ iusto iudicio disponuntur, siue ad hoc siue ad illud: & vbiq; præueniunt bona, & mala subsequuntur præuisis ad malum. Deīde sequitur vita bonorū ī qua mala præcedunt, vt bona subsequātur & ipsa mala quæ precurrunt in bonum cooperantur.

Tempus occidendi & tēpus sanādi.

B ¶Occiditur in electis primum vet⁹ homo, & vita carnalis quæ viuit secundū carnis affectum: deinde sanatur qui secūdū spiritū est nouus homo, vt viuat in deum.

Tēpus destruēdi & tēpus ędificādi.

C ¶Omnis homo primum malam ædificationem facit, qñ operatur in carne, & malis mala apponit cotidie vt surgat ædificatio praua: quæ destruenda est & subuertenda in iis qui salui fiunt: vt iustitia ædificetur in eis.

Tempus flendi & tempus ridendi.

D ¶Prius flere debet homo ꝑ iis q̃ praua ipse cōmisit: vt deinde secure rideat in iis q̃ a deo bona accepit. Nisi em̃ præcedēs flet⁹ in cōtritione cōsciētiā abluat: inuanum risus ꝑ iis q̃ foris lęta sunt, sine interna iocunditate exultat.

Tempus lugendi siue plangendi: & tempus saltandi.

E ¶Prius caro debet in pœnitētia tormētis ꝑ praua delectatione affici, postea ī studio virtutū bonis opib⁹ exerceri. Sic nimirū vita iustorum dolorib⁹ erudit̃, & pœnis ꝑparat̃ ad gaudia, vt mūda veniat ad fructum suū: & ꝑcedunt semper mala eius vt transeant, & bona differūtur in finē, vt maneant sine fine. Et possumus in hac narratione ordinem quēdam correctionis & emendationis animæ iustificandæ considerare. Primū em̃ omnium est: vt in eo qui corrigitur volūtas praua interimatur: ac deinde bona vel sanetur infirma, vel mortua viuificet̃. Qđ em̃ male viuit, bene occiditur: & qđ male īfirmū est bene sanatur. Post mutatā volūtatē prauoꝝ operum moles male ędificata destruitur, & bonorum operū studia longa negligentia dissipata reędificātur. Deinde ꝑ culpa ꝓterita fletus sequitur, qui cum lachrymarum fonte conscientiam mundauerit, in risum tandē cōsolationis & gaudium commutat̃. Sequunt̃ etiā in pœnitentia planctus vel luctus cum dolor mentis vsq; ad carnis afflictionem producitur: vt postea cum exultatione animi caro etiam attrita sui consolatione lętificetur.

Tempus spargendi lapides & tempus colligendi.

F ¶Si per lapides fortia virtutū opa accipimus, qđ aliud in dispsione lapidū nisi multiplicationē bonoꝝ operū accipere debemus! Lapides em̃ spargere, est fortiū exēpla operū in multorū notitiam lōge lateq; offerre. Lapides vero colligere, ē post studiū laboris fructū operū bonoꝝ percipere. Tempus itaq; est spargēdi lapides & tempus iterū lapides colligendi: qa prius debet homo in studiis actiuæ vitæ bonis se operibus exercere, vt possit postmodum fructū operis sui in gustu cōtēplatiōis pcipere. De quo gustu qa fruentib⁹ iocūdissimus est & summa delectatione plenus: vt iis quæ amari possunt vniuersis præcellere videat̃: apte mox subditur.

Tempus amplexandi.

G ¶Sūt em̃ amplexus qdā sapiētiæ & interni amoris delectabiles nex⁹: cū mēs introrsum admissa apphēdit gaudium dilectionis suę, & quibusdam brachiis

desideriorũ suorũ astringens illud,fœdus facit & poscit pactũ perpetis mãsionis.Sed qa mortalis vita ab interni luminis aspectu cito tenebrarũ suarũ caligine intercepta repellit, & mutabilitate cõditionis suę ab ęternæ stabilitatis societate separat,apte subiungitur.

Tẽpus lõge fieri ab amplexibus.

¶Post tẽpus em̃ amplexandi sequit tẽpus longe fieri ab amplexibus:qa hũana mẽs,licet aliqñ p gr̃am subleuata ad tactũ iternę dulcedinis admittat: tamẽ cito infirmitatis suę põdere p̃ssa,ad terrena rursum & solita cogitãda relabit.

H Hęc sñia licet specialiter ad malos pertinere videat: eo ꝙ quasi prospera & bona principiũ ei⁹,finis vero aduersa cõmemorat:hanc tñ distinctionem in pręcedentibus sex q̃ exposuimus obseruasse sufficiat:vt cętera q̃ sequunt ad gñalem potius significationẽ applicemus. Aliud em̃ per dispositionem notat: atq3 aliud p significationẽ exprimit: qa dispositio ordinis quasi distinctionem personarũ innuit:significatio vero p sententiã rerũ tm̃modo veritatem ostẽdit. Ergo id qđ p malis tm̃ vel bonis ordine dicẽdi cõmutato narrat,sine discretiõe in bonis pariter & malis nõ incõueniẽter accipitur:vt etiã nonnunq̃ hoc magis ad bonos scđm significationẽ pertineat,qđ vitã reproborũ,quantũ ad ordinem pertinet narrationis,demõstrat. Possumus tñ & hoc ipsum de reprobis quibusq3 non inconuenienter dictũ accipere: qui etsi aliqñ ad amorẽ boni secũdũ quedã affectũ speciem virtutis habentem,quasi ad amplexũ sapientiæ approximare vident:tñ quia mẽtẽ a desideriis carnalib⁹ & cupiditatibus terrenis nondiuidunt,cito ad solita relapsi, in eo ipso ꝙ appropinquasse videbãtur longe fiunt.Sicut ergo electi ab amplexu summę veritatis ad tẽpus suspẽdũtur vt ei⁹ desiderio ex ipsa sui dilatione amplius inardescant,& tandem desideratã plenius capiant:ita reprobi quoꝙ ad tẽpus scđm quẽdam modũ,vt videant quo confundant,nec sit excusata malitia,sinuntur vt ad eam cognitiõe aliqua centingendã accedãt.Sed hoc interest ꝙ iusti quiq3 atq3 electi post degustatã interni boni dulcedinem ideo ad tempus repellunt,vt amplius desiderio ardeant:Reprobi vero post agnitã veritatẽ abiiciunt,vt ex ipsa cognitiõe contra se suę dãnatiõis testimoniũ sumãt. Illi ergo admittuntur & repellũtur vt prouocentur:isti admittunt & abiiciũtur vt cõfundant. Sic philosophi gentiliũ in parte plurima admissi fuerũt:sed non deprope cõtingebãt sapientiã:neꝙ illã ad se attraxerunt vt pfruerentur suauitate illius. I Viderunt em̃ & cognouerũt & diligere se putauerũt, sed erat peregrinus amor delonge,speciẽ cõmẽdans,sed non hauriens suauitatẽ illi⁹. Procul q̃si extẽtis brachiis & manibus expãsis,amplexũ facere voluerũt : & nõ erat dilect⁹ inter vbera vt fortiter astrĩgeret,& morã faceret,& permaneret:& iõ cito & velociter fugit ab eis:nec potuit caritate extranea retineri. Fugit igit dilectus.Sed dilect⁹ nõ fugit vt effugiat:sed abscondit se tm̃ & celat in irritationem dilectiõis, vt q̃rat in desiderio & nõ inueniat quoadusq3 ardentissime diligat.Et sępe iterũ reuertit quasi permansurus & p̃stat se experiẽdũ: & post modicũ rursum elabit fructũ reseruans ĩ posterũ. Et in his oĩbus tempus est amplexandi,& tempus lõge fieri ab amplexibus. K

Tẽpus acqrẽdi & tẽpus perdendi.

¶Quãdo est tẽpus acqrendi,nisi qñ tp̃s est amplexãdi?Et rursum tp̃s pdẽdi qñ est,nisi qñ tẽpus est lõge fieri ab amplexibus? Qñ enim dilectus p̃sens est,successus oĩm virtutũ m̃ltiplicat,& replet domus interior abundantia & vbertate. L Tũc sterilia fructũ faciũt,& q̃ emarcuerant impinguant fœcũditate,& diuitias suas aĩa ip̃a mirat quas possidet. Flagrãt affect⁹ sancti & desideria casta: mot⁹ aũt aduersi sopiunt:& quicqd repugnare cõsueuerat,vel importunũ obsistere,longe fit:vt pacata sint & quieta vniuersa.Bene agendi facultas p voto suppeditat:& diuitis voluntatis copia vsq3 ad operũ sãctoꝝ m̃ltiplicationẽ redundat.Hoc ergo tp̃s est acquirẽdi: qñ merita sancta cumulant,& bonoꝝ operũ merces m̃ltiplicat in thesauris æternarũ diuitiarũ. Sed ne forte successus

cõtinuus aliquatenus cor humanũ per elationẽ pcipitet: sequit̃ tẽpus perdẽdi: vt dum ab eo ad tẽp⁹ salubri dispensatione successus virtutũ tollit̃, melius p humilitatem in virtute solidet̃. Sic ita ꝙ mens sancta intus in amplexu sapiẽtię requiescens, virtutũ diuitiis auget̃: foris aũt sparsa p occupationem strĩgit̃ egestate: & attenuat̃ inopia: queadmodum ecõtrario carnalis quiq; perituras opes laborando colligunt, & dũ amplexibus voluptatum vacare cœperint, eas dẽ mox ociose & luxuriose viuẽdo con

M sumunt. Possumus & alio intellectu tempora acquirendi, & tempora perdẽdi cõuenienter accipere. Duę qppe vitæ sũt, actiua. s. & cõtemplatiua: quarũ vna, id est actiua, in studio bonorũ operũ laboriosa exercitatiõe meritorũ sanctorum lucra colligit: altera vero. i. contemplatiua, in cognitione veritatis pacata dilectione requiescit. Quas videlicet vitas recte per duas Iacob vxores, Lyã scilicet & Rachel significatas accipimus: quarum vna. i. Lya: lippis quidẽ oculis sed fœcũda extitisse dicit̃: Altera vero, id est Rachel oculis pulchris, at sterilis fuisse perhibet̃. Actiua quippe vita ĩ ꝑle boni operis fœcunda est: sed contemplatiua in cognitione veritatis perspicua. Et quia in vtraq; vita vicissim sanctorũ virtus exercetur, & alterna quodammodo mutatione conuertit̃: vt scilicet nũc eius patiẽtia probet̃ in labore operis: nunc vero eius desideriũ reficiat̃ in dulcedine contẽplationis: recte

» nunc dicit̃. Tempus acquirendi & tem

N » pus perdendi. Tempus eñ acquirendi est, cum deuota mẽs in studio boni operis meritorũ lucra multiplicat: & quasi deinde tempus perdendi sequit̃, cũ pro amore quietis intimę, libenter sustinet detrimenta operationis. Quasi enim voluntarie diuitias postponit boni operis, vt possit vel cũ modico requiescere in dulcedine contemplationis. Cui tamen ex hoc nihil meritorum suorũ minuit̃, quę ipso desiderio & amore summi boni ampli⁹ q̃ operis studio promeretur.

O Tẽpus acquirẽdi & tp̃s perdendi. De ꝑuersis quibusq; constans est: ꝙ si quãdo aliquid boni recte agendo acquirunt citto illud, quia in bono cœpto perseuerãtiã non habent, amittunt. Quibus profecto tẽp⁹ acqrẽdi ꝓdesse nil potuit: qa illi tempus pdendi acquisita, successit. Quos sępe in hoc ipso maius detrimentũ sequit̃: quia pro iis q̃ acqsierũt intumescunt: sed pro iis quæ perdunt non humiliantur.

Tẽpus custodiendi & tp̃s abiiciẽdi. P

¶Tempus est vt electos suos de⁹, quia forsitan aduersis frãgi potuissent, a tentatione custodiat: & rursum tp̃s est abiiciẽdi vt eos cũ molestiis exercẽdi sũt, velut iratus salubriter ad tẽpus ad tẽtationem exponat. Sed & malos de⁹ in hac vita sępe a molestiis ingruẽtib⁹ tutos atq; qetos custodit: vt eos postmodũ in iudicio tãto graui⁹ abiiciat, quãto patientius hic etiã dũ protegit aduersarios portat. Sed & homo ipse multa pro tẽpore custodire debet: quæ post ea in tẽpore suo abiiciat: q̃ & suo tẽpore custodita possint seruãti ferre subsidiũ: & rursum nisi tpe suo abiiciantur, facere ĩpedimẽtũ. Terrena nãq; substantia recte ꝓ tpe & ad carnis sustentationem custodiẽda est: et rursum tpe suo, si periculũ animę in illa cõstare cognoscitur, sine dubitatione abiicienda. Multa quoq; in spũali disciplina et studio virtutum sunt q̃ ꝓ tẽpore nũc custodire, nũc vero abiicere oportet: ne si forte opus virtutis sine discretione agat̃, idipsum ad culpam constet, qđ ꝓ merito reputari potuisset. Omnia eñ tpe mutant̃, et nõ est aliquid qđ semper idipm pmaneat: et ideo qui viuit sub tempore debet causas et prouentus rerũ oĩm temporibus compensare.

Tẽpus scindendi & tp̃s consuendi. R

¶Omnis qui ĩ carne scđm carnẽ viuit p carnis affectũ quasi vnũ est cũ iis quę caro cõcupiscit. Necesse est ergo vt homo qui a carnalibus ad spũalia conuertit̃, prius aĩo ab iis qbus p affectum inhęserat auellatur. Tũc siquidem libere se spũalib⁹ per amorẽ conglutinat, cum de terrenis affectibus nihil superest qđ eius mentẽ in desideria aliena auertat. Itaq; tẽpus est scindendi: vt pri⁹ homo mẽtẽ a desideriis terrenis auellat: poste

ea tempus consuendi, vt aio per amorē spiritualem æternis & pmanentib⁹ bonis adhęrere incipiat. Nec hoc pˀtereūdū videť: φ ea quidem q̄ scindunť substātialiter vnū sunt: ea vero q̄ cōsuunť essentialiter quidē diuersa sunt, sed mediante vinculo filii quasi accidentaliter vnum fiunt: Sic eñ om̄is homo corruptibilibus & perituris vnitur per naturam: sed efficitur particeps æternorum per gratiam. Sic quippe consuunť hūana & diuina in vnū, vt quæ duo fuerāt per naturā, fiant vnū per gratiam. Compunctio siquidem ipsa acus est: & dilectio filū. Et facit viā ac⁹, & pforat vtrūφ, vt filū vtrūφ contineat. Neφ eñ cōsutio aliter fieri potuisset, nisi vtrunφ foraretur & vtrūφ contineret: qa discederet alterū ab altero: & facile se ab vnitate diuideret, si vtrūφ vinculum non cōtineret. Propter hoc vtrūφ perforat acus compunctionis, & filum dilectiōis cōnectit vtrūφ: vt stent simul, & nō discedant ab inuicem. Humana quippe pforat acus cōpunctionis: qñ culpam persequiť. diuina perforat, qñ occulta ęternorū scrutatur. Sic eñ gemina constat cōpunctio: & est irriguū superius & irriguū inferius. Per irriguū supius pforantur diuina: & p irriguū inferius perforantur humana. Per compūctionem quippe, quę de culpa surgit, transfigiť peccatrix cōscientia: & per compunctionem, q̄ surgit de desiderio ęternorū, penetrātur occulta. Illa subtiliter cōsciētiam penetrat, vt pellat noxia: ista profunda cōsideratiōe inuisibilia scrutať, vt apphendat amata. Sic vtrūφ pforatur, & vtrūφ transfigiť: alterū dolore, quo reatus eruitur: alterum desiderio, quo concupita requirunť. Post hæc succedit filū amoris: quo vtrinφ vinculū vnitatis efficitur, vt ab inuicem deinceps iuncta non separenť. Vtrinφ enim amor surgit, & concurrit vinculū dilectionis in vnum: quia mens humana respiciens videt illic quāta sibi commissa sint per misericordiam. diuina vero cōsiderans, contemplatur in eis quanta sibi sint promissa ad gloriam. Et vtrūφ diligit, & fit nexus caritatis in ambobus: quia dulcis est misericordia ad gloriam, & gloria iocūda ad misericordiā. Et non potest dilectio horum separari: quia consutio facta est, & firma stant vīcula caritatis ęternę. Tempus igiť scindendi tunc fuit: nūc aūt tp̄s consuēdi.

Tempus tacēdi & tempus loquēdi. T

¶Qui audit inquit scriptura dicat veni. Apo.22. Qui enim pri⁹ aurem cordis p obœdietiam ad verbum dei aperit: ille postmodum recte ad loquendum proximo linguā resoluit. Nam qui prius p obœdientiam in verbo ædificationis alteri tacere non didicit: noxæ subiacere conuincitur, si alios ipse docere præsumit. Igitur prius est tēpus tacēdi, vt discat homo qđ doceat: & deinde tempus loquendi, vt qui veritatem iam cognouit, loqui eam in tempore suo non erubescat. Vtrūφ eñ culpa est, & cū videlicet hō temere p̄sumit qđ nō debet: & cū per negligentiam torpet ab eo quod debet. Et ideo prius cauendum ne committamus illicita, postmodum studēdū ne debita negligamus. Tempus tacēdi & tempus loquendi. Succedunt sibi tēpora & venit tempus post tempora.

Tempus dilectionis & tp̄s odii. V

¶Si quis dixerit in tpe dilectionis tempus esse loquendi & tp̄s tacendi in tēpore odii: vt nō deť sanctū canib⁹, neφ margaritę proiiciātur ante porcos: sed ponat iustus digitū sup os suum, quando dies mali sunt & obmutescat, cū cōsistit peccator aduersus eū: nonne ideo iustitia venit in terram: vt peccatores arguanť, & vt conuertantur iniqui ne pereant? Propterea ambigua sunt tēpora qm̄ ipsorum est in incertum pcurrere. Nihil tñ sine tēpore est, siue dilectio sit siue odiū. Tēpus eñ habet dilectio: & tempus odium. Cui eñ præcipiť vt proximum diligat sicut seipsum: eidem dicitur vt odiat semetipsum. vnde constat φ qui deum amat sicut se, cum in deo diligit proximum: sic contra deum nec diligere nouit semetipm̄. Tēpus ergo est dilectiōis & tempus odii, vt q p deo studemus iimicos diligere: cū causa dei læditur non præsumamus etiam amicos amare. Est adhuc alia dilectio & odium aliud, vt quisφ carnem suam

& in iis diligat q̃ infirmitati sustentã-
dę necessaria sunt: & odiat in iis q̃ desi
deria praua exposcũt. Tempus itaq; di
lectiõis est, & tps odii qm̃ oportet nos
q̃diu sub hui⁹ mortalitatis defectu vi-
uim⁹, & cõtradictionẽ pctĩ in carne no
stra portamus: magna adhibita discre-
tione pẽsare: qñ & fathiscẽtem naturã
per cõpassionẽ fouere debeamus, ne cõ
cidat: & qñ rursum surgentẽ in carne
Ephe.5. motũ vitiorũ affligendo pmere, ne con
ualescat. Scriptũ quippe est. Nemo car-
nem suã odio habuit. Et rursum dicit.
Roma.13 Carnis curam ne feceritis i desideriis.
Vnde patenter ostendit: q & diligẽda
caro est quantum ptinet ad cõpassionẽ
naturę: & rursum quãtũ ad castigatio-
nem culpę spectat, odienda. In quo quia
magno discretionis moderamine opus
est: tempus prescribit dilectiõis & odii,
vt medio incedentes limite, neq; suffo
cem⁹ naturã, dum culpã persequmur: ne
q; culpã nutriamus, qñ naturã fouem⁹.
Sed qa hoc sine labore magno & lucta
X graui fieri non potest: subiungitur. Tẽ
pus belli, & tps pacis vt simul agnoscat
homo, & q nemo sine pugna ad victo-
riam puenit, & q qui legitime certat,
post adeptã victoriã in pace requiescit.
Idcirco em̃ post tẽpus belli, tẽpus pacis
ponit: vt qui cõcertationis põdere frã-
gi poterat, de pacis dono cõsolet. Tem
pus belli & tempus pacis. Tres sunt q
bellũ suscitant cõtra nos: videlicet dia
bolus & mũdus & caro nostra. Hos em̃
omnes hostes se habere Paulus cogno-
uit: qui pugnã se cõtra omnes suscepis
se asseruit. Pugnam enim contra dęmo
nes sibi pariter cum omnibus fidelibus
Ephe.6. iugem esse testabatur, cum diceret: Nõ
em̃ est nobis colluctatio cõtra carnẽ &
sanguinem: sed aduersum potestates &
principat⁹: aduersum rectores tenebra
rũ harũ, contra spũalia nequitiæ in cæ-
lestibus. Rursum aduersus mũdũ. i. ho-
mines peruersos amatores mũdi pugnã
1.Cor.15. sibi fuisse asseruit: q se Ephesi contra be
stias pugnasse narrauit. Item aduersus
carnem ppriã pugnã sibi icessabilẽ esse
1.Cor.9. testat dicẽs: Sic pugno nõ q̃si aerẽ ver-
berãs: sed castigo corpus meũ & in ser
uitutẽ redigo, ne forte cũ aliis pdicaue

rim, ipse reprob⁹ efficiar. Tres igit sunt
tyranni, qui cõtra nos exercit⁹ suos p
ducunt in pliũ: & habent singuli acies
suas instructas ad faciẽdũ bellũ animæ.
Diabolus siquidem aduersus fidelẽ ani
mam suggestionũ agmina instruit. Mũ
dus prospera & aduersa ad nos superan
dos pducit. Caro vero desideriorũ car
nalium turbas excitans, contra nos in
pliũm exurgit. Sed contra hos omnes
oportet fidelem animã viriliter decer-
tare: & ad debellandas aduersæ potesta
tes vires virtutũ iacula dei protectiõe
munitam exercere. Diabolũ quippe vi-
cimus, si cũ virtutũ perseuerantia eius
suggestiones suscipere recusamus. Mũ-
dum vincimus: si & cõstanter prospera
eius despicimus, & patiẽter aduersa to
leramus. Carnem aũt vincimus, si pra-
uis eius desideriis non cõsentim⁹. Sed
hostes semel victi nõ statim cessant, vt
pax continuo esse possit: Sed tentãt ite
rum, & iterum moliuntur & conantur
quomodo possunt: & sępe quasi auden-
tes cum sint timidi, ipsi cum terrore i-
petum faciunt vt probent quid sit ani
mi in nobis: sæpe insidias struunt & p
grediuntur occulte ad explorãdũ & ce
lant se & volunt esse occulti, donec im
prouisi superueniant. Et in his omnib⁹
pericula multa oriuntur, & circumspe
ctio cotidiana, et timor vndiq;: et fit
bellum magnum, et diuturna concerta
tio, donec pars nr̃a conualescat oĩ mo
do: et desperantes prorsus cessent et
discedant a spe sua: vt aut deterreant
a nobis, aut in nostram ditionem subii
ciantur. Nam et hoc sine dubitatione
proueniet, si non defecerimus a spe no
stra et patientia bona: vt tandẽ pax ple
na et integra restituat, post cõsumma-
tum laborem concertationis. Tunc em̃
fugabitur a nobis diabolus diuina vir
tute, vt non audeat præsumere aduer-
sum nos: sed territus fugiat et absce-
dat in cõfusionem. Mundus quoq; ipse,
qui sęuire in cõmotionibus suis cõsue
uerat, pacabitur: et carnis desideria spũ
roborato sopient. Tunc in tpe pacis no
stre recordabimur tempor antiquorũ,
qñ bellũ fuit et non pœnitebim⁹ tunc:
sed lætabimur et exultabimus pro die-

bus in quibus vidim⁹ mala: & erit pax dulcis in gratulatione p̄teritoꝝ laboꝝ. Propter hoc tēp⁹ belli est,& tp̄s pacis.

Quid habet amplius homo de labore suo?

Z ¶Quid amplius habet q̄ bellū & pacē, dilectionem & odiū, & vniuersa alia q̄ temporū prouentus rota suę volubilitatis educit? Non ergo amplius habet de labore suo q̄ bellū & pacē:qm̄ hoc labore suo nō potest vt habeat solā pacē. Igitur nec labore suo pacē habet: sicut voluntate sua bellū non habet. Omnia eñ nutum sequunt̄ dispositionis supernę:neq; arbitrio humano temporꝝ momēta subdūt̄, vt hoc vel illud eueniat: sed patitur legem homo in oībus siue volēs ad meritū,siue nolens ad tormentum.Non igit̄ cōfidere debet homo in labore suo: neq; in actis suis spem ponere:quasi possit ipse vel qđ desup nō ordinatū est efficere,vel qđ dispositū est īpedire.Nihil enim labor hoīs vniuersis adiicere potest vt quid amplius sit: qa iusta artificis moderatio sic cūcta in ęquitate disposuit,vt omne qđ sine eius cooperatione nitit̄,vniuersitatis ordinem deserens,ad nō esse potius moueatur.

De animorum confusione ex temporū transitu. Homilia.XVII.

A Modo de temporib⁹ exiuim⁹:sed,vtinā peruenissem⁹ ad ęternitatē. Restant eñ adhuc multa, & plurima voluūt̄ circa nos:& iterāt rursum tēpora orbem suum vsquequaq;, vt nō sit finis donec omnia fuerint cōsummata. Sequit̄ quippe post mutabilitatē rerum grauis cōfusio animoꝝ:qm̄ ꝑgūt corda sup volumina & transitus tēporū vt non stent in veritate: sed defluāt cum eis q̄ vadunt vt transeāt. Propter ea cessat ab his oībus q̄ foris nutant & fluctuant,q̄si modica sint vniuersa hęc, & non valde ad ꝑiculum operantia:& conuertit se introrsum:& īgeminat illic q̄relā de vanitate q̄ abscōdita est: & illam graui examinat conquestione super eā q̄ foris paret aliena.Non eñ nocuisset mutabilitas rerum, si animorū mutabilitas nō fuisset:qm̄ idipsum bonū erat, vt transitoria ꝑ tēpore mutēt speciē:sed nō erat bonū,vt iudicia mentium humanarū deserant veritatē. Nō B
itaq; causamur ꝙ tēpora varia sūt, qm̄ bonū est:sed causamur ꝙ varia sunt humana iudicia: qm̄ hoc bonum non est. Neq; enim veritas a se esse potest alia: quia qđ bonū est in veritate,malum nō est:& qđ in veritate bonū non est,malū est. Quare ergo iudicat̄ ꝙ hoc bonū est & hoc malum est: & iudicatur ꝙ malū est hoc & hoc bonum est:cū in veritate vel bonum non est si malum est,vel malum non est,si bonū est. Alter dicit bonum est,& alter dicit malum est:& qui dicit hoc bonum est,dicit illud malum est:& qui dicit malum hoc est, dicit illud bonum est:& omnes male dicūt,qa totum bonum est. Hoc autem solū bonum non est, qđ male dicūt de illo qđ bonum est. Quapropter bona sunt oīa: & soli mali illi sunt,qui præ cæteris omnibus boni esse debuerūt. Cætera eñ omnia sunt quod esse debuerunt,& ipsi soli non sunt qđ esse debuerunt:qa veraces non sunt,& in veritate non sunt: & ideo bona sunt omnia in eo qđ sunt: ipsi autem boni nō sunt in eo qđ sunt, quia non sunt qđ esse debuerunt. Hoc itaq; īter cæteras vanitates & ipsum ꝑ vanitate magna numerat̄ & cunctis solum vanitatibus comparatione pręponitur. Et dicit.

Vidi afflictionem quam dedit deus filiis hominum vt distendant̄ in ea.

¶Quæ est enim illa afflictio?

Cūcta fecit bona in tempore suo: & mundum tradidit disputationi eoꝝ, vt nō inueniat hō opus qđ operat⁹ est deus ab initio vsq; ad finem.

C ¶Ergo mutabilitas rerum non affligit hominem sed disputatio sua, ipsa affligit eum. Et merito: quia disputatio inquietudinem semper significat,& concertationem. Et ideo mutabilitas rerū, labor hominis non est: sed ꝙ ipse inquietus factus est, hic est labor illius. Et ipsa inquietudo disputatio magna est,quā habet homo in īstabilitate sua: vt non sentiat idem: quoniam diui-

ſus eſt & alius factus, vt non ſit vn⁹ to
tus.Conſiderate nunc magnam diſpu-
tationem quã exercet homo ſuper ter-
ram. Multa enim eſt & prolixa & inuo
luta nimis : vt non facile finem habere
poſſit,donec homo ipſe finem accipiat.
Et nũc vt credatis videte q̃ multas ab
initio curioſi ſapientię de operibus dei
ſententias formauerũt:& nemo fuit vſ
ꝗ adhuc qui negocio huic tam grandi
finem imponere potuiſſet.Et litigãt ad
huc cotidie,& cõcertationibus pugnãt
diſputãtes:& dicit alius hoc eſt, & ali⁹
dicit nõ eſt,ſed eſt aliud:& dicunt̃ mul
ta & confinguntur quaſi fabrefacta mẽ
D dacia opinionum de iudicio rerum. Et
plurimi aſſerunt ꝙ nihil eſt niſi ipſum
qđ videtur:& veniunt alii & conteſtã-
tur,ꝙ nihil vere eſt,niſi ipſum qđ nõ vi
detur.Et in his omnibus congerunt &
multiplicant argumenta ſua: & texunt
rationes & q̃ſi ratiões:& eſt cuiꝗ ratio
exiſtimatio ſua.Propoſuit eñ de⁹ opus
ſuum in oculis hominũ, vt interroget
corda ipſorum de eo: & ipſe retrorſum
abſcõditus latet,donec experiatur exer
citationem noſtram in illo. Et hauriũt
ſenſu,& corde diiudicant,& proferunt
plurima de theſauro iudiciorum ſuoꝝ
& de profunda abyſſo phantaſiarum &
opinionum falſarum ſuarum, & cogita
tionum inanium.Et dicũt alii ꝙ natu-
ra ſola eſt,& nõ eſt aliud: & deus nihil
eſt, ſed timor vanus adinuenit omnia:
& ſic fuit ſemper qđ eſt ab initio, & an-
te initium ſine initio. Et voluuntur ſe
cula,& operatur ſeipſam natura,& re-
nouat:& non poteſt aliud eſſe q̃ ſemper
erat.Alii contra proclamant & litigãt
pro iiuria creatoris:et defendere ſe pu
tant quẽ ĩpugnant ipſi mendaciis ſuis.
Dicunt eſſe opificem qui de coæterna
ſibi materia vniuerſa finxerit,vt formã
daret meliorem:et non cognoſcunt iſti
creatoris potentiam,ſed abnegãt de ni
hilo factum aliquid:negantꝗ horum q̃
ſunt quippiã in nihilũ poſſe relabi: ſed
tm̃ in alterationibus rerum operam cõ
ditoris cõſiſtere. Poſt hos alii ſuccedũt
litigantes et diſputantes et promittũt
errorem tollere,et manifeſtare verita-
tem:et ipſi de nihilo cuncta facta conſi

tentur, et factum non eſſe per quem fa
cta ſunt omnia:et fuiſſe aliquando quã
do creatum nihil fuit:et fuiſſe tũc ipm
qui ſemp fuit.Et hñt iſti in ſuis dogma
tibus quaſi principium bonum:ſed ſuc
cedit malus finis. Qui enim de rerum
creatione quaſi vera ſentiunt,de ſubſi-
ſtentia rerum plurima mentiuntur: et
non eſt finis diſputationum et adinuẽ
tionum hominum . Fingũt eſſentias et
formas et atomos et ideas prĩcipalium
conſtitutionum:et elementa plurima,
et naſcentias infinitas,et motus inuiſi-
biles et efficientias procreatrices. Et i
iis omnibus multiplicantur ſimulacra
rationum,et fiunt diſputationes pluri
mæ: et veritas non eſt in eis omnibus.
Similiter eñ qui dicit falſum dicit , et
qui contradicit falſum dicit:qa diſpu-
tando et mentiendo omnes vna vani-
tate a veritate elongauerunt. Neꝗ eñ
inuenire poterit homo opus qđ opera E
tus eſt deus ab initio vſꝗ ad finem.Ex
omnibus quæ facta ſunt ab initio et q̃
facienda ſunt vſꝗ ad finem:nõ poterit
homo inuenire vnum aliquid vt com-
prehẽdat illud,et ſciat totũ qđ eſt ipm.
Nam etſi quidam videantur inueniſſe
plurima,propoſita erant omnia:et quę
occulta fuerũt nullatenus inueniri po
tuerunt. Tradidit enim deus mundum
diſputationi eorum,et ꝓpoſuit eis ope
ra ſua:vt viderent ea et iudicarent. Et
in iis manifeſtauit mlta q̃ voluit agno
ſci,et quæ abſcondita eſſe voluit nõ po
tuerunt inueniri.Propterea oĩa quæ
cognita ſunt in eis manifeſtauit deus:
et non inuenit ea homo ſenſu ſuo, do-
nec reuelarentur in eo quãtum voluit
deus.Quædam nãꝗ foris propoſita fue
runt,& quędam intus reuelata ſunt et
non ĩuenit homo aliquid vt ſenſu ſuo
iret ad ea q̃ occulta fuerunt donec ma-
nifeſtarentur in ipſo.Et ſi cõtẽdere vo-
luerit,ꝙ aliqua inuenerit ipſe: nũquid
tamen omnia inuenire potuit quę ope-
ratus eſt deus ab initio vſꝗ in finẽ? Et
in ipſis quæ inuenit ſi totum inuenire
potuit qđ fuit, et non reliquum perma
ſit aliquid abſcõditum et occultũ: quo
non admiſſus eſt ſenſus eius vt inueni
ret totum? Nam ſi totum ĩueniſſet ho-

mo, nõ esset disputatio vlla neq̃ currerent opiniones ĩ aduersum, de iis oĩb⁹
F q̃ in mundo sunt. Omnes eñ similiter mundũ hunc videmus:& est posit⁹ ante oculos nostros vt tradereť disputationi nostrę:& videmus totũ hoc ante nos,& nescim⁹ vnde huc aduenerit. Latet eñ qui fecit eũ: & p̃tẽdit opus suũ ante se vt abscondatur & manifestetur in eo. Factũ quippe simulacrum humanam contemplationẽ e vicino excipiẽs, facit vt creatorem suum nec manifestũ videre, nec ignorare similiter totũ possit. Propterea intellectus hominis excitatus rerum specie surgit: & ex eo φ se offert manifestationi secũdũ æmulationẽ veritatis ad interiora scrutanda conatur: & habet prĩcipium in operibus dei primę contemplationis, sed nõ peruenit vsq̃ ad finem operum dei, vt capiat totum qđ absconditum est. Si eñ ad finem puenire potuisset, inuenisset vtiq̃ deum: qm̃ a quo sunt ibi finẽ habent oĩa & consummationẽ. Non ergo puenit ad finẽ, qm̃ deum inuenire non potuit, donec ipse se manifestaret ĩ nobis: & cõfusi sunt scrutantes scrutationes, qm̃ defecerũt & non valuerunt vt cõp̄henderent, & finẽ facerent disputationũ suarũ. Propterea stultam fecit deus sapientiã mundi: quia posuit mũdũ in disputatione eoꝝ: permanẽs ipse occultus donec deficerẽt disputãtes et quęrentes inania. Et non inueniet homo oĩne opus qđ operatus est deus ab initio vsq̃ ad finem. Posthæc reuelauit se deus & exiuit vt ĩueniret: cũ gloriari iã nõ possit hõ, quasi ip̃e sensu suo & sapientia deũ cognouerit: qui in opere dei scrutando defecerat. Ad hoc ergo profuit φ mundus in tempore tradit⁹ est disputationi eorũ vt non inueniret homo omne opus qđ operatus est deus ab initio vsq̃ ad finẽ. Istę sunt disputationes hominum vana curiositate quærentium abscondita operum dei, quas multiplicant sibi fabricando de iis quę ignorant mendacia:& cõcertationibus

Psal.63.

1.Cor.5.

„ „ „

G muniunt errores suos. Et sunt adhuc aliæ quædam disputationes in desideriis hominum multiplices nimis & variæ: & surgunt ex ipsis multarũ studia vanitatum. Oĩs eñ homo pręfert qđ diligit ipse:& trahuntur corda omniũ in infinitas scissiones, vt non cõsentiãt in vno vnq̃. Alii lasciuiã & luxuriã & voluptatẽ sequunť: inebriari & ludere & ridere & saltare:& existimant hãc esse felicitatem hominis & iocũditatem suauissimã. Alii honores ambiũt, & dignitates, & famam magnã, in populis: & cõmendant studia sua, & disputant graui cõcertatione, qm̃ melior est portio ista in vita hominis. Alii pecunias H
cumulant & coaceruant opes, & putãt securitatem comparare, & fidutiã magnam contra ingruẽtem egestatem in tempore angustię. Et laudãt isti prouidentiam et sollicitudinem dicunt meliorẽ, cũ velint tñ securi esse ipsi. Et sic quidem feruns omnes in appetit⁹ suos seorsum singuli cõtraria approbatiõe: et disputãt rixando et dissentiendo de sideriis importunis. Et tradiť mundus disputationi eorũ vt in eius affluentia experiantur singuli voluptates suas et probent et videant et consumant ĩ argumenta alterutrũ aduersum se de copia illius q̃sq̃ qđ ipse elegerit in approbatione desideriorum suorũ. Et rapiũt pertinacia magna quisq̃ qđ sibi ipse elegerit: et laudant partem suã singuli, et fit disputatio magna et altercatio voluntatũ in variis ęstimationibus quas pariunt desideria multa. Et in iis oĩbus non inuenit homo opus qđ operatus est deus ab initio vsq̃ ad finem. Initiũ nãq̃ operũ Dei est vsus rerum temporalium: finis vero et consummatio, fructus ęternorum. Propterea qui in rebus mundi disputationem suam cõstituit, et approbationem desideriorũ suorum exquirit: nõ potest inuenire ĩ operibus q̃ operatus est deus quicq̃ ab initio vsq̃ ad finem: qm̃ licet experiri finatur quanta esse possit delectatio in bonis huius seculi: illam tñ ineffabilẽ iocunditatem quę consummatam felicitatem confert, non apprehendit ĩ contemplatione dei. Idcirco tradit⁹ est mũdus amatoribus mundi: quibus datum non est vt ab initio vsq̃ ad finem inuenire mereantur opera dei: quia quibus ęternorum bonorum dulcedo tollitur,

„ „ „ I

eis carnales datę sunt delectationes & mundi gaudia exposita in desiderioꝝ suorum malorum dissipationem. K Inuenimus & alias adhuc disputationes in iudiciis hominum graues & multiplices, & rixas concitantes horrendas: ita vt in blasphemiam etiā excrescāt creatoris, & dicant quæ non oportet. Arripiunt enim hoīes vicem dei violenter, & iudices seculi se cōstituunt: & disputant de mundo & de operibus dei & ꝓuidentia eius & iudiciis quibus mūdū vniuersum disponit. Et dicunt alii hoc bene fecit deus: & alii murmurāt & dicunt non bene factū est illud. Istæ enim q̄relæ sunt hominum, & præsumptiones quibus prouocant iram dei: qa subdi nolunt legibus eius, sed disputāt de operibus ipsius, & iudicia eius reprehēdunt. L Periit aliquis morte crudeli aut graui damno & casu miserabili attrit⁹ est: et venit inimicus eius et dicit. Bene fecit deus: hominem impium & peccatorem secundum malitiam suam iudicauit: & murmurat amicus eius & q̄relam mouet aduersus deum cur perire permiserit innocentem & iustū non custodierit. Et damnatur ille ꝓ malitia sua: & iste ꝓ temeritate sua iudicatur. Et tamen non cessant homines disputare de operibus dei, & iudicia illius ꝓ sua existimatione pensare: & reprehenditur Deus a cogitationib⁹ hominum malignorum. M Dicūt eñ homines ꝙ nō debuit de⁹ creasse noxia, nec q̄ īfesta sūt & nocent, posuisse in opibus suis: et maledicūt creaturas dei bonas, et blasphemāt creatorem earū. Ranas et muscas et serpentes et venenata omnia & oīa aduersa & pestilētiosa quare fecit de⁹? Melius enim fecisset, si cuncta bona fecisset. Mala quippe plurima sunt: et mala omnia bona non sunt. Et fecit quidē cuncta bona ipse in tempore suo: sed solus homo malus non intelligens bonitatem neq; retinēs iudicium veritatis, mala volūtate a bonitate discordat: & cum fit qđ male ipse nō vult, dicit male fieri: cum bene fiat, et ipe male velit. Idcirco malę voluntates et concupiscētiæ nequā excæcant corda hominū vt non intelligant quod rectum est qa nō amant nec volunt qđ bonum est. Et reprehendunt deum ꝙ noxia fecit: et nemo tamen reprehendit cum lęditur iimicus suus cum sint ipsi vniuersi iimici dei, et aduersarii veritatis. Propter hoc non intelligit homo opus qđ operatus est de⁹ ab initio vsq; ad finē. N Carnalis eñ hō non sapit ea quę dei sunt. Sequit eñ concupiscentiam suā: et laudat delectationem desideriorū suoꝝ, et cum sibi datur qđ diligit, putat secum bene agi: cum poti⁹ hoc fiat in malum ei⁹: & cū obsistitur desideriis suis murmurat, et mouet q̄relam: et causāt quasi male actum sit qđ iuste ordinatur: et non intelligit opera quæ operatur de⁹ ab initio vsq; ad finem. O Ex quo de terra educitur donec in terram reuocet opera quæ operatus est deus non intelligit ab initio vsq; ad finem. Multa eñ operatur deus circa hominem ab initio eius vsq; ad finem illius: et nō inuenit homo quo fine fiant omnia hæc donec ipse finem accipiat. Tūc autem intelliget et tunc inueniet quæ operatus est de⁹ in eo ab initio suo vsq; ad finē suū, vel in misericordia, vel ī iudicio: vt eū ad talem finem perduceret, quem operibus suis ab initio vsq; ad finem probauit vt veniret in consummationem. Interim autem donec finis adueniat ab initio vsq; ad finem latēt omnia, vt nō inueniat homo opus qđ opatus est de⁹ ab initio vsq; ad finem. Propterea disputare potest de operibus dei, quæ operatur deus ab initio vsq; ad finem: sed inuenire non potest opus quod operatus est deus ab initio vsq; ad finem. Si autem nō potest homo inuenire opus quod operatur deus ab initio suo vsq; ad finem suum, vt vel hoc saltem intelligat qđ ipse vidit: quomodo tūc inueniet opera quæ operatus est deus ab initio mundi, vsq; ad finem seculi: quę ipse videre non potuit? P Cesset ergo homo disputare de iudiciis dei quibus mundum vniuersum gubernat, et disponit ab īitio vsq; ad finem: quia homo neq; rector neq; iudex mundi a deo positus fuit, sed possessor: neq; vt sua virtute aut potestate mundi elementa regeret aut prouētus temporum suo arbitrio

dispensaret,sed vt fructus mundi et tē
porum vices secundū creatoris dispen
sationem in vsum alendæ infirmitatis
suæ acciperet.Propterea adiūxit & ait.

Cognoui ꝙ non esset melius nisi lę
tari & facere bene in vita sua.Omīs
enim homo qui comedit & bibit,&
videt bonum de labore suo,hoc do-
num dei est.

Q ¶Nam omnis homo qui contendit &
disputat de operibus dei,& causat iu-
dicia dei & eius dispositiones in mun-
do accusat:hoc donum dei nō est, neq̨
ex deo est illud,sed contra deum,& me
lius facit qui licite in hoc mūdo donis
dei iusto labore acquisitis vtitur,q̃ qui
aduersus deum pro iis quæ in hoc mū
do contra suam volūtatē vel existima-
tionem eueniunt,rixatur.Neq̨ eñ po-
test homo rixando & murmurando cō
tra deum eius dispositionem immuta-
re:& ideo melius est eius iudicia cū ti-
more suscipere,q̃ in eius iiuria pro no-
R stralęsione murmurare.Nā & ideo de⁹
iudicia sua abscondit a nobis: vt dū ea
nec nostro intellectu penetrare,nec pro
nostro arbitrio immutare possumus,
amplius timeamus. Idcirco prosequi-
tur & dicit.

Didici ꝙ oīa opera quæ fecit de⁹
perseuerent inæternum. Non possu
mus eis quicq̃ addere nec auferre q̃
fecit deus,vt timeatur.

S ¶Non solum de operibus dei quib⁹ es
sentias rerum creauit:creatisq̨ per sin-
gula genera & species rerum formā mo
dumq̨ imposuit,hoc verum est,ꝙ ope-
ra dei perseuerent inæternum : pro eo
ꝙ eius dispositio in eis non mutatur,
& seruant singula vt sint qđ ea esse in-
stituit : & si transeunt non ex ipso hoc
est ꝙ id quod sunt ex ipso sunt:qđ au-
tem esse desinūt ex semetipsis habēt:si-
cut & hoc ꝙ anteq̃ essent nihil fuerūt
ex semetipsis habuerunt.Non solū ita-
ꝙ verum est hoc de operibus Dei qui-
bus creaturam mundi disponit , ꝙ fine
immutatione,& cōfusione ordinis ma-
neant inæternum:sed etiam de disposi
tione & prædestinatione iudiciorū ei⁹
quibus facta hominū examinat hoc ve-
rum est ꝙ maneant inæternum : & le-
gem prouidentiæ suæ & statutum co-
gitationis ipse non mutat.Et sicut ope T
ribus eius in rerum generibus neq̨ ad
dere possumus creando vt sit quod nō
erat:neq̨ auferre perimendo & destruē
do vt omnino nihil sit qđ aliquid erat:
sic neq̨ iudicia eius immutare possu-
mus, vel addendo vt fiat quod ipse nō
disposuit,vel auferendo vt non fiat qđ
ipse fieri ordinauit.Vt enim solus ipse
timeatur & ad eum omni tempore in
misericordia respectus sit conscientiæ
humanæ:idcirco soli sibi potestatē ser-
uauit operum & iudiciorum suorum,
vt nemo immutare possit qđ ipse legi-
bus æternis fixum constituit vt adim-
pleret . Propter hoc non disputet ho- V
mo in vniuersis quæ illi adueniūt sed
suscipiat iudicia dei cum reuerentia &
timore : & cum quidem prospera tri-
buit deus & placita condonat casta ex
ultatione lætetur in beneficiis eius:cū
vero aduersa egrediuntur , & molesta
occurrunt : mala sua merita confitens
iustitiam illius commendet & verita-
tem.Qꝫ si quando molestis ingruenti-
bus , patientiam suam labefactari con-
spexerit,contra murmurationis & im-
patientiæ vitium dona munificentiæ
creatoris sui opponat:vt animus q pō-
dere tentationis premitur,ne aliquate
nus in blasphemiam erumpat recorda-
tione beneficiorum dei mitigetur.Tūc
eñ incipiet benefacere & lætari in vi- X
ta sua,& videre bona de labore suo: nō
solum quando bonis huius mundi in-
dustria sua acquisitis cum gratiarum
actione perfruitur:sed tunc etiam quā-
do in aduersis constitutus pro patien-
tiæ suæ labore spe futuræ consolatio-
nis lætatur . Comedet enim & lætabi-
tur in donis dei quando in psperis ex-
ultabit de munere: & in aduersis hila-
rescet de retributione.Sic se omni tem
pore cōponet ad pacem cum deo,vt vi
deat & intelligat,ꝙ cuncta bona facit ī
tempore suo , vt non iuste accusetur

ab homine in omnibus quæ acciderit.
Y Rata enim sunt iudicia eius:& de legi
bus illius inæternum stantibus nõ po-
test immutari magnum vel paruũ ali-
quid. Nam sicut in cunctis rerum gene
ribus quę videntur imminui vel depi-
re,in iis quæ transeunt:in superuenien
tibus & succedentibus restaurantur,vt
dispositio vniuersitatis ordinem suum
ratum immobilemq; conseruet:& pma
neat semper primę dispositionis statu-
tum inuiolabile:vt neq; vltra transgre
diatur vel infra remaneat, operum dei
certa moderatio:sic & iudicia ei⁹ secũ-
dum certam prouidentiam currunt vt
his neq; addi neq; minui aliquid possit
Z Et si quando ipse aliter facere videtur
& aliter iudicare : dispensatio occulta
est, qua nõ mutatur cõsilium sed opus
variatur & iudicium exercetur . Nam
& hoc ipsum iudicium est:ꝙ iudicium
differtur aliquando vt tempore suo re
stauretur, vt non pereat aliquid ex oĩ-
bus quę facta sunt,vt maneant semper.
Aa Semper enim hoc est vt culpa pœnam
habeat, & iustitia pmium cõsequatur.
Sed est pœna occulta,& pœna manife-
sta. Siliter pmium occultum est,& prę-
mium manifestum. Et sæpe deus malos
tolerat,& differt pœnam illorum ma-
nifestam:& habet tamen oñis malitia
pœnam occultam. Et iudicat de⁹ & vi
detur differre iudicium vel facta homi
num omnino non attendere ab iis qui
Bb non vident nisi ea quæ foris sunt. Simi
liter aliquando probat deus iustos,ad-
uersitatibus & tribulationib⁹ exercet:
& videtur iustitia non habere præmiũ
apud ipsum:& tamen nunq̃ caret retri
butione sua occulta,& manifesta aliqñ
differtur,vt interrogarentur de perse-
uerantia sua conscientiæ hominum. Et
quia ea quæ in manifesto sunt dissimi-
liter currunt,fluctuant corda hominũ,
& mirãtur vbi sit iudicium veritatis:
cum in hoc mundo innocentia premi-
tur,& malitia ꝓsperatur . Propter hoc
subiunxit & ait.

De peruersis hominum moribus:
& q̃d ex eis censuerit Ecclesiastes.
Homilia. XVIII.

VIdi sub sole in loco
iudicii impietatem:
& in loco iustitię ini
quitatem . Et dixi in
corde meo : iustũ &
impium iudicabit dominus:& tem-
pus omnis rei tunc erit.

¶ Quia vero mentibus hũanis de iudi A
ciis dei & de rerũ oĩm prouẽtu cõtra-
rio,grauis aborta est disputatio: & sub
iicienda nunc sunt rationes quare cor
da hominum aduersus ipsum mouean
tur,& in murmurationem consurgãt:
breuiter superiora repetemus, vt eorũ
quæ dicenda sunt ex ipsis sententiam
quasi a principio dicamus . Superius
demonstrauerat Ecclesiastes nihil ĩ hoc
mundo perpetuo in eodem posse consi
stere : sed temporum vices contrariis
euentibus sine cessatione raptari: quæ
videlicet rerũ mutabilitas licet a crea
tore rerum omniũ recte ordinetur,ta-
men cor humanum per impatientiã in
murmurationem & blasphemiã aduer
sus ipsum concutit. Et ideo subiunxit
post enumerata rerum tempora, & ait.
" Vidi afflictionem quã dedit deus filiis
" hominum vt distendantur in ea. Cun- B
" cta fecit bona in tempore suo, & mũdũ
" tradidit disputationi eorũ. Hæc est er-
go afflictio hominum, disputatio eorũ
aduersus deum:qa in eo ꝙ iudiciis dei
humiliter subdi nolunt, & eius dispoſi
tionem,quæ bona est in rebus omnib⁹,
cum quid contra voluntatem eorꝫ pra
uam agitur,contumaciter rephẽdunt:
non solum eos exterius pœna aduersi-
tatis,& tribulationis molestia atterit,
sed multomagis intus furor & ĩpatien C
tia murmurationis affligit. Quam affli
ctionem deus illis dedisse dicitur : non
mentem illorum prauitate corrumpen
do , sed iudicia sua iuste vt probentur
ipsi ꝙ mali sunt ab eorum cognitione
subtrahendo:vt cum videre non valẽt
qua iustitia fiat quod circa eos agitur:
amplius per impatientiæ suę vitium a
cognitione veritatis excæcentur. Idcir
co dedit illis afflictionem,quãdo dispu
tationẽ dedit celãdo iudicia sua:vt nõ

inueniat homo omne opus quod opera
D tur deus ab initio vsq ad finem. Nam
præcedũt aliqñ quędã causȩ manifestæ
in hoc mundo iudicia dei:cum deus fa
cta hominum in p̃senti vita subsequen
te retributiõe vel bona remunerat,vel
punit mala.Et in his tñ valent aliqua
tenus discerni iudicia dei,vt aliqđ iu-
diciũ habeat hõ occulte veritatis qua-
tinus illa etiam q̃ penetrare nõ põt, ve
nereť.Cũ vero causȩ p̃cedentes occul-
tȩ sunt,vel q̃ subsequunť latent:oriunť
disputationes plurimæ & cõtradictio-
nes,& affligũt se mẽtes hominũ prauæ
rixando & murmurando cõtra deum:
cum penetrare nõ possint iudicia ipsi⁹,
neq inuenire opus qđ operat⁹ est deus
ab initio vsq ad finem.Non enim pene
trare possunt in tanta caligine,quo si-
ne fiat aliquid,& si quædam in princi-
pio causȩ extare videnť,sed occulta sũt
omnia p̃pter finem.Idcirco nõ inuenit
homo omne opus dei ab initio vsq ad
finẽ: qm̃ etsi q̃dam videre videť non pe
netrat totũ,& fit dubium totũ p̃pterea
E quia non manifestať totum. Propterea
ne rixetur homo in dubiis contra deũ,
et murmuret in aduersis constitutus:
dono dei conceduntur prospera mul-
ta et placita plurima: vt licite vtať ho
mo bonis iusto labore acquisitis,& gau
deat & lȩtetur: & mitiget consciẽtiam
suam aduersus deũ:vt bene sentiat de
illo et nõ disputet neq contẽdat aduer
sus illum: quasi aduerseť de⁹ qui bona
largitus est.Hoc eñ sibi vult qđ subiũ
» xit dicens.Et cognoui q non esset me-
» lius nisi lȩtari & facere bona ĩ vita sua.
Qui eñ sibi benefacit ĩ vita sua de his
q̃ dono dei cõcessa sunt hoĩbus ad fruẽ
dum,vt lȩteť & gaudeat in deo suo:me
lius facit q̃ qui disputat & contẽdit ad
» uersus deum.Oĩs enim homo q come-
» dit et bibit &videt bonũ de labore suo
F » hoc donũ dei ẽ. Idcirco hoc quia donũ
dei est & licite concessum a deo,melius
est q̃ disputare & contẽdere et murmu
rare:qđ donum dei non est, nec conces
sum hominibus a deo:quia malum est
et afflictio magna.Multum quippe affli
giť qui neq amare vel approbare põt,
qđ sustinet:nec quod odit ĩmutare . Id
circo multũ affligitur qui disputat &
rixatur contra deum, blasphemans iu-
dicia eius,& opera eius detestans:cum
ea quæ operatur deus , homo nullate-
nus possit immutare. Propterea qđ se-
quitur et dicit . Didici q omnia opera »
quæ fecit deus perseuerarẽt inæternũ. » G
Sicut enim opera conditionis in gene-
ribus suis ordinem diuinæ institutio-
nis non transeunt:ita quoq opera iu-
diciorum eius,quibus facta hominum
et totum mundum disponit,sentẽtiam
prædestinationis & prouidentiæ eius
inæternum fixam non confundunt.Ne »
q enim addere illis quicq̃ possumus vt »
amplius sit q̃ prouisum est: neq aufer- »
re vt sint min⁹ quȩ facta sunt,vt timea » H
tur deus . Propter hoc nãq dispositio
rerum visibilium in cursu transeuntiũ
rerum et succedẽrium vicissitudine or
dinem non confundit:vt sciat homo &
intelligat prouidentiam esse æternam,
quæ ab initio rata constantiq prȩcepti
sui examinatione quemadmodum pro-
uentus suos temporibus suis conseq̃rẽ
tur cũcta disposuit. Vt illam quoq in
factis suis discat metuere:cuius oñipo
tentiam cernit in cunctis suis operib⁹
et iudiciis constantem atq immutabi-
lem permanere. Rata quippe dispositio
operis et certa moderatio, qua cũcta tẽ
poribus suis ad effectum producit de⁹,
manifeste demonstrat q sicut sua sapiẽ
tia in discernẽdo non fallitur ita quoq
consilium suum in iudicando non mu
tatur: Quod factũ est ipsum permanet.
Sicut in hoc toto rerum cõditarũ cor- »
pore qđ factũ est permanet,quia dispo-
sitionis ordo non confunditur etiamsi
natura mutabilis varietur: ita etiam ĩ
iudiciis ei⁹ quod factum est permanet
quia in eo etiam quod secundum inef-
fabilem dispensationem , variationem
temporum dissimiliter ordinat proui-
dentiæ suæ sententiam non immutat.
Idcirco quod factum est permanet,et in
rerum vniuersitate quantum pertinet
ad ordinem dispositionis,et in iudicii
eius exhibitione quantum ad senten-
tiam p̃destinatiõis spectat.Quȩ futura
sunt iã fuerũt.In vtroq etem̃ q̃ futura I
sũt iã fuerũt:qa et in gñib⁹ rerũ omniũ

qđ fuerunt ea quę iā non sunt, hoc idē secundum naturæ similitudinē & idētitatem procursus in genere suo singula futura sunt, quę nondum sunt. Et ĩ iudiciis diuinis, quā veritatē in pteritis seruatam audiuimus: eandem in superuenientibus exhibendā expectamus. Instaurat em̄ deus vbiq; qđ abiit: quia sicut rerū transeuntiū defectum p succedentium in suis generibus multiplicationem reparat: ita cotidie facta hominū iudicando antiquā iudiciorū suorꝝ, quæ ab initio exercuit veritatem, licet intermissa ad temp⁹ videret, integram

k se tenuisse demonstrat. Semper em̄ apđ ipsum malitia pœnam habet: & pmium virtus. Sed quia pœnarū quędā occulta est quędā manifesta: dum ipios & peccatores deus per patiētiā tolerat, & eis statim pœnā manifestā non irrogat: humana stultitia eum aut nescire aut nō curare facta hominū, siue etiā (qđ peius est) prauitatem malignātiū, approbare putat. Inde ergo cor hominis aduersus deum concutiꝰ: vnde deus ab hominibus amplius diligendus & laudandus demonstratꝰ. Conqueriꝰ homo ꝙ malus homo a deo toleratꝰ, cū manifestū sit ꝙ nullus homo fuisset bonus, si nullus aliquando fuisset toleratus malus. Et tamen scandalizanꝰ infirmātiū corda, dū vident in hoc mundo impios prosperari, & pmi innocentes: qa ad sola ea quæ foris sunt in manifesto respiciunt, & illa quæ vel intrinsecus latent occulta, vel in futuro manifesta exhibenda seruanꝰ, non attēdūt. Quorꝝ qrela ex qua causa surgat aperitur cum subditur.

nullus homo fuisset bonus si nullus fuisset aliquando tolleratus malus [illegible]

Vidi sub sole in loco iudicii impietatē: & in loco iustitiæ iniquitatem.

L ¶Vidit quippe ꝙ in hoc mundo de⁹ impios iudices esse pmittit, & potestatem obtinere, vt dominentꝰ & opprimāt innocentes: & facta hominū iniqua, q̄ iusta esse debuerūt: & in his omnibus cōfusionem magnā esse sub sole. Quia em̄ deus potestatem in hoc mundo peruersis tribuit, propterea impietas est in loco iudicii: & in loco iustitiæ iniquitas. vt ibi sit impietas, vbi esse deberet iudiciū: & ibi iniquitas, vbi iustitia. Nā qa prelati sunt impii, idcirco sūt iniq subiecti: qa nisi illi per impietatē innocētiā opprimerēt, isti p iniquitatē iustitiam non impugnarent. Propterea nāq; inferiores ad iniquitatē ppetrādā audaces sunt, quia supiores ad tutandā innocētiam pii nō sunt: qa si illi iniuriā patiētibus iudiciū facerent isti ad inferendā iniuriam tam prōpti nō fuissent. Sed ĩ M

hoc quoq; sub sole impietas est in loco iudicii, & in loco iustitię iniqtas: ꝙ oīs homo mala proximi sui sine misericordia persequiꝰ: sua vero mala vnusquisq; contra iustitiā etiā quātū pōt defensare conatꝰ. In causa quippe proximi sui ĩpius est omnis iudex: & in sua causa aduersus pximū, iniquus: quia cū mala pximi iudicanda sunt, misericordiæ non meminit: cū vero acta sua aduersus pximum examinanda sunt, iustitiā non custodit. Et in hunc modū peruersa sunt iudicia oīa sub sole: & nutāt mētes hominum, & mirantur vbi sit iudiciū dei N

qui hęc sustinet. ¶Adhuc possumus & alio intellectu fortassis cōmodiore sub sole in loco iudicii impietatem & in loco iustitię iniqtatē cōsiderare. Est qppe sub sole in loco iudici impietas, & iniqtas in loco iustitiæ: qn̄ in hoc mūdo & iustus sustinet pœnā iniqui, & iniquus capit pmiū iusti. Boni nāq; in hac vita tantū iudicantur, vt pro suis excessib⁹ hic flagella dei suscipiant & ad futurū pmium transeant purgatiores: Mali vero qa ad futurū seruanꝰ iudiciū, sępe in hoc mūdo nō solū nulla aduersa sustinēt, sed desideria quoq; sua iplere pmittunꝰ: vt cūcta illis ad iocūditatē & felicitatē vitę psentis p voto succedāt. Et videnꝰ dissimiliter currere retributiones, vt boni mala, & mali bōa accipiāt: & impiū eē iudiciū iustorꝝ vt opprimātur innocētes, & pœnā sustineāt iniquorū: & vt pmiū iustorꝝ tollāt iniqui: & cōfusa oīa & pmixta, qa deus nō statim exercet iudiciū vt inocētes eripiat & iustos de oppssiōe impiorꝝ: et eos puniat q operanꝰ iniqua. Inde grauis cōcussio nasciꝰ aīorꝝ, & succendunꝰ zelo pusillanimes q nō vidēt, nisi q̄ foris sunt solū, et putāt q̄si de⁹ hūana nō curet et fortunę cōmiserit vniuersa, et nihil iudi-

cio fiat.Et,qđ crudelius est,sępe in tātā itur peruersitatē vt blasphemet de⁹:& dicat quasi approbet iniquitatē,& impietas apud ipm sit: nec cognoscat iu-
O diciū verū. Et hoc totū ex eo oritur ꝙ sub sole impietas est in loco iudicii : & in loco iustitię iniqtas:& quasi in vanitate quæ sub sole est cōfusa sint oīa, & dissimiliter cūcta proueniant. Et tamē cum cōsiderat homo opera dei & videt qualiter rata constantiaꝗ moderatione vniuersa disponit:intelligit ꝙ oīm inspector est deus,& moderator:& ꝙ cassari nō possunt iudicia eius : & ꝙ facta hominū quę in hac vita non iudicat,in
P posterū examinãda conseruat.Si enim, queadmodū ex operū eius dispositione ꝓbatū est,iustus iudex est deus : supest vt qđ in pſenti in factis hoīm iudicandis non agit,in futuro pficiēdū sine dubitatione credat.Propterea vt ꝓponeret querelā infirmorū in eo ꝙ deus in huius vitę volubilitate & transitu oīa quasi indiscussa relinqt, & facta hominū dissimili meritis retributiōe disponit:dixit.Vidi sub sole impietatē in loco iudicii:& in loco iustitię iniqtatem. Statim vero considerans ꝙ iusta iudicia dei cassari omnino nō possent:intellexit differri tm̄ iudicium non auferri:& ait.

Dixi in corde meo:Iustū & impium iudicabit dominus,& tempus omis rei sub cælo tunc erit.

Q ¶ Tūc quādo iustū & impiū iudicabit dn̄s,tēpus erit oīs rei sub cęlo: qa omē qđ in vita agit̄,siue bonū siue malū sit, tunc ad iudiciū pducet̄.Et nunc quidē in hac vita iustū & impiū iudicat dn̄s: sed occultę sunt retributiones istę:& q̄ manifestę erūt differunt̄ in futurū. Et idcirco paruicordes murmurāt & querunt̄, & putāt nō esse iudiciū iustū, qa retributiones non vidēt. Tamē & nūc iudiciū iustū agitur:& vnusquisꝗ secūdū merita sua iudicat̄.Sed hoc totū intus est quo carnis oculus nō attingit. Et quę manifesta sunt differunt̄ donec iudiciū illorū aduenit:& tūc omia occulta & manifesta erūt manifestata: & iudicabunt̄ oīa secundū iudiciū iustū. Et tūc iustū & impiū iudicabit dn̄s: & tēpus oīs rei sub cęlo tūc erit. Interim aūt obscura sunt oīa: & pmixta currūt ad finē suū. Et vna sorte inoluunt̄ iusti cū impiis,donec pariter currunt in via, vt cū simul exierint discernant̄ & ordinent̄ dispariter. Vsꝗ illuc em̄ nulla discretio est in oīb⁹ quæ foris apparent sub sole. Sed sicut simul oriuntur oīa,sic viuūt simul & simul ptranseunt vniuersa.Et hoc totū fit vt probentur R
corda hoīm:an viuat in eis aliqd de cognitione veritatis& affectu boni quod absconditū est:si forte ex illo argumentū fidei sumere incipiāt se esse ampli⁹ q̄ id qđ videt̄ solum.Nā extra nihil est vnde hoc possit agnosci:& tollunt̄ foris argumēta oīa, vt opari incipiat qđ intus est & ꝓbet̄ quātū sit.Nā si cognouerit se ex eo homo magnū est:& ꝓ merito cōstat ꝙ deū reqrit p fidē, quē nō videt p spēciē. Recessit enim primū & auertit se qn̄ pręsentē cōtemplabat̄: & erat reatus magnus,& culpa grauis,lucē pręsentē odisse:& cōstitutum est homini ad remediū placationis, si reqsierit absentē & abscōditū desiderauerit: & sciat esse qđ nō videt̄ : vt manifestū fiat tēpore suo. Ideo nunc subtrahunt̄ oīa & abscondunt̄ quę inuisibilia sunt, &relinqtur hō foris solus,cū alienis,vt nihil videat de suo:vt ꝓbet̄ si forte recordatio in illo supest aliqua, ad cōuertendum ad reqsitionē illius.Propterea nūc iste altius cōsiderās ꝓfunditatē iudiciorū dei,videt nō esse mirū,si in huius vitę nubilo inter iustū & impiū nō discernit̄: cū tanta sit inuoluta caligine nostra mortalitas,vt in ea hō etiam bestiis similis videatur. Propterea infert & dicit.

Dixi in corde meo,de filiis hominū vt ꝓbaret eos de⁹ & ostēderet similes esse bestiis. Idcirco vnus est interitus hominis & iumentorum, & ęqua vtriusꝗ conditio.

¶ Idcirco em̄ mortalis factus est homo, S
& ideo moriunt̄ filii hoīm sic̄ vt iumēta: vt ꝓbent̄ & ostēdāt̄ siles esse bestiis. Duo qppe in hoīe facta erāt,vnū ad similitudinē dei,alterū ad similitudinē iumē

ti. Et illud qdē qđ creatum est ad simi-
litudinē dei, natura factū est immorta
le: sicut īmortalis fuit deus, ad cuius si
militudinē factū est. Illud vero qđ ad si
militudinē iumēti factū fuerat, corru-
ptibile erat natura: sicut illa ad quorū
similitudinē factū erat. De terra enim
vtraqꝫ sumpta sunt, & erat terra vtriusqꝫ materia: & ipa terra natura erat cor
ruptibilis, sicut illa q̄ facta sunt de ter-
ra. Ita ergo duo in hoīe facta sunt, vnū
terrenū, alterū cęleste: vnū natura cor-
ruptibile, alterū īmortale. vnū similitu
do iumēti, alterū dei. Et erat qdem cor
pus terrenū natura corruptibile factū
ad similitudinē iumēti: Aīa vero cæle-
stis erat, natura immortalis, cōdita ad
imaginē dei. Et cōiuncta sunt in homi
ne corpus & aīa duo in vnū: & datū est
corpori beneficiū societatis, vt partici
paret de immortalitate aīę ad incorru
ptionē: & hoc totū ad gloriā aīæ factū
est, qa placita erat deo in iustitia & ve-
ritate cōsistens, vt non attereret vesti-
mentū eius si pseueraret obœdiētia illi
us. Et coopertū est gloria incorruptio-
nis qđ erat similitudo iumēti in hoīe:
vt quasi dissimularet. nec videret illud
inconfusionē dilectionis: sed in toto cō
spiceret illius formā qđ amabat, & non
elongaret alicubi. Postea auertit se aīa
in abalienationē amoris, & oblita ē, qđ
melius erat suū: & intuita est foris pul
chritudinē alienā. Et intēdit in fucum
pallii sui, vt se oblectaret ibi; & cœpit
fornicari ad illecebras corpales: & sub-
tracta est ab oculis eius dilectio spiri-
tualis. Et iratus est deus & nō placuit
ipsi auersio ista: & voluit hominē reuo
care intus ad id qđ verū erat, vt semp
nō hæreret sup imagines fucatas intui
tus fallacis. Et abstraxit gloriā indumē
ti eius, vt iret in corruptionē & iussit
animam reuerti ne vegetaret illud &
portaret ad ęternitatē: & cōcidit vesti
mētū eius, vt ostenderet homini ꝙ nō
esset in eo gloria ei⁹ vbi se bestiis simi-
lē esse videret. Et cecidit homo & dila-
psum est qđ erat terrenū corruptibile,
& fluere cœpit vt rediret, vnde vene-
rat, Factumqꝫ est vt probaretur homo,
an meminisset boni sui, & si nosset reqꝫ-
rere illud dū cogitur spēciē vanā relin
qre & exire ab eo cui pūerse inhęserat.

Propterea vt ꝓbaret deus filios ho
minū, & ostenderet eos similes esse
bestiis. Idcirco vnus est interitus ho
minis & iumētorū, & ęqua vtriusqꝫ
conditio. sicut moritur homo sic &
illa moriuntur.

In morte ergo vna est hoīs & iumenti
conditio: quia sicut homo moritur, ita
etiam & illa moriunt. Sed tamē condi
tio mortalitatis homini ex iudicio est:
iumento ex natura. Et qđ similiter ha
bent ex simili causa non habent: qa ho
mo vt moriat ex culpa habuit, iumētū
vero ex natura vt moriat accepit. Ta-
men probat homo, & ostēdit similis es-
se bestiis: qa vn⁹ est interitus hominis
& iumentorū: & similis vtriusqꝫ condi
tio: & sic hō morit sicut illa moriunt.

Et similiter spirant omnia.

¶ Idest & illa & ipse similem habent vi
tam, & spiraculū simile viuificationis.

Et in his omnibus

Nihil habet homo iumēto ampli⁹:

¶ Quia communis vtrisqꝫ est, & ortus,
quoniā pariter de terra facta sunt: & ꝑ
cursus: quia simul

Omnia vanitati & mutabilitati sub
iecta sunt:

¶ Et transeunt vniuersa: & cōsumma-
tio finis eadem, quia moriuntur simili
ter & reuertuntur ad terrā de qua pri
mū sumpta fuerūt. Sic & prius homini
cū iumētis vna origo erat in corpore,
qđ sumptū est de terra: & vna viuendi
cōditio cū iumētis: vt similiter corpus
terrenū aleret de terra: sed vnus finis
cū iumētis homini nō erat, quia factus
erat homo vt non moreret: neqꝫ in ter
ram reuerteret de qua fact⁹ est. Ita tūc
ꝑ incorruptionē corporis humilis ori-
go tegebat, & dissimulatū erat ꝑ īmor-
talitatē ne veniret in exprobrationē: ꝙ
hō similis esset bestiis: neqꝫ ostēdere vo
luit homini deus vnde esset ignobili-
tas eius, vt eum in ipsius cōditione to-
tum exponeret. Sed vestiuit eum pul- V
chritudine īmortalitatis & posuit seor
sum extra genus suū in sorte alteram

Cũ verò peccasset homo deo priuauit eũ gloria sua:& remisit ad originẽ suã, vt p id quo ibat agnosceret vnde venerat. Propterea vnus est interitus hoĩs & iumẽtorũ, & æqua vtriusq̃ cõditio: qa sicut homo morit̃,sic & illa moriuntur:& similiter spirãt oĩa & in his omĩbus nihil habet homo iumẽto ampli⁹, sed cũcta pariter subiacent vanitati.

Et pergunt omnia ad vnũ locum.

¶Idest ad terram matrem suam,& originis principium quia

De terra facta sunt & in terram pariter reuertuntur.

X ¶Et si qs dicere voluerit: q̃ habet homo amplius iumẽto in eo q̃ spũs filiorũ Adam vadit sursum, vt occidẽte in mortẽ corpore sup̃stes in vita remaneat: & spiritus iumẽtorũ descẽdat deorsum:idest pariter cũ morte corporis defluat ĩ corruptionem: qs nouit hoc? Non tamẽ quia verum non est hoc:sed quia occultum est:ideo

Quis nouit hoc?

¶Non enim dixit falsum est hoc,sed qs nouit hoc?Nemo hoc nouit.Non enim sciri potest hoc ab hoĩe:& tamen credi potest.Et verũ est qa credit̃:& qđ creditur verũ est,& ipsa credulitas non dubia scientia firma est: & tamẽ nemo hominũ hoc scit qualiter sciũtur ea quæ vident̃ & audiunt̃,& tãgunt̃,& cęteris sensibus pcipiunt̃: & qualiter sciuntur ea de qb⁹ naturaliter dubitari nõ põt: & quæ incredulis etiã dubitantib⁹,indubitabili ratione demõstrant̃. Sola.n. fide hoc percipit̃ & ideo dubitatio magna est fidẽ non habẽtibus sup hoc, qa illud nesciunt nec demonstrari eis potest ab iis q fide hoc capiũt:qa ipsi fidẽ nõ capiũt. Propterea putãt ipsi hoĩem nihil prorsus iumẽto habere amplius, qa nesciũt q̃ spirit⁹ filiorũ Adã vadit sursum,& spiritus iumẽtoꝝ deorsum.

Y Et cũ dicit̃ eis q̃ homo iumẽto ampli⁹ habet: qa spirit⁹ hoĩs sursum vadit ad vitã, & spũs iumẽtorũ ad mortẽ deor„sum:dicunt. Quis nouit hoc? Non eñ putant sciri aliquid posse nisi oculo carnis videatur, & contingatur sensu: & ideo scientiã fidei non recipiũt, qua sola homo ad id reuocat̃ in quo iumento habet amplius.Et qa videre non possunt illud, nec cõtingere in manifesto, vt cõprehendãt quid hoc est qđ habet homo iumẽto amplius:desperãt omĩno de vita perpetua & increduli fiunt iis quę dicunt̃: & se in delectationes vitæ præsentis tota intẽtione p̃iciũt: quasi hęc sit portio illorum sola, & nihil amplius sint accepturi postea.Nesciũt eñ q̃ ideo absconditum est vt credat̃ q̃ habet homo iumẽto amplius:& pbet̃ homo ipse ignorãtia sua in fide a deo. Si eñ videret̃ non crederet̃,sed sciret̃:nec esset meritũ,nec pbaret̃ homo,nec con uincerent̃ iniqui , nec boni exercerentur. Propterea abscondítũ est vt nõ videat̃ qđ habet homo iumẽto amplius: vt fides meritũ habeat & infidelitas locũ. Et sunt multi infideles & dicũt qs nouit hoc?Et probant certa p incertis non esse relinquenda:& incipiũt p̃sentia amplecti,& ea quę vident̃ rapere vt teneãt quæ certa sunt: & ludificant̃ in incerto qa transeũt & elabunt̃ dũ teneri putant̃:& succedũt quę certa sunt q̃ putabant̃ incerta. Hęc oĩa demonstrat iste & format narrationẽ suã huc,& illuc vt sequat̃ mẽtes hoĩm, qm̃ in hunc modũ ipsę nutãt & fluctuant in incerto vitę caliginosę. Dixit eñ dubitationẽ hoĩm de vita sua,qa ignorãt an habeat homo iumẽto amplius:& nõ inueniunt qs nouerit si post mortẽ corporis spũs hoĩs supstes in vita remaneat: nunc ipsorũ vocẽ in approbationẽ præsentiũ delectationũ p hac ipsa sua dubitatione ac desperatione vitæ futuræ assumit dicens.

Deprehẽdi nihil esse melius q̃ lętari hominem in opere suo:& hãc esse partem illius.

¶Qui eñ futurã vitã esse nõ credũt ii Z partẽ hoĩs hãc solã esse putant, vt lętetur in ope suo:& ĩ hac vita labore suo pfruat̃.qm̃ q mercedẽ post opus cõsummatũ subsecuturã nõ existimãt,ii opis emolumentũ nõ post opus,sed in opere capiendũ arbitrant̃:atq̃ illũ felicẽ solũ esse q sui laboris fructũ in præsenti ad vsum p̃parat,nõ eũ q sui opis mercedẽ

in posterum capiendam reseruat.

Quis enim eum adducet vt post se
futura cognoscat?

❡Ex quo ab hac vita semel egressusfue
rit homo, non adducit amplius nec re
uocat vltra in hanc vitã,vt experiatur
& sentiat rursum quæ aguntur in hoc se
culo:vt possit denuo delectationibꝰ eiꝰ
pfrui & percipere iocunditatẽ illiꝰ quę
futura est post eũ.Ideo q̃diu viuit capi
at quãtũ potest & vtat̃ hoc mũdo an-
teq̃ abeat & educatur ex illo:qa non re
uertet̃ amplius, nec reducet̃ vt post se
futura cognoscat.Et fieri potest vt iis
quibus ip̃e vti noluit,alius post ipsum
abutat̃ & gaudeat & exultet in bonis
eius alienus:& non possint amplius ad
vsum ipsius reduci cũ semel ablatꝰ fue
rit.Propter hoc & huiuscemodi putãt
hoĩes hanc esse partẽ suam vt fruãtur
voluptate mũdi dũ viuũt:& ob hoc so
lũ factos se existimãt, nec futuros post
hæc aliqd cũ finem acceperit vita ista.
Et multiplicant rationes & argumẽta
& quę sibi sunt ratiões coaceruãt alias
post alias,vt seipsos decipiant, & cõfir
ment corda eorũ in malum & credant
qđ falsum est. Et ædificant mendaciis
murũ inter se & veritatẽ,vt non vide-
ant eam: & proponũt cũcta & exqrunt
diligenter oĩa qbus possint verisimili-
ter demonstrare,ꝙ vita alia non est, &
hęc sola bona est:& ꝓpter hãc vitã tm̃
factus est homo, & alia post ipsam non
erit.Et hęc tota cõcussio de caligine iu
diciorũ dei cõsurgit:qa in dubio homi
nẽ posuit, vt ꝓbaret eũ nec videret qd
habet homo iumẽto amplius. Et tamẽ
ipse errorem istũ rursum aliis iudiciis
prosequitur & ostẽdit bonã non esse vi
tã istam in qua mala plurima regnãt:
nec potest vera delectatio vel requies
trãquilla inueniri. Et ideo supseminat
aduersa,& cõuertit̃ retrorsum ad se,&
elongat vt oppressos nõ liberet, vt val
de affligant̃,& dolore ac tristitia, mala
dulcedo & delectatio iniqua tergat̃.Et
idcirco q volũt in vita ista iocũdari,&
pactum faciunt amoris cum seculo, &
inique ꝓponũt non requirere veritatẽ
cogunt̃ veris iudiciis videre mala quæ
sub sole sunt: vt non placeãt sibi nimis
in auersione sua.Propterea iste cum di
xisset bonũ esse hominis lætari in ope-
re suo & hanc esse partem illius,& de-
finitionẽ dedisset ad requiescẽdum in
istis,mouetur alia consideratione ꝙ nõ
sic vita ista est vt requies in ea esse pos
sit.Propterea adiũgit & dicit. Eccl.

Verti me ad alia.

❡Ad alia qppe recte cõuersus dicit̃: qa
iis quę nunc visurus est,aliud ab eo qđ
prius existimauerat credere admonet̃.
Hęc em̃ oĩa quę videbunt̃ nũc,alibi do
ceat esse verũ bonũ hoĩs q̃ in hac vita
quę tantis miseriis & doloribus subie-
cta est in qua innocentia p̃mit̃ & dolor
consolationẽ nõ meret̃: hoc itaq; aliud
& longe aliud ab eo qđ priꝰ videbat̃,&
putabatur iste considerabat & ait.

De innocentũ oppressione & dereli-
ctiõe:& vario ac stulto impiorũ de hac
vita iudicio. Homilia.XIX. Eccl.

VErti me ad alia,& vi
di calumnias q̃ sub
sole geruntur, & la
chrymas innocẽtiũ,
& cõsolatorẽ nemi-
nẽ:nec posse resistere illorũ violen-
tię cunctorum auxilio destitutos. A
Ergo nõ putes hic patriã eẽ.Sed cõside
ra & agnosce te sub sole eẽ vbi voluũt
oĩa & cõfusa sũt vniuersa:qm̃ ideo hoc
factũ est,vt agnoscas exilium tuũ & pa
triã reqras aliã.Idcirco calũnię fiũt hic
& opp̃ssiões iniustę: vt ĩpetãt alii alios
sine causa, & opprimãt sine mĩa infir-
mos fortiores:& nõ fert cõsolationem
hic ĩnocẽtibꝰ deꝰ,qa illis alibi reseruat
cõsolatiões suas,& nũc ĩterim cũctorũ
auxilio destitutos relinqt:ne in alieno
auxilio cõsolẽt̃,ꝙ suũ nõ habẽt:& minꝰ
gemãt & suspirẽt & desiderẽt eiꝰ cõso
lationẽ quã nõdũ hñt.Sed puersorũ ani B
mus ĩ vtraq; p̃te correctiõis ĩpatiẽs,nec
p̃sperisexcitat̃,nec castigatur aduersis.
Cũ em̃ dulcia vitę huius respiciũt,hę-
rẽt aĩo in illis & dicũt: satis est hoc, &
nõ est aliud bonũ hoĩs p̃ter istud futu-
rũ postea.Cũ vero aduersa attendunt:
hebetant̃ & corruũt aĩo & corruũt dif

fidétia:& desperãt semetipsos, qa spem aliã non habent. Et optant magis non esse q̃ male esse: quia malũ est qđ sunt, & nõ nouerũt bonũ esse qđ optare possint,vt se transferant ad illud:qm̃ in tẽpore voluptatis suæ discere illud noluerunt,vt in tẽpore malo requiescerent in illo.Et ideo faciũt qđ solũ nouerũt: cũ male sunt nihil esse volunt, qa non nouerunt viã aliã qua effugiant malũ esse,nisi transeant ad non esse. Propter ea visis malis quę sub sole sũt, cõtinuo voce illorũ subinfertur cum dicitur.

Et laudaui magis mortuos q̃ viuentes:& feliciorem vtroq; iudicaui q necdũ natus est:nec vidit mala quæ sub sole fiunt.

C ¶Ista quippe vox illorũ est q verũ bonũ nõ nouerunt,nec aliud putãt homini ad bonũ vel ad malũ esse,nisi qđ pręsens est totũ.Idcirco ĩ bonis supra modũ exultant,in malis desperant : & vbi spes illorum est, illic desperatio cõstat. Propter hoc visis malis mũdi huius dicunt,feliciores mortuos q̃ viuentes:& vtrisq; necdũ natos feliciores. Quia.n. hoc solum existimãt esse qđ videt̃:visa miseria quæ ĩ illo est, iã in esse alio felicitatẽ non reqrent,qa esse aliud pręter hoc,nõ nouerunt:sed in solo nõ esse eã cõstituunt:qm̃ in hoc toto qđ solũ esse putãt,infelicitatem inuenerũt.Idcirco magis laudãt eos q fuerunt,& nõ sunt q̃ eos q adhuc sunt:& vtrisq; beatiores

D p̃dicãt illos q necdũ sunt.Si em̃(vt videt̃ ipsis)malũ est totũ esse:bonũ est nõ esse,& melius non fuisse. Nam si malũ est malum esse,bonũ est malũ non esse: & melius nõ fuisse.Qđ em̃ longi⁹ a malo est in bono,ipsum maius est bonum. Sicut quod lõgius a bono est in malo, ipsum maius est malũ.Si ergo malũ est esse:bonũ vtiq; est nõ esse, & multo melius vtroq;,nunq̃ fuisse.Eiusmodi itaq; peruersitates pariunt de se mentes hominũ sub sole vt hoc etiã ad cõfusionẽ oĩm accedat φ homo ipse caligat ad vi-

E dẽdũ se.Si.n.videret hõ qd homo sit & quare factus sit hõ:recognosceret vtiq; bonũ suũ & iã nõ magis felices diceret q nihil sũt,q̃ eos q sunt aliqd.Desiderio nãq; tãti boni astrictus anim⁹ licet malis tẽporalibus afflictus vitã p̃sentẽ fastidiret:spe tamẽ consolationis vẽturæ omino esse magis q̃ non esse diligeret. Sed nunc puersitas magna excrescit in mẽtibus hoĩm ignorãtiũ bonũ suũ: & vanitas in consummatione qua maior esse non potest.Homo em̃ vanitate mutabilitatis suę a vera essentia defluens sine cessatione oĩ tẽpore id qđ est esse definit: & trãsit in id semp qđ nõ est & ita quodãmodo assuefact⁹ malo suo tãdẽ ad hoc peruersitatis semetipsum p̃cipitat vt iã omnino nihil esse cõcupiscat.Sed hanc insaniã multi quasi in F manifesto p̃positã,& q̃ abscondi nõ possit,euitare cupiẽtes : cõuertunt̃ vt esse suũ custodiãt & adhibẽt sollicitudinẽ, & industriã magnã laborũ suorum: vt securã faciant vitã suã a malis q̃ sunt sub sole:& cõgregãt opes, & multiplicãt diuitias & cętera oĩa q̃ solatio vitę esse possint,multa p̃uidẽtia & sollicitudine exqrũt.Et faciũt multa & operantur memoria digna plurima:& nõnũq̃ industria sua & labore violẽtiã alienã effugiũt,sed inuidiã alienã euadere nõ possunt. Quapropter de iis quoq; post impatientiam desperãtium, sentẽtiam subdit dicens.

Rursus cõtẽplat⁹ sum oẽs labores hoĩm,& industrias animaduerti patere inuidię proximi.

¶Cũ em̃ labores hoĩm cõsideraret: vidit φ industrię bonorũ,p̃ximorũ inuidię patuit:qm̃ puersi quoq; sicut per pigritiã ligant̃ vt in semetipsis opera virtutũ nõ exerceãt, sic p inuidiã stimulãtur,vt ea in p̃ximis carpant. G

Et in hoc ergo vanitas & cura superflua est.

¶Vel hoc vanitas est φ hõ bonis operibus alteri⁹ inuidẽdo curã aĩo suo & angorẽ malitię inducit,cum inuidẽdo non illi cui inuidet noceat sed sibi:vel etiã hoc vanitas est φ homo p̃ his tẽporalibus bonis laborat nimis & sollicitus est & cura supflua se affligit,cum eorũ acquisitio citius p̃ximũ ad inuidiã excitet, q̃ p̃trahat ad dilectionem. Cũ.n.bona sit industria qua homo ex- H

ercet: mala est cura sup̄flua & sollicitu
I do qua affligit. Simul & fidutia vana & spes, qua in multitudine diuitiarum vera securitas expectatur: cũ earũ acq̄sitio potius securitatẽ auferat: q̄ñ proximos q in paupertate forsitã amare nos potuissent, p̄ sua ęmulatione ad inuidẽdũ nobis inflãmat. Iure igit industria approbat, & sollicitudo vana arguit.
K Sed venit rursus aliud genus hoĩm de grege vanitatis quęrẽtiũ occasionẽ torpori suo. Et reprehẽdunt isti op̄rãtes. & quasi sollicitos arguere videntur vt ipsi sint dissoluti. Sic em̃ vanitas currit: vt nunq̄ medium limitem virtutis inueniat.

Et ideo stultus cõplicat man⁹ suas, & comedit carnes suas dicens. Melior est pugillus cũ requie q̄ plena vtraq; manus cũ labore & afflictione animi.

L ¶Cõplicat stultus manus suas. Stult⁹ em̃ est q sibi nescit p̄uidere in posterũ. Stultus est q putat manus ocio cõplicatas impleri diuitiis. Cõplicat man⁹ suas: alterã ad alterã plicat, ne extendãtur ad op̄ationẽ. Cõplicat manus suas, q̄si pactũ faciẽs cũ ociositate. Et come-
M dit carnes suas. Putat se corpori suo parcere, q̄a illud laborib⁹ nõ affligit, sed inde caro ei⁹ egestate cõsumit, vñ ocio nutrit. Comedit carnes suas. Pascit em̃ eũ stultitia sua, & ociositas sua impinguat eũ. Sed tamẽ caro eius quantũ in utili vacatione pascit: tantũ subsequẽti inedia macerat. Ideo comedit carnes suas dicẽs: melior est pugillus cũ req̄e, q̄ plena vtraq; manus cũ labore & affli-
N ctione animi. Verũ est q̄ melior est pugillus si deficere nesciret, & cũctis bene
3.Reg.17 dictio viduę sareptanę data eẽt. Sed nõ ad oẽs Helias missus est. Quare ergo stulte dicis meliorẽ pugillũ cũ requie, q̄ plenam vtrãq; manũ cũ labore? Forsitã cõsideras q̄ñ pugillũ habes & requiẽ habes: sed nõ attẽdis q̄ñ nec ipsum pugillũ habebis q̄d tũc facturus sis, & quã requiẽ tũc sis habitur⁹. Ideo nũc comedis pugillũ ĩ requie, & placet tibi ociositas tua: neq; curas nũc interim alium pugillũ q̄rere cũ labore, quẽ comedas cũ iste defecerit. Ideo comedis carnes tuas nunc, q̄a ipsę vapulabũt post ociũ hoc importunũ & sui maceratiõe post modum exsoluẽt q̄d requies incõsulta expenderit. Et forte putes q̄ nũc oĩa ge-
O nera vanitatũ dicta sũt, & nõ est aliud genus vanitatis quod inueniat speculator sub sole. Ideo sequitur.

Cõsiderãs repperi aliã vanitatẽ sub sole. Vnus est, & secundũ nõ habet: nõ filiũ, nõ fratrẽ: & tamẽ laborare nõ cessat: nec satiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat dicẽs, cui laboro: & cur fraudo animã meã bonis?

¶Qui em̃ vnus est & solus aliũ successorẽ nõ habet, nec filiũ quẽ genuit, nec fratrẽ cũ quo genit⁹ est ipse: nã patris successor ipse est. Qui ergo secũdũ non habet quẽ relinquat post se successorẽ in bonis suis: & tñ cõgregare nõ cessat nec p̄fruit iis q̄ possidet: sed seruat auare, quę cupide congregauit: q̄d hoc vanius esse potest? Qui em̃ laborat & fruitur labore suo, aliquẽ fructũ capit: & q laborat nec vtit iis q̄ labore suo acquirit, & tñ iis quos diligit possidenda ea relinq̄t, aliquod emolumẽtũ capit laboris sui, desideriũ & votũ dilectiõis suæ. Qui vero laborat & nec sibi nec aliquẽ diligit laborat, quare laborat nisi soli vitio suo cui seruit? hic em̃ soli vitio seruit. & nõ est ali⁹ affect⁹ q excuset sollicitudinẽ vanam, cui ignosci possit nisi solus ille quẽ vitiũ genuit. Multi
Q sunt labores hoĩm q alienis relinquuntur: & nõ capiũt fructũ ex eis q faciunt illos. Et multi quoq; ĩ sapiẽtia laborãt, & dãt op̄rã, & studẽt multa scire & dicere plurima: & scripto sensa sua cõmẽdãt, vt ad posteros trãsmittant: nec capiũt fructũ ex iis oĩb⁹, vt meli⁹ sit ipsis, sed inanes remanẽt a veritate & a dulcedine sapiẽtię vacui. Et vanitas est oĩs labor eoꝝ: etiã si veritati approximare videat. Nesciũt. n. hoĩes hm̃oi cui laborẽt & fraudẽt aĩam suã bonis: q̄a cũ ad solã op̄is magnitudinẽ intẽdãt fructũ ex eo non capiẽtes & sibi ex illo nullã vtilitatẽ p̄uenire cõspiciũt, & vtrũ hęc ipsa aliis post se p̄futura sint, ignorãt.

M·HVGO

nis de Sancto Victore Annotatiúnculæ elucidatoriȩ in Threnos Hieremiæ ꝓphetȩ, secundum multiplicẽ sensum.

Secundum literalem.

Threñ.1 QVomodo sedet sola ciuitas plena populo?

A ¶Quãtũ ad literã spectat, desolationẽ Hierusalẽ plangit Hieremias: & admirãtis vel dolentis vox est ista. Ideo autem ab admiratione inchoat, vt magnitudinem calamitatis ostendat, ac ꝑ hoc attẽtos faciat auditores: vt in qbus sint malis agnoscãt, & ad pœnitẽtiã cõuertãtur. ,, Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? quasi diceret. Ciuitas quæ olim in tẽpore Dauid, & aliorũ bonorũ regũ, q deo placuerũt, plena populo fuit: attẽdite q̃re nũc sola remansit. Cur.n. nisi qa deũ offenderunt? Solã aũt dicit, hoc est desolatã, ꝓpter populũ abductũ captiuatũ in Babylonẽ. Vel si ad idem tẽpus referat̃ plena populo est, & tñ sola sedet: qa deũ ꝓpitiũ nõ habet: qm̃ ꝓdesse nõ potest multitudo populi, vbi deest auxiliũ dei. Qđ aũt dicit, Sedet: ad deiectionem ꝑtinet & humiliationẽ. ,, ¶Facta est q̃si vidua: hoc est viuẽte adhuc viro suo derelicta: & ideo nõ vidua, sed quasi vidua: qa si pœnituerit adhuc recõciliari poterit. Propterea vero deus vir dicit̃ plebis illius: qa eã ad cultũ suũ casto sibi amore copulauerat ne ꝑ varias idoloꝝ culturas fornicaret̃.

Facta est quasi vidua domina gẽtiũ: princeps ꝓuinciarum facta est sub tributo.

B ¶Sic erat olim ꝙ gẽtes alienigenarum seruiebant Iudȩis: & prouinciȩ nationum subditȩ erãt illis: nunc vero ipsi a deo derelicti tributarii facti sunt nationib⁹. Cõmemoratio igit̃ prioris gloriȩ: ꝑ̃sentis miseriȩ est exaggeratio.

¶Secũdũ allegoriæ sensum Hieremias in ecclesia quoslibet spiritales viros designat: C Allego. qui cũ videant multitudinẽ hominũ ad fidẽ cõfluxisse, & nomen Christi ꝑ totũ pœne mũdũ dilatatũ esse: nullos aũt vel admodũ paucos inueniant q in veritate Christũ sequant̃ & syncere fidẽ eius teneãt: oĩbus q̃ sua sunt q̃rẽtibus: dolẽtes & gemẽtes dicũt. ,, Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? ,, Vt qđ tantũ in eccl'ia populũ cernim⁹ & tamen solã esse eccl'iam videmus? qa vix aliquẽ qui vere cũ ecclesia sit, inuenire possum⁹. D Simile qddã in euãgelio reppꝑi. Marc.5. cõstituto in turba dño vndiꝙ circũuallante & premẽte se populo: venit mulier fluens sanguine: & accedẽs retro tetigit fimbriã vestimenti eius: & ille cõfestim. Quis (inqt) tetigit me? Tetigit me aliqs. Quia q muliere fimbriã cõtingẽte quasi nouũ aliqd passus interrogat, quis me tetigit: profecto declarat qđ prius (q̃uis cunctis ꝑ̃ugentibus & ꝑ̃mentibus) tactus non fuerit. Sicut ergo Christus turba ꝑ̃mẽte intact⁹ ꝑmanet: ita ecclesia corpus Christi inter multos sola sedet: qa fides catholica ꝓfessores multos habet, imitatores paucos: sicut & tunc q dño ꝓpe erant ꝑ pręsentiã corporalẽ, nõ eũ cõtingere poterant: qa longe erãt ꝑ fidẽ & dilectionẽ. Plangit ergo spiritualis Hieremias & dicit. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Quia vbicũꝙ serui dei sunt sine dolore & gemitu hæc videre non possunt. ,, Facta est quasi vidua domina gẽtiũ: princeps ꝓuinciarũ facta est sub tributo. ,, E Per gẽtes recte accipimus carnales quosꝙ intra ecclesiã positos: ꝑ ꝓuincias vero quoscũꝙ extra ecclesiã cõstitutos: sicut sunt pagani, Iudȩi & hæretici. Tũc ergo sancta ecclesia dña est gentium: quãdo carnales quosꝙ intus positos per disciplinȩ rigorẽ ad seruiẽdum subiicit. Princeps prouinciarum est: quando extra positos infideles ꝑ potentiam ne nocere possint repellit. Sed si forte quando peccatis exigentibus a deo derelinquitur: quatinus nec eos q intus turbant cohibere valeat, nec ab iis qui se foris impugnant, defendere: tunc domina gentium quasi vidua re-

linquitur:& princeps prouinciarũ effi
citur tributaria. Quando enim fideles
vel ab hęreticis deceptos,vel a potesta
tibus hui9 mũdi p̃mio siue terrore fra-
ctos ad infidelitatem trahi cõspicit,qd
aliud q̃ alienigenis tributũ soluit?
F ¶Secundũ intellectũ moralẽ ciuitas si
gnificat animã:quæ sola sedet,quando
a deo derelinquitur: plena aũt populo
virtutũ,quando a deo inhabitatur. Si
autem ciuitatem inuenimus cuius de
solatio plangitur, vbi Hieremias inue
nit? Vnusquisq; nostrũ debet esse Hie-
remias:& plangere desolationẽ sui,quẽ
admodũ ille plãgebat desolationẽ Hie
rusalem.Et certe si ille sic plãgebat rui
nã lapidum: nos multo magis plange-
re debem9 desolationẽ animarũ nostra
rũ, & dicere vnusquisq;. Quomodo se-
det sola ciuitas plena populo? Quomo
do anima mea desolata est? Quomodo
bonũ illũ habitatorẽ perdidit,quo p̃sen
te olim plena populo virtutũ fuit?Fa-
G cta est quasi vidua domina gentiũ.Gen
tes sunt desideria carnis quæ nobis se-
cundũ corruptionẽ primæ natiuitatis
ingenita sunt & legi mentis contradi-
cunt:quibus tunc bene aĩa dominatur
qñ deo p̃fecte subiicit.Prĩceps ꝓuincia
rum facta est sub tributo.Per ꝓuincias
accipere possumus sensus corporeos:qa
sicut in vna ꝓuincia multi sunt hoĩes:
ita quisq; sensuum diuersos habet mo
tus & diuersas operationes p quas foris
in visibilibus diffundit:& dũ singulorꝝ
sensuũ appetitus ad nutũ rationis mo
uentur: quasi quibusdã prouinciis ani
ma principatur.Si ergo anima suo in-
feriori, hoc est sensualitati principari
desiderat : necesse est vt suo superiori,
hoc est,deo se subiiciat: qa nequaq̃ sub
tus se a suo inferiori turbari poterit:
dum supra se rectorem deum habebit.
Si vero oblita timoris domini sequu-
ta sit cõcupiscẽtias suas,aufert de9gra
tiam suam ab ea : & tunc ex necessita-
te desideriis eneruiter succumbit,quæ
prius cum deo subiecta esset:& ab ipso
regeretur suorum sensuum appetitus
H ad imperium rationis potenter strin-
xit. Et nota qđ dicit dña, nõ princeps
gẽtiũ, & princeps nõ domina prouin-
ciarum : quia vitia quæ naturalia non
sunt,comprimi debent.sensus enim qa
naturales sunt non comprimi,sed regi
necesse habent : vt in illis extirpandis
homo esse studeat districtus,in istis mo
derandis & custodiẽdis, discretus.Sed
fit nõnũq̃ vt dum homo licitis carnis
suę desideriis resistere,& motus sensuũ
suorum custodire negligit:ita tandem
praua consuetudine alligetur:vt post-
modum etiam volens eisdem resistere
non possit.Quando ergo vitiis seruire
cogitur quibus prius sponte consensit
quid aliud q̃ praue cõsuetudini tribu- I
tum soluit?Tria ergo bona,& tria ma-
la enumerauit. Bona sunt:ciuitas ple-
na populo,domina gentium, princeps
prouinciarum.Mala:sola,vidua,tribu-
taria.Sed videam9 primũ quomodo bo
na obtineat : postea quomodo ad mala
descendat.Prius q̃ spiritus sanctus ve- K
niat ad cor nostrũ,sterilis est anima no
stra:cum aũt venerit,fœcundat eam vt
pariat:& nascãtur virtutes in ea.Quæ
videlicet virtutes q̃diu adhuc imperfe
ctę sunt & incipiẽtes , & necdum foras
prodire possunt,sed intrinsecus adhuc
per gratiam eiusdem spiritus nutriun
tur,vt crescant & robustæ fiant : quid
aliud q̃ paruuli quidã in domo patris
educantur,donec ad legitimã ætatem
perueniant?Cum vero ad perfectum ve
nerint incrementũ,& solido quodã sa-
pientiæ cibo vti cœperint: tũc iam nõ
vt paruuli nutriri indigẽt,sed quasi vt
qdã populus in ciuitate sub lege impa
toris sui viuere debẽt. Sed cũ deus in-
tus pręsidens nos regit,tunc caro sub-
iecta foris seruit: & quãto humilius ei
intus subdimur: tanto robustius foris
principamur.Sic ergo anima nostra in
tus plena populo virtutũ, quando re-
gem deum habuit:extra etiam domina
gentium hoc est carnalium desiderio-
rum, & prouinciarum , hoc est sensuũ
corporis princeps fuit: Nunc autẽ so-
la,quia regem perdidit:vidua,quia ma
ritum amisit:tributaria: qa vitiis sub-
iecta seruit.

Plorans plorauit in nocte.
¶Inculcatio verbi abundantiam dolo- L

anima quando tributum soluere dicatur

ris designat. Plorans plorauit in nocte hoc est in tēpore quietis, in tpe obliuionis: qñ solēt hoīes obliuisci maloꝶ suorū. Et attendite quāta sit miseria illius cui & tunc dolores deesse nō possunt, quādo alii a doloribus requiescunt.

Et lahrymę eius in maxillis eius.

¶ Est aliquādo dolor q quomodocunq; cor tangit: sed lachrymas extorquere non sufficit. Non est talis dolor huius: lachrymę eñ eius in maxillis eius.

Non est qui consoletur eā ex omnibus caris eius:

M Vel quia in tribulatione positam contemnūt: vel quia in tanto malo subuenire nō possunt. Caros aūt populi illi9 vocat prophetas & principes, q consolari eos cōsueuerāt: ꝓphetę a deo ꝓmittēdo auxiliū: & principes contra inimicos pugnādo & patriā defendēdo. Nūc aūt plębem in tribulatione positā minime cōsolabant: qa & illi deū iratū prædicabāt: & isti inimicis regionē vastātibus, & populū captiuātib9 resistere nō poterāt. Vel aliter legi potest, Plorans plorauit in nocte: hoc est in secreto, in abscondito: quod †amatū est flentibus: q cōsolari nolūt, sed pascunt doloribus suis. Vel ideo plębs in captiuitate posita in abscondito plorat: quia tristitiam suā manifestare nō audet, ꝓpter crudeles dños qb9 subiecta est: ne erga se maiorē eorū excitaret iracūdiam, si de sua seruitute tristis appareret. Sed tantus dolor abscondi nō potest: qa lachrymæ eius in maxillis eius, hoc est in aperto in manifesto: quia ex assiduitate flendi facies intumuit. Et in tātis malis istis, quā cōsolationē expectare poterāt: qb9 etiā charissimi cōsolationē nō ferunt.

† amicū

Omnes amici eius spreuerunt eam.

¶ Per amicos vult ītelligi finitimas nationes olim fœdere iunctas populo Iudæorum: q nunc in pressuris cōstitutū non solū spreuerūt auxiliū nō ferēdo: sed etiā inimici facti sunt psequendo.

N Alleg. ¶ Secundū sensum allegoriæ: nox sunt peccatores, maxillæ vero prædicatores q cibum verbi dei exponendo comminuunt, & sic ad infirmos & sensu hebetes transmittūt. Quando vero ecclesia in hoc vitæ p̄sentis exilio in membris suis pfectioribus lapsus infirmātiū plorat: quasi plæbs in captiuitate posita p noctē lachrymas ī maxillis portat. Vel nox hāc ipsam qua viuimus p̄sentē vitam significare potest: qñ adhuc inuicē consciētias nostras nō videmus. Et sicut supra diximus, maxillę significāt illos q scientiā verbi dei habēt. Tūc ergo sancta ecclesia p noctē lachrymas in maxillis portat: quādo pfecti quiq; quāto vicinius p illuminationē mentis diē ęternitatis cōspiciūt, tāto magis p̄sentis vitę tenebras plangūt. secundū sententiā Salomonis qua dicit. Qui addit scientiam, addit †dolorē. Non est q cōsoletur eā ex omibus caris eius. Caros ecclesię eosdem peccatores accipimus, quos supra p noctē significari dicebamus: quos ꝓfecto dū plangit diligit, qa nequaq̄ de eorū pditione plangeret: nisi salutē eoꝶ & cōuersionē amaret. Sed tunc ab illis cōsolationē nullā accipit, quādo nullus eoꝶ ad pœnitētiā redit: qa cōsolatio flentiū esset cōuersio peccatorū. Vel cari ecclesiæ sunt illi beati angelici spiritus, vel animę sanctoꝶ: ad quorū consortiū de huius exilii nocte suspirat: q ei tunc consolationē non ferunt, dū eā adhuc a sua societate peregrinari sinunt. De qua adhuc subdit. Omnes amici eius spreuerūt eā. Quos hic amicos ecclesiæ dicit nisi potentes huius seculi, qui nōnunq̄ dū tēporaliter sublimatā vidēt, honorant: & se diligere fingūt: sed dū in p̄ssuris cōstitutā cōspiciūt, persequuntur & spernunt.

Eccl's.1. † laborē O

¶ Secūdū moralē sensum habet anima diē suū: habet noctē suā. Diē habet qñ in lucē cōtēplationis erigit: noctē habet qñ tētationū caligine tenebrat. Sed in die ridet, in nocte plorat: qa mēs quę tētationū pōdere pressa gemit, subleuata postmodū in gaudio contēplationis hilarescit. Plorat ergo aīa in nocte: qñ tenebrosam intus conscientiā salubri dolore cōpūgit. Lachrymas in maxillis fert: qñ districta foris castigatione carnē affligit. Tūc.n. lachrymę in maxillis sunt: qñ dolores cordis vsq; ad macerationē carnis pueniūt. De quo ad maiorē adhuc doloris exaggerationē subiū

P Moral.

giť. Nõ eſt q cõſoleť eã ex oĩb⁹ caris ei⁹.

Q Trib⁹ modis hõ a deo derelinqť: aliqñ intus & nõ foris. aliqñ foris & nõ int⁹. aliqñ & foris & ĩtus. Foris & nõ intus derelict⁹ fuit Iob, q exteri⁹ flagella carnis ſuſtinuit: ſed int⁹ cõſtãtiã mẽtis nõ amiſit. Intus & nõ extra derelictus fuit Dauid, cui⁹ mẽtẽ intus ſibi libido p cõſenſum ſubdidit: ſed ꝓphetica foris admonitio ad pœnitẽtiã reuocauit. Int⁹ & foris derelict⁹ fuit ꝓdigus ille ĩ euãgelio fili⁹, q & luxurioſe viuẽs intus defluxit: & fame tabeſcẽs foris cõſolationẽ nõ inuenit. Sed quos hoc mõ de⁹ deſerit alios ad ꝓbationẽ deſerit, vt p tẽtationẽ exerceanť: alios ad ſubuerſionẽ deſerit vt p tẽtationẽ deiiciãť. Propter

Pſal. 26. qđ & pſalmiſta ꝑcať. Ne declines in ira a ſeruo tuo: qſi diceret. Etſi me tẽtari p mittis, ne dimittas in tẽtationẽ induci hoc eſt a tẽtatione ſuparí. Sed qa diuinoꝝ iudicioꝝ ꝓfunditatẽ hõ ꝑnetrare nõ põt: tũc maxĩe qſq; in tẽtatiõe poſitus ſe derelictũ eſſe ꝑtimeſcit: cũ & intus & foris tẽtatiõib⁹ ſollicitari ſe conſpicit. Facili⁹ aũt foris aduerſa tolerat cui⁹ cõſciẽtiã ĩt⁹ delectatio ꝑccati nõ cõturbat. Et rurſus, facili⁹ ĩtus tẽtationẽ ſuſtinet, q foris conſolationẽ habet. Vñ & magna tribulatio hui⁹ oſtẽdiť, q & ĩtus & foris derelicta eẽ demõſtrať. hoc nãq; qđ dictũ eſt. Plorãs plorauit ĩ nocte, & lachrymę ei⁹ ĩ maxillis ei⁹: ĩt⁹ derelictã eſſe ĩſinuat: qđ vero dictũ eſt, nõ eſt q cõſoleť eã ex oĩb⁹ caris ei⁹, foris deſolatã eſſe declarat. Seqť Oẽs amici ei⁹ ſpreuerũt eã: & facti ſũt ei inimici.

R Videte q̃ multę ſint tribulatiões iuſtoꝝ. Fortaſſis parũ erat in ꝑſſuris conſtitutæ ꝙ cõſolationẽ a caris nõ accipe ret, niſi etiã ab amicis ꝑſecutionẽ ſuſtineret. Sed q ſunt amici iſti q nos ꝑſe

Matt. x. quunť, niſi illi de qb⁹ diciť in euãgelio Inimici hoĩs domeſtici ei⁹! Ergo iſti ſũt inimici nr̃i, ꝑſecutores nr̃i, domeſtici nr̃i, amici nr̃i, ſecũdũ carnis affinitatẽ nobis ꝓpinq, q nos p amorẽ carnis ad vitã ꝑſentẽ diligũt: ſed ambulãtib⁹ in via dei cõtradicũt. Cũ. n. ab amore hui⁹ mũdi nos elõgare cupim⁹: cõfeſtim eos q prius amici videbanť, aduerſarios inuenimus. Primũ ſiqdẽ ad deũ conuerti volẽtes, ſub obtẽtu ꝑſtiferę dilectionis blandis ꝑſuaſionib⁹ reuocare cõtẽdũt. Quos ſi in ꝓpoſito bono fixos & immobiles viderit, mox quaſi aduerſarios abdicãt & ſpernũt: & nõnunq̃ etiã odiis atrociſſimis inſectãdo, & pœnis affligẽdo, de falſis amicis veri ꝑſecutores fiũt Dicat ergo nõ eſt q cõſoleť eã ex oĩbus caris ei⁹: qa in tribulatiõe verba iuſtorũ ad cõſolationẽ accipe nõ mereť: oẽs amici eius ſpreuerũt eã, & facti ſunt ei inimici: quia ab iniquis contumeliam & contemptum patitur.

Migrauit Iuda: S Litte.

Tranſiuit, receſſit, fugit de terra ſua in Babylonẽ: qa ſuſtinere nõ poterat multã ſeruitutẽ qua affligebať a nationib⁹ exiſtimãs tolerabili⁹ ſibi fore, ſi vni gẽti ſeruiret in terra aliena, q̃ ſi oĩb⁹ gentibus prędа eſſet in propria.

Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.

¶ Propriũ eſt afflictorũ, ꝙ ſemꝑ præſens ꝑiculũ grauius iudicãt: ſicut ægroti in nocte diem expectant, & in die noctẽ deſiderãt: & dũ ſemp dolorẽ trãſire cupiũt, ſemp ad dolorẽ tẽdũt. Sic nimirũ populus iſte, dũ in terra ſua affligereť, fugã apꝑtiit: dũ vero ĩ exilio deſolatus eſſet, & vagus oberrãs regẽ inuenire nõ poſſet, ad reditũ ſuſpirauit. Exprimit aũt hic affectũ fluctuantium nõ qa ſpõte migrauerint, ſed qa in anguſtia conſtituti in diuerſam mentem vota mutauerunt.

Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

¶ Coarctatus vndiq; locum euadendi T inuenire non potuit: fugiẽs Chaldęos, incidit in Ægyptios: & cum ab Ægyptiis fugeret, occurrit Aſſyriis.

¶ Myſtice, Iudas q interꝑtať cõfitẽs, de Alleg. ſignat quoſdã in eccl'ia, q nomẽ Chriſti adhuc cõfitenť: ſed qa ĩ amore Chriſti adhuc firmi non ſunt, pati p Chriſto aduerſa erubeſcũt. De qualib⁹ dictũ eſt. Ad tem Luc. pus credũt: & in tẽpore tẽtationis receдũt. Iſti ergo ꝓpter afflictionẽ & multitudinẽ ſeruitutis, in qua dũ paſſionib⁹ iuſtoꝝ cõicare nolunt a cõſortio iuſto

tũ alieni fiũt. Habitauit ĩter gẽtes. Habitare ĩter gẽtes, est vitã & cõuersatione prauorũ imitari. Requiẽ nõ inuenire, est mundi hui⁹ actionib⁹ ĩplicari: quãuis em̃ in hui⁹ mũdi actionib⁹ finis nõ est, sectãtib⁹ eas reqes esse nõ põt. Sæpe tñ hõ p amore psentis vitę libẽter labores tolerat: quos p amore dei ferre recusabat. Fit ergo magna exprobratio recedẽtibus a deo: simulq; excusatio tollit eis, qm̃ apte mõstrat q sine causa puaricati sunt, dũ vtiles labores declinando ad labores inutiles descẽderũt. Oẽs psecutores ei⁹ apphẽderũt eã inter angustias: Q̃diu cor hoĩs caritate & spe æternorꝝ bonorꝝ dilatatũ est, si forte foris tribulationẽ sustinet, intus tñ ãgustiã nõ habet. Quãtũ ergo bonũ pdat q fidutiã, q̃ est in deũ, pdit, hinc agnoscere põt hõ: q semp angustiã in aduersis cor patit, nisi p spem futurorũ bonorũ dilatet. Inter angustias, inqt, cõprehẽderũt eã. Et attẽde q̃ sint angustię eorꝝ q a deo recedũt: nũq̃ securi sunt, semp trepidãt. in psperitate timẽt, in aduersitate desperant.

V Moral. ¶ Migrauit Iudas. Sũt nõnulli q dũ peccata sua aspiciũt, trãsitoria quadã compũctione accẽsi vsq; ad cõfessionẽ peruenĩũt: melioris vitę vias aggredi proponũt, ac se deinceps ad ppetrata vitia nõ redituros esse pmittũt: Sed qa p cõmissis cõdigna satisfactiõe semetipsos affligere, & cũ aplo corp⁹ castigare, & ĩ seruitutẽ redigere nolũt, cito superueniẽte tẽtatiõe ad ea q̃ dereliqrãt pctã reuertũt: qa nõ facile vitiis resistere possũt q vitiorꝝ affect⁹ ĩ semetipsis mortificare negligũt. De qb⁹ hic dicit. Migrauit Iudas ppter afflictiõnẽ & multitudinem seruitutis. Quid em̃ Iudas nisi peccata sua cõfitẽtes significat? q migrãt propter afflictiõnẽ, & multitudinẽ seruitutis, qñ victi post cõcupiscẽtias suas abeũt: qa eas p afflictiõnẽ & seruitutẽ carnis suę mortificare ptimescũt. Contra quos sapiẽtia dicit. Fili accedẽs ad seruitutẽ dei, sta in timore: & ppara cor tuũ ad tẽtationes. Eccli. 2. Nã q pctã sua cõfitẽtur & vitã suã emẽdare instituunt: isti nimirũ ad seruitutẽ dei accedunt. Sed ibi stare negligũt, qñ aduersitatib⁹ victi, a bono pposito cadũt. Hoc est quod monuit, ppara cor tuũ ad tẽtatiões, vt in via dei ãbulãtes, ad tolerãda aduersa parati simus: q priusq̃ in via dei essem⁹, illicita nos ppetrasse intumuim⁹. Habitauit ĩter gẽtes: nec inuenit reqẽ.

X Quid est inter gẽtes habitare, nisi desideriis carnalib⁹ morẽ gerere? vbi reqes nõ inuenit: illa nimirũ quã dñs in euãgelio laborãtib⁹ pmittit dicẽs. Inuenietis requiẽ aĩab⁹ vestris: Matt. 11. & de qua pctõri dicit. Peccasti ne adiicias iterum: sed qesce. Eccli. 21. Et merito: q in corpore laborem sustinere noluerunt, ad laborẽ aĩę perueniunt: eorũq; mẽtẽ furor malorũ desideriorũ exagitat, quorũ carnẽ debita pœna nõ castigat. Sic nimirũ Sanson ille erutis oculis, ad molã ponit: qa animus amisso lumine veritatis p appetitũ terrenorũ desideriorꝝ circũfert. Qui videlicet Sanson q̃diu capillũ capitis habuit, insupabilis fuit: sed postq̃ in sinu mulieris obdormiuit, & abrasus caput capillũ pdidit, continuo ab hostib⁹ capit & cęcat, seruituti etiã addicit.

Y Sãson interptat sol eorũ. & significat animũ diuina cognitiõe illũinatũ. Caput Sãsonis principale est mẽtis. Capillus capitis radius est cõtẽplatiõis. Sin⁹ mulieris, blãdimẽtũ est carnis. Q̃diu em̃ anim⁹ cõtẽplationi inhęret, a tẽtatiõe supari nõ põt. Q; si ĩ carnis delectatione resolut⁹ fuerit, ibiq; obdormierit: cõtinuo veritatis intimę lumẽ amittit, & intercisio radio cõtẽplatiõis, prauis motib⁹ repugnare nõ sufficit: tãdemq; erutis oculis ad molã ponit, qñ ĩternę dulcedinis oblit⁹ p terrena desideria dissipat. Quid. n. est mola, nisi mẽs ĩstabilis & ĩqeta: q̃ dũ semp nitit cõphẽdere qd appetit, q̃si desideriis suis circũagitata nũq̃ reqescit? Bñ ergo dr. Hĩtauit ĩter gẽtes: nec inuenit requiẽ. Quia mens q̃ desideria carnis sequit, tantũ ab interna quiete aliena est, quãtũ foris p labẽtia dissipatur. Oẽs psecutores eius apprehenderũt eã, inter angustias. Peiores sunt nõ nunq̃ qui a pposito virtutum corruũt, q̃ qui ad virtutis propositũ nondũ puenire potuerũt: quia isti ad id qd nõdũ habuerũt, se sperant posse ptingere: Illi vero tanto longius a sa

lute sunt, quāto euidentius cum despe ratione inchoatā virtutē pdiderūt. Magis ergo hi insidiis dæmonū patent, q̄ illi: quia illos spes futuræ correctionis quodā modo retrahit: istos vero desperatio sua ad ruinā impellit. Propterea de illis q post inchoationē boni, ad vomitū redeūt, hic dicit. Omnes psecutores eius apprehenderūt eā inter angustias. Qui eñ sunt psecutores nostri nisi maligni spiritus & desideria carnis, quę militant contra nos in mēbris nostris? Et quę est angustia, nisi desperatio peccatricis cōscientię, q̄ intus cor stringit? Ille ergo ab oībus psecutorib⁹ inter angustias cōprehēdit, q ppterea dęmonibus suggerentib⁹ pc̄tm̄, & ppriis desideriis nō cōtradicit in culpa: qa ex lapsu p̄cedenti, iam desperat de venia. Migrauit ergo Iudas ppter afflictionē: qñ hic q p cōfessionē iā vitā suā emendare cœperat, fractus molestia tentationū a pposito cadit. Habitat inter gētes: qñ mētē in delectationē carnaliū desiderio rū figit. Nō inuenit requiē, qñ cor ei⁹ cōcupiscētia p abrupta vitiorū distrahit. Ab omibus psecutoribus inter angustias cōprehēdit: qñ iā desperatione pressus nullis suggestionibus prauis reluctatur.

Totius alphabeti primi epilogus.

Z ¶ Medicus noster egrotū in manib⁹ tenēs: ecce quomodo artis suę peritiā probat. Primū stupida mēbra diu palpando ad sensum reuocat & tactu leni vulnera dolentia attrectando ad ictum cōfirmat, deinde secat, deinde vngit, deinde ligat, deinde fouet, & ad plenam sanitatem reparat. Sic alphabetū istud in qnq ptitiones distinguit. Prima est conquestio. Secūda est increpatio. Tertia est consolatio. Quarta est p̄ceptio. Quinta est depcatio. Per conquestionē palpat: per increpationē secat: per consolationē vngit: p preceptionem ligat: per deprecationē fouet. Conquestio est a principio alphabeti vsq ad eum locū vbi dicitur. Cui cōparabo te &c. Ibi increpatio incipit & tendit vsq ad eū locū vbi dicit. Fecit dn̄s q̄ cogitauit &c. Ibi cōsolatio incipit & tēditur vsq ad eū locum, vbi dicit. Deduc quasi torrētē lachrymas. In qua p̄ceptione peccatores informantur ad pœnitentiam, & tenditur vsq ad eum locum vbi dicit vide domine. Et illinc vsq in finem deprecatio est: in qua ppheta dominū p peccatoribus exorat. His breuiter prælibatis nunc ipsius conquestionis ordinem inspiciamus. Primū quasi absentes plangit: qa eos qui in amaritudine erāt tā cito p̄senti allocutiōe sollicitare nō debuit: incipit quoq ea in primis quæ minima sunt plangere, ne animos mœrētium improuisi doloris pondus opprimat: sicq paulatim a minoribus ad maiora enumerando pgrediēs, sensim ad luctū excitat animos auditorū. Primū ergo luget depopulationē regiōis: deinde destructionē ędificiorum cōmunium: Deinde euersionē sacrarū ędium deinde cōtaminationē sanctorū: deinde a reb⁹ inanimatis progredit ad miseriam hominū, deiectionē. s. & inopiā deplorandam & sic tandem finit conquestionem suam.

Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiā Sion! Theth. A Liter.

¶ Lamētabile principium, ab admiratiōe inchoat: q tā subito deiect⁹ est populus ille q prius vsq ad cælū exaltat⁹ videbatur. Caligo tristitiā tribulationis designat. Filiā, inqt, Sion ipsam Sion. i. gentē Iudęorū, quā paterno affectu dilexit & custodiuit: vel ipsius Sion filiā. i. regionē Iudęā. Mos. n. scripturarū habet vt Metropolitanę ciuitates matres appellent: & circūiacētes regiones oppida quoq & castella & vici, filię. Incipit ergo sicut supradictū est e lōgiquo plāgere ipsam. s. regionē, vt tandē ad ipm caput regiōis Hierusalē pueniat. ¶ Seqt.

Et nō est recordat⁹ scabelli pedum suorum.

¶ Id est populi qui seruituti eius humiliter subiectus erat.

Pręcipitauit dn̄s nec pepercit:

¶ Hic distingue.

Omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo.

¶Hic iterũ distingue.Deinde seq̃t.

Munitiões virginis Iuda deiecit in terram:

¶Hic rursum distingue. Deinde seq̃.

Polluit regnũ & principes eius:

¶Qđ in p̃cedenti clausula generaliter sub noīe terrę p̃miserat hoc hic p partes

B exequit̃ Speciosa, Munitiones,Regnũ,Princip̃es,& vide quomodo lamentũ crescit: prius solũ,inde terrã nominauerat : sed ne forte ipsa terra sterilis & inculta atq; ideo minus plãgẽda putaretur,subseq̃uẽter de eius opulentia & sublimitate lamentũ confirmat.Præcipitauit.inquit. plus est pręcipitare q̃ proiicere : & quod est adhuc grauius, nec p̃percit. Hoc veraciter ĩ vltima captiuitate completũ est: quia iã ampli⁹ reuocandi non sunt:p̃cipitauit. Quid? Oĩa speciosa Iacob destruxit,munitiones virginis Iuda deiecit. Per Speciosa intellige opulentiã:p munitiones,fortitudinẽ atq; potentiã.Per Iacob & virginẽ Iuda,idẽ populus signatur: Iacob tamẽ generale nomẽ est duodecim tribuũ:Iuda vero ad duas tribus tm̃ ptinet. Ideo gñali noīe p̃misso statim speciale nomẽ adiunxit:vt duarum se tribuũ captiuitatẽ plangere demõstraret Iacob ergo & Iuda idẽ populus est: Iacob qa in potẽtia,robustus,virgo Iuda qa in opulẽtia delicatus.Quid est ergo speciosa Iacob,nisi opulẽtiã fortium? & quid est munitiones virginis Iuda,nisi fortitudinem opulentorum?Sequitur.

Polluit regnũ & principes eius:

C ¶Hoc est virginis Iuda.Polluit dicit,p pter gentes inter quas dispersi sunt:ex quarũ consortio & ritu p̃phanati sunt q prius in dei p̃tectione securi regnabãt,& in principũ suoꝝ fortitudine cõfidebãt.Nũc aũt regnũ totũ cũ principibus suis polluit̃: qa populus cũ p̃tectoribus suis,gentibus subiugatur.

Cõfregit in ira furoris sui omne cornu: & simul auertit retrorsum dexteram suam.

Per cornu fortitudo principũ eius signat̃:p dexteram vero dei,p̃tectio diuina intelligit̃.Quid est ergo q de deo dicit̃: cõfregit oẽe cornu Israel, auertit retrorsum dexterã:nisi q in populo p̃uaricatore & oẽm humanã fortitudinẽ cõminuit,& suã tãdẽ p̃tectionẽ abstulit? vt oĩno desolati ostendant̃, qbus post humana p̃sidia etiã diuinũ adiutoriũ tollit̃. Auertit,inq̃t, dexterã suam. Dexterã auertit ne p̃tegeret:& sinistrã extendit vt feriret.vnde sequitur.

Et succẽdit in Iacob quasi ignẽ flãmę deuorantis in gyro. D

¶Sicut eñ ignis accensus late vagat̃ & cõsumit oĩa:sic hostes iudęorũ postq̃ in eis oĩs fortitudo defecerat,& diuinum auxiliũ substractum erat:nullo sibi obsistente vniuersa vastabant.

Tetẽdit arcũ suũ quasi inimicus.

¶In arcu cõminatio intelligitur.Arcũ ergo tẽdere est cõminationẽ amplificare,vel differre: q aũt post cõminationẽ p̃cutit quasi inimicus arcum tetendit.Vnde sequitur.

Firmauit dexterã suã quasi hostis.

¶Quãdo in scriptura dextera dei ponitur aliquãdo p̃tectio, aliqñ grauis percussio designat̃ : eo q dextera naturali habilitate ad p̃cutiẽdũ sit promptior. Prius ergo deus dexterã auertit,ne p̃tegeret:postea dexterã firmauit vt feriret.Qđ aũt dicit̃,firmauit dexterã,grauẽ indignationẽ p̃cutientis exprimit. Vel sup p̃cussos dexterã firmat:quia plagam quã semel iratus intulit,sanare amplius nõ disponit.qđ p̃prie ad vltimã captiuitatẽ refertur.Vnde cõueniẽter adiũgit̃,quasi hostis:q.s.ad interniciẽ p̃cutit,nõ ad correctionẽ. Nõ eñ quasi hostis dexterã firmaret, si illo ad p̃dendũ p̃cutiẽte ipse ad corrigendũ p̃cuteret. Vnde cũ graui dolore p̃nũciãdũ est:quasi inimicus:quasi hostis. Ille cuius nec irã reus effugere, nec misericordiã hostis potest impedire. Seq̃tur.

Et occidit omne quod pulchrũ erat visu in tabernaculis filię Sion.

Nõ occidit̃ nisi qđ viuit. Sup̃ius dixe- E rat. Destruxit oĩa speciosa: sed hic iam aliq̃d ampli⁹ dicere volẽs,occidit,inq̃t, oĩa pulchra:vt p hãc calamitatẽ,nõ tm̃ diuitias sed ipsas etiam aĩas abstulisse ostẽdat. Vñ recte subinfert̃ cũ dicitur.

Effudit quaſi ignẽ idignationẽ ſuã. Non quaſi aquam ſed quaſi ignẽ. Violentia enim aquarũ deiicere & diſſipare res ſolet, non conſumere. Quarum inundationem per aliũ prophetam do-
Geñ.6. minus cõminatꝰ dicens. Adducã aquas diluuii ſuper terram, vt interficiã oẽm carnem in qua ſpiritus vitæ eſt. Ignis vero non tantum deſtruit, ſed conſumit. Atq ideo recte idignatio dei, quaſi ignis effundi dicitur quando diuina vltio vſq ad cõſumptionẽ euagatꝰ. Poſtremo etiã in ipſo effuſionis noĩe violentia & (vt ita dicã) abundãtia tribulationis exprimitur.

Factꝰ eſt dñs velut inimicꝰ: p̃cipitauit Iſrael: p̃cipitauit oĩa mœnia eiꝰ. ℂHucvſq deſolationẽ filiæ Sion: ideſt regionis Iudeæ planxiſſe videtꝰ: nũc ad ipſam matrẽ Sion, ſcilicet ciuitatẽ Hieruſalẽ deplorandã ſe cõuertit dicẽs. Factus eſt dominus velut inimicus, grauis dolor, dñs qui fouere, q diligere cõſueuerat: factus eſt velut inimicus, qa iam non vt pater ad correctionem percutit: ſed vt hoſtis ad conſumptionem. Præcipitauit mœnia eius.i. Sion: diſſi-
F pauit munitiones eius. Mœnia in ciuitate ad decorem fiunt: munitiones ad tutamẽ. Quid eſt ergo p̃cipitauit mœnia, diſſipauit munitiões, niſi ſublimia deiecit & fortia cõfregit? Qđ ergo ſuperius de regione plãxerat, hoc idẽ nũc etiã in Hieruſalẽ factũ eſſe deplorat: vt ibi p ſpecioſa Iacob pulchritudinẽ regionis, hic p mœnia Sion, decorẽ ciuitatis: ibi p munitiones virginis Iuda, munitiones regionis: hic p munitiões Sion, ipſius Hierl'm munitiões ſignificari intelligas. Vnde ſatis cõuenietet ibi ſpecioſa tm̃, hic mœnia poſuit: quia aliꝰ regionis, & aliꝰ ciuitatis decor eſt. Decor nãq regiõis magis cõſideratꝰ in vbertate frugũ & fœcunditate pecorũ. Decor ciuitatis in ſublimitate ędificiorũ: & ideo ſpecioſa deſtrui, & mœnia p̃cipitari dicuntꝰ, vt oĩa vaſtata cognoſcas: & ea videlicet quæ intus ciuitatẽ decorabant ſpecie, & quæ foris regionẽ vtilitate.

Et repleuit in filia Iuda humiliatũ & humiliatam. ℂDeſcripta deſolatione regionis & ciuitatis quaſi ad vtrãq reſpõdẽs infert. Et repleuit in filia Iuda.i. in gente Iudea, quã quaſi filiã paterno affectu dilexerat, humiliatũ & humiliatã: hoc eſt vtriuſq ſexus humiliatis illã repleuit: vt humiliatis.i. deiectis plena ſit. Vel p hũiliatũ ordinẽ p̃latoꝝ accipere poſſumus: p humiliatã plębẽ ſubiectã. Cõtra qđ ſuperius in vaſtatione regionis dixerat: Polluit regnũ & principes eiꝰ, vt idẽ p regnũ, quod p humiliatam: idẽ p principes qđ p hũiliatũ intelligamꝰ.

Et diſſipauit q̃ſi hortũ tẽtoriũ ſuũ. ℂNunc ad deſtructionẽ ſacrarũ ędium deplorandã accedit: Et quãtũ ad literã G ſpectat p tentoriũ & tabernaculũ ſignificat tẽplũ dñi qđ erat in Hieruſalem qđ primũ a Chaldęis, deinde a Romanis ſubuerſum eſt: ideo aũt tẽplũ tẽtoriũ ſiue tabernaculũ vocatꝰ: qa vice illiꝰ antiquitus filii Iſrael primũ in deſerto ac poſtmodũ in ſilo ad cultũ dei tentorio & tabernaculo fungebantꝰ. Cæterũ tẽtoriũ dicitꝰ pprie, vbi cortinæ funibꝰ ad palos terræ affixos extenduntꝰ. Tabernaculũ aũt qbuſdam tabulatis conſtruitꝰ: ſicut de tabernaculo fœderis ſcriptum eſt q Moyſes in deſerto extruxit cui extrinſecꝰ vela oppãſa ſunt & cortinę ex oĩ latere diſtẽtę. Dicitꝰ ergo de ſubuerſiõe tẽpli diſſipauit tẽtoriũ ſuũ:

Demolitꝰ eſt tabernaculũ ſuum. ℂSecũdũ literã aũt cõgrua ſunt verba vt id qđ expãſũ eſt diſſipetꝰ: id qđ terrę fixũ eſt quadã q̃ſi ſuffoſſione demoliatꝰ. Quaſi hortũ, inqt, diſſipauit tẽtorium ſuũ. Qđ Eſaias his verbis añ p̃dixerat.
Eſa. Derelinquetꝰ filia Siõ q̃ſi vmbraculũ in vinea & ſicut tuguriũ in cucumerario. Acſi diceret ſicut ab horto & a vinea, poſtq̃ collecti fuerint fructus, cuſtodia hoĩm tollitꝰ: ſic a popl'o iſto, qa a fructu boni opis ſterilis eſt, cuſtodia diuina auferetꝰ: vt ſit in diſſipationẽ & direptionẽ iĩmicoꝝ ſuoꝝ. Vel p hortũ locũ voluptatis & luxurię itelligere poſſumꝰ, vñ p legẽ p̃hibitũ ne lucꝰ in atriis dñi H plantaretꝰ: quia & idolorũ cultores ſub frondoſis arboribꝰ, & in locis viretibus

sacrificare solebant,lasciuię & volupta-
ti seruientes.Dicit ergo dissipauit qua
si hortum tentorium suũ:ac si diceret.
Quia in locum sanctitatis impudicitia
& voluptas introiit: ideo dissipatio &
desolatio venit.Sequitur.

Obliuioni tradidit dominus in Siõ
festiuitatem & sabbatum.

¶Id est nõ solum repulit hæc,sed post
repulsam amplius non requirit: qđ ꝓ-
prie ad vltimam captiuitatẽ pertinet:
quando iam manifestata gratia,prioris
legis obseruantiæ penitus euersæ sunt
& repudiatæ.Sequitur.

Et in opprobrium & in indignatio-
nem furoris sui regẽ & sacerdotem.

I ¶Subaudit. Tradidit.Regi honor de-
betur: deuotio in sacerdote diligit.Ac
nunc pro honore opprobrium regi:ac
pro deuotione indignatio redditur sa-
cerdoti,vt omnis Iudaici populi excel
lẽtia & religio destructa ostẽdat.Seqt.

Repulit dominus altare suum.

¶Hic iam de contaminatione sanctorũ
agere incipit.Repulit dominus altare
suum:implacabilem se esse ostendit,qñ
etiam illud vnde placari consueuerat,
abiicit.Sequitur.

Maledixit sanctificationi suæ.

¶Id est sacrificiis quibus offerẽtes san-
ctificare prius solebat: quod nunc pla-
ne impletum cernimus,quando iam le
gales hostiæ quæ suo tempore offeren-
tes sanctificare poterant,si post imple-
tionem gratiæ teneantur,amplius deũ
ad iracundiam prouocent.Sequitur.

Tradidit in manus inimici muros
turrium eius.

¶Id est sanctificationis:vt enim osten-
deret se ampliꝰ priora illa sacrificia nõ
recipere,ipsum locũ in quo offerri con
sueuerant,funditus euerti ꝑmisit:qua-
tinus ex hoc liquido cunctis patesce-
ret,ꝙ desolato priore loco, ritus prior
cessare deberet. Quod autem dicit mu
ros turrium:quantum ad literam sic ĩ-
telligendũ est:ac si diceret,turres mu-
nitas eius intransitiue, hoc est non so-
lũ muros ciuitatis extrĩsecus , sed etiã
muros turriũ intrĩsecus.Vnde sequit.

Vocem dederũt in domo domini si-
cut in die solenni.

¶Ipsi videlicet inimici nullo sibi obsi-
stente,vniuersa occupabant & se preua
luisse gaudebant.

Cogitauit dominus dissipare mu-
rum filiæ Sion.

¶Ne hęc tanta mala inconsiderate deꝰ
intulisse videatur,ante factum cogitas-
se.i.deliberasse dicit.Per murũ filię Siõ
robur & munimẽ Iudaici populi ĩtelli
gere debemus.Sequitur.

Tetendit funiculum suum.

Vt merita mensuraret: & vnicuiqꝫ se-
cundum opera sua redderet.Vel teten
dit funiculum.i.pœnam qua peccato-
res ligaret protraxit diu per patientiã
expectans:sed tanto grauius tandem fe
riens,propter quod sequitur.

Non auertit manum suã a ꝑditiõe.

¶Id est quia neminem inuenit liberum
a culpa,neminem reliquit immunem a
pœna.Sequitur.

Luxitqꝫ antemurale & murus dissi-
patus est.

¶Ita ambigue positũ est pariter vt ad
vtrũqꝫ referri posse videatur:videlicet
ꝙ vel antemurale pariter cũ muro dis
sipatum sit,vel ꝙ murus pariter cũ an
temurali luxerit. Possumus autem nõ
incongrue ꝑ antemurale custodiã ho K
minum:ꝑ murum aũt intelligere cu-
stodiam angelorum:quę vtraqꝫ a popu
lo Iudæorum iusto dei iudicio ablata
est:vt nec homines foris,nec angeli in-
tus ab instanti tribulatione populum
a deo derelictum,defendere possent:se-
cundum quã acceptionem conueniens
est distictio ꝙ antemurale luxisse:& mu
rum dissipatum esse deplorat,vt videli
cet illos.i.bonos prelatos etiã subuer-
siõe populi sui ꝑ compassionem tribu
latos:istos vero.i.angelos ab eorum cu
stodia,sublatos ostendat.

Defixæ sunt in terra portæ eius.

¶Id est Sion. Ad monimentum ꝑpetui
doloris post euersionem omnium signa
ruinæ permanent. Neqꝫ enim portę ad
munimentum, sed in signum calamita
tis permanent : quæ vt late pateant in

terra fixę sunt,& ne defensaculum præbeant,perditis & contritis vectibus,seras non habent.Sequitur.

Reges eius & principes eius in gẽtibus,

¶Subauditur perdidit & contriuit: & respicit ad id qđ dixerat: Portæ & vectes.i.reges & principes qui munimẽ & fortitudo populi erant,deiecti & abiecti & contriti sunt. Sequitur causa tanti mali:quia

Non est lex domini apud eos.

¶Idest qa ꝓuaricatores legis sunt:& qa

Prophetæ eius non inuenerunt visionem a domino.

¶Idest quia illos prophetas audierũt q ex spiritu domini locuti non sunt.

L ¶Quomodo obtexit &c. Sub vnius gẽ
Allego. tis specie toti⁹ humani generis casum deplorat.Primus homo trib⁹ modis pcussus est,ignorantia , concupiscentia, mortalitate.Mortalitas autẽ mors ipsa cũ vniuersis defectibus & pœnis ipsam mortem præcurrentibus intelligitur. Dicit ergo.Quomõ obtexit caligine in furore suo dominus filiam Sion: qa hominem quem ad contemplãdum lumẽ æternitatis creauerat,peccantem deserens in tenebris ignorãtię reliquit.Siõ
M
nãq; ĩterpretatur specula: vbi hostium incursus delõge prospicitur.Primo autem homini dictum est: De ligno scien
Geñ.2.
tiæ boni & mali ne comedas: q̃cũq; eñ die cõederis ex eo morte morieris.Homo ergo quasi in quadam specula erigitur,quando ĩminentis mali periculũ per circũspectionẽ cauere iubet̃. Quid ergo per filiam Sion nisi animam hominis nondum adhuc vsu circũspectionis roboratam accipere debemus? Nã sicut dicitur filia Babylonis.i.filia confusionis:& filia Hierusalem.i.filia contemplationis:Sic dicit̃ filia Sion.i.filia speculationis,quasi in speculatione adhuc tenera & nouella & necdũ in virile robur solidata.Ac si diceret:vel hoc furorem iudicantis mitigasse potuit,ꝙ ille qui deliquerat necdũ vsu & experimento obœdiendi in ꝓcepto solidatus fuit.

" Quomodo obtexit,inqt:qđ tegit̃ abscõditur quidem non aufertur:quia lumẽ rationis per peccatũ in homine obscuratum est non ablatum.Quomodo obtexit,texit ne supiora hoc ẽ cęlestia videre posset.Sequitur. Proiecit de cælo " terram ĩclytam Israel.Israel interpretatur vir videns deum.Primus autẽ homo anteq̃ peccaret Israel fuit, quia per contemplationis internæ præsentiam deum vidit.Per terram ergo Israel congrue corpus hominis accipimus: quod deus quidẽ per creationẽ de terra sumpsit,sed per immortalitatem quodãmodo ad cælum transtulit:qđ quia rursus exigente peccato hominis in mortẽ dissolui iussit:quasi de cælo.i.de incorruptione ad corruptionem,terram Israel proiecit.Recte autem propheta plãgẽdo casum hominis, primum caliginem mẽtis ac deinde corruptionem carnis commemorat: quia merito præcedere debuit in pœna quæ pręcessit in culpa: vt sicut caro nisi prius corrupta mente in delectationem illicitam nõ venisset,ita quoq; nisi prius per ignorantiã cęcata mente caro in corruptionẽ nõ descenderet:quia & ipse Adam pri⁹ dũ quęreretur,se abscondit: ac deinde inuentus sententiam mortis accepit.Sequitur.Et non est recordat⁹ scabelli pe " dum suorum in die furoris sui.Per pe " des domini præcepta eius intelligunt̃: vestigia pedum cognitio ꝓceptorũ.Per scabellũ pedũ intelligunt̃ ii q per obœdientiam ꝓceptis dei subiecti sunt:quasi ergo in scabello pedes de⁹posuit,quãdo primo homini,ad obœdiendum vitæ præceptum iniunxit:sed huius scabelli in die furoris quasi recordat⁹ nõ est:qui cũ magna districtione ab eo pœnam transgressionis exigebat, cui pri⁹ mansuete obœdiendi præceptum dederat.Præcipitauit domin⁹ nec pepercit. " Præcipitatio ad magnam & ad subitã ruinam pertinet. Videte q̃ magna ruina de paradiso in hunc mundũ,de hoc mundo in infernum, De immortalitate in mortẽ , de morte in damnationẽ. Vnde bene adiũgit̃:Nec pepercit.Qua " si enim peccanti pepercisset si reatũ ei⁹ per pœnam examinaret , sed ipsum per mortem carnis in corruptionẽ ire non compelleret:vel si post mortem carnis,

saltem ĩ damnationem animam etiam non præcipitaret. Sequitur. Omnia speciosa Iacob destruxit in furore suo, Iacob interpretatur supplantator: Et homo quodammodo non per pugnam sed per gratiam diabolũ supplantauit: quã do illuc vnde diabolus ciderat ascẽdendi potestatem accepit. Iste Iacob in prima sui cõditione intus & extra speciosus fuit: cuius conscientia per innocentiam, & caro per castitatem floruit. Sed destructa sunt speciosa Iacob: quia & castitatis decorem cõcupiscentia polluit, & conscientiam reatus sui sceleris fœdã pariter & tenebrosam fecit. Vel speciosa Iacob habuit quia eum intrinsecus aspectus inuisibilium bonorũ lætificabat: & foris rerum visibilium pulchritudo ad creatoris sui gloriam excitauit. Sed destructa sunt speciosa Iacob, quia deus in vltionem primi reatus a mente eius inuisibilium bonorũ cognitionem abscõdit, & visibilium rerum aspectum ab illa spirituali iocunditate in concupiscentiã carnis commutauit. vnde bene adiungitur. Munitiones virginis Iuda proiecit in terram. Quid enim per virginem Iuda nisi castam animæ intentionem accipimus: q̃ videlicet intentio cum vbiq; ad arbitrium diuinæ voluntatis dirigitur, qd aliud q̃ domino confitetur? Cuius intẽtionis munitiones fuerũt bona desideria animæ & naturales appetitus corporis. Q̃diu em̃ nec caro foris, nec anima int⁹ aliquid inordinatum appetiit, quasi munita & secura intentio hominis in omni actione fuit. Sed cum naturalia desideria in illecebrosos appetit⁹ & terrenos affect⁹ degenerauerũt, quasi munitiones virginis Iuda in terram proiectæ sunt: vt iam nunc in bonis intentio hominis secura non sit, cum facile e vicino per inordinata desideria corrumpi ac decipi possit. Vnde subiungitur. Polluit regnum & principes eius. Regnum animæ caro fuit q̃diu ipsa in se deum per amorem regnantem habuit. Principes regni, virtutes animæ fuerunt, per quas anima motus carnis & appetitus rexit. Postq̃ autem spirit⁹ contra deum tumuit; statim contumaciam contradictionis in carne sua inuenit: quia deo disponente actum est vt munditia castitatis in pollutionem cõcupiscentiæ transiret: vt vbi prius humilis gloriabatur, ibi superb⁹ erubesceret. Regnum ergo eius hoc est animæ & pricipes eius scilicet regni, deus polluit: quia ex concupiscẽtia per quã carnis integritas violata est etiam virtutes animæ maculari siuit. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel &c. Per cornu fortitudo virtutis signatur, per Israel homo, per dexteram dei protectio, per inimicum diabolus, per faciẽ inimici instantia diaboli, per ignem cõcupiscentia, per gyrum corpus qđ circundat animam. Cornu cum animali non nascitur, & tamen inest ei naturaliter causa vnde cornu oriatur. Sic anima non ex natura sed ex gratia virtutes habet quas tamen virtutes eadem gratia non sine naturali consensu liberi arbitrii in homine operatur. Sed qa homo libertatem arbitrii peccãdo perdidit, & deus homini peccãri iuste gratiam suam subtraxit: quasi om̃e cornu Israel confractum est: quia & iam habitas virtutes perdidit, & eas etiã quas habiturus erat, obtinere nõ meruit. Est etiam aliud qđ in cornu notare possumus. Cornu nãq; crescendo ex humore carnis indurescit: & rationalis creatura cooperante gratia ex ꝓmotione virtutum robur accipit. Item sicut cornu caput & pedes munit: sic virtus mentẽ intrinsecus & foris opera a læsione custodit. Auertit retrorsum &c. Primum hominem in via obœdientiæ ambulantem diabolus sequebatur vt eum reuocaret, sed accessum nocendi ad hominem habere non potuit: quia dextera dei inter eum & hominem fuit. Cũ vero homo ad suasionem diaboli spõte se conuertit, statim deus dexteram suam retrorsum a facie inimici auertit: vt cũ iam instantẽ a læsione hominis non repelleret, quatinus transgressionis suæ culpam præuaricator vel in pœna sentiret. Sequitur. Et succendit in Iacob quasi ignem &c. Ignis est concupiscen-

tia carnis quam nascendo contrahimus:& q̃diu in hac corruptione viuimus, quasi quendam domesticum hostem intra nosmetipsos portantes toleramus. Iste ignis semper in nobis est sed non semper ardet, non semper flammam habet. Tunc autem ignis in flammam accenditur, quando peccati fomes vsq; ad delectationem & consensum suscitatur. Quæ videlicet flamma in gyro deuorat: quia sicut tinea vestimentum consumit: ita quoq; integritatem carnis qua anima vestitur praua delectatio corrumpit. In gyro deuorat, quia per omnes sensus corporis ad castitatem animę violandam circũquaq; virus corruptionis infundit, vel per gyrum mundum istum accipere possumus. Concupiscentia autem carnis in gyro deuorat: quia per omnia huius mũdi oblectamenta discurrens, desideria sua mala satiare laborat.

T Tetendit arcum suum &c. In arcu comminatio accipitur: in dextera firmata vehemens percussio notatur. Deus ergo & arcum tendit & dexteram firmat, quia peccanti homini & in futuro pœnas perpetuas comminatur:& ĩterim præsentibus etiam flagellis reatum eius vlciscitur. Quod tamen quoniam nõ ex ira sed ex misericordia operatur non inimicus sed quasi inimicus & quasi hostis dicitur. Quod legi etiã aliter potest. Arcum deus tendit quando comminatur peccatoribus pœnam, & tamen adhuc expectando differt sententiam: sed quia quosdam differt vt correcti emendentur: quosdam vero vt perseuerantes grauius puniantur: in iis quos ad emendationem expectat, arcum tendit non quasi inimicus, sed quasi propitius: in iis vero quos ad cumulum damnationis viuere sinit, quasi inimicus arcum tendit. Similiter in iis quos per flagella corrigit firmat dexteram, sed non quasi hostis: quos autem ad internicionem percutit in iis dexteram firmat quasi hostis.

V ¶Quod autem dicitur firmauit dexteram: sic intelligi potest. Primo namq; homini quasi dexteram Deus imposuit quando peccanti plagam mortalitatis inflixit: quam dexteram Deus adhuc confirmat, quotiens primo vulneri cotidiana flagella superadiicit. Quod vero supradixit. Auertit dexteram suam,& hic dicit, firmauit dexteram suam: contrarium non est. Auertit enim ne protegeret: conuertit vt percuteret. Firmauit vt flagella multiplicaret: quatinus præsens pœna percussos doceat: qualis eos qui in malo perseuerauerint pœna in futuro expectat. Vnde dicitur in psalmo. (Psal.) Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus et liberentur dilecti tui.

X Sequitur. Et occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculis filiæ Sion. Tabernaculum animæ corpus est, quia illud sensificando inhabitat. Tabernaculum etiam animæ conscientia est, quia in illa quisq; secum cum domesticis cogitationum suarum pausat. Omne igitur quod pulchrum erat visu in tabernaculis filiæ Sion, dominus occidit: quia & foris omnem vigorem & pulchritudinem corporis humani ab illo immortalitatis statu arescere fecit, & intrinsecus conscientiam hominis rectarũ cogitationum honestate spoliauit. Vel per omne quod pulchrum erat accipere possumus foris disciplinam & decorem bonorum operum, & intus (vt dictum est) munditiam bonarum cogitationum. Et nota q; non occiditur nisi quod viuit. Viuunt bona opera quando recta intentione fiunt: viuunt bonæ cogitationes quando amoris intimi affectum sentiunt. Cauendum autem est, cum deus ab homine virtutes perimere & auferre dicitur: quatinus hoc non agendo sed permittendo facere credatur. Facit enim quia iusto iudicio fieri permittit.

Y Sequitur. Et effudit quasi ignem, indignationem suam. In effusione abundantia signatur: Ac si diceret, non stillauit, sed effudit, quasi ignem: non quasi aquam, sed quasi ignem. Ignis enim etiam dura & fortia consumit: quasi ignis ergo indignatio effunditur quia in vin-

dictam præuaricationis peccatoris nõ solum caro sed anima quoq; cruciatur. Vel quia ignis lutum indurat, dura vero aut liquefacit aut incinerat: quasi ignis indignatio effunditur, vt in vna eademq; pœna duri & rebelles confundantur & pereant: qui vero suam infirmitatem humiliter agnoscere voluerint, confirmentur & salui fiant. Factus est dominus velut inimicus. Nos fecimus quare inimicus sit qui prius inimicus nõ fuit: q̃a nõ id q̃d ipse creauit sed quod nos fecimus odit. Sequitur. Z Præcipitauit mœnia eius: dissipauit munitiones eius. Alia sunt mœnia animæ: aliæ sunt munitiones. Mœnia ad decorem, munitiones ad tutamen pertinent. Sic sunt quædam dona gratiarum quæ ornant: vt est prophetia, genera linguarũ, interpretatio sermonum: quædam quæ muniunt, vt est fides, spes, caritas. Illa si adsint præbent virtutibus ornamentum: ista si desint, periculum. Illa etsi desint, salutem tamen non impediunt: sine istis homines ad salutem peruenire non possunt. Bene autem prius dicitur. Præcipitauit mœnia, ac deinde subiungitur: dissipauit munitiones: quia cũ peccatrix anima relinquitur, prius auferuntur ab ea dona quę ad manifestationẽ data sunt: ac deinde fidei spei & caritatis fundamenta euertuntur. Præcipitauit (inquit) mœnia. Q̃d sublime est præcipitatur: quod solidũ est dissipatur: quia vt dictum est, mœnia ad gloriam, munitiones pertinent ad tutelam. Sequitur. A Et repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam, id est spiritum & carnem in homine miseria & dolore replendo humiliauit: vt qui bene humiliari noluerunt per virtutem, humiliarentur per afflictionem. Vel per humiliatum & humiliatam, sensum & cogitationem accipere possumus: vt intus & foris contumeliis agatur, donec confusa ad pœnitentiam redeat. Ad populum etiam Iudaicum hoc specialiter referri potest. Cõsiderans namq; propheta qualiter deus post eiectionem primi hominis, misereri volens humano generi solum hunc populum elegit, vt in eo nostræ salutis exordia præpararet: quomodo illum datæ legis mandatis coluit & sua vbiq; p̃tectione sublimauit: & post hæc omnia peccantem & præuaricantem abiecit. Et ita primæ abiectioni secundam adnumerans, plangit dicens: Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit mœnia eius dissipauit munitiones eius. Quando enim a populo Iudæorum prophetiam & doctrinam & miraculorum signa abstulit: quasi mœnia eius præcipitauit. Quando vero per infidelitatem eos excæcari permisit & a spe promissionis & hæreditatis suæ alienos, quasi munitiones eius dissipauit. Sequitur. Et repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatã. B Quid per humiliatum nisi ordinem prælatorum: & quid per humiliatam nisi plæbem subiectam accipiemus? Vtriq; enim in aduentu Christi humiliati sunt: quia veritatem quam venturam prædicauerant & crediderant, præsentem negauerunt. De quibus adhuc subditur. Et dissipauit quasi hortum tentorium suum &c. Tentorium deforis est, tabernaculum intrinsecus: sicut & tabernaculum fœderis, in quod Moyses intrauit ad consulẽdum dominum. Recte ergo per tentoriũ populus: per tabernaculum ordo prælatorum signatur. Quando enim populum illum antiquum deus ita tẽporali gloria sublimauit: quasi tentorium ad decorem expandit. Cum vero quosdam ex illis ad cognitionem secretorum suorum illuminans, etiam familiari alloquio suo dignos habuit: quasi tabernaculum ad inhabitandum extruxit. Sed quia postmodum in carne veniens populum illum, exigentibus peccatis eius, & cognitione veritatis priuauit, & deinde per Romanos in omnes mundi nationes dispersit: recte nunc dicit. Dissipauit tentorium suum, demolitus est tabernaculum suũ. ¶Et notandum q̃ tentorium non demolitum sed C dissipatum dicit: & tabernaculum non

dissipatum sed demolitum asserit. Quod enim demolitur sensim & latenter destruitur. Quid ergo hoc loco per demolitionem, nisi latens odium exprimitur? Tabernaculum ergo demolitum est, & tentorium dissipatum: quia nisi scribas & pharisæos doctores populi in necem saluatoris compulisset inuidia, populum ipsum tam crudeliter non dissipasset captiuitatis vindicta. Et videte qua similitudine tentorium dissipatum dicat: quasi hortum inquit. Sicut hortus dissipatur quando collectis ex eo fructibus sepis destruitur & custodia remouetur: sic ille populus postquam fructum iustitiæ ferre desiit, statim custodia & tutela dei ab eo recessit: secundum vaticinium Esaię

Esa.1. dicentis. Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea: & sicut tugurium in cucumerario. Et ipse dominus in euangelio Iudæis loquitur,

Mat.21. dicens. Auferetur a vobis regnum dei & dabitur genti facienti fructum eius. Hortus enim sterilis & non faciens fructum, idest synagoga Iudæorum dissipatur: & hortus fructum faciens, id est ecclesia gentium munitur atque concluditur: sicut in cantico canticorum

Canti.4 D dicitur. Hortus conclusus soror mea hortus conclusus, fons signatus. Bene autem sororem vocat quam hortum conclusum nominat: quia ecclesia gentium per fidem de synagoga nata est: de qua etiam Christus carnem sumpsit: sed tamen eandem synagogam quia fructum iustitiæ non habebat: quasi hortū sterilem dissipauit. Mater ergo Christi hoc est synagoga hortus est dissipatus. Soror Christi, id est ecclesia hortus cōclusus. Sequitur.

" Obliuioni tradidit dominus in Sion fe" stiuitatem & sabbatum. Legales enim obseruantiæ: vmbræ quædam fuerunt futurorum: & ideo postquam ipsa veritas venit, iam vltra deus ad cultum suum priora non admittit. Quasi enim obli" tum dicit, quia amplius illa sibi exhibe" ri non præcipit. Sequitur. In oppro" brium & indignationem furoris sui: regem & sacerdotem. Subauditur tradi" dit. His duabus personis regebatur populus ille, legali scilicet & sacerdotali. Et conuenientia sunt verba: honor ad regem, deuotio pertinet ad sacerdotē: nunc autem contra honorem opprobrium, contra deuotionem indignatio ponitur. Et sacrificiis eorum deus non placatur sed irascitur. Sicut per

Esa. Esaiam dicitur, Sanguinem hircorum & vitulorum & arietum nolui: incensum abominatio est mihi. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Et

Psal. per Psalmistam. Non accipiam, inquit, de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Immola deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.

¶Si autem ea quæ supradicta sunt ad moralem sensum conuertimus: Per tentorium non incongrue accipere possumus bonam actionem: quæ foris ad decorem panditur. Per tabernaculum vero conscientiam, in qua quisque familiari quadam & domestica conuersatione secum cōmoratur. Nam quod tabernaculum conscientiam significet psalmista manifestat cum dicit. Vox exultationis

Psal. & salutis in tabernaculis iustorum: Iusti namque quasi in tabernaculis vocem proferunt, quia de bonis actibus suis intus in conscientia soli deo innotescere volunt. Quasi ergo tentorium dissipatur: quando boni operis nitor a statu rectitudinis, vento adulationis cōquassatus impellitur. Tabernaculum autem demolitur: quando munditia conscientiæ illicita delectatione latenter corrumpitur. Et recte dicitur. Dissipauit quasi hortum tentorium suum. In hoc enim quisque sterilis esse incipit, quod de bono opere suo in oculis hominum gloriari quærit: vt iam de reliquo ad bene operandum tutela dei indignus sit: quia germinis sui fructum, id est operis sui mercedem apud deum non custodit. Hoc etiam in tentorio notare possumus: quod sicut tentorium primum funibus extenditur, deinde

ipsi funes palis affixis terræ retinētur:
ita quoq; bona operatio per intentiōis
perseuerantiam tēdi debet ne laxetur,
& ipsa intētio ne a ꝓposito suo lētescat
per spem æternæ remunerationis qua-
si palis quibusdam soliditati terræ af-
,, fixis confirmari. Sequitur. Obliuioni
,, tradidit dominus in Sion festiuitatem
F & sabbatum. Quid per festiuitatem nisi
gaudium internum: & quid per sabba-
tum nisi quies mentis accipitur? Duo
eñ supradixerat scilicet dissipauit ten
torium suum: & demolitus est taberna
culum suum. Ad hæc duo respondere
videtur: Ac si diceret. Quia dissipauit
tentorium suum: ideo obliuioni tradi-
dit festiuitatem. Quia vero demolitus
est tabernaculum suum: ideo obliuioni
tradidit sabbatum. Nā quāta sit inter-
ni gaudii dulcedo non meminit, quis-
quis in laudibus hominum & in rebus
transitoriis gaudium quærit: & nequa
q̄ vera pace intus mens fruitur: cum p
incentiua vitiorum & affectus carna-
lium desideriorum conturbatur. Sequi
,, tur. In opprobrium & in indignationē
,, regem & sacerdotem. Anima nostra &
G rex debet esse & sacerdos. Rex quia re-
gere debet carnem suā. Sacerdos quia
deo iugiter offerre debet deuotionem
suam. Sed rex in opprobrium traditur
quando anima carni suæ subiecta, tur-
pibus desideriis famulatur. Sacerdos ī
indignationem traditur quando ab il-
la quā ergo deum habere consueuerat,
deuotione obstinata mēs ex peccati cō
suetudine obdurat. Deus ergo nos dis
sipat, nos demolitur: in obliuionem in
opprobrium, in indignationē tradere
dicitur: quia afflicta mens hoc quasi a
deo fieri conqueritur, qđ ab ipso, iusto
iudicio suo permittēte, non impeditur.
Permittit eñ vt nos dissipemur, vt dis
sipati eius obliuiscamur: vt obliti eius
in opprobriū & in indignationem ve-
,, niamus. Sequitur. Repulit dominus al
,, tare suum. Supra de excęcatione Iudęo
rum loquutus fuit: nūc quo ordine ea-
dem facta sit subiungit dicens. Repulit
H dominus altare suum. Quod est enim
altare dei nisi Christus? Quia cum per
ipsum mediatorē humano generi deus
placatus redditur, quasi propitiatio-
nis nostrę sacrificium super ipsum deo
offertur. Hoc altare deus pater quasi
repulit, quando Christum vsq; ad cru-
cis patibulum in manibus persequen-
tium Iudęorum in passione dereliquit.
Sanctificationi quoq; suæ Deus pater
maledixit: quia ipsi quem singulariter
sanctificauerat, & ad sanctificādos nos
miserat: prius maledictionis nostrę pœ
nam expiandā imposuit, ac deinde nos
a reatu maledictionis absolutos, sancti
ctificationis illius participes fecit. Se-
quitur. Tradidit in manus inimici mu ,,
ros turrium ei9. Muri turrium qui in ,,
ciuitate eminentiores sunt, apostolos
designant: qui tunc in sancta ecclesia &
dignitate eminentiores & constantia
fortiores fuerunt. Sed isti quoq; in ma
nus inimici traditi sunt quia cū Chri-
stum mori cernerēt, quodammodo per
infidelitatem corruerunt. Sequit. Vo- ,,
cem dederunt in domo domini sicut in ,,
die solenni. Domus domini ecclesia in
telligitur. Vocem ergo exultationis ī i
mici in domo domini dederunt, quan-
do ipso pastore mortuo & dispersis oui
bus omnino se pualuisse gloriati sunt.
Vel per domū domini ipsum Christū
accipere possumus: sicut dicit Aposto-
lus. Deus erat in Christo mundū recō 2.Cor.5.
cilians sibi. In domo itaq; domini vocē
inimici dederunt: quando ipsi in cruce
pendenti insultabant dicentes. Alios Mat.27.
saluos fecit seipsum nō potest saluum
facere. Si fili9 dei est, descendat nūc de
cruce, & credimus ei. Vnde bene adiū-
gitur sicut in die solēni. Solennitas eñ
generalis & communis est festiuitas.
Quasi ergo in die solenni vocem dant
qui impleto gaudio nihil iā desideriis
suis superesse exultant. Repulit domi- ,,
nus altare suum. Altare dei in nobis fi K
des nostra est: supra quam sacrificium Moralit
boni operis immolamus. Qđ videlicet
altare tunc repellitur, quando fides no
stra bonis operibus nudata, a deo repro
batur. De qua adhuc subditur. Maledi
xit sanctificationi suæ. Sāctificat quip-
pe fides nostra quando ei p incrementa
virtutū merita augētur: sed sanctifica-
tioni maledicitur, qñ amissis virtutib9

fides ipsa prauis actionibus violaẽ. Vnde adhuc additur. Tradidit ĩ man⁹ inimici muros turriũ eius. Quid eñ muri turrium nisi eminentiores virtutes significant, quæ & solidæ sunt per fortitudinem, & erectæ per circunspectionẽ? Muri ergo turrium in manus inimici traduntur, quando subiecta sibi per cõsensum iniquitatis anima, etiam summis virtutib⁹ aduersarius dominatur. De quo recte subinfertur. Vocem dederunt in domo dñi. Tunc enim in domo domini inimici vocem dant, quãdo maligni spiritus intra consciẽtiam admissi, non iam foris pulsantes renitẽti peccatum suadent, sed intus præsidẽtes cõsentienti imperant. Vnde pulchre p similitudinem subinfertur. Sicut in die solẽni. Tũc quippe diabolus plene exultat, quãdo nihil in nobis inuenit, quod
L eius voluntati contradicat. Cogitauit dominus &c. Deus quasi homo ante factum cogitare dicitur ne quid temere & absq; deliberatione facere credatur. Deliberatio autẽ dei nil aliud est q̃ patientia & iustitia eius. Patiẽtia qua delinquentes vt corrigantur diu tolerat. Iustitia, qua perseuerantibus digna meritis recompensat: vnde subiungiẽ. Tetendit funiculum suum. Quid est enim super delinquẽtes funiculum tendere, nisi prius modum & quantitatem delicti diligẽter examinare: ac deinde secũdum mensuram culpæ, mensuram moderari vindictæ? Propter qđ subditur. Et non auertit manum suã a perditione. Ac si diceret. neminẽ excepit a pœna, quia neminem inuenit liberũ a culpa. Qđ legi etiam aliter potest. Cogitauit dominus &c. Per cogitationẽ quippe dei occulta dispensatio incarnationis eius intelligi potest. Et quia in carne veniens occulto quodam cõsilio Iudæos repulit, vt gentes ad fidem colligeret: quasi prius murum filię Sion dissipauit, idest protectionẽ suam a populo Iudæorum abstulit: ac sic deinde funiculum hæreditatis suę super populũ gentium dilatauit. Quasi enim contractus erat funiculus eius, quando de populo Iudæorum tm̃ dicebatur, Iacob funiculus hæreditatis eius: sed tũc funiculus tenditur quãdo, vt dictum est, sors hæreditatis super omnes gẽtes dilatatur. M Quia vero illuminationem gẽtium præcessit excæcatio Iudęorum, recte subinfertur cũ dicitur: Et nõ auertit manum suam a perditiõe. Quasi eñ funiculum tendens manum a perditione auerteret, si gentes colligẽs Iudæos non reprobaret. Hinc est qđ Esaias propheta cum fidem gentium & futuram per spiritum cerneret excęcationem Iudæorum, ait: Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiã. Es. Multiplicata quippe gente, lætitia magnificata non est: qa priores patres q̃uis quidem lætarẽtur de futura salute gentium, simul tamen doluerunt de perditione Iudæorũ. M Vnde & hic quoq; recte subiũgitur. Luxit ꝙ antemurale & murus dissipatus est. Quid nãq; in hoc loco antemurale, nisi priores patres: & quid murus, nisi ipm mediatorem dei & hominum designat? Sicut per Esaiam dicitur. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator: ponetur in ea murus & antemurale. Ipse enim secundum formam assumptę humanitatis, quasi murus nobis fact⁹ est: qa quos per fidem in se credentes recipit, & cõtra impugnationem malignorum spirituum defendendo custodit. Sed qa sancti patres etiam ad custodiendam ecclesiam dei iugiter prædicatione & exemplo spiritualibus excubiis inuigilãt: quasi antemurale in ciuitate dei foris stãtes dicatur ergo. Luxit antemurale & murus pariter dissipatus est: quia inde omnis priorum patrum multitudo doluit, ꝙ perfidus Iudęorum populus saluatorem ad se missum non recepit. Qđ autem dicitur murus dissipat⁹ est: quãtum ad eos dictum est, a quib⁹ est ablatus. Dssipatus est Iudæis, vt ædificaret gentibus: quia per hoc fides eius ad gẽtes transiit, ꝙ Iudæa illã in perfidia manens reprobauit. Sicut per Psalmistam dicitur. Lapidem quem reprobauerunt Psal. ædificantes, hic factus est in caput anguli. Per hoc nãq; ꝙ a pfidis Iudęis reprobatus est: gentium pariter & Iudęorum fidelium quasi duorum parietum ex diuerso in vnum concurrentium, caput factus est. Qđ autem dixit pariter,

sic accipi potest: vel ꝙ murus pariter cũ antemurali luxerit: vel ꝙ mur⁹ pariter cũ antemurali dissipat⁹ sit. Neutrũ
O enim a sana intelligẽtia discordat. Nã ꝙ ipse etiam humani generis redẽptor cum cæteris fidelibus, illius populi per fidiam & dissipationem fleuerit, euangelium manifeste declarat vbi dicitur.
Luc.19. Cum appropinquaret dominus Hierusalem, Vidẽs ciuitatem fleuit super eã, & ait: qa si cognouisses & tu. Quia venient dies in te: & circundabunt te, & coangustabunt te vndiq;, & ad terram prosternent te. Item ꝙ societas sanctorum cum ipso suo capite ab eis dissipata sit, aperte in actibus apostolorũ ostẽditur: vbi narratur quomodo gens Iudaica Christi fidem recipere noluit: & fideles illius a suis finibus eiecit. Cogi
P tauit dominus &c. Quid est ꝙ domin⁹ ante factum cogitare dicitur, nisi ꝙ de⁹ peccatores prius per patientiã diu tolerat, vt districtius postmodum per iustitiam, culpam exquirat? Vnde recte nunc dicitur. Cogitauit dominus dissipare murum filiæ Sion. Quid nãq; per murum filiæ Sion nisi virtutes animæ accipimus? Et sæpe omnipotens de⁹ eos quos iam per fidem & gratiam spiritualium donorũ in visceribus ecclesiæ suę in filios adoptauerat: ꝑpter praua opera postmodum reprobans, ipsis etiam quas iam tribuerat virtutibus priuat. Sed quia nobis peccantibus nunq̃ tam grauiter irasci solet, nisi nostris prius iniquitatib⁹ diu prouocatus fuerit: recte nunc dicitur. Cogitauit domin⁹ dissipare murum filiæ Sion. Ac si diceretur. Delibérat priusq̃ feriat: nec cito ꝓfert sententiam, quousq; subtili cõsideratione examinet culpam. Qđ etiã euidentius explanatur cum dicitur. Tetẽ
Q dit funiculum suum. Quid est enim funiculum tendere, nisi subtiliter mensuram peccati examinare? Vel funiculum tendere est diu in peccato perseuerantes tolerare: non ꝙ ipse patiendo iniquitatem augeat, sed ꝙ iusto iudicio suo vel non corrigendo vel non puniẽdo in nobis prolongari permittat: quæ iniquitas funiculus dei dicitur, quia ĩ nobis inuenit vnde ligamur. Propter qđ necesse est semper solliciti simus ne nos per accepta dona virtutum, aut superbia eleuet aut negligẽtia dissoluat: quia fortassis dum nos male securi acceptam gratiam custodire negligimus, q̃ horrendum sit qđ de nobis inuisibilis iudex cogitet ignoramus: qui q̃uis peccantes nos dissimulans quidem nõ ignorans diu patiatur, scire tamen debemus ꝙ vbi longa deliberatio præcedit, grauis animaduersio sequitur: quẽadmodum cernimus ꝙ quanto quis attentius ictum vibrat, tanto periculosi⁹ iaculatur. vnde subiungitur. Nõ auertit manum suam a perditione. Ac si apte diceretur. Quãto magis prius patiẽdo sustinuit: tanto minus nunc feriendo parcit: quia profecto iustũ valde est vt si nos manus nostras dum possum⁹ ab illicito ope non retrahimus, dei quo ꝙ manus in vlciscendo a perditione nõ auertatur. Sequitur. Luxitq; antemurale & murus pariter dissipatus est. Si ꝑ
R murum (vt dictum est) virtutes animę significantur, recte per antemurale opera virtutum accipimus. Quid est ergo. ꝙ deo in nos vindicãte antemurale luget, & murus dissipatur: nisi ꝙ ei⁹ gratia recedente & virtus tollitur & opera virtutis infatuantur? Tunc eñ opera nostra bona lugẽt, quãdo amissa virtute etsi ad tempus manent, meritum tamen non habent. Sunt qui per murũ opera, per antemurale fidẽ accipere volunt: & bene fides destructis operib⁹ bonis lugere dicitur, quia absq; bono opere apud deum fides nõ approbatur. Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius. In portis subli
S mitas regni: in vectibus fortitudo notatur. Portæ ergo in terra defixę sunt, sublimitas humiliata & deiecta. Vectes perditi & contriti, fortitudo amissa atq; comminuta. Qđ qualiter factum sit adiungit dicens. Reges eius & principes eius in gentibus (subauditur, perdidit dominus) hoc est dispersit & contriuit: idest in nihilum redegit. Quo merito etiam hoc euenerit subinfert. Non est lex, videlicet apud eos, quia legẽ domini non custodiunt: & prophetæ eius non inuenerũt visionem a domino. Cũ

amaritudine pronunciandum est, pro-
phetæ eius. Ac si diceret: Illos magis di
lexit qui suo spiritu falsa prophetabãt,
q̃ illos qui a domino visionem inuene-
runt. Defixæ sunt in terra portæ eius
T &c. Quid per portas & vectes ciuitatis
nisi prelatos populi accipere debemus?
Idem namq; & portæ sunt per verbum,
& vectes per consilium, & viæ per exem
plum. Per verbum disertũ, portæ æreę:
per consilium firmum, vectes ferrei: per
exemplum bonum, viæ planæ. Portæ
enim sunt, quando extra positos p̃ ver-
bum prædicationis ad fidem introdu-
cunt. Vectes sunt quando intus per fi-
dem constitutos per consilium salutis
confirmant & dirigunt. Via sunt quã-
do iam incipientibus, recte incedendi
per bonam operationem exemplũ fiũt.
Recte ergo per portas Hierusalem scri-
bas & pharisæos doctores Iudæorũ in-
telligere possumus. De quibus hic di-
citur. Defixæ sunt in terra portæ eius.
Portæ siquidem erectæ, & solidos ve-
ctes habentes pro tẽpore claudi & ape-
riri possunt: claudi videlicet inimicis,
& amicis aperiri. Portæ autem solutæ
a vectibus suis & ablatæ, aditum non
muniunt: neq; intrare volentibus obsi-
stunt. Portæ vero quæ contritis vecti-
bus in terra defixæ sunt, munimẽtum
quidem non præbent: sed tamen intra-
re volentes impediunt. Quid ergo sunt
portæ erectæ, nisi doctores cælestia præ
dicantes? quæ bene in vectibus pendẽt:
quia de consilio cordis firmatur ver-
bum prædicationis. Et quæ sunt portæ
destructæ & ablatæ, nisi prædicatores
negligẽtes & tepidi? quos dominus per
Esa.56. prophetam increpat dicens. Canes mu
Ezech.13 ti non valentes latrare. Et alibi. Non
ascendistis in die domini ex aduerso vt
poneretis vos murum pro domo domi
ni. De quibus etiam superius dixerat:
Portæ eius destructæ. Hic autem am-
plius aliquid insinuare volens, ait. De-
Luc.11. fixæ sunt in terra portæ eius. Talibus
namq; in euãgelio dominus dicit. Veh
vobis scribæ & pharisæi: quia tulistis
clauem scientiæ, ipsi non introistis &
alios intrare volentes prohibuistis. Di
catur ergo. Defixæ sunt in terra portæ
eius. Per terram enim vel amor terre-
narum rerum, vel humanitas Christi,
vel carnales obseruantiæ legis intelli- V
gi possunt. Bene ergo portæ in terra
defixæ dicuntur: quia scribæ & phari-
sæi doctores populi propter hoc q̃ mẽ-
tem in terrenis desideriis fixerant: non
solum Christum recipere noluerũt, im-
mo etiam ne terram illam amitterent
Christum occiderunt. Vel in terra de-
fixi sunt, quia solam in Christo carnem
attendentes in laqueum perfidiæ inci-
derunt. Vel in terra defixi sunt, q̃a trã-
lata spirituali intelligentia legis ad gẽ
tes, ipsi in carnalibus obseruantiis re-
manserunt. Vnde bene subditur. Perdi
dit & contriuit vectes eius. Quid enim
vectes nisi occulta & fortia cõsilia scri-
barum & pharisæorum designant qui-
bus consiliati sunt Christum occidere
ne terram perderent? Sed vectes perdi-
dit & contriuit: quia consilium eorum
ad nihilum redegit. Consilium perditũ
est, quia Christum occidendo extingue
re non potuerunt. Consilium contritũ
est, quia ob hoc terram perdiderunt q̃
Christum occiderunt: propter q̃d sub-
ditur. Reges eius & principes eius in
gentibus: subauditur constituit Deus:
vt scilicet gentiles regnent & principẽ
tur super eos. Sic igitur perditi sunt &
contriti vectes. Vt non solum regibus
gentium tributum soluerẽt, sed etiam
præfecti & præsides regũ inter eos ha-
bitarent & eos opprimerent, tandemq;
rebelles a terra eiicerent, & per totum
mundum dissiparent. De quibus ad-
huc subditur. Non est lex, scilicet apud
eos: quia & si libros legis habeant q̃a ta
men in Christum non credunt legẽ nõ
obseruant. Sed quia ipsi Christum suũ
adhuc sibi venturum promittunt, con
tra hoc recte respõdetur cum dicitur.

Prophetæ eius non inuenerunt visio
nem a domino.

¶ Ac si diceret. Quod de aduentu Chri
sti falso sibi blandientes prędicant hoc
a semetipsis non a domino reuelãte in-
uenerunt. Defixæ sunt in terra portæ
eius. Quid per portas animę nisi sensus
corporis accipim⁹? Quas videlicet por

tas tūc in terra defigimus quādo ipsos sensus nr̄os ad terrena desideria īclinamus. Sed quia nunq̄ foris sensus turpibus desideriis succumbit, nisi prius interius mentis custodia per negligentiā fracta & dissipata fuerit: recte subinfertur, cum dicitur: Perdidit & contriuit vectes eius. Vectes etenim perdit, quādo sublato timore bono mentem vagam & dissolutā relinquit. Vectes conterit, quando ingredientibus vitiis cōstantiam mentis frangi & emolliri permittit. De quo sequitur.

Y Reges eius & principes eius in gentibus. Per gentes enim vitia signant. Reges ergo & principes animæ in gentibus sunt, quando ipsa vitia ei per cōsensum dominari incipiunt. Vel per reges & principes ipsas animæ virtutes, per quas prius regebatur accipere possum⁹. Reges, quia intus voluntatibus præsident: principes, quia foris animum ad bene agendum mouent. Et referēdum est ad hoc quod præmiserat: perdidit & contriuit vectes eius: videlicet reges & principes: idest virtutes perdidit & contriuit in gentibus, idest per vitia frangi, & opprimi permisit. Hinc est enim qđ

» adiungit dicens. Non est lex. Animus enim legem intrinsecus habere debet: timorem videlicet & amorem Dei: & ad huius legis iudicium sensus suos foris regere. Timorem videlicet ne eum concupiscentia carnis per lasciuiā dissoluat. Amorem vero, ne in bono opere desidia torpentem reddat. Q; si forte portas suas, idest sensus suos anim⁹ in terrenis oblectamentis defigit: ipse sibi indicio est ꝙ contritis vectibus, idest amissis virtutibus etiam legem vitę intrinsecus scilicet timorem dei & amorem perdidit. Cui bene adhuc exprobrando dicitur.

Prophetæ eius non inuenerunt visionem a domino.

Z ¶Postq̄ enim animus amisso moderamine mentis iudicium sensuum sequi incipit iam solummodo ea refugit quę affectus sensuum mala esse renunciat, & ea sequitur quæ carnis affectus probat. Vnde necesse est eum sæpe decipi: qui cum præsentes solummodo delectationes considerat, futuras amaritudines non euitat. Hinc est ꝙ tam sæpe Moyses ad tabernaculum recurrit, vt dominum cōsulat: quia nihil homo temere foris vl' appetere vel declinare debet, nisi prius intus quid dei voluntati placitum sit, iudicio mentis discernat. Peruersæ autem animæ quæ affectum carnis non iudicium mentis vbiꝙ sequitur: recte hic per exprobrationem dicitur. Prophetæ eius non inuenerunt visionem a domino. Quia ille profecto se in foueam perditionis præcipitat, qui semper considerat qd carni suę dulce sit & quid deo placeat nō attendit.

Sederunt in terra, conticuerunt senes &c.

¶Hucusꝗ quasi destructionem ædificiorum descripsit: deinceps miseriam & dolorem hominum plangit. Sederūt in terra, conticuerunt senes. Sessio deiectionem: silentium stuporem designat. Et congrue senes in quibus consilii authoritas esse debuit, siluisse dicūtur: qa tanta calamitas fuit, cui nullo consilio subueniri potuit. Sequitur. A »»

Consperserunt cinere capita sua virgines.

¶Vltro speciem decoris sui fœdant, vt ipso squalore foris interni doloris vehementiam ostendant. Pulchre autem in tribulatione senes conticescunt, virgines autē cinere capita sua spargunt: quia malum cum vehementer ingruit, maturos sensus in stuporem, & lasciuos ad impatientiam vertit: de quibus adhuc subditur.

Accincti sunt ciliciis,

¶Hoc ad senes.

Abiecerunt in terram capita sua.

¶Hoc ad virgines. Mortem accelerare volunt qui ingruentibus malis spontaneas etiam afflictiones adiiciunt. B Allego.

Sederunt in terra, conticuerunt senes &c. Prophetæ mens vniuersa mala præsentis vitæ considerans, cōpunctionis oculū ab exordio ducens ab ipso primi ho

minis lapsu vsq; ad excæcationem iudaici populi, ac deinde descendens per mala præsentis ecclesiæ, vsq; ad finem temporis planctum extẽdit. In superioribus enim ædificia diruta, mœnia destructa, quasi a minori incipiens descripsit: hinc iam quasi ad maiora progrediens, hominum miseriam & dolorem plangit: hæc igitur quæ sequuntur nõ incongrue ad præsentem ecclesiam referri possunt. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion. Quid per filiam Sion nisi præsens ecclesia accipitur: quæ de synagoga per fidem nata est? Senes ergo filiæ Sion prælati ecclesiæ dicuntur: quorum senectus non in numero annorum quæritur, sed in prouectu sapientiæ & morum maturitate. Et bene senes, quia non vt paruuli sub

C lege quasi sub pædagogo constituti. Populus enim antiquus quasi paruulus erat: quia per virgam legis & per terrenas promissiones nutriebatur, quousq; ad sensum maturum conscenderet, vt deo non pro terrenis sed pro cęlestibus deseruiret. Isti ergo senes filię Sion in terra sedere non debent: idest terrena & transitoria quærere: sed conuersatione & desiderio in cęlis esse: vt quod verbo prædicant moribus ostendant. Sed quia plerosq; propheta in sancta ecclesia futuros pręuidit, qui prelationis locum obtinentes peruersis moribus dignitatem officii sui macularent: in vocem doloris erumpens sic ait. Sederunt in terra senes filiæ Sion. Quid est enim in terra sedere nisi terrenis delectationibus incumbendo a bono opere cessare? Sed quia ii qui a bono cessando peruersa agũt ne suę prauitatis testes fiãt, verbum veritatis loqui erubescunt, recte sequutus adiunxit: conticuerunt, quia profecto vbi conscientiam remordet reatus sceleris, a prædicatione linguam ligat timor confusionis. Sequitur.

Consperserunt cinere capita sua virgines Hierusalem.

D ¶Quid per virgines Hierusalẽ nisi boni subiecti in ecclesia, qui fidei integritatem syncęritate morum conseruantes ad visionem supernæ pacis festinãt? Et quid per caput, nisi actio spiritualis? quid per cinerem qui ab igne relinquitur, nisi terrenæ cogitationes signãtur? Quasi enim ab igne cinis nascitur, quando cogitationum inaniũ reliquiæ a concupiscentia carnali generantur. Bene ergo postq̃ senes in terra sedent, & tacent: virgines capita sua cinere cõspergunt: quia simplices quiq; in ecclesia cum prelatos suos postposito studio prædicationis terrenis delectationibus vident incumbere, etiam in bonis quæ agunt carnaliter delectari incipiũt. Recte autem senes filiæ Sion & virgines Hierusalem nominauit, quia prælati in sancta ecclesia per prouidentiam circũspectionis sublimes debent esse. Subiecti autem in bonis quæ humiliter peragunt, semper per intentionem mentis ad visionem ęternę pacis respicere: quatinus & illi in alto per virtutem cõstituti ea quæ subiecta sunt custodiãt: & isti per humilitatem in imo positi intẽtione semper ad superiora contendant. Hoc ergo propheta plangit q; sedent ii qui erecti esse debuerãt, & q cælestia cõtẽplari cõsueuerãt, cinerẽ sibi supmittũt: ne visum ad sublimia leuare q̃ant. Et nota q; perfecti etiam in pedib9 puluerem habere dicuntur: qui autem puluere capita sua aspergũt, iam inter plãgendos numerantur: quia in terrenis quidem actionibus boni per infirmitatem aliquando leues maculas contrahunt: mali vero in iis etiam quæ fortiter agere videntur, per intẽtionem laudis sordescunt. Sequitur.

Accincti sunt ciliciis.

E ¶Quid per cilicium nisi cura terrenarum rerum signatur, quæ conscientiam assiduis occupationum aculeis pũgit? Prius ergo senes in terra sedentes describuntur, & postea ciliciis accincti: quia vbi mens in amore carnalium delectationum primum resoluta fuerit, mox deinde cura sequit̃ q̃ illã p adiplẽdis desideriis suis sollicitãdo cõpũgit. Virgines quoq; pri9 capita sua cinere

aspergere,ac postea ipsa capita sua ĩ terram abiicere dicuntur: quia hic perditionis ordo est,vt primum quisq̃ bona quæ agit per intentionẽ laudis humanæ offuscet: ac deinde etiam ipsa bona opera in prauas actiones cõmutet. ¶Sederunt in terra,conticuerunt senes filiæ Sion. Per diuersas ætates & sexus atq̃ officia personarum interni motus animæ distinguũtur. Nam qđ foris officia personarũ discernunt:hoc intrinsecus affectionum motus discrete peragunt. Quid ergo per senes filiæ Sion nisi consilia fidelis animæ accipere debemus? Sed sciendũ est q̃ alia sunt electorum consilia & alia reproborũ. Consilia namq̃ electorum sunt, præsentem vitam & eius delectationes despicere: in aduersis patientiam conseruare, per presentes tribulationes ad futurã gloriam pertingere. Consilia reproborum sunt,aduersa fugere:præsentem vitam amare:carnalibus desideriis morem gerere:vitam futuram aut despicere, aut desperare. De consilio impiorum per Psalmistam dicitur. Beatus vir qui nõ abiit in consilio impiorum:& de iustorum consilio in eodẽ postea consequenter adiungitur. Ideo non resurgunt impii in iudicio:neq̃ peccatores in consilio iustorum. Si ergo ii qui ad cõsilium iustorum conuertuntur,surgunt:merito sedere perhibentur, qui in consilio impiorum dilapsi sunt:quia & illa sursum & ista deorsum tendunt:illa cælũ, & ista terram appetunt. Senes ergo filiæ Sion in terra sedent: quando affectus animæ æternæ promissionis oblitæ,terrenis & transitoriis delectationibus inhærent. De quibus recte dicitur conticuerũt. Internũ eñ desideriũ quasi clamor quidam est in auribus dei. Et ideo praua mens quanto magis foris transitoria appetit: tanto amplius intus a desiderio æternorum conticescit. Sequitur. Consperserunt cinere capita sua virgines Hierusalem. Per virgines Hierusalem mundas animę cogitationes intelligere debemus. Quid est ergo q̃ postq̃ senes in terra sedent, virgines cinere capita sua spargere dicuntur: nisi q̃ quando affectus animæ deprauati sunt,statim caligo cogitationum generatur? Vnde adhuc subiungitur. Accincti sunt ciliciis. Post sessionem enim & aspersionem cineris,cilicium sequitur: quia prauam delectationem & cõfusionem mentis aspera peccatrici conscientiæ de reatu sui sceleris compũctio generatur. Postremo autem in fine cumulus infelicitatis apponitur cum subinfertur. Abiecerũt in terram capita sua virgines Iuda. Post accinctionem enim cilicii capita ĩ terram abiicere, est post angustiam & trepidationem malæ conscientiæ,etiam de venia desperare. Propter quod etiam recte virgines Iuda dicuntur. Ad augmentum namq̃ doloris postrema in eis confessio nominatur: quia & illa nouissima post omnes alias virtutes amissas a desperatis excluditur.

Moralis — F — Psal.1. — G

Defecerunt præ lachrymis oculi mei &c.

¶Propheta in persona ecclesię membra sua plangentis enumeratis malis perditorum,compassionem bonorum adiungit. Prius enim mali planguntur a bonis,q̃ a semetipsis: & dum male sani in sui adhuc perditione exultant, quantum flendi sint aliena suspiria indicãt. Dicit ergo.

H Literal.

Defecerunt p̃ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terram iecur meum.

¶Oculi in sancta ecclesia sunt prouisores, Viscera misericordes, Iecur studiosi & in bono opere feruentes. Vt enim ferũt Physici in iecore calor decoctionis est. Sicut ergo iecur vel hepar suo calore crudum cibum in ipso stomacho decoquit,& exinde succum nutritiuum in omnes corporis partes transmittit: sic nimirum ii qui alios per feruorem suæ deuotionis a torpore ad bene operandum excitant,quasi ex sua decoctione alimentũ corpori Christi subministrant. Quid est ergo q̃ pctõ vastãte populũ fidelẽ,oculi ecclię deficiunt, & viscera turbãtur, iecur in terram ef-

I

fundit: nisi ꝙ ii qui vere caritatē Chri
sti habent, semper alienis miseriis com
2.Cor.11. patiuntur? Sicut Apostolus dicit. Quis
infirmatur & ego non infirmor? Quis
scādalizat, & ego nō vror? Nullū.n.cer
tius indiciū est verę caritatis, q̄ affect⁹
fraternæ compassionis. Bene autem di
xit oculos deficere prę lachrymis: quia
sæpe tam vehemēti plaga vitam subdi-
torum culpa exulcerat: vt omnis ratio
& diligētia prælatorum succumbat: &
iam in tantis malis aliud consilium nō
sit nisi ad lachrymas solum confugere
& diuinam clementiam implorare. hoc
pulchre Psalmista significat dicēs. Tur
Psal. 106 bati sunt & moti sunt sicut ebrius: &
omnis sapiētia eorum deuorata est. Et
clamauerunt ad dominum cum tribu-
larentur: & de necessitatibus eorum
liberauit eos. Bene ergo oculi præ la-
chrymis deficiunt: quia sæpe cum ma-
lum vehementer ingruit, discretionis
oculum mœror caligare facit. Viscera
turbantur, quia intrinsecus affect⁹ pie-
tatis concutitur. Iecur in terram effun
ditur: quia sæpe in electis prę mœrore
alieni periculi alacritas mentis obliga-
tur: vt tanto amplius etiam in semet-
ipsis ad bona agenda reddantur tepidi,
quanto magis sunt in compassione fra
ternæ tribulationis afflicti. Per oculos
igitur & viscera & iecur significantur
ii qui plangunt non qui planguntur.
Vnde & mox per sequētia verba de iis
qui planguntur sententiam adnectēs,
causam doloris exponit dicens.

Super contritione filię populi mei.

¶Quid enim per muliebrem sexum ni
si plębs infirma significatur? quā tamē
cum filiam nominat, fidei professionē
habere demonstrat. Per contritionem
autem irreparabilis calamitas ostendi
tur, sicut quod contritum est amplius
non reparatur. Sequitur.

Cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

¶Determinat cōtritionem per paruu-
lum populum rudem & fide simplicē.
Per lactentem prauos doctores. Per pla
teas oppidi, voluptates huius seculi ac
cipere debem⁹. Paruulus ergo & lactēs
in plateis oppidi deficiunt: quando car
nales quiq; & stulti cū peruersis doctori
bus per latam viam voluptatum ad p-
ditionem vadunt. Et nota ꝙ ait defice
ret. Magis enim sunt plangendi qui a
bono deficiūt, q̄ qui nunq̄ boni fuerūt.

Defecerunt &c.

K

¶Proprium est electorum aliena mala Alle
tanq̄ sua plāgere. Sicut enim bonis cō-
gaudēdo ī eorū meritis participes fiūt:
ita quoq; malis per compassionem con
dolendo, de illorum perditione sibi lu-
crum faciūt. Discat ergo peccator quo
modo mala propria flere debeat, cū iu-
stus pro alienis delictis tanta cōtritio-
ne se affligat. Defecerunt (inquit) prę- "
lachrymis oculi mei. Quantum puta- "
tis compunctus erat iste, qui sic plora-
uit? Non enim semel tm̄ se lachrymas
fudisse ostendit, qui oculos suos præ la
chrymis defecisse dicit. Sed quia multi
lachrymas fundunt & non compūgun
tur corde: sequutus adiunxit. Contur- "
bata sunt viscera mea: idest vsq; ad cor "
dis intima sagitta doloris penetrauit,
dolor sensum tetigit, & contremuit af
fectus pietatis. Sequitur. Effusum est in "
terra iecur meum. Quid per effusionē "
iecoris nisi afflictio carnis signatur? Nā
quia in iecore decoctio stomachi calo-
rem accipit: qui in afflictione sui corpo
ris curam postponunt, quid aliud q̄ ie-
cur in terram effundunt? Ne igitur in
anes lachrymæ: ne ficta suspiria, ne si-
mulati gemitus credantur: ecce carnis
afflictio manifesta sequitur. Sed fortas-
sis pro parentibus aut cognatis dolet "
iste. Audite quid dicit. Super contritio "
ne (inquit) filiæ populi mei: nō patris,
non matris, non fratris, non sororis,
non cognati, nō affinis, sed populi mei
inquit: ne affectus carnis & non carita-
tis stimulus doloris putaretur. Sed cre
do famosos & diuites ī populo iste plā
ctu suo honorat? Attendite quid dicat. "
Cum deficeret (inquit) paruulus & la- "
ctēs. In primis animaduertite discretio
nem. Plāgit ꝙ deficiūt, nec plāgit ꝙ di-
uites nō sunt. Quis? paruulus inquit &

lactens. Videte ꝙ infirmitati compatitur: non fortitudinem aut pompam veneratur. Sed adhuc fortassis in infirmitate sexus & ætatis honorat nobilitatem generis: In plateis (inquit) oppidi. Non in aula, non in vrbe, non in ciuitate, non saltem in domo: sed in plateis oppidi: quia quãto maior est cõtritorũ abiectio, tanto grauior est: ideo ꝙ p̃ciosior dolentis compassio.

M Moralis Defecerunt &c.

¶Quid per oculos, nisi claritas contemplatiõis: & quid per viscera, nisi sensus internę dulcedinis: & quid per iecur, nisi feruor diuini amoris accipit? Quid est ergo ꝙ propheta in contritionẽ filiæ populi sui, oculos suos defecisse & viscera conturbata, iecurꝙ effusum in terram commemorat: nisi ꝙ spiritualis quisꝙ quanto magis animum suum in tribulatione proximorum ad compassionem foras effundit: tanto amplius interna illa gaudia quæ quietus gustare cõsueuerat, ex ipsa mœroris sui perturbatione subtracta deplorat? Sequitur. Super contritione &c. Per filiam populi carnalis anima: per paruulum, sensus carnis: per lactentem, virtus mentis accipitur. Sensus enim carnis quantum in se est puerilia quædam & leuia semper appetit, nisi quantum mentis constantia eum per disciplinam restringit. Quasi paruulus igitur lacte pascit: qa per virtutem animi ad maturitatẽ constantiæ velut ad robur virile paulatim enutritur. Sequitur. In plateis oppidi. Per oppidum non incõgrue corpus qđ anima inhabitat: & per plateas oppidi fluxa desideria carnis intelligere possumus. Quare ergo in cõtritione filię populi paruulus & lactẽs in plateis oppidi deficere dicuntur: nisi ꝙ in aĩa carnali prius per illecebrosa desideria foris sensus corrumpitur: ac deinde virtus quoꝙ ac constantia animi emollit?

N Literalis Matribus suis dixerunt &c.

¶In matribus tenerior affect⁹ dilectionis notatur: quæ filiorum affect⁹ si possunt non solũ audiũt sed p̃ueniũt. Cur igitur filios rogantes expectant, nisi qa non habent qđ egentibus offerant? Et ne maternam pietatem naturali vitio induruisse existimes: audi q̃les se olim filiis exhibuerint. Non petunt ordeum & aquam, scilicet alimenta seruilia, qa nihil eiusmodi dare solebant: sed

Vbi est inquiunt triticum & vinũ.

¶Hoc petunt qđ soliti fuerunt accipere. Non tamen petunt: sed ammirantes interrogant, quia nec petere solebant, sed habere. Sed fortassis dices lasciui erant filii isti & delicati, superflua quęrebant: quibus etiam materna pietas contradicere deberet. Audi quid sequatur.

Cum deficerent, inquit, quasi vulnerati in plateis ciuitatis.

¶Duplex malum, egestas & ignominia. Tolerabilius saltẽ fuisset in domo deficere, & in occulto fame consumi: q̃ in plateis, cum tabe famis cõfusionẽ ignominiæ sustinere. Sequitur.

Cum exhalarẽt animas suas in sinu matrum suarum.

¶Omnia cooperãtur ad malum. In plateis deficiunt. In sinu matrum animas exhalant: vt & manifesta tabes confusionem, & mors præsens dolorem multiplicent.

Matribus suis &c.

¶Prælati sanctæ ecclesiæ, senes prudentia atꝙ consilio, & matres pietate esse debent. Sed quia praui quilibet & negligentes cum locum prelationis obtinent curam subiectorum postponunt, & suę potius auaritię aut luxui suo student: recte nũc per prophetam dicitur. Matribus suis dixerunt: vbi est triticũ & vinum. Magnus dolor: quia quod petentibus subtrahunt, hoc etiam nõ petentibus offerre debuerunt. Sciendum autem ꝙ tribus modis vita subditorũ prælatis loquitur: per miseriam, per desiderium, per obœdientiam. Petunt eñi quando indigent: petunt quando desiderãt: petunt quãdo audire parati sũt. Per miseriam petunt, quia visa afflictorum indigentia, dum pias mentes ad subueniendum prouocat, etiam si lingua silet, vita clamat. Per desiderium O Allego. P

quoq; petũt quia quodammodo petere
est velle habere. Item per obœdientiam
petunt: quia dum paratos se ad recipiẽ-
dum offerunt, quasi velle & desiderare
se dicunt. Negligentibus igitur prælatis
tis subiectorũ etsi non lingua, vita ta-
men semper loquitur: quia & malorum
periculo & bonorũ desiderio atq; obœ-
dientia ad prędicationis studium & bo-
næ conuersationis exemplũ impenden-
dum commouentur. Et attendite φ in
tempore necessitatis, filii nõ patres sed
matres vocãt. Ac si dicant. Si debitum
obliti estis: pietatem saltẽ obliuisci nõ
Q debetis. Erubescant canes muti, & non
valẽtes latrare. Erubescãt qui de pasto-
ribus lupi facti sunt. Erubescant q non
sicut pastores: sed sicut mercenarii gre
gem dominicũ pascũt. Qui ad laniãdũ
sunt fortes & ad protegendũ ĩbecilles.
Ad accipiendũ prompti, ad tribuẽdum
pigri. Ad circũueniendũ diserti, ad be-
ne dicendũ indocti: qui aut plus debi-
to exigunt, minus vel nihil debito im-
pendunt: qui iudicia veritatis in cau-
sas forenses mutauerũt. Væh eis quare
non attendunt quid debeant: & si peti-
tionem præuenire noluerint, saltẽ pe-
tentes audiant: quia & in ipsa fortassis
petitione discere etiam poterunt quid
debeant. Vbi est, inquiunt illi, triticum
& vinum? Nõ petunt ordeũ & aquam:
sed triticũ & vinũ. Videamus ergo qđ
sit istud triticum & vinum: & quare or
deum & aquam non petant filii q̃uis in
necessitate famis sint constituti. In euã
Ioan.6. gelio legimus φ quinq; milia hominũ
qnq; panibus ordeaceis pasta sunt. Post
ea vero quatuor milia satiantur, & ta-
men nihil ibi dicitur de panib⁹ ordea-
ceis. Itẽ legimus in euangelio φ sex hy
Ioan.2. driæ lapideę prius aqua impletæ sunt,
postea vero aquæ ipsæ in vinum cõmu
tatæ. De tritico quoq; in euangelio do
Ioan.12. minus ipse mentionem facit dicens. Ni
si granũ frumenti cadens in terrã mor
tuum fuerit, ipsum solum manet. Si au
tem mortuum fuerit multũ fructũ af-
fert. Quid igiẽ per triticum nisi Chri-
stus: quid p ordeum nisi lex: qd p aquã
nisi carnalis sensus: quid per vinum ni-
si intelligentia spiritualis accipiẽ? Ser-
uis igitur qui sensu carnali legẽ tenue-
runt, ordeũ & aqua sufficere poterant:
filii autem qui iã per gratiam in Chri-
sto adoptati sunt, & Christũ spũaliter
edere sciunt, non nisi triticũ & vinũ de
siderant. Hæc omnia (inquit apl's, vi- Phi
delicet legales obseruantias) arbitror
vt stercora, vt Christum lucrifacerem.
Vide quomodo iste ordeum legis abii- R
cit: & nõ nisi triticũ. i. Christũ edere q̃-
rit. Et bene per ordeum qđ asperum est
ad edendum, lex: & per triticum quod
suaue est & dulce, Christus accipitur:
quia lex venit peccata punire: & Chri-
stus soluere. Quare ergo Christus triti
cum dicatur, iam per dei gratiã & legẽ S
do discimus & edendo sentimus. Qua-
tuor autem modis Christũ comedim⁹.
Christũ eñ edimus qñ corporaliter sa
cramẽtũ corporis & sanguinis eius su-
mẽdo spũaliter animas nostras sagina-
mus. Christum edimus qñ Christũ cre
dẽdo diligim⁹. Christũ edim⁹ qñ Chri-
stũ imitamur. Christũ edim⁹ qñ verbũ
dei audiendo in nouę vitę cõuersatio-
nẽ transimus. Quid est ergo q̃rere triti
cũ: nisi q̃rere Christũ, q̃rere verbũ Dei,
doctrinam veritatis, & cõuersationem
noui hominis? Triticũ igiẽ q̃rim⁹ quã-
do verbum vitę audire & Christũ imi-
tari desideramus. Sed si triticũ edimus
vinũ & non aquã bibere debem⁹. i. ver-
bum dei audiendo sumere & per spũa-
lem intelligentiam illud in nobis irri-
gare. Hoc est enim qđ in lege nobis p̃-
cipitur: ne carnes agni paschalis aqua Ex
coquamus: quia carnaliter nobis sape-
re non debet quod ad pastum spiritua T
lem datum est. Interrogent ergo boni
subiecti malos prælatos suos & dicant
vbi est triticum? Ac si dicerent. Vbi est
doctrina veritatis? vbi exempla noui
hominis? Ac si apertius dicerent. Vos
nec loquendo veritatem ostenditis, nec
bene viuendo imitatione dignos exhi-
betis. Vbi est vinum? Quasi dicerent.
Vos qui etiã spiritualia carnaliter tra
ctatis, quomodo nos de carnalib⁹ ad spi
ritualia euocare poteritis? Vos q terre
na q̃ abiecisse videbamini, obliuisci non
potestis: quomodo nos ad obliuionem
eorum quæ possidemus inebriabitis?

Mãducate prius,& postea reficite:inebriamini,& deinde inebriate. Proh pudor. Quid dicemus ad hęc? Quid mirũ est si populus carnalia diligit, quando clerus spiritualia etiã ꝓ carnalib⁹ vendit? Vnde recte subinfertur.cũ dicitur.
" Cum deficerent quasi vulnerati in pla
V teis ciuitatis. Duę sunt ciuitates Babylonia & Hierusalẽ. Sed Babylonia plateas habet.i.vias latas, quæ ducunt ad mortẽ: In plateis ergo ciuitatis deficiunt qui per carnis illecebras defluẽtes a virtute mẽtis emollescunt.vel per ciuitatem ipsam ecclesiam non inconuenienter accipim⁹: habet nãq; sancta ecclesia plateas,habet & semitas. Quid enim terrenę actiones sunt,nisi quædã plateę: & quid spirituales actiones nisi semitę? In plateis ergo ciuitatis sunt q in sancta ecclesia licite terrenis actionibus inseruiunt. In plateis autẽ ciuitatis deficiunt qui terrenis negociis occupati spirituales consolatores non inueniunt: qui profecto nequaq̃ deficerẽt si detrimenta quę foris sępe patiunt cõsilio & admonitione bonorũ pręlatorũ int⁹ semp repararẽt. vnde bene de eiusmodi dicitur, quasi vulnerati. Quid.n. peccata sunt nisi vulnera? Quasi vulnerati igitur deficiũt qui sic per negligẽtiam sicut alii per culpam ad interitũ tendunt. Cum magno igitur dolore ꝓnũciandũ est quasi vulnerati, ac si diceretur: Cur isti p negligentiã prælatoꝝ
" pereunt: qui criminibus & flagitiis vulnerati non sunt? vnde sequit. Cũ exha-
" larent animas suas in sinu matrũ suarum. Quid nãq; est sinus matrũ nisi blãda adulatio pręlatorũ? Quasi moriẽtes nãq; filios matres in sinu tenẽt quãdo carnaliũ mẽtes in corpore suo pereuntes mali prælati nõ solum ad bonã operationem non exsuscitant: sed etiã blãdis fauoribus palpando in sua perditione fouent.

X Matribus suis dixerunt &c.

Moral. ¶Quid spiritualiter per filios matrum nisi multitudinẽ cogitationum accipere debem⁹, quę dum in vna mẽte de diuersis affectionibus prodeũt quasi multarũ matrum soboles in vna domo, sed non ex vna origine procedunt? De affectionibus autem cogitationes nasci idcirco diximus: quia profecto illarum rerum frequẽtissime memoria nobis p cogitationem occurrit, quarum amore affecti sumus. Hoc p singula vitia atq; virtutes facile verũ esse probam⁹. hinc est em̃ q in euangelio dicitur. Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. Ac si diceretur: vbi est amor tuus ibi est animus tuus. Qualis est affectio tua, talis etiam est cogitatio tua. Sed sciendũ est q sicut affectus de se cogitationes generãt sic ipsę rursum cogitationes eos a quibus oriuntur affectus amplius inflãmant. vnde etiam in his qui cor suũ ab illicitis cogitationibus diligẽter custodiunt, funditus tandem malarũ radices affectionũ arescũt. Ecõtrario, vero illi q mẽtem suã meditationib⁹ sanctis exercere negligunt, etiam si aliqua diuini amoris scintilla prius incaluerint, paulatim tepescũt: ita tandem vt & si forte bonarũ affectionum cogitatiões aliqñ habuerint, nihil tñ ex ipsis internę dulcedinis in sinũ mẽtis vel teuiter eliquari ꝑsentiant. Propter qđ recte in hoc loco dicit. Matrib⁹ suis di- "
Y xerunt: vbi est triticũ & vinũ? Quid.n. per triticum nisi cibus sapientię: & qđ per vinũ nisi internum gaudiũ signat? Nam sicut panis corporeus ventrẽ reficit: sic sapientia mentem pascit: & sicut vinum auide potatum inebriat, sic internũ gaudiũ mentẽ a carnalibus desideriis alienat. Quid est ergo qđ filii famelici a matrib⁹ triticum & vinũ quærunt, nisi q cogitationes de bonis affectionibus natę, sed per negligentiã arefactæ pristinæ dulcedinis saporẽ in eis inuenire non possunt? De quibus recte
Z subditur. Cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis. Quid em̃ sunt plateę ciuitatis, nisi vagationes mẽtis? In plateis ergo ciuitatis deficiunt, qa dum vaga mens eas ad internã quietẽ non colligit: vsq; ad gustum intimi saporis non pertingũt. Quibus hoc etiã bene congruit qđ dicitur, quasi vulnerati. Praua qppe desideria vulnera sunt bonarum cogitationum: quia dum sua eas admixtione inficiunt, quasi plagæ

Matt.6.

quędam integritatem rectitudinis ea=
rum corrumpũt. Bene ergo steriles co
gitationes animę quasi vulnerati defi=
cere dicuntur:quia sic a fructu iustitię
inanes pmanẽt,sicut illæ quę per illi=
cita desideria corruptę sunt.Sequitur.
Cũ exhalarẽt animas suas in sinu ma=
trũ suarum.Sinus matrũ tepor & desi=
dia est bonarũ affectionum:in quo me=
rito paruuli cogitat⁹ aĩas exhalare di=
cunt̃, qa cũ mẽs a feruore diuini amo=
ris tepescit,omnis mox bonarum cogi=
tationum vigor emoritur.

A Cui comparabo te &c.

Literal. ℭPaulatim plãctum promouet. Primũ
ędificia & deinde homines & ipos qua
si absentes luxit:nunc tãdẽ velut emol
litis & assuefactis lõgo fletu animis ad
pręsentes verba conuertit dicens. Cui
comparabo te,& cui assimilabo te?ac si
si diceret. Quia tam magna est contri=
tio tua,cui comparabo te? & quia tam
grauis est,cui assimilabo te? Qđ est a=
perte dicere. Mala tua & magnitudine
& modo oẽm miseriam superãt. Sed qa
etiã magna minimis quadam differen
ti similitudine cõparari aliquando pos
sunt:subdit.Et exequabo te &c. Quod
est dicere. Alia mala & si per differẽtiã
quãdam tibi comparari possunt : tamẽ
nulla per ęqualitatem possunt.Quare?
Sequitur.Magna enim velut mare con
tritio tua. Mirũ est ꝙ calamitatẽ eius
nulli coęquari posse cõmemorat: & sta
tim magnitudinẽ maris,ei in compara
tione coęquat.Sed sic intelligẽdum est
ac si diceret. Quẽadmodũ mare super
omnes alias aquas & mole & amaritu
dine excellens est: ita tuæ contritioni
nulla calamitas coęquari potest.Sequi
tur.Quis medebitur tui? Sicut exsicca
ri non potest aqua maris: sic contritio
tua ab homine ęstimari nõ poterit:nec
est in quo speres nisi solus deus,Cui cõ
parabo te?Illi qui post agnitã veritatẽ
retro abeunt peiores sunt iis q nũq̃ ve
ritatem agnouerunt. Et quanto cuiqꝫ
excellentior gradus est, tanto periculo
sior est lapsus. Vnde propheta cum su
perius malorum prælatorum in eccle=
sia negligentiam & subiectorum interi

tum planxisset:statim sequut⁹ adiũxit.
Cui cõparabo te & cui assimilabo B
te,& exęquabo virgo filia Sion? Alle.
ℭInculcatio verborum magni doloris
vim exprimit. Ac si ipsi ecclesię de mẽ=
bris eius arefactis loquatur & dicat. Si
cut prius cum fidem recte viuendo te=
nuisti nulli cõparabilis fuit gloria tua:
ita nunc cum per vitam reprobam a fi
de cecideris, nulli cõparabilis est igno
minia tua.Sequitur.

Magna em̃ velut mare cõtritio tua.
ℭQuid per mare nisi vita secularis ac= C
cipitur:quę dum semper motu instabili
nunc de aduersis ad prospera, nunc de
prosperis in aduersa trahitur,quasi qa=
busdam procellis fluctuantibus exagi=
tatur?Et quia nunq̃ vel in prosperis ti
morem, vel in aduersis dolorem exclu
dit: quasi mare, in quãcũqꝫ partem re=
fluat amaritudinem non amittit.Dica
tur ergo illi quę a dulcedine spiritua=
lis vitæ per cõcupiscentiam carnalẽ,&
curas seculares amarescit:dicat̃ inquã.
Magna velut mare contritio tua.Ac si
aperte diceretur.Tu quę per mundi cõ
temptum & desiderium æternoꝝ bono
rum ab amore carnali dulcorata fuisti,
quomodo iterũ in amaritudinem ver=
sa es?Sequitur.

Quis medebitur tui?
ℭAudiant hoc prælati ecclesię qui me D
dici animarum constituti sunt:audiãt
quod dicitur.Quis medebitur tui? Ac
si diceretur.Alios ægros medici curãt
sed medicos infirmantes quis curabit?
Si populus peccat, orant sacerdotes p
eo.Sed pro sacerdotibus si peccauerint
qs orabit?Periculosa prorsus hęc sunt,
& tamen vera. Quæ etsi audire time=
mus:negare tamen non possumus.

E Mor.
Cui comparabo te &c.
ℭIncrepatur anima peccatrix,cuius tã
ta mala superius numerata sunt : quæ
ab amore dei fornicata tanto turpiorẽ
incestum suum fecit, quãto preciosior
fuit integritas eius. Cui bene dicitur.
Magna velut mare cõtritio tua.Quid
enim per mare nisi conscientia praua
accipitur:quam & memoria præterito

rum scelerum, & delectatio præsentiũ huc illucq; impellendo exagitant? Quasi enim fluctus quidã e regione venientes ad inuicem se collidunt quando infelicem animã quodãmodo semp, & pœnitentia preteritorũ errorũ suorum retrahit, & amor psentiũ impellit. Et qa in hac tanta contradictione illa qualiscunq; miseræ delectatiõis dulcedo semper admixto dolore inficitur: recte praua conscientia non solum inquietudine, sed etiam amaritudine mare appellatur. Sequitur. Quis medebitur tui?

F Ostendit magnũ prorsus & difficile esse, non tamen deo impossibile: vt talis ad sanitatem redeat. Hinc est q Ioãnes de peccante ad mortem dicit. Non pro eo dico vt oret qs: Ac si diceret. Sicut desiderare salutem eius non prohibeo, sic orare pro eo præcipere non præsumo: quia tam mortalis vulneris curatio q̃uis potẽtiã dei nõ excedat, oẽm tamen humanã existimationẽ superat: & ideo cõsideratius agitur, si interim humiliter suppressa oratione desiderium tm̃ deo offeratur: quia fortassis citius impetrabit in causa tam difficili humilis & timorata deuotio, q̃ petitio psumptuosa. Dicit ergo Quis medebitur tui? Quasi dicat. Periculosa est plaga tua cui per humanã industriam subueniri non potest: & quæ pter culpã preteritã a deo sanari digna nõ est.

2. Ioã. 5.

G Prophetæ tui &c.

Literal. ¶Cum exprobratione dicitur: prophetæ tui, Acsi diceretur. Ecce ad quantã miseriam deuoluta es prophetas falsos audiendo: quos tu dilexisti & prophetas dei vera dicentes audire noluisti. Viderunt tibi. Tibi viderũt quia prophetæ tui fuerunt. Ideo mendacium illorum ad te redundauit: quia malitia illorum tibi placuit. Prophetæ tui viderunt tibi. Quid tibi viderunt? falsa & stulta. Falsa, in qbus decepta es. Stulta, in quibus excusari non potes. Si tm̃ falsa vidissent in quibus saltem fuisset aliqua veritatis similitudo, poterat fortassis excusari per ignorantiam simplicitas tua: nunc autem quia stulta etiã viderunt, & tamen credere non timuisti: merito punitur insipiẽtia tua. Quæ autem falsa & quę stulta viderunt? Falsas assumptiones: ecce stulta, falsas eiectiones, ecce falsa. Quando & quib⁹ volebãt pmittebãt pspera. Qñ & qbus volebant minabantur aduersa. Sed vtrũq; falso, quia eiiciendis promittebant assumptiones: & assumendis eiectiones.

H Quando deus iratus erat, nunciabant q te ad protegendum assumeret: quando placat⁹ fuit, minabãtur q te ad tribulandum eiiceret. Sed cõminatio falsa fuit & promissio stulta. In promissione non tm̃ falsitas, sed etiam stultitia: quia & si terrores timuisti: valde alienum est a ratione q tanti sceleris conscia, vanis promissionib⁹ decipi potuisti. Ecce nesciebas quod futurũ fuerat: non tamẽ ignorabas malum meritum tuum, quod pręsens erat. Ipsi autem falsa & stulta videndo, non aperiebant tibi iniquitatem tuam: quia cum peruersis in suo scelere prospera promitterẽt, & simpliciter gradientes vanis terroribus sollicitarent: non aperiebãt, immo velabant iniquitatem tuam, ne eam agnosceres. Vel aliter distingui potest.

I Quod dixit falsa & stulta, hoc pertinet ad promissiões: qđ autem sequitur falsas assumptiones & falsas eiectiones, vtrũq; referendum est ad terrores. Tribulationem nãq; & eiectionem vocat, eo q populus a deo eiiciendus erat: & assumptionem ad similitudinẽ oneris quod assumptum portantem grauat. Hinc est enim q vbi beatus Hieronymus trãstulit onus Babylonis siue Tyri, siue Damasci &c. Symmach⁹, & Theodotion, assumptio interpretati sunt. Et bene, propter supradictam causam, terrores solũmodo falsos vocat: promissiones autem non solũ falsas, sed & stultas nominat: quia etsi homo quid futurum sit non possit semper agnoscere: stultum tamen valde est in præsenti se metipsum ignorare. vnde statim postq̃ dixerat: viderũt tibi falsa & stulta, subiungit: nec aperiebãt tibi iniquitatem tuam. Qui enim peccatori pręmium iusti promittit, quasi iniquitatẽ illius ne videatur abscondit.

Prophetę tui &c.

K Allego. ℭSicut culpa malis prelatis est, ꝙ p eo
rum negligentiam subiecti pereũt : ita
quoqꝫ subiectis in culpam deputatur,ꝙ
spretis bonis, malorum prelatorum ex
empla imitantur: & peruersas doctrinas
audiunt.Congrue igitur postq̃ prælatorum peruersitatem arguit : nunc ad
ipsos quoqꝫ subiectos verba doloris per
" exprobrationẽ conuertit,dicẽs.Prophe
" tæ tui viderunt tibi falsa & stulta.Prælati ecclesiæ prophetæ sunt,quando ad
instruendam fidem moresqꝫ subiectorũ
nunc occulta scripturarũ reserãt : nũc
de premiis bonorum, siue pœnis malo
rum ventura predicunt. Peruersi autẽ
quiqꝫ quia in loquendo non tam corre
ctionem audientium,q̃ fauorẽ querũt:
" recte nunc de eis dicitur.Viderunt tibi falsa & stulta.Falsa etẽ & stulta vi
dent,quia in discernẽdis moribus subiectorum iudiciũ veritatis nõ tenẽt.Et
cũ prauos quoslibet pro gratia fauoris
in suis peruersitatibus laudant:stultos
per negligẽtiam amplius per adulationem infatuant.Vnde recte subdit.Nec
" aperiebãt tibi iniquitatem tuam, vt te
" ad pœnitentiam prouocarent.Quia ve
ro nõnunq̃ mali prælati subiectos etiã
innocẽtes odio prosequunt, & cũ suas
iniurias vindicent causam dei se patro
cinari simulant: recte subinfertur cum
" dicitur.Viderũt autem tibi assumptio
" nes falsas & eiectiones.Ac si diceretur.
Quibus ipsi irati fuerant,illis irã & vl
tionem diuinam imminere nũciabant:
quatinus cum deum suarũ iniuriarum
vltorem dicerent,animos populi ad ex
hibendam sibi reuerentiã prouocarẽt.

L Moral. Prophetæ tui &c.

ℭQui sunt pphetæ peccatricis animæ,
qui falsa & stulta eis vident : nisi foris
sensus corporis,& versuti cogitatus in
trinsecus quos prouidentia carnis gi
Visus. gnit? Consideremus paulo attentius q̃
falsi sint isti prophete,Ecce vnus de il
lis,visus, quomodo falsa prophetando
decipit. Si rem videris concupiscibilẽ:
quid tibi predicit? Ama,inquit,seque
re,apprehẽde,fruere:felix eris si tali de
siderio potitꝰ fueris.Sed infelix anima
dum male credula fallacem promissio
nem sequitur: ampliori miseria per ef
fectum sceleris obligatur . Sic auditus
sic olfactus,sic gustus & tactus falsa p
phetant & credentes sibi illaqueant:qa
priusq̃ concupiscentia experimentũ ca
piat, prospera omnia & blanda futura
promittunt: cũ vero misera delectatio
breui degustata trãsierit, stupentem &
horrore plenam consciẽtiã relinquũt.
Sed isti prophete tanto facilius in suis
fallaciis dephendi possunt,quanto ma
nifestius est & ratione sepe carens hoc
quod promittunt.Versutia autem cor
dis tanto periculosior est,quãto occul
tior: quia non solum fallaciter promit
tit. sed etiam mentem ad credẽdũ astu
te quadam faciendi ratione compellit. M
Hec est prudentia carnis,quæ mortem
operatur : quã filii nequã huius seculi
habent:sicut dominus in euangelio di
cit.Filii huiꝰ seculi prudentiores sunt
filiis lucis in generatione sua.Hec pru
dentia peruersos illos prophetas gene
rat,versutos scilicet animæ cogitatus:
qui falsis promissionibus animã lactãt,
& consentientem sibi seducunt atqꝫ il
laqueant.Vnus eorũ patientie insidia
tur:alter castitatem violare nititur. il
le mundi cõtemptum irridet:iste simu
lationi studendũ docet.Consideremus N
hæc per singula. Est vnus cogitatꝰ qui
de prudentia carnis nascitur:hic dicit
homini,vindica lesionem tuam,vlcisce
re iniurias tuas:quia si presentes patiẽ
ter tuleris ad futuras alios animabis:
timeant te potius homines q̃ cõtẽnãt.
omnes tibi exhibebunt reuerentiam,si
te viderint vlcisci viriliter iniuriã tu
am.Videte q̃ fallax est & q̃ falsus est,p
pheta iste pessimus . Callide persuasisse
putabatur, cum furibundo reuerentiã
exhibendam prædiceret: quem cum in
furorem conuerterit non reuerendum O
sed abominabilẽ omnibus hominibus
reddit. Est adhuc alius pseudopropheta, integritatis & continentiæ inimi
cus:qui hoc ordine seducit hominẽ.Se
pe sub obtentu sanitatis, aut necessita
te operis amplioribus & delicatoribꝰ
cibis indulgendum suadet:cum autem
per crapulam corpus inflãmauerit,cõ
tinuo luxuriæ oblectamẽta oculis an

teponit: graue atq; impossibile asserit: vt homo in carne positus non carnaliter viuat: iuuenilib⁹ annis facile ignosci posse: longa adhuc ad pœnitētiā superesse tempora: deū esse misericordē: tormenta inferni, vel nulla vel parua. Sed attēdite q̃ fallax sit iste propheta. Delectationes plurimas & in tempora longa permansuras: pœnam autem exiguam, & in breui transituram promittit: & fortassis æterna sunt tormenta quæ sequuntur: cum id qđ delectat, etiam ad momentū stare non possit. Alti⁹
P quadam ratione faciendi, auaritię studendum docet. Talem hanc vitam esse in qua homo non possit habere honorem, si non habuerit facultatem. Diuitias non solum corporib⁹: sed etiam saluti animarū plurimū sæpe pdesse: inde pauperum alimoniā & constructiones ecclesiarū procedere: postremo melius esse vt habeat vnde sibi meritum requirere possit, q̃ vt nihil habens ab aliis poscere cogatur, vnde amplius debitor sit. Sed & istū prophetā mendacē cognoscite. Possidentibus diuitias posse virtutū merita augmentari pronunciat: vt ab amantibus diuitias oīa virtutum merita tollat: & primū animos ad quærendas diuitias cupiditate, deinde ad retinendas (cum acquisitę fuerint) tenacitate corrumpat. Est adhuc
Q vnus de falsis prophetis, qui simulationi deseruire suadet. Bonā eīn opinionē q̃maxime valere: famā suā hoīem vbiq; impollutam custodire debere: & siqua fuerint ex infirmitate potius q̃ ex deliberatione peccata, propter scandalū pximorū celanda esse. duplex damnū fieri si altero corrupto per factū alter corrumperetur per exemplum. Propterea oportere semper hominem ad eruditionem aliorum, habitū laudabilem & virtutis indicem demonstrare: & nequid sinistrum aut honestati contrarium de se aut dicatur, aut credat, summo studio vitare debere. Vehementer meritū multiplicari, si & semetipsum homo per studium virtutis exerceat, & alios per exemplum lucrifaciat. O q̃ subdola promissio! meritum per simulationem multiplicādū pronūciat, vt cum hominē & mala sua tegere, & bona ostētare docuerit: oēm boni meriti soliditatem euertat. De istis prophetis peccatrici animæ & in tribulatione positæ per exprobrationem dicitur. Prophetę tui viderunt tibi falsa & stulta. Acsi diceret. ,,
Falsum esse quod carnales affectus promittebant, vel nunc agnosce erudita p pœnam, quod prius attendere noluisti cum trahereris ad culpam. Falsa & stulta viderunt tibi. Quando ratione faciendi malum tibi persuadebant: falsa viderunt. Quādo vero etiam ad irrationabiles actus cupiditate victam impellebant: non solum falsa, sed & stulta viderunt. Vnde sequitur. Nec aperiebāt tibi iniquitatem tuam. Acsi diceretur. ,,
R
Iniquitatem tuam tibi aperirent si ante factum quę pœna post sequeret ostēderent. Nūc autem ne iniquitatem tuam perspicere posses, quasi dextrū oculum tuum cęcabat simulata ratio: & sinistrum delectatio praua. Nec solūmodo deceperunt promittendo prospera: sed etiam terrendo per aduersa. Viderunt enim tibi assumptiones falsas & eiectiones. ,,
Assumptiones videlicet malorum, quę imminere dicebant: & eiectiones bonorum presentium, quæ peritura nunciabant: quatinus tu cum bona quæ amabas perdere timeres, & mala quæ timebas euitare studeres, citius ad iniquitatem faciendam cōsentires.

Plauserunt super te manibus, oēs transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt capita sua super filiam Hierusalem.

S
Literal.
¶Quasi diceret, audi: & quantū miserāda sis, vel alieno testimonio disce. Trāseuntes per viam peregrini intelligunt & extranei. Nam qui transeuntes nominantur, ostenduntur & aliūde venire, & aliorsum tēdere. Per hoc.n.φ aliūde veniūt, demōstrant alieni sanguine: p hoc φ aliorsum tendūt alieni intētione. Et tñ eos quos & affect⁹ sāguinis & ppositū intētiōis diuidit: nouę calamitatis stupor ad cōpassionē figit. Plauserūt, īquit, manib⁹ sup te. Pulchre dixit sup te: q̄si deiectā & pstratā. Plause-

T runt manibus. Fuerunt nõnulli q hæc
omnia ad irrisionē & subsannationem
potius pertinere existimarent,propter
ea ꝙ plausus & sibilus insultantiũ esse
videantur. Quod vero in sequēti clau
sula rursum de sibilo & ĩsultatione agi
tur:in hoc differre putatur ꝙ isti quasi
extranei deiectam despiciunt:illi vero
quasi hostes & inimici nõ solum despe
ctum,sed odium quoqꝫ sibilando & ex=
ultando ostendunt. Qui sensus nec no
bis rationi contraire videtur. Quia ta
mē secũdũ spiritualē intelligētiā cõue
nientius hęc ad compassionem referũ=
tur, dicere conuenienter possumus ꝙ
per plausum non insultatio: sed simpli
citer manuũ collisio exprimatur. Col=
lisio autem manuũ non semper idem si
gnificat:sed aliquando gaudiũ,aliquã=
do dolorem,aliquando admirationem,
aliquando compassionem indicat. Sibi
lus quoqꝫ diuersas affectiones indicat
aliquando eñ cõtẽptũ,aliquãdo despe=
rationē,aliquando blãdimēta insinuat.
Similiter motio capitis aliquãdo indi
gnationē,aliquãdo ĩsultationē,aliquã=
do dolorē,aliquãdo admirationē expri
V mit. Quia vero motus isti ad diuersas
affectiones respiciũt: possum⁹ per plau
sum manuũ admirationē, per sibilum
desperationē,per motionē capitis cõpas
sionē:siue ecõtrario per plausum cõpas
sionē, & p motionē capitis admiratio=
nem accipere. Transeũtes etem̃ cũ aspi
ciunt tam lamentabiles ruinas, quadã
humanitate ad cõpassionē prouocanẽ,
& dolēt de p̃senti,quã vident,miseria:
desperant autem de reparatione futu=
ra : & admirantur de transacta gloria.
Ex dolore cõpassionis,manib⁹plaudũt:
ex desperatione,ore sibilant:ex admira
tione,caput mouēt: & hoc est qđ seqẽ.

Hæccine est,dicẽtes,vrbs ꝑfecti de
coris,gaudium vniuersę terræ?

Ac si diceretur.Olim tam gloriosa,mo
do tam misera:quod tamen, vt dictum
est,non irridendo sed compatiendo di=
xisse credendi sunt.

X Plauserunt &c.

Alleg. ℭPrimũ consideremus qui sint transeũ
tes isti:deinde quę sit via per quã trans
eunt.Tota ista vita p̃sens trãsitus qui=
dam esse videtur: quoniã ex quo eã na
scendo ingredimur, sine intermissione
p cotidianas immutationes ad mortẽ
properamus:sicut in psalmo legiẽ.Ho=
mo sicut fœnũ dies eius:tanq̃ flos agri
sic efflorebit. Quoniã spiritus pertrãsi
bit in illo,& non subsistet: & nõ cogno
scet amplius locũ suum.Sed est alter q
dam transitus laudabilis: qui non om̃i
bus cõmunis est.Omnes nãqꝫ homines
(sicut diximus)per necessitatem condi
tionis transeunt: mali vero cum p con
ditionem hic manere non possint,men
tem tamen in desiderio vitę huius per
amorem figunt. Transeunt ergo mali Y
necessitate, sed volũtate non transeũt:
boni vero qui præsentem vitam non
amant,sed futurã desiderant: necessita
ti voluntatem adiungunt:immo,vt ve
rius aliquid dicam,ipsam necessitatem
voluntate pręueniunt:quia prius volũ
tate hinc exeunt q̃ morte.Hi sunt veri
Hebręi.i.transeuntes:ad quos illud sa=
pientię verbũ dirigitur.Trãsite ad me
omnes qui concupiscitis me. De quorũ
etiam numero Apostolus Paulus se es=
se gloriaẽ,cũ dicit.Hebræi sunt & ego.
Quomodo em̃ hebręus sit.i.transiẽs in
alio loco manifestat:Ea,inqt,quę retro
sunt oblitus,semp in anteriora me ex=
tendo.Et rursum. Bonũ certamẽ certa
ui,cursum consũmaui,fidẽ seruaui.De
hoc etiã trãsitu Moyses dicit. Trãsibo
&videbo visionẽ hãc grandẽ.Quia igi
tur alii sola necessitate transeunt, alii
vero necessitati cõditiõis arbitriũ etiã
volũtatis adiũgũt:recte hic cũ de trãs=
euntib⁹ loq̃reẽ: ꝙ nõ quoslibet transeũ
tes acciperet necessaria adiectione de=
clarauit dicens.Transeuntes per viam. Z
Via nãqꝫ in sacro eloquio aliqñ Chri=
stũ,aliqñ legẽ dei,aliqñ vitã p̃sentem si
gnificat.Via Christum significat sicut
ipse testaẽ dicẽs.Ego sum via. Via legẽ
dei significat:sicut in psalmo legiẽ.Bea
ti ĩmaculati invia q ãbulãt in lege dñi.
Via p̃sentẽ vitã significat,sicut in euã
gelio diciẽ. Esto consentiẽs aduersario
tuo dũ es in via.Quid nãqꝫ sermo diui
n⁹ nisi aduersari⁹ nobis efficiẽ, qñ nris
voluntatibus prauis aduersaẽ?Cui ve

aduersario in via consentientes sumꝰ. si in hac vita mortali, vbi adhuc locus merendi est preceptis dei, etiam cōtra nostras carnales volūtates obtemperare satagimus. Sed in hoc loco via præsentem vitam significare nō potest: qa cum omnis homo per eam necessitate conditionis transeat, distinctionem ꝓpheta non faceret, si de transeuntibus loquens, per viam, vitam præsentem significaret. Via ergo Christꝰ est. Et fortassis non sine causa factum est, ꝙ cum psalmista in quodam loco transeuntes vel prætergredientes, viam quosdā appellauerit: hic non transeuntes viā, sed per viam transeuntes dicit. Viam enim transeunt qui legem dei preuaricātur: & fidem Christi vel acceptam deserūt, vel oblatam per verbum prædicationis accipere contemnūt. Ab his ergo separare voluit quos non transeuntes viā:
A sed per viam transeuntes dixit. Et attēde ꝙ non dixit stantes in via: sed transeuntes per viam. In via etenim stant q fidem sine bonis operibus ociosam seruant: qui quidem in via sunt per rectā fidem, sed non ambulant per bonā operationem. Per viam autem transeunt, q in fide recta cotidiano profectu virtutum semper de bono in melius tendūt. Dicatur ergo. Plauserunt super te manibus omnes trāseuntes per viam. Sed quid est qđ ecclesię pro mēbris suis in-
firmantibus dicitur: plauserunt sup te manibus omnes transeuntes per viam: nisi ꝙ electos quosq; quos huius mundi oblectamenta a cursu boni operis siue a desiderio ęternorum impedire nō
B preualent, pericula proximorum ad cōpassionem mouent? Qđ pulchre in libro regū per duas illas vaccas significatum est quæ arcā domini ab allophilis redeūtem superimpositam plaustro
1.Reg.6. nouo gestabant: de quibꝰ scriptum est. Tollentes duas vaccas quæ lactabāt vitulos iunxerunt ad plaustrum, vitulosq; earum domi cōcluserunt. Et paulo post. Ibant in directum vaccę per viā quę ducit Bethsamis pergentes, & mugientes: & nō declinabant, neq; ad dexteram neq; ad sinistram. Quid enim vaccæ, nisi fideles quosq; in ecclesia: & quid arca, nisi legē dei: & quid Bethsamis, quod interpretat̄ domus solis, nisi cęlestem patriam designat? Vaccæ igit̄ quasi arcā superimpositā gestātes pgētes & mugientes recto itinere Bethsamis vadunt: quando fideles legis diuinæ meditationem iugiter in corde suo portantes, per viam boni operis ad cælestem patriam tendunt & pergētes, ꝓ his quos adhuc carnalis affectꝰ in hoc mundo obligat, mugitus compassionis edunt: q nec propter compassionē a recto itinere declinant, nec propter itineris propositū a mugitu cōpassionis cessant. Idipsum in hoc loco propheta innuit dicens.

Plauserunt super te manibus omēs transeuntes per viam.

¶Plaudunt enim & simul transeūt: qa sic afflictis compassionis suę affectū exhibent: vt tamē a proposito recti itineris nec deficiant nec declinent. Cuiꝰ cōpassionis modus recte subinfertur, cū dicitur: plauserunt manibus: sibilauerunt, mouerūt caput. In sacro eloquio sępe per manus operatio, p os locutio, & per caput mēs designari solet. Si igitur per manus opera designari dicimꝰ quid in plausu manuū, nisi famā & opinionē bonorū operū accipere debemꝰ? Fama nāq; & opinio bonorū operū velut quidam manuū plausus in auribus populi sonat: & sępe cum repentina pstrepuerit omniū oculos in suū a quo orta est authorem conuertit. Hinc em̄ est ꝙ peruersi quiq; in iis quę recte agere videntur, semper innotescere volūt: vt videlicet dum bene acta sua in medium spectanda adduxerint, rudes animos populi in admirationē sui cōuertant. Electi vero in bonis actibꝰ suis tāto ampliꝰ manifestari refugiūt: q̄to magis ęternę retributionis pmiū ex admiratione terrenę laudis imminui sibi ptimescunt. Qui si aliq̄n virtutes suas & fortia acta sua proximis ad exemplū pponūt: nequaq̄ hoc desiderio gloriandi, sed amore consulendi faciunt. Vnde & hic recte sub typo desolatæ ciuitatis multitudini peccātiū dicit̄. Plauserūt sup te manibus oēs trāseūtes per C

uiam. Electi nãq; qui p viã mandatorũ
dei de huius mundi exilio ad cęlestem
patriam transeunt: sępe dum infirman-
tes proximos vident ex affectu carita-
tis ad prouocandos animos eorũ virtu
tes suas in exemplũ proponunt. Illi au
tem qui per deuiũ transeunt, super ia-
centes non plangunt: qa virtutes suas
nõ propter vtilitatem proximorũ, sed
ꝑpter gloriã propriã dilatandam ostẽ-
" dunt. Sequitur. Sibilauerunt &c. Solẽt
D ad sibilũ formãdũ extrinsecus labia cõ
trahi, & intrinsecus lingua quodãmo-
do in similitudinẽ canalis sinuata sub-
sterni: vt dum spiritus per arctum du-
ctus & extenuatus emanat, mollior blã
diorq; ad auditũ demulcẽdũ pueniat.
Quid igitur rectius per sibilũ oris, q̃ cõ
solationis verbũ intelligi põt? Quasi. n.
contractis labiis & lingua substrata si-
bilare, est emollitis & temperatis ver-
bis omne loquendi studiũ ad vsum cõ-
solationis inflectere. Transeuntes igit
per viã super desolatos & manib⁹ plau
dunt & ore sibilant: quando spirituales
quiq;, peccatores & per exempla virtu-
tum ad bene agendũ prouocant & per
verbũ consolationis ad spem venię con
" firmant. Sequitur. Mouerũt caput suũ.
E Per caput nõ inconuenienter mẽtẽ ac-
cipere possum⁹: per motionẽ capitis cõ
passionẽ mẽtis. Bene ergo transeuntes
post plausum & sibilum, etiã caput mo
uent: quia profecto alienos dolores effi
caciter consolari nequeunt, qui dolori
bus alienis veraciter compati non no-
uerunt. Videte si Paulo aliquod horũ
defuit. Manibus plausit Paulus quãdo
1. Cor. 11. dicebat. Imitatores mei estote, sicut &
ego Christi. Ore sibilauit quãdo corin
thios post pœnitentiam consolans ait.
2. Cor. 2. Scripsi vobis non vt contristemini, sed
vt sciatis quã caritatem habeam abun
dantius in vobis. Caput mouit quan-
Gala. 4. do dicebat. Filioli quos iterũ parturio
donec formetur Christus in vobis. Se-
" quitur in litera. Super filiam Hierusa
F lem. Quid Hierusalẽ quę visio pacis in
terpretatur, nisi cælestem patriam desi
gnat? Ac si peccatoribus diceret. Tanto
grauiorem electis quibuslibet de vestri
perditione luctum facitis, quanto iam
certius est, q̄ ad consortium & societa
tem electorum pertinere debuistis. Et
quemadmodum vestra salus omnibus
gaudium faceret: ita quoq; de ruina ve
stra dolor vniuersorum, & tristitia pro
cedit. Et hoc est quod sequitur. Hęcci- "
ne est, dicentes, vrbs perfecti decoris, "
gaudium vniuersę terrę? Vrbs nãq; in G
hoc loco ecclesia catholica intelligẽda
est: in qua portę & muri sunt, ii q alios
& doctrina veritatis informãt, & circũ
spectione ambiunt: quę videlicet eccle-
sia tunc perfectũ decorẽ habet, quando
& in pręlatis virtus ornat sapientiam:
& in subiectis obœdientia bonorũ ope
rũ disciplinã. Huius ergo ciuitatis de
cor, recte gaudium vniuersę terrę dici
tur: quia eius disciplina iam per oẽs
mundi partes dilatatur. Dicatur ergo
Hęccine est vrbs perfecti decoris, gau-
diũ vniuersę terrę? Quasi diceret. Quo
modo tam cito in desolationem veni-
re potuit: quę prius decore suo vniuer
sos per mundi circulũ electos lætifica-
uit? Sed quid est qđ in ruina quorũdã
tota ecclesia quasi desolata plangit: ni-
si quia dum patitur vnũ membrũ, oĩa
membra cõpatiuntur? Propter qđ val-
de pertimescere debẽt, ii qui in sua ini
quitate caritatem aliorũ contristãt: qa
profecto, sicut illi malis compatiendo
sibi adaugẽt meritum: ita & isti bonos
contristando aggrauant reatũ suum.

Plauserunt &c.

¶Qui peccatorem blanda exhortatio-
ne ad pœnitentiam prouocat, qđ aliud
q̃ ęgroti vulnera ante sectionẽ palpat?
Sicut igitur plaga quæ nec lenẽ quidẽ
medicantis tactũ sustinere potest omi-
no insanabilis creditur: ita peccator q
etiã blandã admonitionẽ respuit, quasi
incorrigibilis reputat. hoc est qđ ꝑphe
ta hic peccatrici animæ cum graui do
lore exprobrat dicens. Plauserunt sup
te &c. Ac si diceret. Prius carnis sugge
stio facile tibi ad persuadendam iniq-
tatem pręualere potuit: nunc vero oĩs
sollicitudo & ĩdustria bonorum in tui
correctione defecit: quantũq; prius ad
perpetrandã iniquitatem per cõtẽptũ
fuisti temeraria, tãtũ nũc in ipsa iniq-

quitate tua per desperationẽ es obdura
I ta. Plauserũt sup te manibus oẽs trans
euntes p viã: vt tãto grauior ruina ei⁹
ostendat, iã boni operis viã ingressam
fuisse cõmemorat: & quasi in medio iti
nere collapsam. vnde & alios transeun
tes vocat: vt aperte demõstret ꝙ ii qui
eã nunc merito virtutũ pręcedere inci
piunt: aliqñ posteriores fuerũt. Sed qa
electos in ruina ꝓximorũ semp, & cari
tas ad cõpassionẽ prouocat, & exemplũ
ad timorẽ: recte & transeuntes pariter
& plaudentes describunt. Proficiendo
eñ transeunt: compatiendo plaudunt,
quatinus sic de profectu suo gaudeant
vt tamen in infirmitate iacentes ꝓxi
" mos despicere nõ præsumãt. Plauserũt
K inquit manibus. Plausus manuũ exem
plũ boni opis: Sibilus verbũ cõsolatio
nis: Motio capitis affectũ compassionis
designat: qa spũales quiq; eos quos per
iniquitatẽ corruisse vidẽt: & exemplo
prouocãt, & verbo cõfirmãt, & quantũ
de eorũ salute gauderẽt, ipso cõpassio
" nis suę dolore demonstrant. Seqt. Hęc
cine est, dicentes, vrbs pfecti decoris? Id
circo cõmemorant quid esse debuerat,
vt ad quã miseriam dilapsa sit, citi⁹ ex
memoria pteritæ dignitatis agnoscat.
Vrbẽ vocant quasi sublimẽ & munitã
virtutibus: quę prius deũ in se regnan
tẽ habuit: qñ adhuc dñio vitiorũ p cõ
sensum subiecta nõ fuit. Sequitur. Gau
" dium vniuersę terrę. Acsi dicat. Quan
to plures de eius profectu gaudere de
buerãt, tanto plures nũc eius ruina &
desolatio cõtristat: vt si sibi parcere nõ
vult, saltem alios in sui pditione affli
gere erubescat. Omnibus his modis cõ
uenitur indurata cõscientia: vt tã mul
tiplici medicamine adhibito tandẽ ad
pœnitentiam emollescat.

L Aperuerunt super te os suum, oñes
Literal. inimici tui &c.

Quasi diceret. Si non mouet te ꝙ a fal
sis ꝓphetis illusa es: ꝙ in calamitatem
collapsa, in signũ & prodigiũ transeun
tibus posita es: vel hoc insensibilitatẽ
tuam cõpungat: ꝙ inimicis tuis in prę
dam & cõculcationem: in gaudium &
" subsannationẽ facta es. Aperuerunt: in
quit, super te os suũ oñes inimici tui.
Apertio oris crudelitatem & subsanna
tionem designat. Aperuerunt os, auidi
ad deuorandũ. Aperuerunt os, superbi
ad subsannandum.

Sibilauerũt, fremuerũt dẽtib⁹ suis.

¶Sibilus contemptũ exprimit: fremit⁹
irã & indignationẽ. Oñes inimici tui:
Chaldęi, Romani. Grauis pressura vbi
omnes infesti, vbi omnes pmunt: & oẽs
pręualent. Sequitur.

Et dixerunt deuorabimus.

¶Nõ parũ nocere volũt: sed vsq; ad cõ
sumptionẽ delere, nec solum delere sed
deuorare: qa pascunt & delectant ĩ rui
na tua. vnde sequitur.

En ista est dies quã expectauim⁹, de
siderãdo: Inuenim⁹, q̃rẽdo: vidim⁹.
exultando. vt q̃to affligentium te ma
ior est lętitia, tanto amarior & intole
rabilior sit miseria tua.

Aperuerunt &c. M

¶Inimici sanctę ecclesię hæretici sunt: Allego.
qa fidei eius constantiã prauis dogma
tibus impugnant. Sed isti contra eam
os suũ aperire nõ pręsumũt, q̃diu in cõ
uersatione eius sapientiam simul & di
sciplinam florere conspiciũt. Contra sa
pientiã nãq; os claudũt, qa ab iis quos
in cognitione veritatis stabiles vidẽt,
erroris sui documenta abscondũt. Con
tra disciplinã itẽ os claudunt, qñ in cõ
uersatione fideliũ qd blasphemare pos
sint non inueniũt. Qꝫ si forte sapiẽtia,
disciplinã pdiderit, cõtra eã os aperiũt
vt blasphement: aut si disciplina sapiẽ
tiã nõ habuerit, cõtra eam os aperiũt:
vt errores disseminent: si vero nec sapi
entia, nec disciplina in ea fuerit, iã non
solũ contra eam sed sup eã os aperiũt,
vt deuorent, & quasi incorporando si
bi omnes reliquias veritatis consumãt
in eis quos ad suum consortium trahe "
re valent. Sequitur. Sibilauerunt. In si N
bilo notare possumus versutas & blan
das persuasiones, quibus incautos deci
piunt: & quasi serpentes post lenem sibi
lum, venenum mortis infundũt. Quia
vero blandimenta hæreticorum nõ ex
pietate, sed ex crudelitate procedunt:
recte subiungitur. Fremuerunt denti

bus suis. Acsi diceretur. Blandum erat quod locutio sibilauit: sed nimis crudele qđ intẽtio fremuit. Sequitur. En ista est dies, quã expectauimus, inuenimus, vidimus. Oppressionem bonorũ nõ noctem sed diem nominãt: quia inde ipsi per iniquã lætitiam lucent, vnde alios tenebrę infidelitatis excęcant. Expectauimus, inquiunt, scilicet desiderantes: inuenimus quęrẽtes: vidimus exultantes. Et nota quia qđ occultũ est, inuenitur: qđ videt, apertũ. Acsi dicerent. Qđ prius vel in occulto inuenire desiderauimus, nunc manifestum videmus.

O Aperuerant supra te: &c.

Moral. ¶Dęmones contra animã os aperiunt: quando erectã in bonis desideriis vocibus suggestionis pulsant. Supra autem eam os aperiunt, qñ iacẽte in praua delectatione non iam suadẽt iniquitatẽ, sed imperant. Vel supra eã os aperiũt, quã cum prius blandiendo ad culpam traxerunt, postmodũ sęuiẽdo ad pœnã exposcunt. Vnde subdit. Sibilauerunt, fremuerũt dentibus suis. Prius. n. sibilant ac deinde dentibus fremunt: quia (sicut diximus) post blandã suggestionẽ crudeliter pœnã exposcunt. De qua videlicet pœna adhuc subinfertur cũ dicit. Et dixerunt deuorabimus. Quid nãq; est aliud deuorare nisi exeuntem a corpore ad damnationẽ ęternã, absorbere? P Sciendũ vero est ꝙ nunq̃ animã a corpore exeuntem deuorare sufficiũt, quã prius in corpore positã igne vitiorũ non excoxerunt. Et idcirco de futura damnatione hoĩs magna eis fiductia nascit: cũ ei in præsenti vita p iniqtatẽ dominant. Postq̃ igitur dixerat aperuerunt os, sibilauerunt: recte statim adiũxit dicens. Fremuerunt dentibus suis: dixerũt deuorabimus: qa ex quo homo suggestioni eorum per cõsensum peccati subiicitur: statim furore vẽturę crudelitatis accingũtur. Et quia escã diuturna decoctione iã emollitam aspiciunt: pximã sibi deuorationẽ pmittũt. In quo videlicet noĩe deuorationis & vehemẽs eorũ desideriũ demonstrat, & simul acerbitas damnatiõis exprimit. Q Seqt. En ista est dies quã expectauim⁹, inuenim⁹, vidim⁹. Qui inuenisse se dicũt, quęsisse etiã se priusq̃ inuenirẽt, innuũt. Pri⁹ igit dęmones q̃rũt, qñ secretã intentionẽ cordis nr̃i p suggestionẽ experiri satagunt: deinde expectant, qa etsi qñq; tentandi licẽtiã accipiũt, nũq̃ tamen vim tentato ad cõsentiendũ inferre possunt. Post inquisitionẽ autẽ & expectationẽ inueniũt, qñ post imissam suggestionẽ tandem spontanei consensus manifesta signa de corde pdire conspiciunt. Ad postremũ etiã vident, quãdo consensus sceleris vsq; ad effectum procedit operationis.

Fecit dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum &c.

R ¶Deinceps post ĩcrepationẽ cõsolationẽ, subiungit dicẽs. Fecit dñs q̃ cogitauit &c. Primũ cõsolat mœrẽtes p iustitiã iudicis: deinde p malitiã hostis. Per iustitiã iudicis, ne doleãt de pterito: p malitiã hostis ne desperent de futuro. Magna em̃ est afflictis cõsolatio ꝙ ab illo pœna illata est, cui iniustitia placere nõ põt. Magnã itẽ de ĩpetrãda misericordia fiduciã pstat, ꝙ ille nobis aduersat, q nr̃o quoq; iudici non placere cognoscit. Dicit ergo. Fecit dñs q̃ cogitauit. Ac si diceret. Hostes nr̃i exultãt, & suis virib⁹ ruinã nostrã ascribũt: nos aũt ĩsultationẽ eoꝝ tãto leui⁹ ferre debem⁹, quãto veri⁹ mala nr̃a nõ ex fortitudine eoꝝ, sed ex iusto iudicio dei pcedere scim⁹. Fecit dñs q̃ cogitauit. Ordinatũ esse ostẽdit qđ cũ pmeditatione factũ memorat: maxime qa lõge ante p dictũ fuerat: vt murmurãdi occasionẽ cõtra deũ nõ habeãt, q piculũ pscire poterãt & cauere noluerũt. Vñ sequitur.

Compleuit sermonem suũ quem pceperat a diebus antiquis.

¶Pręceperat pphetis suis hũc sermonẽ narrare: & vt saltẽ diu expectati pœniterẽt, nõ nouiter sed a dieb⁹ antiqs. i. lõge anteq̃ fieret. Sed quãto diuti⁹ per misericordiã expectati sunt: tãto iusti⁹ perseuerantes in malo grauiter puniri debuerunt. Vnde sequitur.

Destruxit & non pepercit.

¶Hęc pprie ad vltimam captiuitatem referuntur.

Et lętificauit sup te inimicũ tuũ.

¶Quãto maior opprimẽtis lętitia:tãto grauior oppressorũ est miseria. Sed tñ facile inimici arrogãtia cõtemnit:si po
S testas eius non ipsi,sed deo tribuat. Et notandũ qđ dixit sup te lętificauit inimicũ tuũ.Contra nos nãq; nõ tñ supra nos inimicus lętificat:qñ nocere qdem permittit,sed nõ opprimere.Supra nos aũt lętificat, quando non solũ affligit, sed etiam opprimit.Sequitur.

Exaltauit cornu hostium tuorum.

¶In cornu fortitudo & potestas significatur:per hostes Chaldæi siue Romani intelliguntur.

T Fecit dominus quæ cogitauit &c.

Alleg. ¶Per hæreticos facit dñs quæ cogitauit : quia dũ ipsi quosdã de ecclesia ad suos errores pertrahunt: alii in fide & agnitione veritatis pbatiores fiũt.vn-
" de sequitur.Cõpleuit sermonẽ suũ quẽ pceperat a dieb⁹ antiqs.Sermo nãq; dei quẽ a dieb⁹ antiqs pceperat sacra scriptura intelligit, q iã olim mũdo edita est:sed adhuc ex magna parte occulta. Quę cotidie in mẽtibus fideliũ cõplet, qñ ipsi hęreticorũ qstionibus exercitati,ad maiora virtutũ studia succrescũt & ad altiorẽ diuinorũ eloquiorũ intelligentiã pficiũt.Sic nimirũ mali etiam tũc diuinę volũtati seruiũt, qñ ei contraire nitunt : qa sic p eos dispositionẽ suã cõplet: quatin⁹ eorũ errorib⁹ & re probos illaqueari pmittat, & bonos ex
" erceat.Sequit.Destruxit& nõ pepercit. Qñ ab ecclesię vnitate quosdã p infidelitatẽ pcidi patit:nõ parcit,qa eos etiã q persistunt in ruina fratrũ mœrore cõ
" passionis affligit.Seqt.Lętificauit super te inimicũ tuũ.Singularis inimicus ec
Apo. clesiæ diabolus est,q ppetuo odio fideles insectatur.Sicut in Apocalypsi legimus de Dracone qui mulierẽ perseqt. Iste autẽ inimicus tũc supra sanctã ec-
M clesiam lętificat:quando de illa etiã ac cipit p quos eã affligit.Sequit. Exaltauit cornu hostiũ tuorũ:hostes ecclesiæ hæretici sunt:qui cõtra eam expugnãdã cotidie aciẽ pducũt . Quorũ cornu tũc nimirũ exaltari dicitur: qñ multis fidẽ deserentibus: & ad consortium eorum transeuntibus fideliũ populus minor numero inuenitur.

Fecit dominus &c. V

¶Magna misericordia dei est qñ pecca Moral. tori in amaritudinem vertunt ea quæ peruerse diligit: qa ex hoc ipso ad amorẽ dei redire cõpellit, quo sibi aduersari conspicit ea quorũ desiderio ab amore dei trahebatur . Hinc est q peccatrici aiæ in iniqtatib⁹ suis afflictę hoc primũ in hoc loco ad cõsolationẽ adducitur,q scilicet afflictio ei⁹ dei nutu dispensata: quatinus & eũ timeat cui⁹ flagella sustinet,& de ei⁹ simul misericordia cõfidat, a quo se visitari etiã p tribulationẽ videt.Fecit dñs quę cogita- "
uit. Ac si diceret : qa tu noluisti facere qđ pcepit:ipse fecit qđ cogitauit.Et qa tu cõtẽpsisti cõplere sermonẽ illi⁹ quẽ tibi de tua salute pceperat : ipse cõpleuit sermonẽ suũ,quẽ tibi de tui tribulatione minat⁹ erat. Videte qd in pri- "
mo hoie gestũ sit.Pręceperat ei dñs.De Geñ. ii.
ligno sciẽtiæ boni & mali ne comedas: minatus fuerat.Quacũq; die comederis ex eo morieris.Noluit homo iplere pceptionẽ, & ipleuit de⁹ cõminationẽ. Adhuc cotidie ad illicita & vetita in- O
hiãtibus de⁹ dicit:ne tetigeris,ne gustaueris:quacunq; die comederis ex eo morieris.Ego statui,ego pcepi, vt oẽm illicitũ affectũ sua pœna sequat:cõminatio mea vitari põt: pceptũ aũt meũ cassari nõ põt.A dieb⁹ antiqs hoc pcepi:a dieb⁹ antiqs verũ esse ostẽdi. Propter hoc prim⁹ hõ mortuus est: pter hoc mũdus p aquã diluuii deletus est. Neq; in te sentẽtia mutari poterit,quę ab exordio mũdi vsq; ad hoc tẽpus immutabilis semp pmãsit.Recte ergo afflicto dicit:cõpleuit sermonẽ quẽ pceperat a dieb⁹ ãntiqs: vt eo patiẽti⁹ iustitiã dei in sua tribulatione toleret,quo ab initio mũdi hãc in pctõrib⁹ exerceri videt.Seqt.Destruxit & nõ pepercit. "
Quid est destruere,nisi ea q hõ ad illicitã delectationẽ pparauerat dissipare? Destruit aũt & nõ parcit qñ delectationẽ aufert,& simul p subsequẽtẽ tribulationẽ reatũ punit.Seqt.Lętificauit sup te inimicũ tuũ.Singularis inimic⁹ no- "
ster diabolus est q cõtra nos lętificatur Y
qñ in iis quæ foris nobis adhærent po-

testas ei concedit. Cũ vero etiã in nos≈metipsos sęuire pmittit: tũc nimirũ supra nos lętificat. Sicut in beato Iob fa≈ctũ legimus: cuius prius substantiã perdidit, postmodũ carnem percussit. Vel tunc supra nos lętificari dicitur inimicus: quando nobis p consensum iniqtatis dominatur. Sequit. Exaltauit cor≈nu hostium tuorũ. Quid rectius p ho≈stes animę q̃ desideria carnis accipim⁹ quę assiduis tentamẽtis eã impugnãt? Quos videlicet hostes tũc nobis quasi tributarios facim⁹: qñ motũ carnis ad nutũ rationis tẽperam⁹. Cũ vero affe≈ctus peccati in nobis dominari incipit, & mẽs nõ iudiciũ rationis sed appeti≈tũ carnis seqt: tũc nimirũ cornu. i. for≈titudo hostiũ nostrorũ exaltat. Hęc de⁹ facere dicit: quia iusto iudicio fieri permittit vt dũ aduersari⁹ in culpa nostra nil nisi pmissus potuisse cognoscit: etiã in pœna non timeat. Tãtoq; humilius mẽs humana iustitiæ dei se in flagello subiiciat: qto certius experimẽto didi≈cit φ p se prius p patientiam diu cul≈pam tolerauit. Valde em̃ in afflicti animo põdus tribulationis alleuat si nec in sua pœna ęqtati iudicis cõtradicat.

A Literal. Clamauit cor eorũ ad dominũ &c.

Post ęquitatẽ iudicis etiã p malitiam hostis afflictos consolat: quia qđ de⁹ iuste pmittit ille inique peragit. Dum. n. deus p eũ in peccatorib⁹ iniuriã suã vlciscit: ipse p intẽtionẽ iniquã deo iniuriatur. Sicut in Esaia dicit. Vęh Assur virga furoris mei: in manu eorũ indi≈gnatio mea: ipse aũt nõ sic arbitratur. [Esa. 10.] De quo & hic recte dicit. Clamauit cor eorũ ad dñm sup murum filiæ Sion. In clamore etem̃ cordis vel crudelitatẽ accipere possumus, vel supbiã inimicorũ. Crudelitatẽ contra eos quos opprime≈bãt: supbiã cõtra deũ quẽ in oppressio≈ne ppli sui, blasphemabãt & impotentẽ esse ad saluandum credebant. Sed hæc eorum cogitatio ad deum clamat, quia eum quodãmodo & ad miserendũ suis & ad puniẽdum aduersarios prouocat. Clamauit, inquit, super murum. Inde superbiebant φ pualuerãt, φ muros & munimenta vrbiũ obtinebant. Siue per murum intelligere possumus diuinam protectionẽ super quã inimici clamãt: quia dum populo dei propter peccata ei⁹ dominari permittuntur: diuinę potentię derogãt: & hoc eũ prohiberi nõ posse existimant, quod ipso permittẽte & disponente fieri ignorant.

B Allego. Clamauit &c.

Murus filiæ Sion vnumquẽq; veritatis defensorem significare potest: super quem cor inimicorum clamat ad dñm: quia tunc magis hæretici per elationẽ cordis veritatis authorẽ despiciũt: cũ non solum simplices quosq; in ecclesia, sed ipsos etiam defensores veritatis ad suos errores conuertunt.

C Moral. Clamauit cor eorum &c.

Si per hostes animæ, desideria carnis accipim⁹ quid per cor hostium nisi intimã delectationem carnalium deside≈riorum accipere debemus? Rursumq; p murum filię Sion, quia tunc delectatio carnis iniuriosa creatori efficit: quan≈do desideria mala per consensum ani≈mi virtutibus dominãtur. De deo nãq; dicitur. In pace factus est locus ei⁹: qa [Psal. 75.] nimirum in ea mente deus suauiter requiescit, q̃ se ab hui⁹ mũdi distractione colligens, ad internam pacem compo≈nit. In qua & si foris quãtũ ad hui⁹ vi≈tę corruptionem pertinet, terrena desideria perstrepunt: si tamen non admittunt in cõsensum intro, ad aures vsq; dei nõ ptingunt. Cum vero delectatio D carnis per consensum vsq; ad interio≈ra animæ penetrat: tunc nimirum cor ostiũ ad deũ intrinsecus psidẽtẽ clausit vt iã ipse iportuno strepitu cõmot⁹ de illa sua qete exurgẽs dicat. Clamor So [Gen. 18.] domorũ & Gomorreorũ multiplicat⁹ est & pctm̃ eorũ aggrauatũ ẽ nimis: sed de≈scendã & videbo vtrũ clamorẽ q venit ad me ope cõpleuerint. Et recte: qa iniqtas lõge est a deo praua desideria non corã deo, sed ad deũ clamasse perhibentur. Laus em̃ & gratiarũ actio, nõ solũ ad deũ: sed etiã corã deo clamant. Ne≈cessitas & iniquitas ad deum clamant. Quando enim dei virtutem & magni≈ficentiã laudamus: siue qñ de impensa nobis misericordia, ei gratias agimus:

tunc nimirum coram deo clamamus. Quando vero inique agendo eum ad iracundiã ꝓuocamus, siue qñ in necessitate cõstituti auxiliũ eius exposcim⁹: tũc quasi de lõginquo ad eũ clamam⁹. Clamat ergo iniqtas ad deũ, clamat necessitas: sed illa clamat irritãs, ista supplicãs: illa ꝓuocat irã, ista flagitat misericordiã. De clamore necessitatis dictũ est. Clamor filiorũ Israel venit ad me: vidiq; afflictionẽ eorũ qua opprimunt ab Ægyptiis. De clamore iniqtatis dictũ est. Clamor Sodomorum & Gomorreorũ multiplicatus est, & peccatũ eorꝫ aggrauatum est nimis. De clamore laudis dictũ est. Clamabũt etẽm hymnũ dicẽt. De clamore deuotionis dictũ est. Clamor meus in cõspectu ei⁹ introiuit in aures ei⁹. Clamãt angeli in cęlo clamore laudis: clamat Moyses in deserto clamore deuotionis: clamãt filii Israel ĩ Ægypto clamore necessitatis: clamat Sodoma & Gomorra clamore iniquitatis. Sed tũc clamor iniqtatis ad deum ꝑuenire dicit̃: qñ intãtũ excrescit malitia ꝙ amplius tolerari non meretur.

Exod. 3. Gen. 18. Psal. 17.

E

Literal.

Deduc quasi torrẽtem lachrymas, per diem & noctem:

¶Erectis p cõsolationẽ animis, exhortatio seqtur in qua peccatores ad pœnitentiã inuitantur. Nec sine causa factũ est ꝙ ita quasi ex abrupto in media clausula subito aliã materiam arripit. Sed qa in ipso sermonis decursu occasio exhortandi se obtulit, magisq; animos mouere cõsueuit qđ subitũ est q̃si ex ꝓcedenti inferẽs sic ait. Deduc quasi torrentẽ lachrymas: ac si diceret. Quia inimici tui p elationẽ deũ ad iracũdiã ꝓuocant: tu p hũilitatẽ pœnitẽtię eius misericordiã implora. Per torrentẽ aũt vehemẽs motus cõpũctionis signat̃. Cuius etiã pseuerãtia subinfert̃, cũ dicit̃: p diẽ & noctẽ. Instãtia quoq; adiungit, cũ subinfert̃: non des requiẽ tibi: Quasi diceret̃. Nec ĩtermittas nec relaxes impetũ lachrymarũ: sed omni tempore & omni instãtia fletib⁹ insiste: qa & ipsę lachrymę vocẽ suã habẽt: & clamabũt ꝓ te ad dñm. Hoc est quod sequitur:

Neq; taceat pupilla oculi tui.

¶Verbũ misericordię est istud. Pupilla inquit. Non solum marginẽ oculorum sed ipsum visionis radiũ ꝓcella lachrymarũ irrumpens obtenebret, vt dum id etiam quod tenerum est affligitur, citius ad misericordiam pietas iudicis moueatur.

F

Allego.

¶Deduc quasi torrentem lachrymas. Exhortat̃ propheticus sermo sanctam ecclesiã pro mẽbris suis infirmãtib⁹ lachrymas offerre dño. Quas lachrymas torrẽti cõparat. Torrens eñ riuus est ex hyemalibus aquis collect⁹: qui cum impetu quidẽ decurrit, sed cito siccat̃ atq; ptransit. Quid aũt vita p̃sens est, nisi hyẽs, in qua priusq̃ vitę ęternę claritas appareat, corda hominum nubila adhuc erroris inuoluũt: Bene ergo sancta ecclesia lachrymas quasi torrẽtẽ deducere pręcipit̃: qa videlicet electi qq; q ad gaudia patrię cælestis inhiant, de p̃sentis vitę miseria sine cessatiõe suspirant. Sed tũc sine dubio torrens iste lachrymarũ venturę ęstatis feruore siccabitur: qñ illucescente claritate æterna, dolor omnis in gaudiũ cõuertet̃: vt iã neq; dolor vllus esse possit de ꝑditis, neq; timor de perituris. Seq̃t̃. Per diem & noctẽ. Per diẽ prosꝑa: p noctẽ significantur aduersa. Quia ergo sancta ecclesia quosdã ꝑ prosꝑa huius vitæ decipi, quosdam ꝑ aduersa frangi cõspicit: vtrorũq; ruinã plangens quasi p diẽ & noctẽ lachrymas educit. Seqtur. Nõ des reqẽ tibi. Electi quiq; dũ alios plãgunt sibi quoq; requiẽ non dant: ꝗa dũ aliorũ lapsus cõspiciunt, ampli⁹ de sua salute solliciti fiũt. Sequitur. Neq; taceat pupilla oculi tui. Pupilla oculi p quã visus dirigit̃ congrue spiritales quosq; in sancta ecclesia designat: quorũ verbo & exẽplo totũ corpus ecclesię illuminat̃. Qui ꝑfecto in ꝑiculo ꝓximorꝫ nequaq̃ tacere debẽt: sed eos q̃tũ possunt, & ꝑcib⁹ subleuare, & ꝑdicatione erigere. Nã qa illorꝫ ꝑiculũ meli⁹ ipsis ꝑspicere possunt, ꝑccãt reuera si de illorũ salute etiã plus ipsis solliciti nõ sunt. Qđ bene singularis illa pupilla per quã omnes illuminantur, id est dominus Iesus Christus, ostendit: quãdo ruinam perfidæ ciuitatis præuidẽs

G

immo secūdū diuinā institutionem ac cipere licuit, ꝓpriis manib⁹ victū quærens omīno accipere recusauit. De quibus paruulis adhuc subditur.

Qui defecerunt fame in capite oīm compitorum.

¶ Quid per cōpita nisi humanas actiones? & quid per caput cōpitorū nisi cōcupiscentiā carnis, quę causa est & origo oīm humanarū actionū intelligere debemus? Paruuli ergo in capite cōpitoꝝ fame deficiūt: qa carnales qꝗ q̄to magis terrenis desideriis ĩhiāt, tātomagis a pastu spūalis alimonię ieiunant.

Consurge lauda.

Q Moral. ¶ Noua quędam vita hic mihi oriri videtur. Consurge, lauda. Q̄ pulcher ordo? primū trāsacta mala fletibus tergere, postea ad bona agenda consurgere,

Eccli. 15. deinde laudare? Non est enim laus speciosa in ore peccatoris: neq̄ potest veraciter bona agere qui prius non studuerit efficaciter mala pręterita emendare. Lauda, inqt, in nocte in principio vigiliarum. Peccator sub flagello positus gratum deo sacrificiū immolat, si & de sua iniquitate se arguit, & de sua tribulatione deū laudat. Vnde recte cum dixisset propheta, lauda in nocte: hoc est in tribulatione, statim adiūxit: in principio vigiliarum. Primū etem̄ peccator euigilat qn̄ mala sua agnoscere īcipit. Scđo euigilat, qn̄ mala sua agnita pœnitēdo corrigit. Tertio euigilat, qn̄ ad bona agēda se cōuertit. Quarto euigilat, qn̄ bona opa sua custodit. Istas quatuor vigilias ĩ nocte p̄sentis vitę custodire debem⁹, ne videlicet nos vel in cōsideratiōe pctōrū nr̄orū ignorātia fallat: vel in correctiōe negligētia, siue cōtēptus p̄pediat. Ne vel ad bona agenda desidia torpētes reddat, vel ad bona cōseruāda p̄sūptio min⁹ cautos efficiat. Ille ergo in nocte in principio vigiliarū deū laudat q mala quæ patit̄ ex cōsideratione iniqtatis suę, iusto dei iudicio se sustinere fatet̄. Seqt̄. Effūde sicut

R aquā cor tuū ante cōspectū dn̄i. Cæteri liquores cum effunduntur vel quadā pinguedine suplinita, vel sapore īfecta vasa relinquunt: sola aqua sic effundit̄ vt munditia vasis nullis eius reliquiis maculet̄. Qui ergo peccata sua confitētes aliqua vel negligentię vel erubescētię causa effundere timent: quasi in vase cordis spissi liquoris reliquias retinent. Qui vero cuncta qdē peccata sua p cōfessionē eiiciūt, sed adhuc tamē peccandi affectū non derelinquunt: ab his quidem q̄uis noxi⁹ liquor prorsus eiectus sit, vasa tamen sapore infecta permanserūt. Quisqs aūt p purā cōfessionē & cōtritionē cordis sui secreta reuelans, nihil aut p affectū retinet, aut per silētium tegit: ille quasi aquas cor suū ante conspectū dn̄i effundit. Possumus adhuc ĩ effusione aquę aliquid ędificatiōis attēdere: qa sicut aqua effusa sordes abluit, sic cōfessio peccata eiiciens cōscientiā mundā reddit. Et bene ante cōspectū dn̄i cor sicut aqua effundi dicit̄: qa nisi qs cū opere prauo etiā affectū peccādi a corde suo excludat, teste conscientia plene corā deo non excusatur. Sequitur. Leua ad eū manus tuas.

S Per manus opatio significat̄. Manus ergo suas pœnitens ad deū eleuat, qn̄ per exhibitionē bonorū operū corā deo p̄teritas offēsas excusat. De quo adhuc subdit̄. Pro aīa paruulorū tuoꝝ. q defecerūt fame in capite oīm compitorū. Per paruulos nō incōgrue īfirmos aīæ cogitat⁹ accipim⁹. per caput oīm cōpitorū, cōcupiscentiā carnis: q̄ oīm terrenorū desideriorū & actionū quasi multarū viarum caput est & origo. In capite ergo compitoꝝ paruuli nostri fame deficiunt: quia tenerę cogitationes nostrę dum desideriis carnalibus inhęrēt spūalis alimonię pastū pdūt. Sed nos p aīa paruulorū nostrorū man⁹ ad deum eleuamus: cū p studiū bonorū operū ad nutriēdos aīę cogitat⁹ spūalis desiderii gratiā in nobis renouari exposcimus. Qui videlicet puuli nr̄i in capite cōpitoꝝ fame deficiūt: qa tenerę cogitationes animi quas intrinsecus bona desideria non pascūt, mox p carnis cōcupiscentiā (quę oīm malorū desalerioꝝ caput est) emollitę, omne virtutis robur amittūt. Vel ipsa cōcupiscentia fames est: in qua fame deficiunt, qa semp esuriunt & expleri non possunt.

Vide domine & considera quē vindemiaueris ita.

T Literal'. ¶Nō desistit a proposito iste donec cœpta ad finē perducat. Hactenus em̄ cum peccatoribus egit, vt eos ad pœnitētiā inflecteret: nūc pœnitētiū causam suscipiens, ad deū sermonē cōuertit: vt eum pro peccatorib⁹ exoret. Simulq; pœnitentibus formam orandi tribuit, aperte demōstrans quantū se in pcibus peccator humiliare debeat: cū ipse p alienis peccatis orans, tam humili deuotione se pietati diuinæ psternat. Quia em̄ causam difficilē se suscepisse cōsiderat: nequaq̄ aperta postulatione aures diuinæ maiestatis pulsare præsumit: sed cū magna reuerentia & tremore suę petitionis affectū insinuando demōstrat dicens. Vide dn̄e & considera quē vindemiaueris ita. Quasi diceret. Populū tuū quē tātū dilexisti: qui pter te solū aliū protectorē nō habuit, sic vindemias, sic opprimis, sic deuastas? Præsentem quęso calamitatem considera, pristinū amorē ad memoriam reuoca: vt si nostris pcibus non flecteris, tuis saltē beneficiis ad compassionem & misericordiā moueris. Vindemiaueris inquit. Ergo nō salt⁹ fuit populus iste: sed vinea cultorē habens & fructū ferens. Attamen lignū vitis sine cultura & fructu inutile est, & vniuersis lignis vilius. Cur ergo depopularis, quem colēdo pciosum, depopulādo vilē & inutilem reddis? Quē vindemiaueris, inqt, ita. Quomodo ita? tā horribiliter, tā monstruose, vt vinea ipsa deuoret botros suos, vt mulieres comedant filios suos. Ideo exclamat & dicit.

Ergo ne domine mulieres comedēt fructum suum?

V ¶Id est filios suos paruulos scilicet ad mēsurā palmæ. i. teneros vixdū palmæ mensuram habētes: vt immanis crudelitas, immo crudelis necessitas, ostendatur. Bene aūt mulieres nō matres: quia materno noīe appellādę nō sunt, q̄ maternę pietatis memores nō fuerūt. Fructum inquit suū comedent. Ac si diceret. Cętera germinātia ideo fructificāt, vt natura generis q̄ in parente cōsumitur ī ple germinis sui reparet: hō vero naturæ suę oblitus fructū suū cōsumit per quē reparari debuit. Sed ne sic exaggerando miseriā, deū non poscere sed puocare videatur, & quasi iniustū arguere, qui tam crudeliter populū suū punierit: post cōmemoratā pœnam, culpā etiā subiūgit: callida quadā concessione vtens, vt scilicet dū in culpa cōfitenda a iustitia dei non discrepat: in misericordia quęrēda, petitionē suā citi⁹ ad effectum perducat dicens.

Si†occidit in sanctuario domini sacerdos & propheta? †occidetur.

X. Ac si diceret. Quia pphetas tuos & sacerdotes tuos in sanctuario tuo occiderūt: sicut de Zacharia legit filio Ioiadę sacerdotis, quē Ioas rex interfecit: quia inquā eos occiderūt, ideo mulieres fructū vteri sui comederūt: sicut de Maria filia Eleazari legitur: et in libro Regū scriptum est: & Iosephus quoq; testat. Qđ autē dicit si occidit, sic est acsi diceretur. Quis tantū peccauerint nunquid tn̄ tam immani vltione plecti debuerunt? In quo tamen iudiciū dei nō reprehendit sed culpā concedēs, & pœnā aggrauās, misericordiam q̄rit. Quasi diceret. Nō est populus, quē tantū dilexeris: cui tāta beneficia cōtuleris. Nō est popul⁹ q tātū tibi peccauerit: nō est populus quē tātū deieceris, tātū vindemiaueris, atq; destruxeris: & ideo quęso vide, non transitorie sed considera diligēter, nostrā miseriā: vt solitā nobis iterum impendas misericordiam.

Vide domine & considera quē vindemiaueris ita.

Y Allego. ¶Ecclesiā sanctam vineā appellari plurimis scripturarū testimoniis comprobatur. De quibus est illud euāgelicum vbi paterfamilias operarios in vineam suā misisse dicit: qa videlicet de⁹ pater (Matt. 20) dū pdicatores ad erudiēdā ecclesiā dirigit, quasi ad excolendā vineam suā operarios mittit. Nā quēadmodū vitis magno qdē studio & labore excolit, sic nimirum vita fideliū non nisi magno studio & labore ad virtutem informat. Et quēadmodū vinea si fœcunda fuerit, qcquid sibi laboris impenditur fructuum

vbertate restaurat:sic nimirũ vita fideliũ,si studio disciplinę & eruditiõis ad virtutẽ profecerit,omnẽ adhibitã diligentiã p̃cioso fructu recõpensat. Itẽ sicut lignũ vitis sine fructu inutile est,& vniuersis lignis vilius: sic pfecto ii qui per fidei doctrinam excolunt,& tñ fructũ boni operis nõ afferũt, peiores sunt illis qui ad agnitionẽ veritatis nunq̃ puenerunt. Et fit nonnunq̃ vt hos tales deus gratiam suã subtrahẽdo, tanto profundius deserat,quanto diutius prius post impẽsam gratiam ingratos tolerabat. Quorũ tñ lapsum pfecti quiq; ex cõpassione caritatis plangũt,& q eos iã p fidẽ eiusdẽ secũ corporis mẽbra eẽ gaudebãt,p̃cisionẽ eorũ sine dolore ferre nõ possunt. Ex quorũ voce hic dicit. Vide dñe & cõsidera,quẽ vindemiaueris ita. Malos deus vindemiare dicit cum eos quos ipse prius per p̃dicatores suos excoluit,subtracta gratia steriles & ianes derelinqt. Potest etiã vindemiatio ipsa ad electos referri : qa nimirũ cũ quidã p infidelitatẽ ab vnitate ecclesię subtrahunt ipsa sancta ecclesia nuda sibi & q̃si spoliata remãsisse videt. Vnde cũ magno pietatis affectu pronunciãdum est hoc qđ dicit. Vide dñe & cõsidera: quẽ videlicet populũ tuũ,pusillũ gregẽ tuum:vindemiaueris ita. Quomodo? Subiungit. Ergo ne comedẽt mulieres fructum suũ:paruulos ad mensurã palmę?

Z Per mulieres recte malos p̃latos accipimus sensu carnali & fluxis morib⁹ emollitos:qui fructũ suum comedunt,qa de labore ministerii sui in p̃senti vita remuneratione accipiunt. Econtrario bonis doctorib⁹ dictũ est:Posui vos vt eatis & fructũ afferatis, & fructus vester maneat. (Ioan.15.) Electorũ nãq; fructus pmanere dicit:quia in eis pro labore nõ transitoria merces,sed p̃miũ ęternũ conseruat. Mulieres ergo comedunt fructũ suũ:qa carnales quiq; dum in hac vita laboris sui mercedẽ accipiũt, quasi fructũ non cõseruãt:sed cõsumũt. Quis sit aũt fructus iste,declarat cũ dicit,Paruulos ad

A mẽsuram palmę. Paruulos hic nõ ętate sed fide intelligere debem⁹. Per palmã vero initiũ boni operis, non incõueniẽter accipimus. Quid est ergo q fructus mulierum paruuli dicunt:nisi q fides credentiũ doctoribus ad p̃miũ reputatur? Quos videlicet carnales prælati comedunt:quia nimirũ dũ terrenis inhiant,infirmos fide & incipiẽtes, p exẽplum mali operis ad interitũ ptrahũt: quos prius per verbũ p̃dicationis in fide genuerunt. Vel certe tũc mulieres paruulos suos comedunt:qñ mali p̃lati in ecclesia subiectos quosq;, quos cibo cęlestis alimonię pascere debuerant, rebus suis amare spoliando,per inopiã affligunt. Sequit. Si occidit in sanctuario dñi sacerdos & propheta? Per sacer- B dotem & prophetã eosdem hic intelligere debemus quos pauloante per mulieres significatos accepimus:p̃latos.s. qui & p verbũ,prophetę sunt, & p ministeriũ,sacerdotes. Per sanctuariũ autẽ cultus diuinus exprimit: Acsi diceret. Si p̃lati sp̃ualia indigne administrando pereunt:quare ergo scelera eorum subiectos innocentes inuoluunt?

Vide domine & considera quẽ vindemiaueris ita.

C Moralis ❡Congrua similitudine aĩa a deo vindemiari dicit qñ donis virtutũ malis meritis suis exigẽtib⁹ iusto dei iudicio spoliat. Sed est quędam vindemiatio cęteris pniciosior. Minus nãq; piculosum est virtutẽ pdere,q̃ de virtute supbire. Qui enim virtutẽ pdit,saltẽ detrimẽtũ suum agnoscit:qui aũt de virtute supbit,damnũ tolerat & ignorat. Propter ea propheta plangens aĩam,non solum peccatricem sed & de virtute falsa ianiter gloriantẽ: Vide,inquit,dñe & considera,quem vindemiaueris ita. Et quasi querẽs quomodo ita? exclamãdo subiũgit & dicit. Ergo ne comedẽt mulieres fructum suum? Mulieres namq; fructũ suũ comedũt:qñ carnales aĩę de virtutis opere se per inanẽ gloriã pascũt. Fructum comedunt:qa inde virtus ipsa cõsumitur,vnde mẽs illicita refectiõe delectat. Fructum inqt suũ. Qualẽ fructũ?

D Paruulos ad mẽsurã palmę. Per paruulos accipere possum⁹ virtutes teneras, & nõdũ ad robur virile promotas. Per palmam vero boni operis initiũ. Paruuli ergo ad mensuram palmę sunt virtu

tes tenerę,& ad initiũ bonæ operatiõis nouiter productę. Quid est ergo ꝙ mulieres paruulos ad mẽsurã palmę comedere dicunt: nisi ꝙ mẽtes carnales etiã de initio boni operis gloriant! Sequit.
" Si occiditur in sanctuario dñi sacerdos
" & propheta! Mens iusti q̃ sanctuarium
E dei est: duo in se habere debet, prudentiam. s. & deuotionem. Prudentiam, per quã instantia mala prospiciẽdo calcet: deuotionem, p quã mala p̃terita supplicãdo abstergat. Quid ergo deuotionẽ, nisi quẽdam animę sacerdotẽ expiationis sacrificium iugiter in cõspectu dñi offerentem: & quid prudentiam, nisi pphetam accipimus! Quia ergo sacerdos & ppheta ĩ sanctuario dñi occidit: mulieres paruulos suos comedunt: qa nũq̃ mẽs hoĩs se de virtute sua extolleret, nisi prius per negligentiam & præteritorum malorum memoria, & futurorũ cautela in ea tepuisset.

†senex. Iacuerũt in terra furoris puer & †senes: virgines meæ & iuuenes mei in gladio ciciderunt.

F Literal. ¶Vel sic distinguẽdum est. Puer & senex in terra iacuerũt: virgines & iuuenes in gladio ceciderũt. Siue ita. Puer & senex & virgines in terra iacuerunt: & iuuenes in gladio ceciderũt. Qđ ppterea fortassis magis congruit: qa virgines in bello gladio perimi non solẽt: sed in direptionẽ & deprędationem abduci: nisi ex hoc ipo atrocitas hostium designet, qui nec virginibus parcerent. Dicit ergo populũ bellatorẽ cum regibus & principibus gladio corruisse: reliquã multitudinẽ diuersi sexus & ætatis in captiuitate distractã. Puer, inqt, & senex, & virgines: infirma ętas, infirmus sexus: in terra iacuerunt, sine mĩa, sine humanitate abiecti: in terra furoris. Non solũ in terra qđ ad pœnã sufficere posset eiusmodi: sed in terra furoris. Vel in terra sua, quã dñs in furore suo vastari: & depopulari permisit: vel in terra aliena ad quam furor domini eos expulit. Sequitur.

†miser tus es. Interfecisti in die furoris: percussisti nec †misereris.

¶Quasi dicat. Tibi dñe nostram calamitatẽ ascribimus: de nostra miseria tecũ causam inimus. Quia plagã quã hostis sęuientis furor intulit: ira tua nostris prius peccatis puocata, dictauit. Interfecisti eos q in gladio ciciderũt: pcussisti eos qui in terra iacuerunt: nec misereris, vt cum tot iam perisse videas, ab iis saltem qui superstites adhuc sũt, flagellum tuę indignatiõis auertas. Quæso dñe, obsecro domine miserere: vt exitium qđ te irascente incidimus: te miserante euadamus.

Iacuerũt in terra puer & senes.

¶Sicut popul⁹ sic & sacerdotes. In terra iacuerũt, in terrenis desideriis quieuerunt. Nec solum, quieuerunt (qđ superius significatũ est: cũ dictũ est, sederunt in terra conticuerunt senes) sed & dormierunt: quia iacuerunt, vt iã se ipsos nesciãt: & omĩ ratione sopita vnde venerint non cõsiderẽt, aut quo tendant. Quib⁹ per Paulũ dicit. Surge qui dormis: exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Heu q̃ male iacẽt qui ĩ terra iacent! q̃ male dormiunt q in terra dormiunt: q in terra requiescunt & cũ euigilant nihil diuitiarũ in manib⁹ suis inueniunt! Quicquid enim tẽporaliter amatur quasi somniũ est, & euanescit cũ homo in morte euigilare cœperit. In terra, inqt, furoris iacuẽt. Quid per terram furoris: nisi hunc mundum accipere debemus: in quo genus humanũ ppter primi reatus vindictã, de paradisi felicitate eiectũ & exilio dãnatũ est! Quãta ergo vesania vt in hac pegrinatione homo requiẽ q̃rat, quo se ĩ ira diuinæ vltionis proiectũ esse non dubitat! Sequitur. Virgines meę & iuuenes "
mei in gladio ciciderunt. Per gladium "
in hoc loco doctrina hęreticorũ signat: de quibus in psalmo dicit. Lingua eorũ gladius acutus: quia dũ aliquos ab vnitate catholicę fidei ad suos errores pertrahunt: quasi mẽbra a corpore p̃cidũt. Per virgines autem & iuuenes, fideles signant: q & virgines sunt, qa integritatẽ fidei prauis operib⁹ non corrũpunt: & iuuenes sunt, quia p constantiã mentis aduersis ingruentibus non cedunt. Quid est ergo ꝙ virgines in gladio cadere dicunt: nisi qa testãte aplo bonos

Margin (right column): G Allego. — Ephe. 5. — H — I — K — 1. Cor. 15

mores mala colloquia corrumpunt: & dogmata hæreticorũ, in quibus fidei castitatē violare præualent: postmodum etiam bonorũ operũ integritatē subuertunt. Iuuenes in gladio cadunt, cum ii quoq; cōstantia aduersis superari nō potuit, dolis verborũ succisi ad infidelitatem corruūt. Vel si alterā distinctionē sequimur, virgines in terra iacent: quādo ii mēte terrenis desideriis inhiāt, q foris per exhibitionē operis castitatē simulant intentionis. L Per iuuenes etiam superbos & de suis viribus psumentes intelligere possumus, qa vita hominis in hac pcipue ætate & calore & robore viget. Iuuenes ergo in gladio cadunt: qa cum deus superbos despiciat, ii qui hæreticorū erroribus subuertunt, constat q nequaq̄ a cognitione veritatis caderēt, nisi prius alta de se sapuissent. Sequit. "Interfecisti in die furoris, pcussisti: nec misereris." Interfecit eos qui per infidelitatem corruerūt: percussit eos qui in lapsu pereuntium per passionē caritatis vulnerati sunt. Non miseret: qa dū lapsos non erigit, etiam dolorem stantiū non consolatur.

Iacuerunt in terra furoris puer & senes.

M

Moralis ¶Terra furoris est caro nostra mortalis: q̄ ante peccatū primi hoīs virtutū germina protulit, postea aūt ex maledictiōis sentētia, spinas & tribulos vitiorū germinare cœpit. Paruulus autē est sensus carnis: quia quantū in se est semper puerilia quedā & vana appetit. Sicut aūt per paruulū sensum carnis accipimus, ita p senes iudiciū & appetitum mentis intelligere nō inconuenienter possumus: quia & in discernēdo mens esse debet matura, & in appetendo non temeraria. Paruulus ergo cum senibus in terra furoris iacet: qn̄ id etiā nostræ corruptionis, qđ vindicta preuaricationis intulit carnalis mens nō solū secūdū sensum sed etiā scđm iudiciū & appetitū sibi ad delectationem substernit: & ibi se putat requiescere, vbi pfecta est vapulare. Sequit. "Virgines meę & iuuenes mei in gladio ceciderūt." N Per virgines castas cogitationes: p iuuenes fortitudinē atq; cōstātiā animi: p gladiū tētationē aduersarii accipere non incōuenienter possumus. Quia eñ ætas iuuētutis ampliori robore viget: qd aliud fortitudo bene agendi & pseuerādi cōstantia, q̄ quidā iuuenes sunt in animo rationali? Quia & ad inchoandū opus prompti sunt, & incœpto opere sine defectu persistūt. Recte ergo pri⁹ senes in terra iacuisse dicunt: ac deinde virgīes & iuuenes in gladio cecidisse memorātur: quia ex quo iudiciū mētis & appetitus terrena delectatione corrūpit, superueniens tētatio facile & bonarū cogitationū integritatē violat, & fortitudinē atq; constātiam animi subneruat. Quia eñ (vt sæpe dictū est) cogitationes ab affectib⁹ pdeunt: dum ex corruptis desideriis cogitationes corrumpūtur, quasi ex infecta radice rami amaritudinem trahunt. Cūq; carnalis anim⁹ extra carnem nil appetit aut discernit: omnis mox fortitudo eius atq; cōstantia in tentatione carnis emollescit. O Nec q hoc ptereundū est q cum senes ī terra sedēt, virgines capita sua cinere spargunt: cū senes cilicio induunt, virgines capita in terrā abiiciunt: cū senes ī terra iacēt, virgines in gladio cadūt: quia pfecto scđm corruptionē affectuū crescit corruptio cogitationū. Sequit. "Interfecisti in die furoris, pcussisti, nec misereris." P Quasdā virtutes deus aliquādo in aīo per tētationē perimi, quasdā vulnerari pmittit, vt dū tētatus aliqua adhuc bona se retinuisse videt prorsus in desperationē non corruat: dū vero qdā se pdidisse aspicit de suis virib⁹ non psumat: & tāto verius id qđ amisit recuperet, quāto subtilius suo dāno edoct⁹, idipsum qđ retinuit ex se non esse iam videt. Sed quia multi non ad correptionem, sed ad subuersionem tētari permittunt: idcirco homo qui suę tētationis causam semp scire nō potest, periculū semp timere debet, propter qđ recte ex voce trepidātiū subiungit. "Nec misereris." Quę nimirū snīa timoris est, nō assertionis. Quia.n.cito a tētatiōe nō liberat: ideo tētat⁹ flagellū suū iræ & nō mię esse putat: qđ tñ desperātis non est sed timentis, vt diximus.

Vocasti quasi ad diem solennem.

Literal. Q ¶Ac si diceret.Inimici qdē semp ad nocēdū parati sunt:sed tñ nisi vocent̃ venire nō possunt. Nō igit̃ arguit sed honorat deū iste,qui nihil virib⁹ inimicorū tribuit:sed diuinā potētiā etiā ī sui oppssione extollit. Vocasti inqt. Quasi diceret,Eorū fuit velle,tuū concedere: vt ex hoc ipso attēdas ꝙ & tuū est liberare. Vocasti q̄si ad diē solēnē.i.ad diē lętitię & gaudii:nō ꝙ bonitas tua ī nr̃a miseria delectata sit:sed qa malitia eorū in hoc exultauit: vt idipm te ad miserēdū ꝓuocet & citi⁹ nobis cōpatiaris, dū eos iniq̃ sup nos gaudere conspicis.

Qui terrerent me de circuitu.

¶Qui me vndiq̧ arcerēt ne man⁹ persequētiū euaderē:ad sīlitudinē venatorū, qui clamore feras in retia cōpellūt. Notat tp̄s illud qñ Iudæis fugiētib⁹ Babylonios fīnitimę nationes circūquaq̧ eis fugę p̄sidiū obstruxerunt ne euaderent manus iīmicoꝝ: qñ Sedechias cū exercitu bellatoꝝ fugiēs in cāpo Hiericonteo cōphensus est:& reduct⁹ in reblata ad regem Babylonis:ibiq̧ filiis eius corā eo interfectis,ipse cęcat⁹ est & abductus in Babylonē. Vnde sequitur.

Et non fuit in die furoris domini q effugeret & relinqueretur.

¶Relinqret̃ subaudit̃ viu⁹:vel reliqret̃ in terra sua,& non abduceret̃ captiu⁹.

Quos educaui & enutriui.

¶Educaui ad disciplinā & enutriui ad fortitudinē:q magis plangendi.

Inimicus consumpsit eos.

Idest vsq̧ ad interniciem deleuit.

Vocasti quasi ad diem solennē: qui terrerent me de circuitu.

Allego. ¶Potest nō incōueniēter ī hoc loco tp̄s extremi examinis designari: q̄ dies vel ideo solēnis dicit̃,qa tūc gaudia iustoꝝ īchoabūt:siue qa tūc oīa ī mediū discutiēda deducent̃. Qđ nimirū tp̄s ita nemo sine terrore expectat,sicut nemo est cui sine culpa p̄sentis vitę cursū trāsire cōtingat. Electi vero dū se ꝑ p̄sentis vitę miseria lamētis afficiūt,etiam mala q̄ restāt,aute oculos mētis adducūt: & sollicite futuros terrorescōsiderādo,vt ibi iudiciū euadāt hic se iudicāt. Considerāt sęuissimos exactores dęmones,ad quoꝝ p̄ntiā etiā electi terrebunt̃:q vndiq̧ arctabūt iudicādos ita vt nemo locū euadēdi habeat nisi mīa iudicis distrīctionē tēperaret vltionis. Qñ mltos q hic ī disciplina ecclesię educari & doctrina veritatis enutriti īter filios dei cōputādi videbant̃ : inimicus cōsumet & secū ad ꝑditionē trahet. Pōt etiā de paganis & hęreticis,siue quibuslibet in fidelib⁹ dici,ꝑcipue in tpe Antichristi: qñ diabolus vndiq̧ in mēbris suis ad ꝑsecutionē fideliū laxabit̃:q dies ideo solennis dicit̃, qa tūc iniqui de oppssione bonoꝝ lętabunt̃:qa nō est q effugiat & relinquatur,dū alios in veritate ꝑsistētes corporaliter puniunt,alios aūt sibi cōsentiētes sp̄ualiter occidūt. Vñ seqt̃. Quos educaui & enutriui inimicus cōsumpsit: quia nimirū multi tunc ad infidelitatē corruēt,qui in disciplina ecclesiæ educati,& doctrina enutriti fuerūt. Educaui,inqt,& enutriui,non solū nutriui:qa fortes ēt quos pōd⁹ tribulationis oppssit: iīmicus cōsūpsit. Bonos qdē ꝑsequēdo affligere inimic⁹ pōt:cōsumere aūt non potest:qui aūt tribulatione supat̃ ille ab inimico consumit̃.

S

Vocasti quasi ad diem solennem q terrerent me de circuitu.

T ¶Vita hūana quasi circuitus qdā est:q post excursum actionū tēporaliū, illuc tandē redit p mortē, vnde ꝓdiit p natiuitatem. Sed in hoc circuitu fidelis aīa diē solēnē celebrat:qa dū per internum gaudiū ī amore ęternoꝝ figit̃, ab oī forīs illicita occupatione feriat̃. Cū vero aīus añacta mala ad mēoriā reuocat: & ex eoꝝ cōsideratiōe ampli⁹p cōpunctionē accēdit̃,q̄si de circuitu celebraturi ad solēnitatē īuitant̃. Sicut p psalmistā dicit̃. Reliqę cogitationū diem festū agent tibi. Psal.75. Sed qa pc̄tōris mētē ante cōpūctiōis ardorē p̄teritoꝝ maloꝝ recordatio quodā sui reat⁹ terrore cōcutit recte istos de circuitu & ad solēnitatē pariter & ad terrorē vocatos dicit. Sciēdū tñ est,ꝙ aliter ille terret̃ qui nil boni egisse se meminit:atq̧ aliter ille,q bonis actibus suis q̄dam ꝑ qbus timeat mala admixta cognoscit. Qñ igitur hō circūspicit actiones suas,& in eis q̄dam inuenit vbi cōfidat,q̄dā vero ꝑ qb⁹ timeat:terret̃ qdē,sed nō de circuitu: qa

in parte altera peccatrix conscientia ex memoria sui reatus stringit̃: ex altera parte in fidutia boni operis dilatatur. Sed dum peccatoris animũ ex om̃i parte facta sua accusant: tunc quasi in circuitu terret̃: quia hincinde oĩa formidanda consp iciens, ꝑ solam angustiã intra semetipsum coarctat̃. Hoc etiã conueniẽter in pſona peccatricis aię dicit̃: qñ de corpore exiẽs vndiq; maloꝝ suorum memoria occurrente turbat̃. Vn

X de & recte dictũ est vocasti. Homo nãq; q̃diu in hac vita est, debet anteacta mala assidue ad memoriã reuocare: vt se ipsę spontaneo terreat ad pœnitẽtiam,

Psal.l. sicut Psalmista de se testatur dicẽs. Pec

†contra catum meũ †coram me est semper. Et

Psal.37. in alio loco idẽ ait: cogitabo ꝓ peccato meo. Quisquis aũt hic malorum suorũ recordari noluerit, illic ea deus in testimonium damnationis ante oculos mẽtis eius vocabit: quatinus ex memoria eorum ibi terreatur ad pœnã, qui hic salubriter noluit terreri ad pœnitẽtiã. Sicut diuina vox per eũdem Psalmistã

Psal.xlix loquitur dicens. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Cuius vocationis modus adhuc demonstratur cum dicitur. Quasi ad diem solennẽ. Dies em̃ solennis, est dies quietis: dies vacationis qñ operari non licet, sed iis quisq; tunc cum gaudio frui incipit, quæ pri⁹ cum labore sibi p̃parauit. Quid ergo est dies mortis nisi dies solennis in qua iã amplius non restat facultas operandi: sed quisq; operum suorum mercede & pręmio incipit p̃teritorũ laborũ pfrui! Sequ tur. Et nõ fuit in die furoris dñi q effugeret & relinqueret̃. Dies furoris dñi,

Y finis vniuscuiusq; est: qñ quisq; cũ magna districtione ad reddendam rationẽ compellit̃: qui prius in vita sua quasi in die misericordię benigne ad pœnitẽtiã expectabat̃. Recte ergo de die furoris dicitur: nõ fuit qui effugeret & relinqueret̃. Effugeret. s. conscientiam: relinq̃retur ad pœnitentiam. Notate q̃d dicit̃ Effugeret. s. consciẽtiam. Magnum tormentum est conscientia mala. Sed peccatores hic conscientiam suam effugere possunt: dum exteriorib⁹ delectationibus dediti, mala quæ intrinsecus tolerant interim quodammodo obliuioni tradunt. Minus em̃ nunc spina conscientiæ cor pungit: qñ eam (vt ita dicam) terrenę delectationis fascia obuolutam contegit. Ibi aũt consciẽtiæ tormentum effugere non poterunt: qa cũ sensus carnis ĩ morte foris claudit̃, horror p̃teritorum malorum intus animo aperitur. Tunc infelix aĩa licet sero cõpuncta, vellet iam per pœnitentiã emẽdare, q̃d non potest per conscientiã effugere. Sed iusto dei iudicio quę pri⁹ tempora pœnitendi indulta sibi neglexit: iam non relinquit̃, quia semel irreuocabili sententia emissa, amplius in hac vita ad pœnitentiã nõ differtur. Recte ergo dicitur. Non fuit in die furoris dñi qui effugeret & relinqueretur. Quia cũ mortis hora supuenerit: tunc quisq; ad conscientiam suam redire compellitur, vt ipsa comitante ad excipiendam sententiã iudicis sine dilatione ab hac vita transferatur. Sequitur. Quos educa Z

ui & enutriui inimicus cõsumpsit eos. Ne solam conscientiæ pœnam peccatoribus præparari putes: quos educaui inquit & enutriui, inimicus consumpsit eos. quia nimirum virtus & pulchritudo mortaliũ corporũ q̃ hic ꝑ illicita desideria pascit̃, illic a tortoribus angelis in tormentis consumet̃. Quę ideo consumi dicit̃, non q; substantiam pœna in nihilum redigat, sed quia dolor vsq; ad intima naturæ percurrens, nihil itactũ relinquat. Vel ꝑ educatos & enutritos ipsa carnis desideria accipere possum⁹: quæ educantur per superbiã, & enutriũtur per luxuriam: & quãto magis ea explendo pascimus, tanto magis ad appetitum inflammamus. Hos educatos & enutritos consumit ĩimic⁹, idest mors: de qua dicit Apostolus. Nouissime inimica destruetur mors: quia nimirũ dũ 1.Cor.15

caro nostra in morte succiditur, omnia eius desideria pariter extinguũtur. Sicut per Psalmistam dicitur. In illa die Psal.145

peribunt om̃es cogitationes eorum. Et considera q̃ conuenienter in fine lamẽti nouissima pœna peccatoris animæ plangitur: vt intelligamus ea mala quę prædicta sunt, quanta miseria consequatur.

M. HVGO
nís de Sancto Víctore Adnotatíuncu-
læ Elucidatoríæ ín Iohelem prophetã.

A Iohel.1. Verbũ.

VErbum domí-
ní qđ factum
eſt ad Iohel fi
líum Fatuel.
¶Hiſtorice. In
verbo tria attẽ
duntur. Strepi
tus, forma, ĩtel-
lectus. Strepit⁹
perſecutionis, forma vocis, intellect⁹ di
ctionis. Percuſſio ad vindíctam, vox ad
lætitiam dictio refertur ad gratiã. Siq-
dem vindicta percutit, vox conſolatur,
dictio erudit. Erudit filium, conſolatur
mercenarium, Erudit filiũ auide doctri
nam patris ſitientẽ. Conſolat̃ mercena-
riũ ſub iudicio anxie laborantẽ. Filium
erudit gratia obœdiẽtiæ: mercenarium
conſolat̃ merces iuſtitiæ: ſeruũ affligit
pœna malitiæ. Strepitus ad pœnã, vox
ad pręmium, intellect⁹ ad gratiã refer-
tur. Hæc igit̃ tria conſiderant̃ in verbo
qđ factũ eſt ad Iohel: qa in exitu ſequen
tis prophetiæ, & inimicorũ vltio, & po
puli afflicti cõſolatio, & electorꝝ prædi-
citur eruditio. Strepit⁹ igit̃ ſoni ad ad-
uerſariũ: forma vocis ad populum affli-
ctum: intellectus verbi ad mẽtem fit p-
pheticam & electorũ chorum. Quia vn
de aduerſari⁹ affligit̃ inde populus cõ-
ſolatur: qđ mens electorum intelligens
in dño gloriat̃. Strepitus igit̃ fit ad car
nales: forma dirigit̃ ad animales: intel-
B Domini lectus ad ſpirituales. Hoc aũt verbũ do
mini eſt. In dño quoq; tria conſiderant̃.
Vltio, zelus, retributio. Vltio culpę. ze
Heb.4. lus diſciplinę, p̃miũ obœdientiæ. Viu⁹
igitur ſermo dei, & efficax, & penetrabi
lior omni gladio ancipiti. Penetrabilis:
quia deſtruit malitiam. Viuus quia re-
ducit ad gratiam. efficax quia perducit
ad gloriam. Penetrabilis eſt iudicio, vi-
uus facto, efficax promiſſo. Penetrabilis
quia iudicium abſcõditur. Viuus quia
factum eius fructificatur. Efficax qa p-
miſſum eius non inficiat̃. Penetrabilis
quia deſtruit fortiter: viuus, quia viui
ficat potenter: efficax, quia reddit effi-
caciter. Hoc eſt verbum dñi qđ factum
eſt ad Iohel, filiũ Fatuel. ¶Primo vidẽ-
dum eſt ꝙ cõſtructio eclypſim patitur.
Dicẽdo enim verbum domini qđ factũ
eſt ad Iohel filium Fatuel, aliquid ad p
fectionẽ ſenſus ſubĩtelligẽdũ ẽ: vel ita.
Hoc eſt verbũ qđ factũ ẽ. vel ita. Verbũ
qđ factum eſt hæc alia oſtẽdit. Sequit̃.

Audite hæc ſenes & auribus perci-
pite omnes habitatores terræ: ſi fa-
ctum eſt iſtud in diebus veſtris: aut
in dieb⁹ patrũ veſtrorꝝ. Sup hoc nar
rate filiis veſtris, & filii veſtri filiis
ſuis & filii eorũ generationi alterę.

¶Ex magnitudine vẽturæ calamitatis C
in ſtuporẽ vertit̃ admirationis. Ne ve-
ro vilipendenda videantur: authorita
tem ſenum conuocat: ne parui mom̃eti
vel exigui, habitatores terræ excitat di
cens. Audite ſenes &c. Sapientia ſenũ
authoritatem admirationi: ſollicitudo
habitatorꝝ fidẽ dat ſtupori. ſ. vt de vẽtu
ro infortunio minime q̃at dubitari: cui
authoritas ſapiẽtiũ, & ſollicitudo plæ-
biũ p certo publice videt̃ atteſtari. Seq
tur: partes exprimẽs infortunii dicẽs.

Reſiduũ erucæ comedit locuſta: &
reſiduum locuſtæ comedit bruch⁹:
& reſiduum bruchi comedit erugo
Expergiſcimini ebrii, & flete: vlula-
te omnes qui bibitis vinum in dul-
cedine: qm̃ perit ab ore veſtro.

¶Oſtẽſa ſuperiori pte infortunii & ſub D
ſecuta voce lamenti: aggredit̃ aliud in
fortunii genus oſtendere, & ad illam la
mẽti ſpeciẽ conat̃ deſcẽdere. Ait enim.

Gens em̃ aſcẽdit ſup terrã meã for-
tis & innumerabilis. Dẽtes eius, vt
dẽtes leonis: & molares eius vt ca-
tuli leonis. Poſuit vineã meã ĩ deſer-
tũ: & ficũ meã decorticauit. Nudãs
ſpoliauit eã & pꝑiecit: albi facti ſunt
rami eius.

¶Ecce lamẽtum. Nũc ſubiicit infortu-
nium dicens.

Plange, quaſi virgo accincta ſacco
ſuper virum pubertatis ſuæ.

¶Et sic alternando infortunium cũ lamento decurrit vsq; ad illud. Ad te domine clamabo. Vbi fit ad deũ supplex inuocatio & calamitatis miseranda expositio & ipsi⁹ delẽdę humilis & affectuosa deprecatio. Babyloniorũ iuxta quosdam designat in Iudæã terribilẽ aduentum, hostilẽ impetũ, ferocẽ animũ: vbiq; frementem, cuncta vastantem, vniuersa delentem. Vel (qđ verius est) assyriorũ superbiam & ipsius gentis audacem ferociam, sanguinis auidã, glorię cupidã, casibus expositam, victoriæ pronã. Qui sub Sennacherib vniuersam Iudæã vastantes Hierusalem obsederunt. Et qa non diuino iudicio, sed proprię fortitudini fortunam negocii ascripserunt: rege cum paucis fugiente omnes vna nocte ab angelo percussi perierunt. Iohel p erucã: designat Assyrios: per locustã Babylonios: per bruchũ Persas & Medos: p rubiginẽ Macedones. Hi oẽs p successionem temporum, populum dei vastauerunt: et si quid vnus floridũ aut viride vel forte incõsumptum reliquerat: alio succedente conculcatum & ad nihilum redactum est. Iosephum antiquũ & traditiones Iudæorum & cęteras ad id pertinentes historias legat, qui super hoc certificari desiderat.

E — Eruca. Locusta. Bruch⁹. Rubigo.

F — Allego.

¶Allegorice vero de persequutione loquitur ecclesiæ generalis quæ quadrifaria legit̃: qa prio ab idololatris, secũdo ab hereticis, tertio a pseudochristianis ĩpugnata fuisse: quarto ab Antichristo impugnanda legitur. Qđ Iohel prophetico præuidens oculo prę magnitudine persequutionis, senes & habitatores terræ in consortium vocat admirati õis. Ac si diceret. Vetura spõsę Christi ĩfortunia video, calamitates ĩtueor, varios labores ipsius prospicio: sed sapientiam spiritualium, sollicitudinem quoq; carnalium contestor, vt audita p successionem in posterum trãsfundãt: quousq; surgat aurora de cælo, veniat agni sponsa, pullulet ecclesia: vt nostro præmunita oraculo solida maneat: ne riualem pro marito recipiat: ne florẽ sine fructu: monetã sine argẽto: manipulũ sine grano: vmbrã sine corpore, decepta eligat. Per erucã designat idololatras: per locustas hæreticos: p bruchos pseudo & carnales christianos: per rubiginem Antichristi malitiosam sollicitudinẽ. Primos propter spurcitiam & varietatem idololatriæ: secundos propter volatum scientiæ, agilitatem ingenii, elationem superbiæ. Tertios pp̃ter æstum & immunditiam carnalis cõcupiscentię. Quartum propter immanitatem sęuitię. Postq̃ enim ecclesia idololatrię euasit naufragium: in fluctus & procellas hęreticorum decidit: sed dũ spirituali flante fauonio, procella in leniorem versa est auram, rursus in carnaliũ æstu sustinendo diu laborauit: demum a filio perditionis qui extolletur supra omne qđ dicitur deus, aut qđ colitur: multis modis fatigata, varie cruciata, grauissime anxiata: tãdẽ serenitate reddita, ad libertatis portum redibit: pacis domiciliũ subibit. Et hoc est qđ dicit. Residuũ erucę comedit locusta &c. Hæc est gens quę super terram idest: super ecclesiam dicitur ascẽdisse, fortis & innumerabilis. Fortis magnitudie. Innumerabilis multitudine. Fortis crudelitate, innumerabilis assiduitate. Leo diabolus, vel princeps in terrena potestate summus: vt aliqs hæresiarcha vel ipse Antichristus. Dentes, eius satellites. Catuli, optimates vł subreguli. Molares, carnifices. Eam quã superi⁹ dixit terram nũc vocat ficũ & vineã idest ecclesiam. Terram propter fidei stabilitatem. Vineam propter pœnitẽtię austeritatem. ficum propter dilectionis dulcedinem. Vel terram propter firmamẽtum iustitię. Vineam propter lætitiam spiritualis intelligentiæ. Ficum pp̃ter suauitatem cælestis doctrinæ. Vel terram propter fructum spiritualiũ exercitationum: vineam propter gratiã cęlestium donorum. ficus propter dulcedinem gaudiorum æternorũ. Hęc agn⁹ Christus sponsæ cõtulit suæ, scilicet ecclesiæ. Prima in horto: secunda in cellario: tertia in lecto. In horto nãq; exercitatur: in cellario lætificatur: in lecto felicitatur. Primo operibus pœnitentiæ. Secundo munerib⁹ gratiæ. Tertio osculis sapientiæ. Sed hanc gẽs præfata decorticauit, nudauit, proiecit. Membra-

Erucæ. — Locustæ. Bruchi. Rubigo. — 2. Thess. 2 — G — Leo.

na sunt exercitia, folia verba, Fruct9 merita. Exercitia grę, verba doctrinæ, merita glorię. Sed hanc gens pfata decorticauit, nudauit, proiecit. Quia psecutione ingrauescente tepuerũt exercitia religionis: siluerũt verba pdicationis: virtutũ merita attenuata sunt in multis.

I Tropol. ¶ Tropologice vero de tẽtationib9 animæ, ppheta loquitur. Gentem spiritualem ostendit super eam ascendisse, cateruam vitiorum eam iusto dei iudicio inuasisse, conculcasse, expugnasse dicens. Residuum erucæ comedit locusta: & residuum locustæ comedit bruchus: & residuũ bruchi comedit erugo. Scio quosdam ante me hæc quatuor, animi pturbationes quatuor significare dixisse. Et erucam ad timorem, locustam ad spem, bruchũ ad gaudiũ, rubiginem ad dolorẽ retulisse. De quibus est illud Boetii: Gaudia pelle, pelle timorẽ, spemq; fugato, nec dolor adsit. Nubila mens est victaq; frenis hæc vbi regnant. Nos autem eis suam ĩterptationẽ relinqm9, & ad alia q̃ magis congrua videntur festinamus. Residuum erucę comedit locusta &c. Eruca igiť est luxuria. Locusta cenodoxia. i. vana gloria. Bruchus gastrimargia. Rubigo ira vel impatiẽtia. Residuum erucę est castitas. Residuũ locustę humilitas. Residuum bruchi sobrietas. Residuum rubiginis mẽtis lenitas & patiẽtia. Residuũ igiť primi comedit secundũ: secũdi tertiũ, tertii quartum: qa sępissime accidit vt de continẽtia inanis oriatur gloria: humilitatẽ sequať

k ebrietas & crapula: Sobrietatẽ ira vel impatiẽtia. Nõnunq̃ eñ accidit vt mẽs adhuc imperfecta dũ se vicisse & ad culmẽ iustitię peruenisse existimat, cadat a victoria: & dũ aliquẽ hostiũ se videt superasse, totum se sustinuisse belli existimat negocium: totumq; se putat supasse exercitum. Sed dum mẽs decepta de triumpho vnius exultat: non videt misera q gladium alius exerit: & mortem cominus intentat. Hinc est q insultãneci luxurię, iam quasi secura & minus prouida, gladio percutitur cenodoxiæ. Q si hanc mentis humilitate superasse cõtigerit: gastrimargia ptinus se subingerit. Quia dum incautus animus videt castitatem carnem restrĩgere, dum prospicit humilitatem mentẽ reprimere, statim voluptati properat condescẽdere: dicens ita. Quandoquidẽ nec mentem vẽtus inanis glorię agitat: nec carnem illecebra carnalis concupiscentiæ titillat: genus esset crudelitatis si conciuem meum stimulis cruciarem dirę necessitatis. Pax mihi ĩ vtraq; reddita: admonet & ĩdulget ministrare suauia. Sic crapula inducitur: & ciuis ĩterficitur. Porro si hãc diuino auxilio & proprio studio superasse accidit: iã se putans ad integrum euasisse naufragium, in illud rursus incidit infortunium. Nam quia animus cõtinẽtiam in carne, humilitatem in mente, abstinentiam in corpore, surgere cõsiderat: iam de perfectione psumens & prę se cęteros despiciẽs: si qñ resistitur eius conamini, obuiatur impetui, occurritur affectui: protinus habenas laxat iræ, in verba prosilit impatiẽtiæ dicens. In peccatis natus es tot9: & Ioan.ix. tu doces nos? Ordo rerũ exigit: vt priorem locum priora teneant. Inferiora inferius iaceant. Scriptũ est. Spiritalis omnia iudicat & ipse a nemine iudicať. 1.Cori.2. Et in lege os leprosi claudi pręcipitur. Pri9 igitur recte discas: vt sane doceas, prius bene viuas, vt iuste arguas. Hinc dñs per Iob. Memẽto belli nec addas vltra loqui. Iob.40. Ac si diceret. Tanto se sollicitiorem oportet exhibere mentem contra nequitiæ spiritualia, quanto illorũ arma magis existũt subtilia. Nec de triumphi gratia impatiẽs fieri debes, vel de victoria aliquorum hostium elatus: qui multorum pates insidiis & a multis es vallatus. Vnde Iohel. Residuum erucę comedit locusta: & residuum locustę comedit bruchus: & residuũ bruchi: comedit erugo. Sequitur. ¶ Expergiscimini ebrii & flete. L Vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniã periit ab ore. Acsi diceret. Iuxta est dies Deut.32. perditionis: & adesse festinant tempora Allego. tẽtationis. Expergiscimini igitur a somno lętalis negligẽtiæ: a lecto carnalis concupiscentiæ: quia inebriati estis psperitate voluptatis transitoriæ, fundite lachrymas compunctionis: edite vlulatũ cõfessionis, qui vino æstuatis trãsi

toriç delectationis. Quoniam periit inquit ab ore vestro. Hinc Iacobus. Glorietur frater humilis in exaltatiōe sua: & diues in humilitate sua, quoniā sicut flos fœni trāsibit. Exortus est em̄ sol cū ardore & arescit fœnum: & flos ei⁹ decidit: & decor vult⁹ eius deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescet. Expergiscimini ad pœnitentiam, flete ad veniam, vlulate ad gratiā. Qui bibitis vinum in dulcedine, transitoriæ voluptatis: qui inebriamini gloria momentaneç vanitatis: qa scriptū est. Dormierunt somnū suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus suis. Sequit. Qm̄ periit ab ore vestro. Hinc Iacobus. Agite, inqt, nūc diuites plorate vlulātes in miseriis vestris q̄ veniēt vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimēta vestra a tineis comesta sūt. Aurum & argentum vestrum eruginauit: & erugo eorum in testimoniū vobis erit: & māducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizatis em̄ vobis iram in diebus nouissimis. Periit inquā vinū ab ore vestro quia scriptum est. Risus enim dolori miscebitur & extrema gaudii luctus occupat. Vnde sequit. Gens enim ascēdit super terram meam fortis & innumerabilis. Dentes eorum vt dētes leonis: & molares eius vt catulus leonis. Posuit vineam meam in desertū & ficū meam decorticauit. Nudans spoliauit eam & proiecit: albi facti sunt rami eius. Gens ista turba est iniquitatis: multitudo supfluitatis: caterua curiositatis: cohors voluptatis: populus vanitatis. Fortis est gens ista in expugnatione virtutum: innumerabilis assiduitate tētationum. Fortis est victoria sceleris innumerabilis instantia suggestionis. ¶Leo diabolus & dētes eius animi praui motus: molares consensus. Catuli actus. Terra est anima: ipsa quoq; ficus per dulcedinem supernæ contēplationis. Vel terra est per humilitatē pœnitentiæ: vinea per subtilitatem intelligentiæ: ficus per suauitatem eminētis gratiæ. Vel terra est per rigorem abstinentiæ. Vinea per feruorem iustitię: ficus per dulcedinem cælestis sapientiæ. Sed hanc gens prefata decorticauit, nudauit, proiecit. Decorticauit actu, nudauit sensu proiecit affectu. Actu probitatis, sensu honestatis, affectu bonitatis. Vel actu iustitiæ, sensu cōtinentiæ, affectu misericordiæ. Rami sunt animę desideria per quæ extendit vsq; ad opera: qui albi facti sunt quando natiuum virtutis colorem nō amittunt. Sequit.

[Margin: Iaco.1. — Psal.75. — M — Iaco.5. — Pro.14. — K — N — Leo. — Tropolo]

Plāge quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis tuæ. Periit sacrificium & libatio de domo domini. Luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata ē regio. Luxit humus, quoniam deuastatum est triticum. Confusum est vinum, & elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ & vlulauerunt vinitores super frumento & hordeo: quia periit messis agri. Vinea confusa est: & ficus elanguit. Malogranatū & palma & malum & omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium a filiis hominum.

¶Historice. Synagogam nuncupat virginem, propter vni⁹ dei quā accepit fidem. Gētes vero fuerunt meretrices & fornicarię, propter varium cultum idololatriæ. Hanc scilicet synagogam inuitat ad planctum & saccum super virum pubertatis suæ: quia scilicet præ multitudie cladis & p̄ hostilis furore vastitatis: cessauit ritus cerimoniarum & cultus legis. Legis enim cultus synagogæ fuit maritus. Vn̄ apostolus. Mulier alligata est lege viri q̄diu viuit vir ei⁹. Si vero mortu⁹ fuerit, soluta est a lege viri. Synagoga quoq; vsq; ad Christū, legis ex debito tenuit cultum. Vnde ipse Christus. Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem. Porro adueniente Christo audit. Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit.

¶Allegorice. Virginem vocat ecclesiā: propter vnius dei fidem & sacramētorum integritatē. Virgo est ecclesia: virgo est maritus eius Christus. Qui merito vir pubertatis eius dicit: quia ita de eo in Hieremia legitur. Nouum faciet dominus super terrā. Fœmina cir

[Margin: O Historice. — i.Cori. — Matt. — Gala. — P Allegorice. — Hiere.]

Esa.53. cundabit virum,& illud. Virum dolorum & sciente ferre infirmitatem. Item
Esa.xlvi in Esaia i persona patris. Ego, inqt, sum dominus vocās ab oriēte auē & de terra longinqua virū voluntatis meę. Vir vtiqꝫ pubertatis. Vnde sponsa in canti
Cant.2. cis. Ego (inquit) dilecto meo: & ad me conuersio eius. Ac si diceret. Sicut ego sola illi, ita ipse solus mihi, & sicut ego illi soli: ita ille mihi vni. Hæc virgo ad planctum, & saccum prouocatur super virum pubertatis suæ: quia propter ea quæ inferius continentur infortunia, flere digne monetur ecclesia. Peccatis enim exigentibus ordo, status, splēdor, cultus ecclesię negligitur, immutatur, deformatur, obfuscat̄. Ordo præceptorum, status consiliorum, splendor iudiciorum, cultus sacramentorum. Ordo per negligentiam vel incuriam: status per concupiscentiam: splendor per auaritiam. Cultus per irreuerentiam. Vnde ecclesia sup contēptū viri sui dignissime
Q per Iohel incitat̄ ad lamenta. Plange, inquit, quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis tuæ: quia periit sacrificium & libatio de domo domini. Sacrificiū dicitur id qd̄ offertur de solido: libatio qd̄ de liquido. Per hæc, sacramenta ecclesiæ designātur: quę partim in solido, partim in liquido tractātur. Sed vtrūqꝫ de domo domini perit: non per substantiam, sed per reuerentiā quia præualente vitiorum malitia, vix reperitur in ecclesia qui digne tractet vel sumat sacramenta. Vnde & sequit̄.
›› Luxerunt sacerdotes ministri domini.
R Sacerdotes dicuntur quia sacramenta dant: ministri quia verbum vitæ ministrant. Sacerdotes lugēt subditorū contemptū in præceptis, vel inobœdientiam: etiam sui in sacramentis quā iuste
Mal.1. merentur irreuerentiam. Hinc dominus per Malachiam. Ecce (inquit) ego ad vos o sacerdotes qui despicitis nomen meum, & offertis super altare meū panem pollutum, & dicitis. In quo polluimus te? In eo qd̄ dicitis (hoc est dici facitis) mensa domini polluta est. Si ergo cū tu minister & sacerdos sis & requiescis in lege, & gloriaris ī deo, & nosti voluntatem eius, & probasti vtiliora instructus per legem confidis te esse ducem cæcorum: lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipiētium, magistrum infantium, habētem formā scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo Roma.2
alium doces teipsum nō doces? Qui dicis non furandum furaris. Qui prædicas non mœchandum mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegiū facis. Qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis deum inhonoras. Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Hinc
Hieremias. A sacerdotibus (inqt) egressa est iniquitas. Et Sophonias. Sacerdo Hier.23. Sopho.3
tes (inquit) polluerunt sanctum tuum: iniuste egerunt contra legem. Et Malachias. Vos autē (inquit) recessistis de Mala.2.
via: & scandalizastis plurimos in lege: & irritum fecistis pactum meum, dicit dominus. Ecce praua eorum merita. Se S
quitur de luctu eorum & irreuerentia: de quibus dominus per Malachiā. Mittam (inquit) in vos egestatem: & maledicam benedictionibus vestris: & maledicam illis, quoniam non posuistis sup Mala.2.
cor. Item per eūdem. Ecce ego (inquit) Mala.2.
proiiciam vobis brachium & dispergā super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum. Item idem. Propter Mala.2.
qd̄ (inquit) ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis: sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Sequitur.
›› Depopulata est regio. Luxit humus quoniam deuastatum est triticum. Confusum est vinum & elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumēto & hordeo qa periit messis agri. Vinea confusa est, & ficus elanguit. Malogranatum, & palma & malum & oīa ligna agri aruerunt.
T Regio ecclesiæ latitudo est obœdientiæ, humus humilitas pœnitētiæ: triticum sanitas doctrinæ: vinum intelligentię spiritualis subtilitas. Agricolæ & vinitores, sacerdotes & prædicatores. Sed agricolæ dicūtur propter informationem moꝝ: vinitores propter eam quam infundūt mētibus audientium lætitiam æternorū. Agricolæ quia ad actionem iustitię informant. Vinitores quia ad amorem sapientiæ animos audientium excitant.

Vel agricolæ, quia terrena opera & desideria doctrina sua euertunt. Vinitores, quia dona spiritualia promittunt & lætitiam æternorum mentibus auditorum inferunt. Hordeum est simplex doctrina & historialis: messis agri bonorum operum simplicitas fertilis. Vinea scientiæ diuinæ vbertas. Ficus dulcedo contemplationis & æternorũ suauitas. Malogranatum est feruor martyrũ. Palma, contemptus mundi. Malum simplex, opus fidei: omnia ligna cętera, sunt pœnitentiæ vel misericordiæ opera. Singula vero suis coaptare locis ad alia festinantes omittimus: quod facile & vtile lectoris exercitio relinquimus. Sequitur.

Quoniam confusum est gaudium a filiis hominum.

¶Merito confusum esse dicitur gaudiũ ex defectu præcedentium: quia ex eorũ inedia periclitatur populus: contemnũtur sacerdotes: infirmantur ecclesiæ.

V Gaudiũ — ¶Sciendum quoq; ꝙ gaudium diuiditur quadrifariam. Est enim gaudiũ iniquitatis, est vanitatis, est caritatis, est felicitatis. De primo legitur. Qui lætantur cum malefecerint: & exultant in rebus pessimis. (Prou.2.) De secundo. Tenent tympanum & citharam, & gaudẽt ad sonitum organi. (Iob.21.) De tertio. Exultabunt sancti in gloria: lætabunt in cubilib[9] suis. (Psal.149) De quarto. Beati qui habitãt in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. (Psal.83.) Gaudiũ igitur caritatis & felicitatis p̃mium cõfusum est a filiis hominum: quia deficientibus pręfatis virtutibus, vbi cognitio veritatis & amor virtutis non præcedunt, cessantib[9] meritis: nulla vel hic vel in futuro salutis pręmia succedent.

X Tropologice. Anima virgo. — ¶Tropologice vero ea quæ allegorice de ecclesia dixim[9] super statu animæ interpretari possum[9]. Anima namq; virgo est conditione naturæ, virgo p̃uilegio gratiæ, virgo quo ꝙ p̃mio gloriæ. Animam siquidem meretricem facit inordinata concupiscentia: castitatem ei reddit virilis pœnitẽtia: virginitatẽ sapiẽs innocentia. Quasi enim casta est anima, dũ per opera & affectum iustitiæ cruciatum & timorẽ inuasit pœnitentiæ: necdum tamen ad culmẽ sublimatur innocentiæ. Fornicaria est igitur anima in prostibulo: coniugata in atrio: continens in domo: virgo in thalamo. (Anima fornicaria.) In primo exponitur cõcupiscentiæ: in secundo opera facit pœnitentiæ: in tertio plangens virum, desiderio afficitur iustitię: in quarto virgineis iocundatur amplexibus, & osculis sapientiæ. Fornicaria igitur est anima per concupiscentiæ iniquitatem: casta per continentiæ humilitatem: continens per iustitiæ puritatem: virgo p cõtemplationis sublimitatem. (Y Aię vir.) Vir ei[9] pubertatis Christus est, desponsator virginitatis. Quia vero ab eo recessit p vitium prauæ concupiscentiæ, ad eum reuerti monetur per luctũ & opera & habitum pœnitentiæ. Et hoc est qđ dicit. Plange quasi virgo accincta sacco &c.

Z ¶Sacrificiũ est mortificatio carnis: Libatio, fletus compunctionis. Regio, serenitas consciętiæ. Humus, humilitas cognitionis propriæ: Triticum amor iustitiæ: Vinum, feruor sapientię: Oleum odor misericordię. Fic[9], dulcedo & suauitas contemplatiuæ lætitiæ. Hordeũ, abiectio pœnitentiæ. Agricolæ, gemit[9] & motus confessionis: Vinitores, desideria compunctionis et suspiria cõtemplationis. Palma, contemptus terrenorum: Malogranatũ, ardor et sitis p̃miorum. Malum simplex, boni affectus. Ligna alia, cæterarum virtutum sunt desideria: vel potius opera et ꝓfectus. His amissis cõfusum est gaudium: qb[9] possessis ordinatum et gloriosum disponitur premium. Sequitur.

Accingite vos & plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Ingredimini: cubate i sacco ministri dei mei quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. Sãctificate ieiunium: vocate cœtum. Congregate senes omnes habitatores terræ in domum dei vestri: & clamate ad dominum. A, A, A, diei: quia prope est dies domini & quasi vastitas a potente veniet.

A Psal.17. — Vere tenebrosa est aq̃ ĩ nubib[9] aeris: qa occl'ta sciẽtia ĩ ꝓphetis. Tenebras vtiq;

quadruplex gaudium

latibulũ suum dñs posuit:qa ꝓpheticũ eloquiũ in quo latet multis cibus absconditus, magnis & multis obscuritatibus verborum & sermonum inuolucris circunsepsit. Ecce Iohel calamitatis ordinem miro dicendi artificio prosequitur, vrbano & colorato orationis genere ad mouendum iudicem eleganter nititur. Prius enim ex modo & ordine infortunii: deinde ex dignitate & habitu & ordine supplicandi remedio

B pietatis innititur. Ordo infortunii hic est. Prius enim ostẽdit vastata sensu carentia, deinde afflicta sensum tm̃ habẽtia: deinde captiuata ratione vtẽtia: vt ordinẽ scilicet calamitatis, ordo comitetur pietatis: Primo parcens conditioni: secundo sensualitati: tertio rationi. Cõditioni creator: sensualitati ordinator: rationi saluator. Primo naturæ, secundo gloriæ, tertio gratiæ. Primo parcens ne corrumpat naturam: secundo ne deleat formã: tertio ne retrahat gratiam. Acsi diceret. Iuste supplicamus tibi domine pro natura, quia eã creasti: iuste pro forma: quia eam sensibus formasti. Iuste pro gratia, quia eam gratis ratione illuminasti. Serua igitur domine in creatura rationali gratiam virtutis: & lumen rationis. Tuere in sensuali munus formæ & habitum compositionis. Serua in naturali opus & muni

C mentum conditionis. ¶In supplicandi quoq; genere: dignitate virginum, ordine sacerdotum, habitu vtitur pœnitentium: vt scilicet & per humilitatẽ pœnitentiæ seruus dominum, & per reuerentiam sanctimoniæ sacerdos deum, & per affectum & vnionem cõiugii, virgo sponsa moueat maritum, ad indulgentiam, ad gratiam ad gloriã. Seruus supplicat pro indulgentia: sacerdos ꝓ gratia: sponsa pro gloria. Pro indulgentia, peccatorum, pro gratia donorũ, ꝓ gloria pmiorum. Hoc est autem perfectissimum genus supplicationis: in quo supplicatur pro depulsione infirmitatis, ꝓ restitutione sanitatis, pro conseruatione libertatis. vt scilicet medelam adhi- D

Historice. beat morbo, cautelam dono, tutelã bono. Hoc per excessum diximus, nunc ad expositionem literę redeamus. ¶Historice. Pręfatum infortunium sub alio typo verborum ostentat. Sacerdotes, senes & terræ habitatores ad planctum, & saccum, & ieiunium conuocat: si forte conuerratur deus & ignoscat.

¶Allegorice. Infortunia & detrimenta spiritalia significat ecclesię: ostẽdẽs ĩ ea defectum religionis, contemptum sanctimoniæ, & periculum ordinis. Vnde & sacerdotes primo inuitat ad pœnitẽtiam: per quorum præcipue negligentiam, & cultus iustitiæ, & rigor disciplinæ, & forma doctrinæ, & facies ecclesię, in irreuerentiam corruit. Vnde & populus per diuersa vitiorũ latibula cursitãs disperiit. Vnde & Hieremias. Nõ crediderunt reges terrę & habitatores vrbis ꝙ ingredererur hostis & inimic⁹ per portas Hierusalem: propter peccata prophetarum eius & iniquitatẽ sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. Errauerunt cæci, polluti sunt sanguine. ¶Accingite, inquit, vos & plangite sacerdotes. Quia de cinctione se intulit mẽtio: videamus quę ex ea fieri possit diuisio. In diuino namq; legimus eloquio, alios accinctos, nonnullos præcinctos: præcĩctos quoq; quosdam circa lumbos, zona vero aurea ad mamillas alios. Succinctos facit humilis pœnitentia. Accinctos, virilis & constans obœdientia. Præcinctos, perfecta patientia. Præcinctos circa lumbos, corporis continentia vel sanctimonia. Circa mamillas zona aurea, interioris hoĩs perfecta munditia, vel diuina scientia. Hic est ordo perfectæ conuersionis. Hic est ritus deuotæ religionis, vt prius reuertatur peruersus per humilem pœnitentiam: deinde conuertatur auersus ad obœdientiam: deinceps conuersus ascendat ad splendorem sanctimoniæ: demũ constans & patiens ad mẽtis puritatẽ euolet ad cælestis culmẽ sapientiæ. Accingite igitur vos & plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Ingredimini & cubate in sacco ministri dei mei: quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. Hic traditur ordo pfectæ pœnitẽtiæ quo sacerdotes iubent ad statum redire obœdientiæ. Sigdẽ p-

Allegorice.

Thre.4.

E

Succinctos, Accĩcti, Pręcĩcti, &c.

F

Pœnitẽtię ordo

fectæ pœnitentiæ tria sunt necessaria: cõpunctio scilicet mẽtis, confessio oris, mortificatio carnis. Compunctio delictorum, confessio peccatorum, mortificatio vitiorum. Cõpũctio vanitatis, confessio iniquitatis, mortificatio superfluitatis. Hæc in præsenti pagina designat propheta plãctum referens ad cõpunctionem, vlulatum ad cõfessionem, saccum ad mortificationem. Qđ autẽ saccum iubet ingredi, innuit mortificatione carnis non passim effluere oportere, sed obsequium nostrum rationabile perutile fieri. Hinc & Apostolus, Ob-(Roma.12) secro, inquit, vos per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. In saccum itaque (G) intratur: quotiens pure, deuote, discrete, caro mortificatur. Non saccum intrat sed saccum dissuit, quotiens quis excedendo modum, carnem suam cruciat & atterit. Non in saccum ingreditur, sed saccum vngit: qui carnem illicite fouet & eius desideria colit. Saccum vero ingreditur: quisquis abstinẽtię iugum deuote amplectitur. In sacco cubat: quisquis in mortificatione carnis se delectat. In sacco cruciatur: quisquis in angaria abstinentiam sectatur. Domus dei est ecclesia: sacrificium & libatio gemina sunt sacramenta. Sacrificiũ ad illa pertinet quæ fiunt de solido: libatio ad ea quæ fiunt de liquido. Solida sunt illa quæ pertinent ad oblatiões tam spirituales q̃ corporales. Liquida ad baptismum & vnctiones. Vel sacrificium pertinet ad actionẽ: libatio ad cõtemplationem. In actione siquidem est afflictio & anxietas: in contemplatione, dulcedo & suauitas. In sacrificio actionis homo salubriter affligitur. In libatione contemplationis anima feliciter delinit & suauiter refouetur. Seqtur.

(Sacrificium & Libatio.)

Sanctificate ieiunium, vocate cœtũ. Congregate senes omnes habitatores terræ in domũ dei vestri: & clamate ad dominum A A A diei quia prope est dies dñi, & quasi vastitas a potente veniet.

H ¶Postq̃ sacerdotes purgati sunt p pœnitentiam, & ordinati per obœdientiã: iure cœtum vocant ad ecclesiam, decẽter senes & habitatores terræ congregant ad extorquendam veniam: ad placandã superni iudicis iram: ad impetrãdam misericordiam, quia scriptum est. Qui obturat aurem suam ne audiat legem: oratio eius fiet execrabilis. Vnde (Pro.28.) & alibi dictũ est. Quiescite agere peruerse, discite benefacere, quęrite iudicium, (Esa.1.) subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite & arguite me dicit dominus. ¶Intuere lector ordinẽ (I) impetrandæ misericordiæ, flagitãdęque diuinæ clementiæ: modũ eundi ad thronum gratiæ. Prius est enim sanctificare ieiunium: postea vocare cœtum: deinde congregare senes & populum: deinde clamare ad dominum in commune. Ieiunium sanctificare ostendit nobis Saluator dicens. Tu autem cum ieiunas (Matt.6.) vnge caput tuum, & faciem tuam laua. In facie operatio, in ablutione compunctio, in vnctione cõpassio, in capite mẽtis deuotio. Hæc omnia ieiunii exigit sanctificatio: vt scilicet abstinentiã purificet compunctio, ordinet compassio, toleret deuotio: formet operatio. Compũctio sui, compassio proximi, deuotio dei. Actio vero ad alterutrum suum refert negocium. Cœtus ꝓprie est sapientium. Senes sunt prudentes. Terrę habitatores sunt legis inquisitores. Clamor ad dominum: est supplicatio pro remedio contra infortuniũ. Cuiusmodi vero supplicatio debeat fieri ꝓpheta ostẽdit in præsenti dicens. Clamate ad do-" minũ. A, a, a, diei quia ꝓpe est dies dñi. " Non debemus ꝑmere silẽtio q̃ a quodã (K) accepimus Iudęo iuxta gamalielis ne- (Iudæi interpretatio.) nias eloquenti & ꝑito. Ait ẽm. Iohel ꝓuidens vẽturę captiuitatis ĩminẽs exitiũ: supni iudicis extinguere impetum ex affectu plangentis, ꝑterita reuocans ad memoriã, iudicẽ satagit circũuenire, & ad pietatem festinat inflectere, dicens: A, a, a, diei quia prope est dies domini. Ter posuit A, qa tria ꝑcipue fuerũt iudaici ppł'i ĩfortunia. Primũ qñ tẽti sunt ab Ægyptiis: scđm qñ ab Assy- (Ah.) riis: tertiũ qñ a Babyloniis. A, ĩteriectio ẽ plãgẽtis & factũ miserãdũ miserabilis

Psal.104. exponētis. Dicit ergo, a. Intrauit Israel in Ægyptum: & Iacob accola fuit ī terra Cham. A. Sicut turbines ab Aphrico
Esa.21. veniunt de deserto: veniunt de terra
Ezec.17. horribili. A. Aquila grādis magnarum alarum, longo membrorum ductu: plena plumis & varietate venit ad libanū & tulit medullam cedri. Ac si diceret. A Ægypto manū dedimus: & inde dolor. A. & Assyriis vt saturaremur panibus: & inde mœror. A. repulit domin⁹ altare suum & maledixit sanctificatio
Psal.76. ni suę: & īde terror. Ac si diceret. A, Nūquid inæternum proiiciet deus, aut nō apponet vt complacidior sit adhuc? A,
Psal.12. Vsquequo exaltabitur inimicus meus
Psal.101. super me. A, Tu exurgens domine misereberis sion: quia tēpus miserendi eius,
L quia venit tps. ¶Aliter ter posuit a: qa sunt mala quoq; tria. Ignorantia, cōcupiscentia, & miseria. Legis naturalis p̄uaricatio attulit ignorantiā. Legis scriptæ transgressio, inordinatam propagauit concupiscentiam. Prophetiæ contēpt⁹ ministrauit miseriā. Dicatur ergo A, præuaricata est lex naturalis: īde dolor: sed vindicatum est in ea captiuitate ægyptiaca. A, prȩuaricata est lex scripta, inde mœror: sed vindicatum est in ea, captiuitate Assyria. A, contemnitur prophetia, inde terror: sed & hoc dispo nis vindicare captiuitate Babylonica. A, incidimus in miseriam quam vindicasti. A, decidimus in concupiscentiam quam punisti. A, incidemus ī miseriam
M horrendā: quā disposuisti. ¶Aliter quȩ super trina captiuitate diximus: ad vltimam referre possum⁹. Tria siquidem Babylonicȩ captiuitatis fuerunt miserrima infortunia. Tēpli scilicet euersio, vrbis destructio, populi transmigratio. Ac si diceret. A, populus tuus in trans
Eccli.36. migratione in captiuitatem ducet: sed miserere domine plȩbi tuȩ, sup quā inuocatum est nomen tuum, & Israel quē coæquasti primogenito tuo. A, ciuitas destruetur: sed miserere ciuitati sanctificationis tuæ Hierusalem: ciuitati re
3.Reg.8. quiei tuæ. A, templum euertetur: Sed audi domine hymnum & orationē quā serui tui orant coram te hodie: vt sint oculi tui aperti super domum hanc die

ac nocte. Hæc historice dicta sunt. ¶Al N
legorice vero aliter exponi possunt. Iohel namq; præuidēs ruinam populi sui Allego.
in aduentu Iesu Christi, compatiendo lamentatur: lamentando ad cautelā exhortatur dicens. A, a, a, diei quia prope est dies domini: & quasi vastitas a potēte veniet. Acsi diceret. A, veniet q auertet impietatem a Iacob, & eripiet iugū
ab Israel. A. Et nō est ei species neq; de Esa.53.
cor: & vidimus eum & non erat aspectus. A, & quasi abscōditus vultus eius & despectus. Vnde nec reputauim⁹ eū. Vere lāguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. A, & putauimus eū quasi leprosum & percussum a deo & humiliatum. A, quia vidimus & non cognouimus. A, quia audiuim⁹ & contempsimus. A, quia operātem bona accepimus, & pro nobis orantem interfecimus. Audiuimus verba, accepimus, beneficia, vidimus miracula. Sed A, verba cōtempsimus. A, beneficiis ingrati fuimus. A, miraculis detraxim⁹. Audiuimus docentem in monte: sed A, hæc surda aure pertrāsiuimus: inde dolor. Vidimus eum turbas pascētem iuxta mare, sed A, non curauimus: inde mœror. Vidimus eum pendentē in cruce: sed A, cōtempsimus, & inde terror. Audiuimus doctrinam, accepimus vitam, vidimus mortem. Doctrina vero illius nostram cæcitatem illuminauit. A, cui non obtemperauimus. Vita eius nostram informauit. A, quā non recepimus. Mors eius mortem nostram captiuauit. A, quam contēpsimus, immo quā
fecimus. ¶Dies &c. Iuxta allegorię le O
ges, Tempus incarnationis verbi significat: dies domini ipsum repræsentat: q bene dicitur domini, quia tunc factum est iudicium mundi. iuxta illud euangelii. Nunc iudicium est mundi: nunc Ioan.xii.
princeps huius mundi eiicietur foras. Dies domini tripliciter accipitur: scili Dies do
cet vel tempus incarnationis, vel dies mini.
obitus hominis, vel dies extremi examinis. Qui recte solius domini dicitur: quia solius eius potestas noscitur: q eius sapientia in primo iudicii facit examen: in secūdo discernit meritum: in tertio variat p̄mium. Sequitur.

Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt: de domo dei vestri lętitia & exultatio? Computruerunt iumenta in stercore suo. Demolita sunt horrea: dissipatę sunt hypothecæ: quoniam cõfusum est triticũ. Quid ingemuit animal: Mugierunt greges armenti? Quia nõ est pascua eis. Sed & greges †pecorũ disperierunt. Ad te domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti: & flã ma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestiæ agri, quasi area sitiẽs hymbrem, suspexerunt ad te: quoniam exsiccati sunt oẽs fontes aquarum: & ignis deuorauit speciosa deserti.

†pastorum vel porcorum.

P ¶Post traditũ modum supplicationis ipsius, subnectit causam doloris: vt dũ multa & magna patent detrimẽta: supplicatio protẽdat deuota & ignita. Detrimenta vero sunt hęc: putredo fœtida iumentorum: anxietas aĩaliũ: interitus pecorum: demollitio horreorũ: apothecarum dissipatio: pascuę inanitio. Causa vero hæc est: speciosorum cõbustio, lignorum succensio, fontium exsiccatio. Sicut igitur corporalia alimenta constat esse trifaria: ita & spiritualia. Quędam enim sunt ad sanitatem, & non ad fortitudinẽ: q̃dam ad fortitudinẽ, & nõ ad sanitatem: nonnulla vero ad sanitatẽ & ad fortitudinem. Ex primis nascit̃ elegans & idonea forma. Ex scdis virilis & cõstans audacia. Ex tertiis venustas formę & fœcunditas potentiæ. Sed quia tetigimus carnalia nũc redeamus

Q ad spũalia. Quatuor em̃ sunt. s. p̃cepta, exercitia, virtutes, charismata. Præcepta vero sunt ad sanitatẽ: Exercitia ad fortitudinem: Virtutes ad formã: Charismata ad audaciã. Lętitia est de trãsitoriis: exultatio de ęternis. Hęc aũt alimenta, q̃ sunt exultatio & lętitia perierũt de domo dei. i. de ecclesia, quia præcepta calcant̃: virtutes cõtẽnunt̃, exercitia perierunt, charismata recesserũt.

Luc. 18. Vnde Saluator. Filius hoĩs veniẽs, putas inueniet fidem super terram? Item idem. Vulpes foueas habẽt & volucres cæli nidos: Filius aũt hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et Paul⁹. In nouissimis (inquit) temporib⁹ erũt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parẽtibus inobœdiẽtes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magisq̃ dei: habentes quidem speciem pietatis, virtutem vero eius abnegantes. Iumenta sunt luxuriosi, armenta curiosi, †porci gulosi, animalia petulantes & cupidi. Horrea authentica eloqa. Apothecæ expositorum volumina. Pascua passiones sanctorum & gesta in quibus est vitæ forma, & morum decẽtia inueniuntur exẽpla. Triticum est spiritualis doctrina. stercora sunt vitia & peccata. Lectoris vero ingenio singulorũ adaptationem ad alia festinans committo. Sequitur. Ad te domine clamabo, qa ignis comedit speciosa deserti &c. Ignis

Luc. 9. 2. Timo. †pecorum

R occasionem facit propheta ad dominũ, ostẽdẽs cãm oĩm p̃fatorum incõueniẽtiũ: quia scilicet dũ cessant virtutũ exempla, dum silet vitæ doctrina, dum religionis tepescit feruor, dum perfectiõis torpescit rigor: virtus fugit, succedentibus vitiis: scientiæ lumen extinguitur, orientibus tenebris: religionis pulchritudo nigrescit, crescentibus negligentiis: in mente pœnarum exitio, lætitia punitur: & exultatio scatentib⁹ angustiis. Hic Esaias. Propterea (inquit) captiuus ductus est populus me⁹: quia non habuit scientiam. Nobiles eius interierũt fame, & m̃ltitudo siti exaruit. Propterea infernus dilatauit animam suam, & operuit os suum absq; vllo termino: & descẽdunt fortes eius, & populus eius & sublimes gloriosiq; eius ad eũ. ¶Allegorice vero, Ager est vita secularis: regio vita ecclesiastica, sed communis: desertum perfectio religionis: deserti speciosa, monachorum sunt & anachoritarũ ornatissima corda: ligna regionis, ecclesiæ prælatorum agmina: bestiæ, simplices & idiotæ: fontes aquarũ, doctores populorũ: ignis, cupiditas: flamma, luxuria. Sequitur.

Esa. v. S Allegorice.

Iohel. 2. CAnite tuba in Sion: vlulate in
monte sancto meo. Conturben-
tur omẽs habitatores terræ: quia ve
nit dies domini, quia prope est dies
tenebrarum & caliginis, dies nubis
& turbinis. Quasi mane expansum
super montes populus multus &
fortis &c,

T ℭ Post inuocationem & infortitunii
multifariam expositionẽ, redit ꝓpheta
ad populi exhortationem, ostendẽs ma
gnitudinem vẽturę cladis proximę ca-
ptiuitatis excidii imminentis: vt. s. po-
pulũ ad terrorẽ diuini iudicii cõmoue
at: ad dolorẽ cõpũctionis salubriter cõ
moneat: ad amorẽ obœdientię vtiliter
accingat. Hoc aũt agit, a multitudine
cladis, a qualitate hostis, a genere vi-
ctorię, a pondere miserię, a facilitate tri
umphi, a zelo mali, a metu obsessorum
principũ, & ignauia vallati populi. Sin
gula vero suis coaptare locis, nõ est a-
nimi ad sequentiũ explanationem festi
V nantis. Quãobrem lectoris exercitio re
linquimus ista sicut & alia. Hortaẽ er-
go propheta hyperbolice in Sion cane
re, in monte sancto vlulare, omnes ha-
bitatores terrę metu affici. Hortaẽ in-
quã in cõmune oẽs diuinorũ iudicioꝝ
pedibus prosterni, si quo modo de⁹ de
pręparato habitaculo suo sup filios ho
minũ respiciat: si quandoq́ procellã in
aurã vertat: si tandẽ a naufragio capti
uitatis ad portũ consolationis eos re-
ducat dicens. Canite tuba in Sion &c.
Per Sion intelligite arcem templi: per
montẽ ciuitatẽ: per terram suburbana.
In Sion regem & principes: in templo
ꝓphetas & sacerdotes: in terra populũ
& inferiores dignitates. Dies dñi, aduẽ
X tus exercit⁹ Babylonis. Qui merito do
mini diciẽ, qa iniuriã dñi p inobœdien
tiã populi diuino nutu vlcisciẽ. In qua
die tenebrę & caligo, nubes & turbo iu
daico irrogatur populo. Tenebrę, quia
nescierunt consiliũ: caligo, quia ipsius
nõ timuerunt iudicium: nubes: qa eius
dem non meruerunt subsidium: turbo,
quia eum exasperando male, inciderũt
tantę cladis naufragium. Quę dies ve-
nit quasi mane expansum sup montes:
quia dei non contemplati sunt cõsiliũ
& prudẽtiam tẽpore suę cęcitatis, subi
to ṕoccupati angustia necessitatis iu-
ste corruerũt: negocioꝝ amittẽtes ꝓui
dẽtiam. ℭ Sciendũ vero ꝙ Iohel in præ Y
senti historialiter de captiuitate baby-
lonica loquitur: qđ ex verbis sequenti
bus manifeste colligitur. Dicit enim:
Quasi mane expansum super mon-
tes populus multus & fortis. Simi-
lis enim non fuit ei a principio, &
post eum non erit vsq́ in annos ge-
nerationis & generationis. Ante fa
ciẽ eius ignis vorans & post eũ exu-
rens flamma. Quasi hortus volupta
tis terra coram eo: & post eũ solitu-
do deserti: neq́ est qui effugiat eũ.
Quasi aspectus equorũ aspectus eo
rum: & quasi equites sic current. Si-
cut sonitus quadrigarũ super capi-
ta montiũ exilient: sicut sonitus flã-
mę ignis deuorãtis stipulam: velut
popul⁹ fortis pręparat⁹ ad prælĩũ.
A facie eius cruciabuntur populi:
omnes vultus redigẽtur in ollã. Si
cut fortes current: quasi viri bella-
tores ascendent murũ. Viri in viis
suis gradientur: & non declinabũt
a semitis suis. Vnusquisq́ fratrẽ suũ
non coarctabit: singuli in calle suo
ambulabũt. Sed & per fenestras ca
dent, & non demolientur: vrbem in
gredientur: in muro current: dom⁹
conscendent: per fenestras intrabũt
quasi fur.

ℭ Hoc nequaq̃ de Ægyptia seruitute,
vel Assyria captiuitate recte intelligi-
tur. In illis nãq́ populus tãtũmodo ca
ptiuatur: in hac vero scilicet babyloni
ca vniuersa regio vastaẽ: humus ad in-
tegrum desolatur: ciuitas destruiẽ: re-
gnum dissipatur: tẽplum fundit⁹ euer
titur: sacerdotium de medio tollitur.
Ordinem vero exercit⁹ Babylonici &
modum ritumq́ eius & negocium dili
genter Iohel prosequitur: cõmẽdãs eũ

a multitudine,a fortitudine,ab immanitate crudelitatis. Ab impetu vastitatis,a ferocitate superbię,a cingulo gloriosæ militiæ, a prudentia sollicitudinis, a terrore sæui regiminis, a subiectione hostium, a metu & pauore succumbentium,a facilitate victorię,a virtute constantiæ,a prouidentia concordię,a tutela sui, a tutela negocii, a deprędatione inimici. Sequitur.

A facie eius contremuit terra: moti sunt & cæli. Sol & luna obtenebrati sunt: & stellę retraxerunt splédorem suum.

¶Terra est populus:cæli,sacerdotes & iusti:sol,rex:luna,iustitia:stellę,prophetę. A facie(inquit)eius cõtremuit terra:quia superueniente captiuitatis miseria,& prophetia siluit, & maiestas regia deperiit,& cultus iustitię euanuit, & populus oppressus infortunio timore succubuit. Sequitur.

Et dñs dedit vocē suā añ faciē exercit9 sui: qa multa sunt nimis castra ei9, qa fortia & faciētia verbū eius.

Z ¶Vox domini inspiratio populi:facies erat exercitus.ordo,cultus,splendor,ritus,forma,modus. Ordo vexillorū,cultus deorum, splendor armorum, ritus negociorū,forma regiminis,modus itineris. Inde fortia,inde verbum eius facientia. Hęc historialiter prelibauimus

Allego. nunc ea allegorice discutiamus. Quidam captiuitatem istam ad vltimū referunt iudicium,interpretantes ruinā in eo fieri ob prefata scelera. Hæc autē videntur astipulari de psalmista dicen

Psal.77. te. Misit in eos iram indignationis suę indignationē & iram, & tribulationē, immissiones p angelos malos. Sed quomodo quædam huic intelligentię seruiant non video. Quomodo enim in illo examine,aspectus eorū, dęmonū scilicet,erit quasi aspectus equorū? & quomodo vt equites current? quomodo super capita montium exilient? quomodo quasi viri bellatores murū ascēdēt? cum etiā de bonis angelis in eos legaƭ: Cū sublatus(inqt Iob loquēs de apostata angelo)fuerit:timebūt angeli:& ter

Iob.41.

riti purgabūtur. Nos autem huius explanationis opacitatē perspicaciori linquimus ingenio: aliā fortassis luculentiorem & literę vicinius obsequentem cudentes: sine sententię melioris pręiudicio. Propheta igitur Iohel oculo pro A

phetię pręuidens spiritualem Babyloniū,vniuersum orbem tyrannice vastātem, humano generi crudeliter dominantem, absorbentem fluuium:non est euiratus, sed habet fidutiam q̃ influat iordanis in os eius. Videt gentilem populū dicatum idolis,fraudatum gratia prophetię, viduatū pręuilegio gratiæ. Cõtemplatur quoq; aduentum Christi,incarnationē verbi, missionem paracliti,prædicationem apostolorum, angulum duorū populorum, assumptionem gētilis populi & partem minimā iudaici,contemptum vero maioris residui. Pro gratia ergo assumpti iudaici. hortatur in Sion tuba canere : pro ira reprobati residui in mõtem vlulare dicēs. Canite tuba in Sion:vlulate in mõ ,,

te sancto meo. Quia vero scriptum est. ,,

In illa die duo erunt in agro, in lecto, Mat.24.

in molendino: vnus assumetur & alter relinquetur: Assumendos iubet in Siõ tuba canere: relinquendos in mõte sancto vlulare. Sion est ecclesia,in aduentu spõsi sui posita specula. Mons sanct9 B

est Christ9:de quo psalmograph9. Mõs Psal.67.

in quo bñplacitū est deo habitare ĩ eo. Quidā ergo cantant, & qdā vlulant in hoc emanuel. Vnde Simeon. Ecce positus est hic in ruinā,& in resurrectionē Luc.2.

multorū in Israel. Hæc aūt de iudaico dicunƭ populo. Seqƭ de gētili. Cõturbētur oēs habitatores terrę &c. Terrę habitatores merito dicunƭ gētiles:qa sola terrena quęrebāt,sola terrena diligebant. De qbus dñs p psalmistā. Ipsi ve Psal.62.

ro(inqt)in vanū q̃sierunt animā meā: introibūt in inferiora terrę, tradenƭ in manus gladii,partes vulpiū erūt. Porro gentiliū adueniente Christo, alii cõturbati sunt ad salutem, alii vero ad mortem:Est enim quędam confusio adducens mortem : & est confusio adducens gloriam. De conturbatis ad salu Psal.47.

tem legitur in psalmo. Ipsi videntes sic admirati sunt,conturbati sunt,cõmoti

Esa.24. sunt:tremor apprehendit eos. De conturbatis ad mortem Esaias. Cōfractione(inquit)confringetur terra:contritione conteretur terra, cōmotione cōmouebitur terra: agitatiōe agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculū vnius noctis.

C ¶Dies domini aduentus est Christi. Hæc autem dies tenebrarum fuit gētilibus reprobatis, & caliginis hęreticis,& turbinis perfidis iudęis,& nubis catholicis.

Gētiliū cōtra fidē arg. Gētiles siquidem cęcati incarnatione verbi virtutem sancti sacramenti attingere nō valentes, dicebant. Maria aut peperit, aut nō peperit. Si peperit, cū viro cōcubuit. Si cū viro concubuit, qđ natū est, de massa pccatrice extitit. Qđ aūt de massa pccatrice natū ē:pctō succubuit. Qđ qain deū nō cadit, Mariæ fili⁹ de⁹ nō extitit. Itē Auicenna. duo cōtraria simul in eodem esse non possunt: porro si filius Mariæ deus est & homo: cū de⁹ impassibilis homo aūt passibilis sit passibile vero & impassibile contraria sint:duo contraria simul repériūtur in vno. Sic sic domine in multitudine virtutis tuæ mentiuntur tibi inimici tui. Si vero maria non peperit, deus homo non extitit. Qđ si verum est:christianorum dogma falsissimū est.

Esa.19. Hę sunt tenebrę gentilium:de quibus Esaias ait. Ecce disrumpentur spirit⁹ Ægypti in visceribus eius:& consilium eius pręcipitabo.

D ¶Caligo quoq; occupauit hęreticos.

Hęreticorū caligo. Cuius enim visus caligat: eminus quidem videt materiā, sed non attendit formā. Sic & plęriq; hęretici materiam quidē habuere credendi : sed forma caruere fidei. Quidam enim recte vnitatem personę, sed non sane crediderunt in verbo incarnato vnitatem substantię. Alii ediuerso in eodem sane diuersitatem naturę, sed non recte diuersitatem personæ. Nōnulli in diuinitate deitatis vnitatē, sed disparem potestatem, inæqualem dignitatē. Plęriq; oīm æqualitatē:sed naturę negauerūt vnitatē. Alii qđ vnū est impie diuiserunt: alii quod diuisum est insane confuderunt.

Psal.17. Hæc fuit hęreticorum caligo: de qua psalmograph⁹. Et caligo sub pedibus eius:quia scilicet nōnullos hæreticorum reuocauit per misericordiam a perfidię naufragio:plerosq; autem pmisit ire in interitum iusto iudicio.

Iudęorū turbo. Iudęis quoq; turbo fuit Christi īcarnatio.

Psal.5. De quibus voce psalmistę. Secundū(inqt) multitudinē impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Qđ vtiq; factum est, quando populus Iudęorum ab Romanis partim cæsus, partim vinculis addict⁹, partim exilio relegatus, partim per vniuersum orbem terrarum miserrime dispersus est.

Dies nubis. Porro catholicis Christi īcarnatio dies fuit nubis: quę eis præbuit & vmbram gratię,& pluuiā doctrinæ, & suauitatē cōscientię,& securitatē glorię. Vmbrā contra ardorē tētationis:pluuiā, cōtra ariditatē hęreticę peruersitatis vel persuasionis:suauitatē, contra stimulū internę reprehensionis:securitatē, contra naufragiū desperationis. Pluuiā dedit eis in mōte : vmbrā exhibuit in cruce: in sepulcro suauitatē: in resurrectione securitatē.

Esa.4. Vnde & Esaias. Et tabernaculum in vmbraculo diei ab ęstu: & in absconsione a turbine,& a pluuia.

E Aliter. Quatuor sunt genera hominū. primū est nunq̄ credentiū:secūdū credentium, sed vix & tarde: tertium facile & mature : & quartū facile & non mature. Primo generi fuit dies tenebrarum incarnatio verbi : secundo dies caliginis:tertio dies nubis:quarto dies turbinis. Dies autem hęc:quasi mane expāsum fuit super mōtes. Mōtes sunt apostoli, mane illuminatio fidei:expansio p fidem operans dilectio. Quasi igit mane expāsum super montes fuit aduentus Christi incarnatio verbi quia scriptum est.

Oseę.6. Quasi diluculum preparatus egressus eius & veniet quasi imber nobis tēporaneus & serotinus terræ. Vel per mōtes possunt accipi potentes huius seculi, philosophi hui⁹ mūdi, quos subito operuit incarnatio verbi:qua infatuata est seculi sapientia, confusa est mundi prudentia, calcata seculi potentia.

1.Cori.1. vnde Apostolus. Qđ īfirmū est dei, fortius est omnibus hominibus : & qđ stultum, sapientius. Et infirma elegit deus vt fortia confūnderet. Sequit. Populus mult⁹ & fortis. Populum vocat

[illegible]

[illegible]

apostolorũ chorũ & ecclesiã Neophito rum. Populus vero iste multus fuit, nõ quãtitate numeri, sed dignitate meriti: fortis non robore corporis, sed virtute mẽtis. Multus itaq;, nõ numero sed merito: fortis, nõ impetu carnis, sed cõ
Psal. 18. silio mentis. Multus, qa scriptum est. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terrę verba eorum. Fortis qa scri
Act. 5. ptum est. Ibant Apostoli gaudẽtes a cõspectu concilii, qm̃ digni habiti sunt ꝓ noĩe Iesu contumeliã pati. Multus, vnde impenetrabilis: fortis, vnde & insuperabilis. Sequitur. Laudes eius prosequendo. Similis ei non fuit a principio & post eum non erit vsq; in annos generationis & generatiõis. Qđ vtiq; saluator manifeste in euãgelio dicens ait.
Matt. 13. Beati oculi qui vident quæ vos videtis: qm̃ multi reges & prophetę videre voluerunt quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quę vos auditis & nõ
Esa. ix. audierunt. Quorũ vitam gloriosam admiratur Esaias dicens. Qui sunt isti q vt nubes volãt, & quasi columbæ ad fenestras suas? In colũba simplicitas sensuum: in nube ędificatio morũ. Pluuia scilicet salutaris doctrinę, & puritas cõscientię. In volatu, pennę geminæ dilectionis & excessus supernę contemplationis. Sequit. Ante faciẽ eius ignis vorans: & post eum exurẽs flamma. Ignis vorans, prædicatio ignea cõsumẽs peccata, deuorans vitia. Exurens flãma miraculorũ chorus catio: ꝑ quã in corde rebellium fit salubris exustio, & ignita cõpunctio. Sequitur. Quasi hortus voluptatis terra corã eo: & post eum solitudo deserti, nec est qui effugiat eum. Hortus voluptatis est terra curiositatis. Hortus voluptatis est cœnũ gratæ superfluitatis. Hortꝰ voluptatis est theatrum mundanę voluptatis. Solitudo deserti est mortificatio carnis, contemptus mundi, abiectio sui. Apostoli vero hortum voluptatis fecerunt solitudinem deserti: qa vanitatẽ deserti ipsius redigerunt in contemptum mundi: curiositatem in abiectionem, superfluitatem in mortificationem. Sequitur. Nec est qui effugiat eum. Quia necessario aut vitam apostolicam & doctrinã imitando merer̃ præmiũ: aut eã cõtẽnẽdo incurrit suppliciũ. Quasi aspectꝰ equorũ aspectꝰ eorũ, & quasi equites sic currẽt. In primo notar̃ hinnitus, & feruor prędicationis: in secundo pro fide conflictus & labor cõgressionis. Sequitur. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient: sicut sonitus flãmę ignis deuorãtis stipulam: velut populus fortis pręparatus ad præliũ. Hic succincte inserir̃ labor & victoria euangelistarum. qui per vitam suã ꝑ miracula & doctrinam, confregerunt elationem superborum. Quadrigę sunt euangelistę: & montes superbi, sonitus prædicatio fidei, flamma miracula, stipula peccata. Sequitur. A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollã. Populi cruciatio, ipsius est salubris compunctio: vultus in ollam redactio, propria sui est ac syncęra cognitio. Sequitur. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murũ. Primo notatur prosperitas prædicationis: secũdo victoria certaminis, ac pro fide obœdiẽtia mortificationis. Sequitur. Viri in viis suis gradientur & nõ declinabunt a semitis suis. Primo notatur prædicatorum concordia: secundo virtutum & fidei perseuerantia. Sequitur. Vnusquisq; fratrem suum non coarctabit: singuli in calle suo ambulabunt. Adhuc prosequitur ꝓpheta. vnanimitatem apostolorum & concordissimã voluntatem eorum, qui sic in mundo seminauerunt euangelium ne alter sibi vsurparet semẽ alienum. Hinc apostolus: Non audeo loqui aliquid eorũ, quæ ꝑ me non efficit Christus in obœdientiam gentium, in verbo, in factis, in veritate signorum & prodigiorum: in virtute spiritussancti: ita vt ab Hierusalem per circuitum vsq; ad illiricũ repleuerim euangelium Christi. Idem ibidem. Sic autem prędicaui euangelium hoc, non vbi nominatus est Christꝰ ne super alienum fundamentum ædificarẽ. Sequitur. Sed & per fenestras cadent: & non demoliẽtur. Fenestrę qnq; sunt dispensatio incarnatiõis: vel qnq; modi diuinæ contemplationis. Primus modus cõtemplationis est cõsideratio

culpę & gehennę: secundus cõtẽptus psentiũ & spes futurorũ: terti⁹ iudiciũ & regnũ: quartus stat⁹ corporis, & glorificatio. Status secundũ q erit passibile vel impassibile: glorificatio secũdũ q erit ineffabilis pulchritudinis, vel pfulgidæ claritatis: quintus vnius spũs cũ deo: qđ est per oĩa cõformatio. Per has fenestras apostoli & viri apostolici salubriter cadunt: quando deuota horũ consideratione, creatori sese humiliter prosternũt. Sic cadendo non demoliũtur, sed potius eriguntur & cõsolidantur, iuxta illud. Omnis q se exaltat humiliabit. Vnde in Apocalypsi. Et cũ darent (inqt Ioãnes) illa quatuor animalia gloriã & honorẽ & benedictionẽ sedẽti super thronũ, viuenti in secula seculorũ, procidebãt vigintiquatuor seniores ante sedẽtẽ in throno, & adorabãt viuentẽ in secula seculorũ. Et mittebant coronas suas ante thronũ dicẽtes: Dignus es dñe de⁹ noster accipere gloriã, & honorẽ, & virtutẽ &c. Quinq sunt fenestræ incarnatiõis: natiuitas. s. cõuersatio, doctrina, resurrectio, ascensio. Per quas illa qnq quę de cõtemplatione dicta sunt videnť. Nã p natiuitatem eius, multis manifesta sunt peccata & gehẽna: cõuersatio eius aperte docuit pręsentia cõtemnere & ad æterna spem dirigere: doctrina vero satis agit de iudicio & regno: ĩ resurrectiõe cstẽsus est stat⁹ corporis & glorificatio: qa sicut ipse surrexit in gloriã, ita & nos p ipsum: in ascẽsione aũt aliquaten⁹ nobis innotuit: quomodo spũs noster cũ deo vniẽdus sit. Corpus em̃ humanum nisi per diuinitatẽ sibi vnitã absq omi vehiculo eleuari sursum vel transferri nõ potuit. Per has quoq fenestras apostolici viri cadũt: qa pfatorum sollicita meditatione sese fundit⁹ humiliant, & carnẽ suã atterũt, membra sua mortificãt dũ ea veraciter ac specialiter appetunt. Sed non demoliũtur: quia nec benignitas lędere, nec veritas fallere, nec iustitia contẽnere, nec castitas corrumpere nouit, cui innituntur: nec sapientia falli, nec virtus infirmari, nec potẽtia superari, nec æternitas mutari, cui iungunť. Sequitur. Vrbem ingredientur, in muro current, domus conscendent. Vrbs est in hoc loco cœtus hominũ ad viuendũ in cõmune cõgregatorum. Mur⁹ est obstinatio animi: dom⁹ singulorũ conscientię peccatis obdurate. Tãta erit gratia & fortitudo aploꝝ & apostolicorũ viroꝝ, vt etiã cœtũ malitiosorũ hominũ expugnẽt, obstinationẽ spũ fortitudinis dissoluant, cõscientias singulorũ, spũ gratię & pcũ obtineant. Sequitur. Per fenestras intrabunt quasi fur. Fenestrę sunt in hoc loco timor. s. ęterni supplicii: dolor præsentis exilii: spes cęlestis pmii: breuitas huius vitæ: mutabilitas fortunę. Prima respicit ad occidentẽ, secũda ad aquilonem, tertia ad orientẽ, quarta ad austrũ, qnta huius mũdi cõsiderat cẽtrũ. Per has singulorũ furtim ĩtrãt cõsciẽtias, quas facile superãt dũ præfata ante mentis oculos congregãt. Timor siquidẽ pungit, dolor expellit, spes trahit, breuitas instigat, instabilitas fortunę fugat: sicq mens Neophiti ad patriã fugiẽs festinat. Sequitur. A facie eius contremuit terra: & cæli moti sunt. Terra sunt peccatores: cæli iusti. Sed terra a pręsentia apostolorũ cõtremuit ad pœnitẽtiam: iusti quotquot erant in mũdo audientes eorũ doctrinã, vitã, famã, moti sunt pro nihilo suã ducentes iustitiam. Sequitur. Sol & luna obtenebrati sunt: & stellę retraxerunt splendorem suũ. Sol est sapientia seculi: luna potentia hui⁹ mũdi: stellę philosophorum sectę: splendor stellarum cult⁹ & fama sectarũ. Sed sol & luna obtenebrati sunt a facie apostoloꝝ, qa p stultitiã dei destructa est sapiẽtia seculi: & per infirmũ dei calcata est potentia mũdi: & p virtutẽ signorũ, p claritatẽ miraculorũ, p nudã veritatẽ verboꝝ, deleta est cõpositio colorũ. obfuscat⁹ est rhetoricus splẽdor sermonũ euacuat⁹ est cult⁹ & nitor inaniũ sectarũ. Hinc Psalmista. Tu dirupisti fontes & torrẽtes: tu siccasti fluuios ethã. Fontes intelligunť phi: ethan diabolus, qui interpretať robustus: ei⁹ flãma: puersarũ sunt sectarũ genera. Seqť. Et dñs dedit vocẽ suã ante faciẽ exercit⁹ sui: qa multa sunt nimis castra eius: quia fortia & facientia verbum eius. Vox do-

Luc. 14. Apo. 4. — I — K — Psal. 73.

mini est diuina inspiratio. Vox domi-
ni inquã cęlestis illa quę de omnibꝰ do
L cet vnctio. de qua dicitur ꝑ psalmistã.
Psal. 28. Vox domini confringẽtis cedros. Vox
domini pręparantis ceruos. Vox domi
ni intercidentis flammã ignis: vox do-
mini desertum concutientis. Hæc vox
facit castra, quia sanctorũ iungit & or-
dinat cõtubernia. Quę quidẽ sunt mul
ta & fortia, & verbũ eius facientia. Mul
ta sunt dignitate meritorũ: fortia vir-
tute signorũ, & potestate miraculorũ.
Verbum eius facientia, ꝑ obœdientiã
mandatorũ, ꝑ eminẽtiam exercitiorum
ꝑ excellẽtiam consiliorum. Sequitur.
" Magnꝰ enim dies domini & terribilis.
Quia aduẽtꝰ Christi magnificauit cre
dentes & iustos: terruit & condemna-
uit infideles & reprobos. Magnꝰ vtiq̧,
Ro.viii. quia quos prædestinauit hos & voca-
uit: & quos vocauit, hos & iustificauit
& quos iustificauit, illos glorificauit.
Luc.xi. Terribilis, qa remissius erit niniuitis
in die iudicii ꝗ̃ generationi huic ꝑssi-
mę. Ipsi enim crediderunt ad prædica-
tionem Ionę: & ecce plus ꝗ̃ Iona hic. Se
" quitur. Quis sustinebit eum? Quia quis
condigne poterit in se suscipere condi
torem naturę, fontem vitę, gratię spon
sum, saluatoris aduẽtum? Vel quis po-
terit sustinere, põdus irę, onus miserię,
animaduersionem vindictæ, vermẽ qui
non moritur: ignem qui non extingui
tur? Sequitur.

Nunc ergo dicit dominus. Conuer
timini ad me in toto corde vestro:
in ieiunio, & fletu, & plãctu: & scin-
dite corda vestra & non vestimenta
vestra. Et cõuertimini ad dominum
deũ vestrum: quia benignus & mise
ricors est: patiẽs & multę misericor
dię: & pręstabilis sup malitia. Quis
scit si conuertatur & ignoscat deus:
& relinquat post se benedictionem?
Sacrificiũ & libamen domino deo
M nostro.

Histor. ¶Historice, sub persona dñi hortat̃ ꝓ-
pheta populũ suũ misericordiã diuinã
flagitare, lamẽtis & vocibꝰ flebilibꝰ au
res summę clemẽtię pulsare: dicẽs. Cõ-
uertimini ad me in toto corde vestro: "
in ieiunio & fletu, & planctu &c. Ac si "
aperte dicat. Quandoquidẽ tẽpus capti
uitatis approximat, Babylonius instat:
vos ergo instate supplicationi, incum
bite orationi: cõuertimini ad me, vt ba
bylonius ad se conuertatur: reuertimi
ni ad me vt hostis retro vertatur. Cũ Psal. 17.
sanctis enim sanctus, & cũ electis electꝰ
& cũ peruersis eris ꝑuersus. Allegori Allego.
ce vero, sub persona dñi admonet in cõ
mune oẽm statum ecclesię fugere a vẽ-
tura ira: diluuiũ ꝑccatorũ extinguere
lachrymis pœnitẽtię: irã superni iudi-
cis placare opẽribꝰ misericordiæ: dicẽs.
Nunc ergo dicit dñs conuertimini ad
me &c. Ac si diceret. Quandoquidẽ iu-
xta est dies ꝑditionis, & adesse festinãt
tẽpora, quandoquidem terribilis valde
dies instat & magna, quandoquidẽ vix
fugiet quis a ventura ira: quãdoquidẽ
districtus iudex nõ poterit vinci, quia
virtus est: nõ poterit falli, qa sapientia
est: nõ poterit corrumpi, qa iustitia est:
non poterit sustineri, qa ęternus est: nõ
poterit vitari, qa vbiq̧ est. Potest tñ ex
orari, qa misericordia est: põt placari,
qa benignitas est: potest mũdare, qa fõs
gratię: potest satiare, qa panis vitę: põt
sedare, qa vnctio: potest ornare, qa pleni
tudo: potest felicitare & beatificare, qa
beatitudo. Ergo auersi metuẽtes eiꝰ iu
stitiã: conuersi ad eiꝰ fugite misericor-
diã. De ipso fugite ad ipsum: de rigore
iustitię ad sinũ misericordię. Dñs ꝗ ti-
mẽdus est dicit: ꝗ veritas est, id ꝑcipit "
qđ iustũ, qđ vtile, qđ honestũ est. Con- N
uertimini, inquit, ad me &c. Quatuor
sunt, duo mala & duo bona. Vnum ma-
lum alterũ ꝑeius: vnũ bonũ, alterũ me-
liꝰ. Auersio & euersio: en duo mala. Cõ
uersio & reuersio, en duo bona. Auer-
sio a deo ꝑ negligẽtiam: euersio a dia
bolo ꝑ malitiã. Cõuersio ad deum ꝑ
pœnitẽtiam: reuersio ad ipsum ꝑ inno-
centiã. Auersio vero fit tribꝰ modis: va
nitate, voluptate, curiositate. Vanita-
te mundi, voluptate sui, curiositate ꝓ-
ximi. Euersio quoq̧ tribus modis, præ-
cipitatione, malitia, desperatione. Pręci
pitatione culpę, malitia inuidię, despe-
rõne venię. At cõuersio fit tribꝰ modis

confessione,cōpūctione, mortificatiōe. Confessione oris,compunctione mētis, mortificatiōe carnis: vt scilicet in ore veritas,in mente puritas,in carne pudica sit sobrietas.Reuersio quoq; fit tribus modis:deuotione,dilectione, contēplatione.Deuotione gratię,dilectione iustitię,contemplatione glorię.Vos ergo qui auersi estis a deo per vitiū negligentię : qui euersi & submersi diluuio malitię,conuertimini (inquit) ad me in toto corde vestro. Est conuersio cordis,est & conuersio operis. Conuersio quoq; cordis alia est in toto corde, alia est in parte.Illam vero quæ in toto corde est dominus quærit : quia ad salutem sufficit.Alteram vero respuit
Sap.1. quæ est in parte:quia ficta est, & longe a salute.Hinc scriptum est,Spiritussanctus effugiet fictum disciplinę.In corde siquidem sunt tria:ratio,voluntas, memoria.Ratio futurorū,volūtas præsentiū,memoria præteritorum . Ratio nāq; quærit futura,voluntas diligit præsentia,memoria retinet præterita.Ratio illuminat,voluntas amat,memoria conseruat.Cū igitur ratio summū bonum quærit & inuenit,voluntas recipit & diligit, memoria sollicite seruat & arctius stringit : tunc anima ad deū se toto corde conuertit. Cum vero ratio sopita,supersedet cælestia quærere, vel voluntas tepida non curat diligere,vel memoria torpida cōtēnit custodire:tūc fit anima ficta,primo vitiū incidens ignorantiæ,secundo delictū ne-
O gligētię,tertio peccatū malitię.In vtroq; fictā constat esse animā:quia alioqui posset & lumine rationis ignorātia pelli, & studio volūtatis negligētia excludi,& sedulitate memorię malitia sopiri . Ratio igitur quærens parit eruditionē, volūtas amplectēs dilectionem, memoria stringens ædificationem.Prima parit lumen scientiæ,secunda affectum iustitiæ,tertia thesaurum conseruat gratiæ . Hæc est conuersio cordis, quā de⁹ exigit. hęc est illa quę prorsus ad salutem sufficit . Sequitur conuersio operis.In ieiunio, inquit, & fletu,& planctu.Planctus refertur ad confessionem,fletus ad compunctionem,ieiuniū ad mortificationem.Sequitur.Et scindite corda vestra & non vestimenta vestra.Scissio cordium est dissipatio prauorum affectuum.Vestimēta sunt sanctorum exempla . Iubemur itaq; corda nostra scindere,sed vestimēta illęsa seruare:quia & voluntas impura castiganda,ac purificanda per austeritatem pœnitentiæ, ac sanctorū exempla sumēda sunt ad documētum iustitię.Hinc Iob Iob.x.
Instauras,inquit, testes tuos cōtra me, & multiplicas irā tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.Itē idē.Respi- Iob.33.
ciet homines & dicet peccaui , & vere deliqui:& vt eram dignus non recepi. Tunc videbit faciem domini in iubilo & reddet homini iustitiam suam. Ma- P
gnę vtiq; vtilitatis sunt sanctorum exempla:quę nos erudiunt ad scientiam, attrahunt ad veniā, accendunt ad gratiam,informāt ad iustitiam, prouehūt ad gloriam. Hinc voce psalmistę . Me- Psal.cx.
moriam fecit mirabilium suorum &c. Sequitur. Et conuertimini ad dominū deū vestrum.Dominū,inqt,qui timendus est,deum qui diligēdus est.Vestrū qui conditor est.Vestrum,inquit,quia cōditor est naturę, deū qa largitor gratię,dominū quia vltor culpę. Sequitur Quia benign⁹ & misericors est, patiēs & †multus misericordia,præstabilis super malitia. Benign⁹ est,peccatoris sustinens iram:misericors, sustinens sæuitiam : patiens sustinens contemptum: multus misericordia, sustinēs odiū:præstabilis sup malitia, sustinēs desperationis naufragiū. Benignus inquā, qa irā inimicorum vertit in māsuetudinem: misericors,quia sęuitiam in pietatem: patiens,quia contemptum in compunctionem:multus misericordia,quia odium in dilectionē: prestabilis super malitia , quia baratrum desperationis in gratiam prouehit contēplationis.Hæc ordine exposita sunt naturali, nunc ordine exponantur artificiali. Præstabi- Q
lis est igitur super malitia, dum desperationē trahit ad pœnitentiam: mult⁹ misericordia,dū odiū ad veniā: patiēs, dū cōtemptum ad gratiam:misericors dum crudelitatē ad innocētiā:benign⁹ dū iram & rācorem ad osculorum glo

†multæ miç.

riam. Sequitur. Quis scit si conuertatur, & ignoscat & relinquat post se benedictionem? Quis. Quis, in hoc loco non dubietatem significat sed caritatem. Ac si dicat. Quis scit si conuertatur homo, & deus ignoscat? Tãtũmodo præcedat cõuersio: nulla sequitur veniæ dilatio. De die autem & hora conuersionis nemo nouit nisi solus filius & cui voluerit filius reuelare. Ioan. 3. Spiritus enim vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sequitur. Et relinquet post se benedictionẽ.

R Tria sunt genera benedictionis diuinę, primã dat ante se, secũdã ministrat iuxta se, tertiam relinquit post se. Tria quoq; sunt genera hominũ bonorum, primi sunt innocentes. Secundi statim resipiscentes, Tertii tandem pœnitentes. Innocẽtes sunt qui semper sine crimine viuunt: qui ante deum assidue assistunt: qui coram eo iugiter incedunt. Statim resipiscentes sunt, qui quidẽ labuntur, sed mox eis manus diuina porrigitur: & statim resurgunt. Tandẽ pœnitẽtes sunt, qui diu in fęcibus suis qescentes, tandem diuino nutu ad pœnitentiam assurgunt. Innocẽtibus dat dominus benedictionem ante se: statim resipiscentibus, ministrat eam iuxta se: tãdem pœnitentibus relinquit eam post se. Innocentibus benedictionis dat primitias: statim resipiscentibus, ipsius diuitias, tandem pœnitẽtibus, reliquias. Sequitur. Sacrificium & libamẽ domino deo nostro.

S Hę sunt reliquiæ benedictionis: opera scilicet sacrificii & libationis. Sacrificium spectat ad mortificationem carnis: libamen ad compunctionem mẽtis. Quia vero opera carnis nepharia perpetrauimus, quia gaudia mẽtis illicita sequuti sumus: cõtrariis reddamus contraria, vt & carnis opera extinguamus per mortificationẽ: & gaudia illicita per compunctionem. ¶ Aliter. Sacrificiũ potest intelligi recta operatio: libamẽ sancta contẽplatio. In quo sensu libamẽ deo, sacrificium attribuitur domino. Recte enim agendum est, quia dominus timẽdus est: de deo gustatur: vnde & diligẽdus est. Sequitur. Canite tuba in Sion: sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera. Egrediatur spõsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare. plorabunt sacerdotes ministri domini: & dicent. Parce domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatẽ tuam in opprobriũ, vt dominẽtur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorum?

T ¶ Adhuc propheta pręcipit populo suo, orationi deuotę instare, & supplicationi humiliter incumbere: oẽm ætatem, ordinem, sexum, conditionem, ostendẽs periculo subiici. Vnde & in cõmune cõsulit supplicationem fieri. Allegorice. Alleg. Periculis ostensis ecclesię, ad portũ eos hortatur festinare pœnitentię: ne forte sentiant manũ domini super se aggrauari. Horrendum est enim in manũ dei viuentis incidere. Hebr. 10. dicit ergo. Canite tuba in Siõ &c. Horum expositionem relinquimus, quia de his alias cõplura diximus. Senes sunt virtute perfecti: paruuli simplicitate & innocentia præditi sugentes vbera, idiotę positi sub doctrina. Senes coadunãtur, vtpote ratione vtentes. paruuli congregantur & sugẽtes, vtpote sub doctria positi & sub virga seruientes.

V ¶ Thalamus est dilectio, cubile contemplatio. Eadem vero anima fit diuerso respectu sponsus & sponsa. Sponsa, dum verbo vnita per amorẽ secreto, quadam (vt ita dicam) & ineffabili dulcedine concipit qđ quibusdã cęlestibus indiciis foras erumpentibus ostendit. Sponsus quoq; fit, dum sapiẽtiæ iũcta, & illi soli dedita, per spiritua le consortiũ sobolem parit, per doctrinæ magisterium. Spõsum itaq; facit sapientię doctrina: sponsam gratię prerogatiua. Sed in tempore afflictiõis egrediatur sponsus de cubili suo: id est studio sapientiæ: & spõsa de thalamo suo idest de priuilegio descendat contẽplatiuę gratię: & squalorem subeant pœnitentiæ, obtentu quęrendę venię. Cũ enim sponsus cælestis videt sponsam

suam flentem & gementem, anxiam & supplicantē pondus diei & æstus cum aliis & pro aliis portantem : statim ab ira flectitur, patienti compatit, & morę impatiēs dulcedine cęlestis osculi mox placatur & indulget: ac vnicę suę fauorē populi donat. Hinc Moyses pro po-
Exo.31. pulo vice sponsę supplicat dicēs. Obsecro dñe peccauit populus iste peccatū magnū: fecerūtq; sibi deos aureos : aut dimitte eis hanc noxā, aut si non facis, dele me de libro tuo, quē scripsisti. Cui dñs. Ego, inqt, ad pręsens cōdonabo: sed in die vltionis visitabo. Hinc frequenter legitur in veteri rota, ppter Isaac, ppter Iacob pręuaricanti populo plurima condonata peccata, multa cessasse
X infortunia. ¶ Aliter. Cubile est carnalis voluntas: thalamus curiositas. Tēpore igit luctus & agendę pœnitentię, excludenda est curiositas & extermināda est carnalis voluntas: vt cōtinētię & mortificationis sacrificio expietur iniqtas,
Esa.26. propitietur diuinitas. Vnde & Esaias. Dñe (inqt) in angustia reqsierūt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Seqt. Inter vestibulū & altare plorabūt sacerdotes ministri dñi, & dicēt. Parce dñe parce populo tuo &c. Vestibulū est timor dei: sancta sanctorū spōsi cōtemplatio: altare perfecta dilectio. In vestibulo est poplus: circa altare pōtifex summus: in medio tēpli sacerdotes lugent, ministri gemūt : ęquo oēs reconciliationis funguntur officio. Inter vestibulū & altare pro populo supplicat sacerdotiū: qa & timore premit, ne diuina populū destituat misericordia: & amore regit, vt præsumat adire thronū grę humili cōscietia. Inter vestibulū & altare deus placat: qa quē timor custodit ab illicitis, & amor subleuat in excelsis, ad integrū recōciliatur. Inter vestibulū inquā & altare: fit fructuosa & humilis pœnitētia, quā timor pūgit ne torpescat: amor accēdit, ne tepescat. Vtilis inquā & fructuosa, qa timor temerariā exclusit psumptionē: & amor pusillanimitatis abiecit confusionē. Dicūt ergo parce dñe parce populo
Y tuo &c. Tria sunt iudicia hoīs pcipua primū de seipso, secundū de proximo, tertiū de seipso & de pximo. In primo debet esse districtus, in secundo pius, in tertio iustus. Debet enim quisq; se accusare districte: proximū iudicare pie: se & proximū discutere iuste. Quia ergo nobis remissi & pii, pximo vero sumus districti & austeri: dicimus. Parce domine proprię remissioni, Parce fraternæ districtiōi. Parce inquā nobis qđ iniuste egimus: parce quod in proximo inique fecimus. Vel quia duo sunt lo- Z
ca, duo quoq; his adiuncta pericula. Loca, mundus, & infernus. Pericula vanitas & calamitas. Dicitur ergo parce domine a vanitate mundi, parce a calamitate orci, parce inquam a prima, ne nos afficiat: parce a secunda, ne nos absorbeat. Vel quia hominis persona ex gemina cōstat natura, corpore scilicet & anima, in qua quidem natura frequenter peccauimus. In anima enim impie egimus: in corpore inique fecimus. Dicamus ergo. Parce domine impietati mentis: parce iniquitati corporis. Vel quia lex duplex nobis est data. Lex, scilicet naturę & lex scripta: vtriusq; vero transgressores sumus: Dicamus ergo, Parce domine pręuaricatiōi primę: parce transgressioni secundę. Vel quia actio nobis datur ad perfectionem psentis vitæ: contemplatio quasi arra beatitudinis ad pręlibationē futurę: in actione vero remissi, ex contemplatione fuimus elati: dicam⁹, Parce remissioni, parce elationi. Parce populo tuo. Populo, scilicet cœtui hominū ad iuste viuēdū tibi congregato. Tuo a te condito, a te redempto, vtrūlibet a te ponendo. *Se-* A
quitur. Et ne des hęreditatē tuā in opprobrium, vt dominētur eis nationes. Ac si diceret. Ne tradas bestiis animas Psal. 73.
cōfitentium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. *Sequitur.* Quare dicūt in populis, vbi est de⁹ eorum? Ac si diceret. Cum populi tui desistis consilio, & ab impiis oppressi quasi carent auxilio: ab incredulis impius vel impotens iudicaris. *Sed ī hoc* Psal. 40.
cognoui q voluisti me qm̄ non gaudebit inimicus me⁹ sup me. *Sequitur.*

Zelatus est dominus terram suam:

& pepercit populo suo.

B ¶Zelus est feruor animi ad cõpassionẽ naturę,& vltionẽ culpę,& deuotionem gratię proni.Zelus itaq; vtiliter flagellat seruũ: salubriter corrigit filiũ,sollicite atq; fideliter seruat coniugiũ.Seruũ vltione. filiũ cõpassione,cõiugiũ de-

Histori. &c. uotione.Terra(historialiter) est synagoga allegorice ecclesia,moraliter fidelis anima. Prima ꝑpter terrenã cupiditatẽ,secũda ꝑpter fidei stabilitatẽ, Tertia ꝑpter virtutẽ humilitatis,& abstinentię ariditatem.Sequitur.Et respondit dominus & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum & vinũ, & oleum:& replebimini in eis & nõ dabo vos vltra opprobriũ in gentibus.Et cętera quę sequuntur:vsq; ad illud. Et erit, Post hæc effundam spiritum meũ super omnem carnem.

C ¶Vere cor contritum & humiliatum

Psal. 50. deus non spernit.Vere ad quietũ & humilem & trementẽ sermones eius,tempore opportuno respicit.Vere, conualles abundant frumẽto. vere misericordiam vult plusq̃ sacrificium & scientiã dei plusq̃ holocaustũ. Qđ in ꝑsenti ꝓpheticũ demõstrat eloquiũ. Superi⁹ nã q; in supplicationis serie,aduentum & crudelitatẽ hostium,contritionẽ terræ & vastitatẽ animaliũ, pestilentiã & interitum,confusionem populi, afflictionem senũ, squalorem virginum lamentando miserabiliter exposuit: pœnitentię rigorem, abstinentię ariditatem,singultus & gemitus profunditatẽ,& disciplinam indixit. Egit,recepit,rediit. Egit pœnitentiam,recepit misericordi-

Pœnitẽtię laus. am,rediit ad gratiã.O fructuosa & virilis pœnitentia!o virago amplectẽda, mediatrix peccatorum fidissima!o secũda naufragii tabula!o refugium pauperum:miserorum auxilium, exulũ spes, debilium fomes, lumen cęcorum,solamen orbatorum,petulãtiũ virga,vitiorum sera.virtutum apotheca, quæ sola iudicem flectis,cõditorẽ arguis, omnipotentem sternis:dum vinceris vincis, dum cruciaris crucias , dum vulneras sanas , dum salubriter succumbis,gloriose triumphas.Tu sola cęteris silentibus thronũ gratię audacter conscẽdis. Dauid manu ducẽs reconcilias : Petrũ restituis.Paulũ illuminas.Publicanum sumptũ de theloneo apostoloꝝ fidẽter inseris choro.Mariã de ꝓstibulo, leuas in ęthera & iũgis Christo: Latronẽ affixum patibulo, adhuc vernantẽ sanguine,inseris paradiso.Quid plura!Tui iuris est cælestis curia: quod in præsenti prophetica euidẽter edocet pagina,dũ per laborem & pœnitentię fructũ plębs non solum infortunii euasit naufragiũ non modo ad pristinũ gratiæ rediit statum:quinimmo saluatoris aduentu gauisa,eius doctrina illuminata, eius vita informata,eius passione sanata, eius resurrectione solidata, ipsius ascensione glorificata,eiusdem spiritu paraclito in pręsenti dotata,coronam duplicauit, duplicia reportauit . Obmutescat canina facundia, secularis eloquentia: quæ rustica & ĩculta diuina asserit eloquia.Ecce in pręsenti colorata ponitur sententia antitheti lege contrariis reddens contraria.Contra siquidem terræ vastitatem: ipsius opponit vbertatem. Contra famẽ,saturitatem. Contra opprobrium, glorię securitatem. Contra incursionem & crudelitatem hostium: ipsorum fœtorem & interitum. Cõtra sterilitatem fructuũ & arborum ariditatẽ,ipsorũ germina & vbertatẽ.Contra famẽ verbi & sitim doctrinę,fõtẽ vitę ĩducit & doctorẽ iustitiæ. Cõtra tristitiã gaudiũ. Cõtra cõfusionẽ solatiũ. Cõtra conuiciũ, gloriam. Contra mortem vitam,Contra cinerem, coronam. Singula singulis adaptanda lectori relinquo,quia ad explicandas sinuosas allegoriæ rugas festino . Sciendum vero est q; de aduentu saluatoris in præsenti euidens est prophetia:p quem hostis spiritualis extinguitur, fames spiritualis eiicitur,vbertas redditur, gratia restituitur.Ecce inquit mittã vobis frumentum & vinum &c.Frumentum est doctrina vitę:vinum feruor spiritualis intelligentię: oleum suauitas conscientię.Vel frumentum est eucharistię gratia:vinum spiritualis lætitia: oleũ: qđ cunctis liquoribus supernatat,contemplationis gratia.Vel per vinum intel-

Pœnitẽtia serui. (right margin, beside "Dauid manu…")
E Antitheta. (right margin)
F (right margin)

liguntur opera pœnitentię:per frumẽtum opera sapientiæ: per oleũ quia vngit opera misericordię, qa lucet opera gratię,quia pascit opera iustitię.Sequitur.Et replebimini in eo. Nequaq̃ ieiunus sane manet , qui interiora sua talibus epulis replet.Et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus.Quia scilicet cũ taliũ studio & amore nemo incurrit opprobriũ:sed gloria coronatur & honore.Sequitur.

Et eum qui ab Aquilone est procul faciam a vobis.Et expellam eum in terram inuiã & desertam.Faciẽ eius cõtra mare oriẽtale: & extremũ ei9 contra mare nouissimũ.Et ascendet fœtor eius & putredo eius,quia superbe egit.

G Histor. ℭHistorice iuxta quosdã de Sennacherib & eius exercitu loquitur:q superbe egit qñ deũ blasphemauit : q in terra inuia & deserta expulsus est: quãdo in perside per desertũ fugiens in templo Nesrac dei sui a filiis suis occisus est. Quod autem dicit faciem contra mare orientale,& extremũ eius ad mare nouissimũ: tale est. Intentionis eius erat transire Iordanem & expugnare Hierusalem,sed finis aliter se habuit:qa circa Euphratẽ in perside occubuit. Hebraica siquidẽ lingua cõgregationes aquarum appellauit maria.Vnde hic p mare orientale Iordanẽ innuit: p nouissimũ,Euphratẽ intelligit . Qđ aũt dixit ascendit fœtor eius & putredo eius:ad interitum exercitus ipsius respicit.De quo Esaias dicit. Egressus est aũt angelus dñi: & pcussit in castris Assyriorũ centũ octoginta qnq; milia.Et surrexit mane : & ecce oĩa cadauera mortuorũ. (Esa. 37.) Iuxta alios q sincerius sentiunt de Nabuchodonosor sermo est:q expulsus est in terrã inuiã & desertã,quando amẽs factus cũ brutis animalibus diu cõuersatus est.Cuius facies cõtra mare oriẽtale & extremũ ei9 ad mare nouissimũ: qa intẽtionis ei9 erat(vt asserũt historię,primũ oriẽtalẽ plagã expugnare:deinde occidẽtalẽ sibi subiugare.Qđ aũt dicit,ꝙ fœtor & putredo eius ascẽdit: tale ẽ,Hebraica docet traditio ꝙ Nabuchodonosor mortuo,Euilmerodrach filius eius metuẽs ne pater suus reuiuisceret, corpus ei9 de sepulcro extraxit, cõbussit,& ĩ cinerẽ redegit.Quo ĩ quatuor marsupiis dispertito ad quatuor aquilarũ colla ligauit,qb9 per quatuor orbis climata dispositis eas auolare permisit. I Allego. Allegorice Sermo est de hoste antiquo,de apostata angelo:q per incarnationẽ Christi,per verbum fidei, per gratiam baptismi expulsus est:in ariditatẽ gentilis & iudaici populi. Mare oriẽtale sunt electi: nouissimũ reprobi:facies intẽtio:extremũ inclusio.Vel mare orientale primitię electionis gẽtiũ:nouissimũ †credulitas iudęorũ, fœtor ei9 est mors antichristi: putredo sup eũ,sentẽtia iudicii. (†crudelitas) K Moralit. Moraliter. Terra est reproba aĩa:inuia est sine visitatione electorꝫ angelorũ:deserta sine fructu virtutũ & semine morũ.Dęmonis expulsio est peccati cõfessio. Mare oriẽtale est mẽs per cõpunctionẽ amara, p deuotionẽ cõtẽplationis oriẽs facta . Mare nouissimũ, est mẽs fœtore cõsciẽtię amara,desperatione venię absorpta . Facies ei9 astuta intẽtio nocẽdi:extremũ ei9 furor & ĩsania triũphãdi . Fœtor ei9 est odiũ pcti: putredo cõtemptus mundi. Sequitur.

Noli timere terra.(Ecce cõsolatio terrę)Exulta & lætare qa magnificauit dominus vt faceret.

ℭExulta iudęa, sup hostis tui confusione & morte.Exulta ecclesia, sup saluatoris tui aduẽtu in carnẽ. Exulta fidelis aĩa,sup spõsi tui aduẽtu in mẽtẽ.Lætare in merito virtutũ: exulta in pmio cęlestiũ:lætare in donis gratiæ. Exulta in coronis gloriæ.Sequitur.

Nolite timere animalia regiõis: qa germinauerunt speciosa deserti : qa lignum attulit fructum suum:ficus & vinea dederunt virtutem suam.

L Histor. ℭHistorialiter post ĩteritũ hostis, post naufragiũ captiuitatis iudæa recepit pristinę faciẽ serenitatis soli,testamẽtũ vbertatis . Allego. Allegorice vero fructũ suũ attulit lignũ dñicę passionis:fic9virtutẽ & dulcedinẽ resurrectiõis.In aduentu paracliti: vinea aplorũ dedit fructũ suum propagationis.Inde germinaue-

rũt deserti speciosa:qa ex imitatiõe passionis,ex spe resurrectionis,ex doctrina & vita ap̃lica: religionis ꝓpagata sunt gloriosa cõuenticula. Aĩalia regiõis,homines sunt vitę secularis.Ne metuant ergo regionis aĩalia: qa germinauerũt deserti speciosa, qm̃ p doctrinã religiosorũ & sanctimoniã trahunt seculares ad sacramentorum reuerentiã: ad p̃ceptorũ obœdiẽtiã:ad morũ innocẽtiã:ad cõsiliorũ eminẽtiã:ad imitationem dñicę passionis:ad spem cęlestis resurrectiõis: ad sollicitudinem & fructum religiosę propagationis. Sequitur.

Et filiæ Siõ exultate in dño deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ: & descendere faciet ad vos imbrẽ matutinũ & serotinum,sicut a principio. Et implebũtur areę frumento:& redũdabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta,bruch9,rubigo & æruca fortitudo mea magna quã misi in vos.Et comedetis vescẽtes & saturabimini & laudabitis nomẽ dei Israel qui fecit vobiscũ mirabilia:& nõ cõfundet populus me9 vsq; in sempiternũ.Et scietis quia in medio Israel ego sum. Ego domin9 deus vester & nõ est amplius: & nõ confundetur populus meus inæternum.

M

rnisso. ¶Historice.Post cõsolationẽ terrę,fructuũ,arborum,aĩaliũ:ad cõsolationẽ trãsit hoĩm dicens.Et filię Sion exultate &c. Quia dedi vobis doctorem iustitię.Doctorẽ iustitiæ asserũt Hebræi Ezechiã: de quo scriptũ est.Ipse dissipauit excelsa & cõtriuit statuas:& succidit lucos: confregitq; serpẽtẽ æreũ quem fecerat Moyses. Itaq; post eũ nõ fuit similis ei de cũctis regibus iuda:sed neq; in his q ante eũ fuerũt. Et adhęsit dño & nõ recessit a vestigiis ei9 fecitq; mãdata ei9, q̃ p̃ceperat dñs.Alii Hebręorũ Iosiã:de quo scriptũ est. Iste fecit qd̃ rectũ erat corã dño, & ambulauit p oẽs vias Dauid patris sui:& non declinauit ad dexterã siue ad sinistram. Allegorice.doctor iustitię Christ9 est: doctor q docet hoĩem sciẽtiam.Doctor vtiq;.q inuenit oẽm viam disciplinæ,& dedit eã Iacob puero suo:& Israel dilecto suo.Iustitię. vnde scriptũ est.Magister scim9 qa verax es & viam dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo:nõ em̃ respicis psonas hoĩm.Iustitiæ vtiq; qa excussit manus suas ab omi munere.Iustitię reuera, quia reddit vnicuiq; iuxta opa sua.Iustitię inquã quia iuste cęcat,iuste iustificat, iuste reprobat, iuste glorificat,iuste damnat.Imber matutinus est legis spiritualis scientia. Serotin9 euãgelii gr̃a.Vel ĩber matutinus est ipsius & apl'orum eius eloquia.Serotinus patrũ spiritualiũ expositiones, canones & decreta,Areę sunt mẽtes fideliũ iugo disciplinę assuetę,semitis religiõis attritę,traditionib9 disciplinę regularis politæ. Torcularia ipsa sunt corda inter spem & timorẽ posita,cõstantiã inferi9 patiẽtiã superi9 habẽtia. Cõstãtiã in tẽtatione:Patiẽtiã in tribulatiõe. In tẽtatione vitiorum, in tribulatiõe flagellorũ. Constantia siquidem premit & desuper arcet:patientia inferius iacet & põdus sustinet. Constantia arcet vitia:patientia sustinet certamina. Inter hæc duo mens sancta quasi in torculari posita p̃mitur, defæcatur,eliquatur. Premitur flagellis, defęcat vitiis, eliquat ab ociis. Premit a calamitate, defæcat ab iniqtate,eliquatur a vanitate. Hinc nãq; elicitur gemitus purę cõfessionis. hinc fluũt lachrymæ anxię cõpũctiõis. hinc manãt suspiria iocũdę deuotiõis. hinc liquefiũt desideria suauissimæ dilectiõis. hinc eliciunt stillicidia limpidissimę cõtẽplationis.Frumẽtũ est pfectio iustitiæ. vinũ claritas spiritualis intelligentię. Oleũ suauitas purissimę cõscientię.Seqt. Et reddã vobis annos quos comedit locusta &c. In aduentu siqdẽ Christi nobis reddunt anni quos p̃fata pestis deuorauerat:qa in eo nobis contra locustam, veram dedit humilitatem, dicens, Discite a me quia mitis sum & humilis corde.Contra bruchũ, pfectã sobrietatẽ dicẽs. Videte ne grauẽt corda vestra ĩ crapula & ebrietate

Ezechias.

Iosias.

N Allego. Psal. 93. Baru. 3.

Matt. 22.

O

P ” ”

Matt. 11.

Luc. 21.

& curis huius vitæ. Cōtra rubiginem,
Matt.5. pfectā patiētiā, dicens. Si qs te pcusserit in dexterā maxillā præbe illi & alterā.
Luc.12. Cōtra erucā, pfectā castitatē dicēs. Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardētes &c. Locustam igitur exterminauit
Matt.5. dicens. Beati pauperes spiritu. Beati q lugent. Bruchū dicens. Beati q esuriūt & sitiūt iustitiam. Beati misericordes. Rubiginē dicēs. Beati pacifici: beati mites. Erucā dicens. Beati mundo corde. Sequitur. Fortitudo mea magna quam misi i vos. Magna vtiq; fortitudo Christi fuit quē pater in mūdū misit cū sit attingens vsq; ad finē fortiter & disponens omnia suauiter. Qui expugnauit diabolum, spoliauit infernum, deleuit chirographum, reduxit captiuū, manuduxit seruū, sese seruauit illęsum. Sequitur. Et comedetis vescentes & saturabimini &c. Comedetis vtiq; cibū suauitatis, doctrinā. s. iustitię: cibū virtutis, panem. s. vitę. Sequitur. Et non confundetur populus meus inęternū. Ac si diceret. Quia mecū in præsenti sustinent cōfusionem & opprobrium: lętitia sempiterna erit sup capita eorū: hinc Sal-
Luc.22. uatur ad discipulos. Vos estis (inquit) qui permansistis mecū in tentationib[9] meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnū &c. Seqt.

Et erit. Post hæc effundā spiritū meum super omnem carnem: & pphetabunt filii vestri & filiæ vestræ. Senes vestri somnia somniabunt: & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effūdam spiritum meum: Et dabo prodigia in cælo & in terra: sanguinem & ignem & vaporē suū. Sol vertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̄ veniat dies domini magnus & horribilis. Et erit: quicunq; inuocauerit nomē domini, saluus erit.

¶Hic Iudęus apella erubescat. hic cęcitatem & insaniā erubescat, vt qui gloriatur se ducem cęcorum, & legis tenere lucernam: tenebras sui erroris & imperitię suę caliginem in hoc loco deprehēdat. Asinus meus mihi deponat sarcinas: expectet donec ascēdamus ad mōtē, & postq̄ adorauerimus reuertemur ad ipsum: & vidēs requiem quia est bona, & terrā quia optima, supponat humerum ad portandum. Dicat mihi inquā vbi dominus spiritū effuderit? dicat vbi prophetias, somnia, visiones, filii, senes, iuuenes, viderint? Sed qa hæc quoquomodo euoluere poterit dicat saltem vbi sanguinem, ignem & vaporem dominus dederit? vbi sol versus in tenebras & luna in sanguinē mutata? Et cum ostendere non poterit regnet Christi sapientia a filiis suis glorificata. De aduentu igitur Christi præsens litera proprie intelligitur: de missione spiritus paracliti prophetia clausa ad liquidū soluitur. Sed vidēdū primo qđ dicitur. Et erit post hæc. Quid est post hæc? Quid eñ superius dixerat ad qđ id qđ subiūgitur referri debeatur? Videndum est igitur quomodo litera cohæreat. Cōmune nāq; humani gñis infortunium propheta superius multipliciter exposuerat, vota populi, lamēta sacerdotum, squalorē virginū, suspiria patrum prędixerat. Deinde aduētū Christi, incarnationē verbi dispēsationem mysterii: ad liberationē populi, ad remotionem infortunii supposuit, & post ad illuminationem gentium, ad pfectionem oīm subiunxit dicens. Et erit post hæc effundam spiritum meū &c. Legimus dominū de spiritu Moysi abstulisse, & super septuaginta presbyteros, qđ ablatū fuerat posuisse. Legimus Num.xi item heliseum duplicē spiritū Helię acce- 4.Re.2. pisse: sed hactenus nō legimus Christum spiritū suū effudisse. Hic vero effudit non Moysi abstulit, nec Heliæ duplicem rapuit, sed suum proprium largiter distribuit. Notandum vero quod dicitur effudit. Primo enim fudit, secūdo infudit: tertio effudit. Fudit in paradiso, infudit in deserto, effudit in cœnaculo. In paradiso legem dando naturæ: in deserto præcepta & cerimonias legis scriptæ: in cœnaculo plenitudinē Geñ.2. gratiæ. Vnde de primo dicitur. Insufflauit dominus in Adam. Et de secūdo

Exo.24. Vocauit deus Moysem de medio caliginis &c. Vnde infula dicitur quasi in tus fula: quia intelligentia spiritualis velamine legis erat inclusa & corticis caligine obumbrata. In tertio vero in igneis linguis descẽdit spiritussanct⁹: quia de plenitudine eius om̃es accepimus. Fudit ergo primo rigando aream naturæ: infudit secũdo torrentem doctrinę: effudit tertio fluuium gratię.

R ¶ Aliter possunt hæc tria referri congrue ad incarnationẽ verbi. Fudit nãq; ante resurrectionem aperte docẽdo, miracula faciendo, beneficia pręstando. Infudit post resurrectionem, quibus voluit quasi occulte se manifestãdo, discipulis in conclaui residẽtibus spiritum

Ioan.20. insufflando dicens. Accipite spiritũsanctum &c. Effudit ĩ die pentecostes plenitudinem gratię pręstando. Effudit dico non minuendo quicq̃ diuinæ sapientię, sed largiora solito pręstando charismata gratiæ. Ac si diceret: In exordio mũdi rigaui aridam naturam: in squalore deserti Moysi in sinũ legis stillaui doctrinam: in plenitudine tẽporis vber

S tatem gratię effundã. Necessaria vtiq; fuit & congrua hęc effusio in tempore nouissimo. Tria nãq; erant, ignorantia, concupiscentia, malitia. Ignorantia boni, concupiscentia mali, malitia impœnitendi. Venit ergo filius sapiẽtia dei, & virtus: missus est paraclitus benignitas ipsius. Sapientia fusa nęuũ ignorantię, virtus infusa sordes purgauit concupiscẽtię. Effusio spiritus mũdauit fęces malitię. Siquidẽ sapiẽtia illuminauit, virtus sanauit, benignitas sedauit. Qđ psalmista pręuidens & oculum p̄phetię in posterũ extendẽs ait. Secũdũ

Psal. 50. multitudinẽ miserationum tuarũ dele iniquitatem meam. Amplius laua me dñe ab iniq̃tate mea: & a p̄ccato meo munda me. Ac si diceret. Dele fundendo, laua infundendo, mũda effundẽdo. Fundendo sapiẽtiã, ab oculis dele ignorantiam: infundendo virtutem, ab intimis laua concupiscentiã: Effundẽdo benignitatem, a toto corpore extermina

" malitiam. Sequitur. Super oẽm carnẽ. Hyperbolice dictũ est sup oẽm carnem. Vel sup oẽm carnem. i. sup omnis gñis carnem. Quid est omnis generis? vniuersę scilicet ętatis, omnis conditionis omnis p̄fessionis, vniuersi ordinis. No

T ta coloratã vbertatem diuini eloquii. Quintiliani præponendam floribus: & coloribus Tullii. Nota inquã hæc tria succedenter posita, prophetiã, somnia, visionẽ. Nota cõsequẽter alia tria, filios, senes, iuuenes. Filii prophetant, senes somniant, iuuenes vident. Filii prophetauerunt vtpote Agab⁹ de vinculis Pauli. Paulus quoq; de destructione Romani imperii & de aduentu Antichristi. Quatuor quoq; filiæ Philippi &c. Senes quoq; somniauerunt, vtpote Paulus cui dñs apparuit dicẽs. Trãsiens in Macedoniã adiuua nos. Iuuenes 2. Cor.

viderũt vtpote Paulus q raptus est in tertiũ cęlũ & inde in paradisum. Petr⁹ Act.

quoq; angelũ dñi eũ de carcere educẽtem. Ioannes quoq; dñm cũ eo loquentem & dicentẽ. Veni chare mi: tempus est vt epuleris in conspectu meo cũ fratrib⁹ meis. Mystice vero seruum & ancillam facit humilis pœnitentia. Iuuenes facit constans obœdiẽtia. Senes iusta innocẽtia. Filium & filiam dilectio perfecta. Tria quoq; sunt genera visionũ. Prima est materialis, secunda spiri- V

tualis, tertia ĩtellectualis. Prima est cũ materia & forma: secũda sine materia: sed cum forma. Tertia sine materia, & sine forma. Prima concipit elementata, secunda imaginata, tertia ab omni circũscriptione est aliena: vtcũq; deũ concipiens, virtutes quoq; & vitia. ¶ Tria X

sunt quoq; genera somniorum: vnum fęculẽti animi, alterũ sobrii, tertium defæcati. Primũ genus falsitati seruit, secũdũ alterutri aut veritati aut falsitati famulatur, tertiũ veritatẽ cõtẽplat. Et vt aliq̃d de secretis physicę interserã. Primũ gen⁹ est ante digestionẽ realiũ phãtasmatũ, secũdũ in digestiõe eorũ, tertiũ post digestionẽ ipsorũ. In primo genere aĩa obruit phantasmatum mole: inde falsitatis error. In secũdo q̃a aĩa ĩcipit defęcari, aliq̃d lucis ĩcipit cõtẽplari: q̃a tñ ex p̄te maxĩa manet fęculẽta, cito cedit decepta falsitati. In tertio eliquat ad purũ on⁹ fęculẽtorũ phãtasmatũ: inde veritatis splẽdor. Est igi

tria genera visionum et tria somniorum

Prophetia est inspiratio divina occultorum eventus immobili veritate pronuncians

tur primũ genus somnii deceptorium,
secũdũ reuelatoriũ,tertiũ cõteplato=
Y rium.Tria quoq; sunt genera ꝓphetię.
Primũ est admirabile,secundũ anceps,
tertiũ humile.Prophetia est inspiratio
diuina,occultorũ euentus immobili ve
ritate pronũcians.Est igit̃ humilis pro
phetia quæ de elemẽtis fit & elemẽta=
tis:anceps,quę de moribus hominũ fit
& ipsorũ consiliis:admirabilis,quæ de
veritate iudicioꝝ dei,& ipsius arcanis.
Humilis est quæ de ꝓximo fit & noto:
anceps,quæ de ꝓximo & ignoto.Admi
rabilis,q̃ de occulto & ignoto.Primum
igitur & secundũ est filiarũ. Tertiũ fi=
liorũ . In aduentu igitur paracliti filii
& filiæ prophetant omni genere ꝓphe
tię:senes somniant genere somnii con=
Z tẽplatorio:iuuenes vident,intellectua
Serui. li genere visionis & reuelatorio. Serui
quoq; effusionẽ spũs accipiũt.Sed quia
tria sunt genera seruorũ:videndũ est q
sũt serui dei accipiẽtes effusionẽ para
cliti.Primi siqdẽ sũt serui naturę,secũ=
di culpę,tertii gratiæ.Primi serui mũ=
Seruit⁹ Christi. di,secũdi pccati,tertii Christi.Sup hos
extremos effunditur paraclitus.Sed &
Timor triplex. Christi seruitus secundũ tres timores,
tres habet gradus differẽtes. Prim⁹ est
timor supplicii quo malũ vitatur : hic
bonus est . Secundus timor amittendi
Iob.9. pręmiũ,quo in vinea dñi anxie labora=
tur:hic melior est.Tertius timor offen
dendi quo homo oĩa opera sua veretur
sciens quia deus non parcet delinquẽ=
ti:hic optimus est. Seru⁹ in primo gra
du,accipit fusionẽ:in secũdo infusionẽ:
in tertio,effusionem.Sequitur.

Et dabo prodigia in cęlo sursum,&
in terra deorsum.Sanguinẽ & ignẽ
& vaporem fumi.Sol vertetur in te
A nebras &c.

¶In cęlo dñs prodigia dedit:qa in paſ=
sione sua, sol lucis suę radios abscõdit.
Lunã quoq; in sanguine versam eẽ cre=
dimus:licet hoc in nulla historia lega=
mus , quia hoc a propheta dictũ est: ab
apostolis vero assertũ,nullatenus inde
est ambigendũ.In terra dedit prodigia
quia tam vehementi & insolito motu
terra intremuit,vt monumenta aperta
& saxa disrupta sint.Sãguinẽ dedit,qñ Luc.22.
Christus ante passionẽ ꝓlixius orãs &
in agonia fact⁹ guttę sanguinis decur=
rebant in terrã.Vapores sunt fluxus la
chrymarũ eius.Ignis est spiritussanct⁹.
Allegorice.Sol est Christus, luna eccle Allego.
sia.Sol in tenebras versus:Christus cru
ci affixus.Vnde de cęcitate iudęorum
Hieremias loquẽs:dabis(inqt) eis dñe Thre.3.
scutũ cordis laborẽ tuum . Luna versa
in sanguinẽ.ecclesia est Christi imitãs
passionẽ. Sanguis professionẽ designat
martyrũ . Ignis chorũ virginũ ardore
dilectionis ęstuãtiũ.Vapor est frequẽs,
& deuota compunctio continẽtiũ.Hęc
siquidẽ sunt subsecuta,vt luna fuerit
versa , anteq̃ veniat dies magn⁹ & hor B
ribilis.Dies magnus & horribilis: dies
est passionis & resurrectionis.Magnus
fidelib⁹:horribilis non credentib⁹.Hor
ribilis iis qui dixerũt:Sanguis eius su= Mat.27.
per nos & sup filios nostros.Magnus:il
lis q dixerunt.Vere filius dei erat hic. Marc.15.
Aliter.Sol in tenebras versus Christus
est in cordib⁹ electorũ in articulo mor
tis obscuratus.Vnde & in euangelio q
dam de eo dixerunt.Nos autem spera= Lucę vi.
bamus q ipse esset redẽpturus Israel.
hinc per Iob.Fratres mei, elongauerũt Iob.xix.
a me:& noti mei quasi alieni recesserũt
a me.Luna in sanguinẽ versa , synago=
ga est ĩ Christi passione cęcata: testimo
nii sui sanguine ꝑpetuo cõdemnata.Sã
guis,ignis,vapor.triplicẽ iudæorum si C
gnificant pestem.Sanguis corporũ mor
tificationem. Ignis rerum & possessio=
nũ combustionẽ. Vapor p maria & in=
sulas ipsorũ relegationem.Siquis vero
super his dubitat Iosephũ in libro anti
quitatum:& Hegisippũ legat . Hæc de
aduentu Christi in carne:nunc loqua=
mur moraliter de aduentu paracliti in D
mentẽ. Cum enim paraclitus animam Moralis
fidelem dignatur visitare, prius reppe
rit eam vitiis scatentem,mox per spiri
tum timoris cõpungit eam ad pœnitẽ
tiam:& ita eam suã facit ancillã . Quã
pedetentim per opera pœnitentiæ per=
mittit excrescere:deinde per deuotam
præceptorum obœdientiam incipit iu
uenescere:deinceps per morũ innocen=
tiam & cõsiliorũ eminẽtiam maturesce

re: demũ p dilectionis priuilegiũ ascis scitur in hęreditatis cõsortiũ. Iuxta leges tropologię. visio est propria cognitio sui: somniũ excessus animi: prophetia cõtemplatio sponsi: cęlũ anim⁹: terra caro. Vel cælũ contemplatiui: terra actiui. Vapor compunctio mentis, sanguis mortificatio carnis, ignis feruor dilectionis. Sol versus in tenebras, animus est in sui confusus cognitionẽ: luna in sanguinem, caro in sui mortificationẽ. Sequitur. Anteq̃ veniat dies domini magna & horribilis. Dies domini illuminatio dei per excessum a caritate sponsi. Magnus est dñs qa cũcta terrena despicit: horribilis, quia tremẽda & stupenda perspicit. Magnus, qa ęterna ostẽdit. Horribilis, quia incõprehensibilia pmittit. Horribilis hic non pro horrore confusionis, sed pro veneratione admirationis ponitur. Magnus non pro vitio sed pro virtute dicitur. Hanc autem diem prefata quatuor præcedunt: quia dum cognitio sui, iudiciũ culpæ, compunctio mentis, mun⁹ venię, mortificatio carnis, consilium iustitię, feruor dilectionis, priuilegiũ meret gratię: statim subsequit dies glorię: excessus scilicet animi & contemplatio sponsi. Sequitur. Et erit. Quicũq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Quęcũq; super aduẽtũ Christi & missione paracliti interpretati sumus: Iudei ad aduẽtũ sui messię referũt. In quo vt ipsi aiunt cultus legis ad integrũ reparabit, felicitas pristina restituet. Solus populus Iudaicus messiam recipiet: solus eum inuocabit, & ipse exaudiet. Quidã vero doctorũ prefatę prophetię interpretationẽ ad iudiciũ vltimũ trãsferũt. In quo quicũq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit: quia soli electi tũc eum inuocabũt, reprobi vero a facie horroris domini stupentes tacebunt. Hoc est enim inuocare ex securitate conscientiæ & virtute meritorũ in se vocare. Nos vero sine cuiuscũq; sententię piudicio, ad aduẽtũ Christi in carnẽ, & paracliti in mẽtẽ & hoc referim⁹ qđ dicit. Oĩs qcũq; inuocauerit nomẽ dñi salu⁹ erit. Vnde & Hieronymus. Qđ (inqt) seqt. Oĩs quicũq; inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit: Melius de die passionis Christi vel resurrectionis accipit. Inuocatio vero in qua salus cõsistit, nõ ex sermone tm̃, sed etiã ex corde & opere cõstat. Vnde hui⁹ tripertitę inuocationis gratia, nõ incipientiũ sed pfectorũ esse credenda est. Quia qđ cor credit, os cõfitetur, manus opere cõplet. Nec leuis momenti esse putetur hęc inuocatio. Licet enim dicatur ab Aplo. Nemo dicit dñs Iesus nisi in spũ sancto: tamen hoc ipsum dicere non sermone tm̃, sed & affectu põderandum est. Vnde & de Samuele legimus. Et Samuel inter eos qui inuocant nomẽ eius. Hinc de Moyse & Aaron. Inuocabant dñm, & ipe exaudiuit eos. Econtrario de reprobis. Non omis q dicit mihi domnine dñe, intrabit in regnũ cęlorum. Moraliter. Post data in cælo prodigia, post lucẽ propriæ cognitionis, post fumũ deuotę cõpunctionis, post sanguinẽ iustę mortificatiõis, post ignem pfectę dilectionis, sola restat sua uitas contẽplationis. Ait ergo. Et erit tunc. s. oĩs qcũq; inuocauerit nomẽ dñi saluus erit. Quia in cõtẽplationis florido lectulo, nihil aliud est noĩs dñi inuocatio, nisi optata salutis adeptio, desideratissima sponsi & spõsę vnitio. Sic saluata sponsa fuerat, sic nomẽ dñi inuocauerat: quę dicebat. Oleũ effusum nomẽ tuum. Oleum inquã nominis effusum sponsa acceperat: quæ qa lux est, præsentia illius illuminata erat: qa vnctio est, tactu illius sanata extiterat: qa panis vitę est, amplexu illi⁹ satiata fuerat. Illuminata cognitione spiritus, sanata a vanitate mundi, satiata osculo verbi. Et hęc est noĩs inuocatio. Hęc est salutis adeptio, osculorũ susceptio, lectuli cõmunio, verbi & aĩę vnitio. In q̃ omnis qdẽ saluatur: qa cũ hac luce nemo cęcat, cũ virtute nullus infirmatur cum salute nemo periclitat. Sequitur.

QVia in mõte Siõ, & ĩ Hierusalẽ erit saluatio sicut dixit dñs: & in residuis quos dominus vocauerit. QVia ecce in dieb⁹ illis & in tẽpore illo cum conuertero captiuitatem Iuda, & Hierusalẽ cõgregabo

Marginal notes (left): E; Tripol.; F; ”; ”; G; ”; Inuocare.
Marginal notes (right): 1. Cor.; Psal. 98.; Psal. 98.; Matt. 7.; H; Moraliter.; ”; ”; Cant. 1.; Cap. III.

omnes gentes & deducā eas in val-
lem Iosaphat:& disceptabo cum eis
ibi super populo meo,& hæredita-
te mea Israel,quos dispersierunt ĩ na
tionibus:& terram meam diuiserũt
& super populum meum miserunt
sortem.Et posuerunt puerum in ꝑ-
stibulum , & puellam vendiderunt
pro vino vt biberent.

I Moralit. ℭCapitulum hoc prius moraliter dis-
cutiamus:deinde ad opaca allegoriç,&
tropologię iocunda transeamus.Iudęi
in hoc loco promittunt sibi, immo so-
mniant ꝙ in vltimo tempore congre-
gabũtur a domino, & reducẽtur ĩ Hie
rusalem.Nec felicitate contenti ipsum
deũ suis manib⁹ Romanorum filios &
filias asserunt traditurum,vt vendant
eos non Persis,& Æthiopibus & cæte-
ris quæ vicinæ sunt,nationibus, sed sa
bęis gẽti remotissimę:quia dñs loquu-
tus sit ꝙ populi sui vlciscatur iniuriã.
Hæc illi,& nostri iudaizantes:qui mil-
le annorum regnum in Iudęę sibi fini-
bus pollicẽtur,& auream Hierusalẽ &
victimarum sanguinem:& filios ac ne-
potes & delicias incredibiles & portas
Anagogice. gemmarum varietate distinctas.ℭLoc⁹
hic iuxta anagogen difficillimus est,&
multiplicem recipiẽs explanationem:
vt sub tropologia omnia illa quę dicta
sunt referamus & quæ Petrus & Pau-
lus apostoli retulerunt, hoc est quãdo
passus est dominus & resurrexit. Neq;
enim fieri potest vt superiora in tẽpo-
re passionis:& quę sequũtur in die iu-
dicii intelligamus:maxime cum sequa
tur.Quia ecce in diebus illis & in tem
pore illo.Et iste versiculus præcedenti
bus inferiora cõnectens vno dicat cũ-
cta tempore ꝑpetrãda. Dicatur ergo
„ in monte Sion & in Hierusalẽ erit sal-
„ Residui. uatio sicut dixit dominus &c. Residui
Esaiæ.1. sunt apostoli cæteriq; discipuli. Vnde
Esaias.Nisi dominus sabaoth reliquis-
„ set nobis semen &c.Sicut dominus di-
Esaiæ.2. xit.Vbi vel ꝑ quẽ dñs dixit?Per Esaiã.
De Sion(inquit) exibit lex,& verbum
domini de Hierusalẽ.Et ꝑ Psalmistã.
Psal.86. Diligit(inquit)dñs portas Sion,super

omia tabernacula Iacob.Sequit̃. Quia „
ecce in diebus illis &c.In diebus siqui- „ K
dem passionis & resurrectionis cum ca
ptiuitatem dñs Iuda & Hierusalẽ con
uertit:cum scilicet de filiis Abrahæ eli
gendo sibi aliquot vocauit, vocãdo iu
stificauit : omnes gentes in valle Iosa-
phat congregando deduxit:quia scili-
cet iusta et gratuita misericordia,ali-
os fecit vasa misericordiæ in gloriam: Roma.9
alios iustę vasa iræ ĩ ĩteritũ et cõtume
liam.Moysi enim dixit. Miserebor cui Exod.33
miserebor : & misericordiam pręstabo
cui miserebor.Iosaphat iudiciũ domi-
ni interpretatur:ꝑ qđ dãnatio repro
borum designatur.In tempore igit̃ cõ-
uersionis electorum reprobatur multi
tudo impiorũ: quia in articulo et my-
sterio dominicę passionis causa et sum
ma salutis constat et ꝑditionis. Vn-
de Apostolus. Quicunq; baptizati su- Roma.6
mus in Christo Iesu,in morte ipsi⁹ ba-
ptizati sumus.Item idem.Ego eñ(in- Gal.6.
quit)stigmata Iesu Christi in corpore
meo circũfero.Hic dñs ad Moysen.Cũ Exod.12.
viderit(inqt)angelus sanguinẽ in sup
luminari et super vtrũq; postem,trãscẽ
det ostium:et non sinet ꝑcussorem in
gredi domos vestras et lædere. Hic do
minus ꝑ Ezechielem.Omnem(inqt) Ezech.9
super quem videris Tau ne occidas.Et
apostolus.Omnia (inquit)pene in san Heb.9.
guine mundantur:et sine sanguinis ef L
fusione non fit remissio.ℭSequitur.Et „
disceptabo cum eis ibi.s.in valle Iosa-
phat.Pro poplo suo et hęreditate,Pro
causis subiunctis contra gentes domi-
nus disceptat:quia inde gẽtes iudiciũ
suscipiunt damnationis:vnde in sequẽ
tia facinora inciderũt.Hoc testimoniũ
ad idololatras et hæreticos respicit ꝗ
populum domini seducẽtes ipsum po-
pulum partiti sunt:et terram illius di
uidentes,multisq; eam inter se errori-
bus separantes,ad culturam idolorum
compulerunt:vt alii colerent Iouẽ,alii
Phœbum,alii Iunonem,alii Mineruam
Rubiginem , Anubim, Crocodilum et
Ibim,Noctuas,Accipitres,et Ciconias.
Hæretici quoq; terrã domini,idest ec- M
clesiam diuiserunt : et super populum
ecclesiasticum sortem miserunt:quan-

do eos ſeducẽtes & ad hęreſum errorẽ
deducentes, Arrius arrianos, Sabellius
Sabellianos. Manes Manicheos & alii
alios erroris ſui diſcipulos fecerũt. Se=
,, quitur. Et poſuerunt puerum in ꝓſti=
,, bulum: & puellam vendiderunt pro vi
N ,, no vt biberent. Hic aliter vtrũq;, hære=
ticum ſcilicet & idololatram, ſuper tri
bus arguit. De auaritia, de luxuria, &
de gula. De auaritia, quia ſuper populũ
domini ſortem miſit. De luxuria, quia
puerum proſtituit. De gula, quia ꝓ vi=
Allego. no puellam vendidit. Allegorice. Vter
q;, puerum, eccleſiaſticũ ſcilicet popu=
lũ, fide purum, ſpe rectum, caritate ſyn=
cerum: ſuaſione maligna & promiſſio=
ne fraudulenta decipiens, idololatra in
proſtibulum poſuit idoloꝝ: & hæreti=
cus in tuguriũ incluſit erroꝝ. Et puel
lam vendiderunt pro vino vt biberẽt.
Quia animam adhuc fide teneram, mo
ribus delicatam: idololatra donis & ꝓ=
miſſis corrumpens, hæreticus venena=
to verborũ colore circũueniens, argu=
mentis ſophiſticis ſeducens, mancipa=
uerũt eũ hæreſi vel idololatrię: accipiẽ
O tes de triũpho eius vinum lętitię. Mo=
Morali= raliter. Duę ſunt ſpũales captiuitates:
ter. captiuitas. ſ. Iuda, ideſt confeſſionis: &
captiuitas Hieruſalem, ideſt contẽpla=
tionis. Qñ contẽplatio captiuatur, ſta=
tim anima curis impugnatur, negociis
occupatur, tumultib9 & deſideriis illi=
citis infeſtatur. Qñ vero confeſſio ten
dit in captiuitatẽ, tunc infelix in tene=
bras deſcendit vitiorum, & deſperatio=
nis calamitatem. Tunc dæmones terrã
dñi, ideſt fidelem animã vitiis diuidũt
ſuper populum virtutũ, peccatorũ ſor=
tem mittunt. Tunc puerum, ideſt puri
tatem mentis, proſtituunt illicitis deſi
deriis. Tunc puellam, ideſt cordis inno
centiam vẽdunt pro vino, ideſt lætitia
temporali & terreno delectamẽto. Sed
cum in die ſalutis & in tempore placi=
to viſitare dignatur oriens ex alto: in=
fundit cognitionẽ veritatis, & tunc re
uocatur confeſſio: præſtat amorem vir
tutis, & reducit̃ contẽplatio. Et tũc gẽ=
tes vitioꝝ deducunt̃ in vallẽ iudicii: &
eo ꝙ egerunt inique aduerſum chorũ
virtutũ, arripiunt iter exterminii. Poſ

ſumus ad diem iudicii ſuperiora refer
re: ſed quia ad alia feſtinam9 placet ea
lectoris arbitrio cõmittere. Sequitur.

Verum quid mihi & vobis Tyrus
& Sidon & omnis terminus palæ=
ſtinorum? Nunquid vltionem vos
reddetis mihi? Etſi vlciſcimini vos
contra me cito, velociter reddam vi
ciſſitudinem vobis ſuper caput ve=
ſtrum. Argentum enim meũ & au=
rum tuliſtis: & deſiderabilia mea &
pulcherrima intuliſtis ĩ delubra ve
ſtra. Et filios Iuda & filios Hieruſa
lem vendidiſtis filiis græcorum, vt
longe faceretis eos de finibus ſuis.
Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in
quo vendidiſtis eos, & cõuertam re
tributionem veſtrã in caput veſtrũ.
Et vẽdam filios veſtros & filias ve=
ſtras in manibus filiorum Iuda: &
vęnundabunt eos Sabæis, genti lõ=
ginquæ: quia dñs loquutus eſt.

¶Hæc Iudæi aduerſus Tyrum, & Sido P
nem, & Palęſtinorum terminos dici ar
bitrantur: ꝙ tempore captiuitatis Iu=
daicæ quãdo victi ſunt a Romanis dei
populum perſecuti ſunt, immo in ipſo
populo ipſum deum qui præfuit popu
lo. Ego igitur inquit reddã vobis, quæ
populo meo ĩmo mihi feciſtis: qa argẽ
tum meum & aurum meum, ideſt vaſa
templi & quicquid p̃cioſiſſimũ fuit tu
liſtis, & conſecraſtis idolis veſtris. Hęc
autem narrat hiſtoria chaldæos magis
feciſſe, qui vaſa templi domini poſue=
runt in tẽplo ſuo. Vnde Baltazar poſt
ea in phialis potat: ſtatimq; regnũ eius
in Medos Perſaſq; trãſfertur. Sed quia
poſt diem domini magnum & horribi
lem hæc futura dicunt̃: q̃ apoſtoli in re
ſurrectionẽ domini interp̃tant̃, & He=
bræi in futurũ tẽpus iudicii differunt.
De Romanis magis intelligẽdum eſt:
ꝙ Veſpaſianus & Titus Romę templo
pacis ædificato, vaſa templi & vniuer=
ſa donaria in delubro illi9 cõſecrarũt: Q
quæ gręca & Romana narrat hiſtoria. Myſtice
¶Myſtice vero de aduentu Chriſti in

carnem agitur. Possunt per Tyrũ & Sidonem & Palęstinos ĩtelligi idololatrę & hæretici. Si de ipsius aduentu ad iudiciũ, dęmones: Si de ipsius aduẽtu in mentẽ, vitia & carnales passiones. Omnibus vero velociter citoq; dominus vicissitudinem reddet: quia & de primo
Ioan.3. aduentu legitur, qui non credit iá iu
Ioan.12. dicatus est. Itẽ. Nunc iudicium est mũ
Matt.25 di &c. Et de scđo. Ite maledicti in ignẽ
Esa.54. æternum. Et de tertio. Paupercula tempestate conuulsa absq; vlla consolatione. Ecce ergo sternam sicut aurum per ordinem lapides tuos & fundabo te in
R saphiris &c. Argentum est eloquentia aurum, sapientia: desiderabilia, religiosissima: pulcherrima, honestissima. Honestum spectat ad famam: Religiosum ad conscientiam. Delubra sunt culturæ idolorum vel sectę hęreticorum vel consuetudines vitiorũ. Filii Iuda actiui: filii Hierusalem cõtemplatiui. Græci mẽdaces, falsiloqui homines scilicet, vel motus animi. Gręci siquidem ĩterpretantur est & non: per quod designatur fallacia & mendacium. Per hæc vero quæ supradixim9, cœtus eorum, vel chorus virtutum longe fit a suis finibus. Sed de9 vltionis dominus cito velociter reddet vicissitudinẽ: qui retributionem inimicorum conuertit. Vnde & sequit. Ecce ego congregabo eos
&c. Et vẽdam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda: & vęnundabunt eos Sabęis, gẽti lõginquæ.
S Filii præfatorum allegorice sunt discipuli gentilium vel hæreticorum. Moraliter motus vitiorum. Manus filiorũ Iuda sunt confessiones & opera pœnitentiæ. Salubriter igiť præfati his manibus traduntur: quia & hi per confessionẽ fidei ad gratiã redeunt baptismi: & illi per confessionem peccati & opera pœnitentiæ ad veniã culpæ, ad gratiam obœdientiæ, ad puritatẽ euolant innocentiæ. Et hinc eos Sabęis gẽti lõginquę vęnundant, quia pręfatos pręfate purificatos odio peccati, abiectioni sui, contemptui mundi applicant. Saba siquidem interpretatur captiuitas. Primo ergo captiuatur iniquitas odio peccati. Secundo curiositas abiectione sui. Tertio vanitas contemptu mundi Aliter, præfatos pręfati exercitatos Sabæis vęnundant, quia post opera pœnitentiæ, post deuotionem obœdientiæ, post fructus dignos iustitiæ, subleuant præfatos ad quietem contẽplatiuæ lętitiæ. Saba dicitur gens lõginqua. Vnde & contemplatiua familia gens dicitur remota: quia a turbis vitiorũ, a curis negociorum, ab exercitio actionum procul est sequestrata. Sequitur.

Clamate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos. Accedant & ascendant omnes viri bellatores: cõcidite aratra vestra ĩ gladios: & ligones vestros in lanceas. Infirm9 dicat: quia ego fortis sum. Erumpite & venite omnes gẽtes de circuitu, & congregamini. Ibi occũbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis. Venite & descendite, qa plenum est torcular. Exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. Populi, populi in valle concisionis: quia iuxta est dies dñi ĩ valle concisionis. Sol & luna obtenebrati sunt: sed & stellæ retraxerunt splendorem suum.

Iudęi locum istũ ad Goth & Magoth gentes referunt sęuissimas (de qb9 nos supradixim9) arbitrãtes eas vltimo tẽpore quando Hierusalem fuerit instaurata sub mille annorum imperio cõtra dei populum esse venturas: & in valle Iosaphat quæ ad orientalem partem sita est, esse ruituras. Aduenisse enim tẽpus occisionis earum dicunt, & effundendi sanguinis instare vindemiã. Hęc Iudæi frustra somniant. Nos autem veritatem rei pandentes allegorice ea p sequamur ac deinde ad iocunda tropologiæ secreta rimanda transeamus. Si de aduentu domini in carnem in pſenti agiť, litera sic cõpetenter legiť. Hor- T Allego. V

tatur ergo propheta in præsenti vates diuinos & comprophetas suos vt denũcient de die in diẽ salutare domini: annuncient inter gentes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius. Annũcient inquã incarnationem verbi, passionem & resurrectionem Iesu Christi: super apostolos aduentum paracliti, pdicationes eorum, virtutem signorũ, gratiam miraculorum, conflictus verborũ, agones certaminũ, passiones corporum: in omnibus virilem cõstantiã, & celerem de gentibus victoriã. Et hoc est qd dicit. Clamate hæc in gentibus. Ac si diceret. Nolite parcere, nolite silere. Sic vnici gentibus erit gloria: ita siquidem succumbere gloriosa victoria. Sanctificate bellũ. Si enim cuius finis bonus est ipsum quoq bonũ est: hoc bellum quoq pculdubio sanctum est, cuius finis sanctus est. Et hoc bellum sanctificare est bellũ sanctitate donare. Nõne bellum sanctificatur vbi virtus triũphat, & vitium necatur? Nonne inquã sanctificatur bellum, vbi victo reputatur victoria, succumbẽti corona, vbi fugienti pmium, superato ascribit regnũ? Suscitate ergo robustos, apostolos scilicet & apostolicos viros. Quid est suscitare nisi sursum excitare? Quid est sursum excitare, nisi sursum eleuatos virtutib[9] munitos, miraculis decoros annunciare? Viri igitur bellatores, verbi scilicet pdicatores, cælestis militię duces ad prædicationem accedant: super colla gentium ascendant. Ascendãt inquam super iugum fidei gentium per virtutem prodigiorum, per choruscationem miraculorum. Deinde sermo ppheticus ad eos conuertitur dicẽs. Cõcidite aratra vestra in gladios, & ligones vr̃os in lanceas. Quid sunt aratra nisi membra mortificata? Quid est aratra in gladios cõcidere, nisi mẽbra mortificata pro cura fidei, pro virtute verbi, neci frequẽter opponere? Hoc illi fecerant de quibus in Actibus apostolorum legitur. (Act. 5.) Ibant apostoli gaudentes, a conspectu cõcilii: quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. (1. Cor. 4.) Hinc Apostolus. Puto enim deus nos apostolos nouissimos ostẽdit, & tanq̃ morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Item idem. Vsq in hanc (1. Cor. 4.) horam, inquit, esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboramus operantibus manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus, tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsq adhuc? Ecce quomodo aratrum conciditur. Nunc videamus quomodo ĩ gladium cõuertatur. (1. Cor. 9.) Bonum (inquit) est mihi magis mori q̃ vt gloriam meam quis euacuet. Nam si euangelizauero non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væh enim mihi si nõ euãgelizauero. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Ligones sunt varię mentis cõpunctiones. Lãceę sunt seueræ comminationes. Quid est autem ligones in lanceas concidere, nisi ex varia mentis compunctione ardorẽ fidei, virtutem verbi, vim sententiarum concipere? Hinc sponsus ad sponsam in canticis. (Cant.) Oculi tui (inquit) sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Oculi spõsę sunt X claritas fidei, & intelligẽtia diuini eloquii. Esebon interpretatur cingulum mœroris: piscinæ Esebon sunt diuersa genera compũctionis. Oculi igitur spõsæ sunt sicut piscinæ in Esebon: quia inde magis magisq clarificãtur vnde in præfatis piscinis frequẽtius lauantur. Gladius est de præsenti virilis conceptio: lancea de futuro salubris comminatio. Doctores igitur per cõtemptum sui & mortificationem carnis fidutiã diuinitus accipiũt fraternę correptionis. Per deuotionem compũctionis potestatem & gratiam cõminationis. Sequitur. Infirmus dicat quia ego fortis (2. Cor.) sum. Quia scriptum est. Quando infirmor, tunc fortior sum & potens. Item (2. Cor.) dicitur. Virtus in infirmitate perficitur. Propheta præuidens electionẽ gẽtium, gloriam fidelium conuersionem earum ad fidem: vitium in eis infirmari, triumphare virtutem, ait. Erumpite

de latibulis templorũ.de angulis idolorum: & venite per passus fidei & fructus pœnitentiæ, de circuitu in quo vt impii ambulastis: qui veritatem contemnentes diu falsitatem palpastis. Cõgregamini intra retia diuini verbi, intra caulas fidei, intra septa oculis dominici. Ibi faciet dominus occumbere robustos suos: quia scilicet per ardorẽ fidei, per virtutem diuini eloquii sibi doctores subiicient reges, optimates, sapientes, philosophos. Hinc Esaias. Omne pecus cedar (inquit) congregabitur tibi: arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Hinc alibi. Gloria libani data est ei, decor carmeli & sarõ. Itẽ ali⁹. Gens & regnũ quod non seruierit tibi peribit. At Esa. Gloria libani ad te veniet, abies, buxus, pin⁹ simul ad ornãdũ locum sanctificatiõis meæ. Idẽ ibidem. Venient ad te curui filii eorũ qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebãt tibi. Quandoquidem tanti momẽti est victori cedere, tantæ vtilitatis bellatores succumbere: cõsurgant ergo & ascẽdant gentes in vallem Iosaphat, id est in humilitatẽ iudicii. Iosaphat siquidẽ interpretatur iudicium domini: quia ibi sedebo dicit domin⁹, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Hinc ipse in euangelio. In iudicium (inquit) veni in hunc mundum, vt non videntes videant, & qui vident cæci fiant. Sequitur. Vox saluatoris apostolos suos cohortantis ad collectionem nouarũ frugum, ad conuersionem gentium & dicentis. Mittite falces, quoniam maturuit messis. Vide quanta sit prophetiæ conuenientia cum euangelica sententia. Saluator namq; in euangelio sic ait ad apostolos. Messis quidem multa, operarii vero pauci. Item in præsenti prophetia. Quando maturuerit messis falces mittite. Siquidem tres sunt falces eorum qui ad fidẽ trinitatis populos suscipiunt: qui ad horrea dominica nouas fruges mittunt. Prima est prædicatio verbi. Secunda forma catechizandi. Tertia sacramentum baptismi. Acsi diceret. Prædicate, instruite, abluite. Prędicate fidei regulam. Instruite ad pœnitentiam. Abluite ad veniam. Sequitur ipsius domini vox discipulos suos hortantis in cura fidei & doctrina verbi ad agonem martyrii. Venite (inqt) & descendite. Venite passibus prædicationis: descendite ad laborem & humilitatem fructuosissimæ passionis: qa per passionem corporum & virtutẽ miraculorum: multa milia neophitorum vobiscum recipient gloriosi certaminis gloriosissima præmia: & qui participes erunt mœroris, participabuntur & gaudio. Et hoc est qđ dicit: quia plenum est torcular: exuberant torcularia. Quod autem dicit: multiplicata est malitia eorum, si de neophitis agitur, ita recte intelligitur. Ac si diceret. Multiplicata est malitia & ad finem vsq; perducta, quæ vltra progredi non debuit: cui diuersa sentẽtia terminum hic posuit. Si vero de reprobis, ita: multiplicata est malitia, id est ad cumulum & ad punctum perducta: vt scilicet abiiciantur a gloria regni, & ouili fidei: vt gaudiis inserantur electi, malitia horum & crudelitate vexati, gloria & honore coronati, per meritum martyrii. Intuere conuenientiam euangelii & prophetiæ. Saluator ait ad apostolos in euangelio. Leuate oculos vestros & videte regiones quoniam iam albæ sunt ad messem. Ipse in præsenti per prophetã. Venite, inqt, & descendite quia plenum est torcular: exuberant torcularia &c. Sequitur. Populi populi in valle concisionis. Populi repetitio operis est inculcatio, negocii cõmendatio. Ac si diceret. Populi populi in valle concisionis, id est in humilitate iudicii in discretione fidei, vita est quærenda salutis causa, iustitiæ summa. Et hoc est quod sequitur. Quia iuxta est dies domini in valle concisionis. humilitatem enim rectę confessionis, prosperitas sequẽ ęternæ retributionis & claritas beatæ contemplationis. Sequitur. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Sol est mũdi philosophia. Luna, secularis potentia: stellæ, cæteræ potestates subditæ.

Marginalia: Esa.60. Esa.35. Hier.27 Esa.60. Ioan.9. Y Matt.9. Z Ioan.4. A

Sol vero & luna in humilitate iudicii obtenebrati sunt: quia ex quo sapientes huius mundi, potentes huius seculi ad fidei claritatem accesserunt, statim sui erroris tenebras agnouerunt. Stellæ vero retraxerunt splendorē suum: quia dū discipulos Christi in causa fidei contemptum arripere mundi, abiectionem sui, agonem sitire martyrii: dum eos fulgentes signis, ornatos ꝓdigiis, gloriosos miraculis prospexerunt: mox ab elatione conuersi, a dignitate terrena ꝓstrati, humilitatē Christi sectati, colla fidei dederūt. Et hoc est stellas splendorem suum retrahere: potentes huius seculi, optimates huius mundi, amplectendo humilitatē fidei, florem mundi omni modo despicere. Hæc vero de aduentu Christi in carnem. Si vero de vltimo aduentu legatur (vt quibusdam placet) facilis erit ī parte interp̄tatio: difficilis vero & absurda & inconueniens erit quorūdam assignatio. In illo enim districto iudicio quæ erunt aratra? qui gladii? qui ligones? quæ lāceę, falces, torcularia? Sed qui id afferunt ad locum allegorię currunt. Nos vero vt eis morem geramus dicimus prefatas gentes iccirco deduci in vallem iudicii vt interficiātur & corruant vt a domino iudicentur. Cuius mœrorem diei & tormenta pereuntium, ne sol quidem nec luna nec astra cætera poterunt intueri: sed retrahent fulgorem suum: & seueritatem iudicātis, reddentisq; vniuscuiusq; opus ī caput suum, respicere non audebunt. Nō quia clementiora sunt dei iudicio, sed ꝙ omnis creatura in tormentis aliorū, de sui pertimescit iudicio. Sequitur.

B

Et domin⁹ de Siō rugiet: & de Hierusalem dabit vocem suam: & mouebuntur cæli & terra. Et dominus spes populi sui: & fortitudo filiorū Israel. Et scietis quia ego dominus vester &c.

C ¶ Cœptam sequamur vltionē & de vltimo aduentu explanationem. Cum solis & lunæ cunctarumq; stellarum splēdor tenebris fuerit cōmutat⁹: domin⁹ de Sion instar leonis rugiet siue clamabit, & tam excelsa vox ei⁹ erit atq; terribilis, vt cælorum cardines & terrarū fundamenta quatiantur. Cūq; tam seuerus in eos fuerit qui puniendi sunt: erit tamen clemēs erga populum suū: & dabit eis fortitudinem qui appellantur filii Israel, mente scilicet deum videntes: qui non per prauas vias ambulauerunt, sed gradientes in via Christi omnia recta fecerunt. Tunc scient & ii qui punientur in gehenna, & illi q assumētur in gloriam, ꝙ dominus habitet in specula sua Sion, & in Christo monte sancto suo: scilicet in eo qui se præparauerat habitaculum dignum deo.

D ¶ Si vero de primo legatur aduentu facilis & idonea erit explanatio ita. Non mirum si in humilitate iudicii per virtutem verbi & discretionem fidei gentes se subdāt filio dei, qui viuus est sermo dei & efficax & penetrabilior omī gladio ancipiti. Viuus, quia non mutatur: efficax quia non deficit: penetrabilis quia non fallitur. Non mutatur in promisso: non deficit in facto: non fallitur in iudicio. Promissio eius obliuione non moritur, operatio eius difficultate non vincitur: iudicium eius ambiguitate non fallitur. Veraciter ꝓmittit, fortiter facit, subtiliter discernit. Viuus est, vt credas: efficax, vt speres: penetrabilis, vt timeas. Viuus est ī pręceptis & prohibitionibus: efficax in ꝓmissis & comminationibus: penetrabilis in iudiciis & damnationibus. Quia igitur viuus est sermo dei, credendum est eum vera promittere: quia efficax, credendum est eum promissa perficere: quia penetrabilis est & falli non potest, eum offendisse lugēdū est: & de cætero offendere cauēdū est. In sermone

E isto cōsiderāda sunt tria. Son⁹, vox, intelligētia. In sono, strepitus: in voce, sensus: In intelligentia, perfectio intellectus. Strepitus ad comminationē: Vox ad consolationem: Intelligentia ad sciētiæ spectat perfectionem. Strepitus igitur ad cruciatum pœnitentię. Vox ad gratiam venię: Intelligētia ad claritatē glorię. Et hoc est qđ dicit. Dn̄s de Sion ,, rugiet &c. Domini rugitus sermonis ,,

est strepitus. Vnde hæc tria, rugitus, vox, scientia. Rugitus fit comminatione, vox consolatione, scientia contemplatione. Comminando trahit ad pœnitentiam: consolando reuocat ad gratiam: contemplando sublimat ad gloriam. Per rugitũ terra mouet̃ ad pœnitentiam: Per vocem cæli mouent̃ ad gratiam: Per intelligentiam cognoscimus te vnum solũ & verũ deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Et hoc est q̃d
" dicitur. Et scietis quia ego domin⁹ de⁹
" vester, habitans in monte sancto meo.
F ¶Si vero de aduentu Christi in mentẽ
Tropol. præsens prophetia ĩtelligatur: hęc erit summa tropologiæ. In valle iudicii eũdum est, ibi salutis causa, pœnitẽtię forma, iustitiæ norma quærẽda est. Ibi primitur hostis, liberatur ciuis, sublimatur erect⁹, pficitur sublimatus. Tria quidem sunt iudicia, propriũ scilicet, humanum, & diuinũ. Proprium fit de compũctione cordis & humana pœnitentia: humanũ publica disciplina: diuinum abscondita manifestãs & occulta. Per pprium pimitur hostis, & ciuis liberat̃. Per humanũ polit̃ & subli-
G matur. Per diuinum ad vnguẽ pficitur. Vnũquodq; horũ iudicioꝝ merito in valle dicit̃ situm: quia vnũquodq; mẽtem deprimit & humiliat, vnũqđq; cor hominis metu concutit & varie cruciat. Primum mẽtem humiliat terrore gehennæ. Secundum animum deprimit pondere disciplinæ. Tertiũ animã sternit amore iustitiæ. In primo igitur iudicio fit victoria gentiũ, & mors robustorum: In secundo vbertas torcularium & gratia donoꝝ. In tertio spes populi & fortitudo filiorũ. Iuxta val-
H lem iudicii dicitur esse dies dñi. Dies domini dies est pœnitentię, dies disciplinæ, dies gloriæ. Iuxta primam vallẽ dies est pœnitentiæ. Iuxta secũdã dies
Psal. 95. disciplinæ, Iuxta tertiam dies gloriæ. Hinc Psalmographus. Annũciate de die in diem salutare eius. De die scilicet pœnitentiæ, diẽ disciplinæ. De die disciplinę, diem glorię. Et hoc est quod
" dicitur. Et scietis quia ego dominus
" deus vester habitans in Sion mõte san
" cto meo. Sequitur.

Et erit Hierusalem sancta: & alieni non transibũt per eam amplius. Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem & colles fluent lacte. Et per omnes riuos Iuda ibunt aquę: Et fons de domo domini egredietur & irrigabit torrentem spinarum.

¶Hæc Iudæi & nostri iudaizantes ad mille annorum fabulas referunt: quando putãt Christum habitaturum Sion & in Hierusalem auream atq; gemmatam sanctorum populos congregãdos: vt qui in isto seculo oppsi sunt ab vniuersis gentibus, in hoc eodem cunctis imperent nationibus. Hæc Iudæorum fabula somniat: dum nobis veritas longe alia ministrat. Hierusalem significat huius temporis ecclesiam: significat quoq; fidelem animam: etiam illã, quæ sursum est libera, matrem nostrã. I
¶De triplici aduentu potest litera accipi & de vnoquoq; competenter quod dicitur intelligi. Post missionem namq; paracliti, post prædicationem apostolorum, post conuersionem gentium ĩ valle iudicii, per discretionẽ fidei, fit Hierusalem sancta: & alieni non transibũt per eam amplius. Alieni dicuntur idololatræ, hæretici, schismatici. Qui oẽs in exordio primitiuæ ecclesiæ ad eam impugnandam venerunt vnanimiter sed per eam non transierũt: quia licet impugnare nitantur ipsius fidei castitatem: nullatenus tamen rumpere possunt vnitatem, nec violare caritatem. Venerunt quidem rationibus armati phantasmaticis, argumẽtis sophisticis: sed transire nequiuerunt, repulsi veritate verbi, superati ratione iudicii, prostrati testimoniis scripturarum & calore fidei. Venerunt quidem parati congredi, sed non transierunt, coacti regredi. Ex ipso vero nomine sanctitatis, virtus eius multiplex ostẽditur & species sanctitatis. Quod sãctum dicit̃ latine, ἅγιος, idest agios dicitur grece. Agios nomen est compositum ex α & γῆ, i. gi. Gi dicit̃ terra, a fine. Vnde & illud sanctũ dicitur quod sine terra sit, & a ter- K L

ra eleuatur. Sancti erant, de quib⁹ scriptum est. Nostra conuersatio in cælis est. Sancti quoque & illi erant de quibus dicitur. Inter quos lucetis velut luminaria in mundo verbum vitæ continẽtes. Est ergo Hierusalẽ sancta in sacramentis, in præceptis, in iudiciis, in consiliis, in promissis. Sacramenta siquidẽ eius sunt sine fæce: prȩcepta sine mole: iudicia sine lite: consilia sine zelo: promissa sine fuco. Sine fuco fallaciæ: sine zelo inuidiæ: sine lite controuersiæ: sine mole angariæ: sine fæce concupiscẽtiæ. Est igitur sancta, cuius est contemplatiuus intellectus, cælestis affect⁹, spiritalis sensus, angelicus act⁹. Vnde Ioãnes in Apocalypsi. Vidi (inquit) ciuitatem sanctam Hierusalem nouã descẽdentem de cælo, ornatam tanq̃ spõsam viro suo. Sequitur. Et alieni non transibunt per eam amplius. Hinc Naũ. Celebra (inquit) Iuda festiuitates tuas: & redde vota tua, quia nõ adiiciet vltra vt pertranseant in te: Belial vniuersus interiit. Sequitur. Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem &c. Dies illa est aduentus paracliti, montes apostoli, colles discipuli, riuuli subditi populi: dulcedo sapientia, aqua doctrina.

Philip. 3 — Philip. 2 — M — Apoc. 21 — Naum.

N Tria sunt genera doctrinæ, contemplatiuum, allegoricũ, morale. Contemplatiuum purum, allegoricum nudũ, morale solum. Solum a materia, nudum a forma, purum a circũscriptione oĩmoda. Morale siquidem genus informat sine materia vitam. Allegoricum illuminat sine forma scientiam, Contemplatiuum sine phantasia sublimat ad sapientiam.

O Aliter. Aqua est cõditio historialis. Lac doctrina moralis. dulcedo ȩdificatio spiritualis. Stillabunt a superioribus, fluent in campestribus, ibunt in vallibus. Superiora dei sunt eius inuisibilia iudicia: campestria eius manifesta consilia: calles humilis pœnitentia, præceptorum obœdiẽtia, misericordiæ opera. Sequitur. Et fons egredietur de domo domini & irrigabit torrentẽ spinarum.

P Domus domini primitiuæ ecclesiæ pulchritudo: fons euangelicȩ doctrinȩ plenitudo: torrens spinarum, est impetus, feruor, crudelitas gentiũ. Porro fons de domo domini egressus spinarum torrentem rigauit: quando per apostolos & eorum successores euãgelica doctrina gentilem populum ad fidem initiauit, ad credulitatem cõuertit, ad baptismi gratiam perduxit. Sequitur.

Ægyptus in desolatiõe erit: & Idumea in desertum perditionis: pro eo ꝙ inique in filios Iudæi egerunt, & sanguinem innocentem effuderunt in terra sua. Et Iudȩa inæternum habitabitur: & Hierusalem in generationem & generationem.

Q ¶Nihil in terra fit sine causa: nec immerito dominus super vnã ciuitatẽ pluit: nec ab re alteram incompluta relinquit. Ecce enim aliter Ægyptus & Idumea, pro causis subiunctis desolatȩ manent: Iudȩa in Hierusalem pro eo ꝙ innocenter, continenter, obœdienter vixerunt: inæternum habitantur & gaudent. Ægyptus est pars populi gẽtilis reprobati & cæcati per ignorãtiã. Idumea pars Iudaici popl'i reprobati & deserti a deo per prauam & immundã cõcupiscentiam. Iudæa est vxor agni, spõsa Christi, confitens suam ignorãtiam compungens & atterens se propter inordinatam concupiscentiam. Confitẽs sibi tenebras ignorantiæ, sordes concupiscentiæ, horrorem malitiæ. Confitẽs deo gratiam veniæ, puritatem innocẽtiæ, sublimitatem gloriæ. Sequitur.

Et mundabo sanguinem eorũ †quẽ non mundauerant & dominus commorabitur in Sion.

†quẽ nõ mundauerant.

R ¶Hic latenter subintroducitur per aduentum Christi remedium gratiæ cõtra naufragium originalis peccati. Sãguis enim iste, peccatum scilicet originale nullatenus cuiuspiam iustitia vel virtute mundari vel deleri poterat, nisi agni immaculati sanguine, qui peccatum non nouerat. Vnde apostolus. Sine sanguinis effusione non fit remissio. Item idem. Talis enim decebat nobis pontifex: sanctus, innocẽs, impollutus, segregatus a peccatoribus: & excelsior cælis fact⁹. Et hoc est quod in præ

Heb. 9. — Heb. 7.

ſenti dñs per prophetam dicit. Et mundabo ſanguinē eorum quē non mundauerāt, hoc eſt quem mundare non po-
S tuerāt. Et tūc dñs commorabiť in Siō. Tunc ſcilicet qñ oīa ſubiicient ei, & ipſe ſubiiciet regnū deo & patri. Tūc in ſpecula commorabitur: quia eius viſio ad gloriam electis miniſtrabitur. Tunc erit omnia in omnibus, vita, virtus, panis, pot⁹, forma, ſalus, lux, fōs vitę dux,
Pſal.16. lex, medicina. Sic erit omnia in omnib⁹
Ioan.17. iuxta illud. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Hinc eſt illud. Hæc eſt (inquit) vita ęterna, vt cognoſcant te ſolum verum deū, & quē miſiſti Ieſum Chriſtū. Hinc eſt illud ſapientis. Te cernere finis, Principium, vector, dux, ſemita, terminus idem. Hęc de aduētu Chriſti in carnem, nunc de aduentu eius ad iudicium dicamus. ¶ Et Hieruſalē erit ſan-
T ctā, & alieni non trāſibunt p eā ampli⁹. Poſt datam ſane iudicii ſentētiam, poſt diuortium electorum a reprobis, cœt⁹ ſanctorum angelicis īſeretur choris: &
Apo.21. tunc Hieruſalē vxor agni eleuabitur a terrenis. Tunc abſterget deus omnem lachrymā ab oculis ſanctorum: & iā nō erit ampli⁹ neq; luctus neq; clamor: ſed nec vllus dolor: qm̄ priora tranſierūt. Non erit inquā amplius clamor ſuggeſtionis, dolor tentationis, luctus cōpūctionis: qm̄ priora tranſierūt. Quę ſunt priora? Serpētis ſuggeſtio, mulieris delectatio, viri conſenſio. Sed tranſiit ſuggeſtio, data impoſſibilitate: delectatio, perfecta caritate: conſenſio, plena felici-
Eſa.52. tate. Hinc Eſaias. Cōſurge, inqt, cōſurge īduere fortitudine tua Sion: īduere veſtimētis glīæ tuæ Hieruſalē ciuitas ſancti: qa nō adiiciet vltra vt trāſeat p te incircunciſus & immundus. Sequiť.
V Et erit in die illa ſtillabunt mōtes dulcedinē &c. Per mōtes & colles & riuos diuerſitas meritorū oſtēditur. Per dulcedinem, lac, & aquam varietas pmiorum. Qz aūt fons egreditur de domo
Eſa.35. dñi irrigans torrentē ſpinarū, illud eſt
Apo.7. qđ alibi dicitur. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorū. Et illud. Agnus q ī medio eorum eſt: reget eos & ad vitę fontes aquarum deducet eos. Tunc Ægyptus & Idumea erunt in deſertum perditionis: & Hieruſalem cū Iudęa habitabitur in annos generationis: quia &
illis diceť. Ite maledicti in ignē ęternū: Mat.25.
& iſtis, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Et tunc dñs mundabit ſanguinem electorū, quē prius nō mūdauerant: quia vt doctores aſſerūt, electi videntes apoſtatam angelū irreuocabili ſentētia mulctatū, inſolubili vinculo innodatum, horribili pœna dānatum: metu concutienť, ipſoq; metu ab eo qđ ęgre mūdauerant purgabunť. Iuxta illud Iob. Cū ſublat⁹ fuerit (inquit Iob. xli.
loquens de apoſtata angelo) timebunt angeli & territi purgabūť. Et poſt hæc dñs cōmorabiť in Sion: hoc eſt in ſpecula viſionis: quia tūc pcinget ſe & faciet Luc.12.
illos diſcumbere: & tranſiens miniſtrabit illis. Moraliter de aduentu ſpōſi ad X
ſponſam Chriſti, ad colūbā, ad vnicā, dilectā, & fidelē aīam. Cū dñs habitās in Sion, in monte ſancto, in ſublimitate. ſ. contemplationis cū ſponſa ppius init copulā vnionis: qñ ſpōſus ei cæleſtia ppinat oſcula: qñ angelico obſequio paradiſi miniſtrat ei fercula: tunc Hieruſalem fit ſancta, vtiq; ſancta: quia a terrenis eleuata. Eleuata inquā ab iniqtate, eleuata a curioſitate: ſuſpenſa a voluptate, ſeqſtrata a vanitate. Tūc alieni p eam amplius non tranſeunt: quia nec maligni ſuggeſtio, nec ſpūs elatio, nec carnis titillatio, nec mundi infeſtatio, eam irritare vllatenus pſumūt: quā ſponſi felicitas, contemplationis recluſam thalamo, vniōis lectulo inſerit. Nō tranſeunt inquā per eam alieni ampli⁹: quia q̄ impaſſibili iungiť & beato inſeritur, nulla rerum moleſtia etiā ad modicum pulſatur. Per gratiam ſponſi eā dico impaſſibilem factam nō ſubſtātialiter creatam. Sequiť. Et erit in die illa, hoc eſt in illa contemplationis claritate, ſtillabunt mōtes dulcedinē, & colles fluēt lacte & p oēs riuos iuda ibunt aquæ. ¶ Montes ſunt contemplationū Y
ſublimia, colles innocentiæ opera. Riui pœnitentię exercitia. dulcedo eſt perfecta dilectio, lac eſt ſancta deuotio, aqua deuota compūctio. In illa ergo die, hoc eſt in illa vnionis felicitate, ſponſa per gaudium cōtemplationis, dulcedinem

t

accipit pfectę dilectionis: a qua descen
dens & ad seipsam rediens affluit lacte
deuotiõis. Vnde sese prę amore supio-
rũ crucians immergitur aquis cõpun-
ctionis: indeq; egrediens p pœnitentiã
exercetur asperam. posthæc ad innocen
tię trahit opera: demũ ad cõtẽplatio-
Psal. 72. nis auolat fastigia: dicens. Quid eñ mi
hi est in cęlo, & a te quid volui sup ter
Iob. 7. ram? Item. Elegit suspendium aïa mea.
Tunc fons egreditur de domo domini
& irrigat torrẽtem spinarum: qa vber-
tas & ꝓuilegium spiritualis gratiæ de
secreto gaudio purissimę manat cõsciẽ
tiæ, aculeos retundens vitiorum, motũ
compescens tentationum, flatum sedãs
desideriorũ, & sedem poliens affectio-
num. Tunc fugat ignorãtia, tũc ꝑssun
datur carnalis concupiscentia: qa mẽs
claritate contemplationis illuminat, &
ꝑfectione dilectionis cõcupiscentia sa
Z natur. Ægyptus siquidem interpretat
tenebræ, per quã ignorãtia: Idumea ter
rena: per quã carnalis designatur cõcu
piscentia. Iudęa vero & Hierusalẽ inę-
ternum habitabuntur. Iudęa confessio,
Hierusalem dicit pacis visio. Mens eñ
deuota & perfecta vel ad sui descendẽs
cognitionẽ, delicta cõfitet deo p humi
litatẽ compunctionis: vel ad dei ascen-
dens cognitionẽ, per gratiam contẽpla
tionis, sublimat ad visionẽ pacis: & tũc
in voce exultationis & cõfessionis sonꝰ
fit in ea epulãtis. Nunq̃ fidelis aïa dese
rit Iudęã: qa vel cõpũcta cõfitet scelera
vel deuota gr̃as agit, ꝓpter gratiæ mu
nera: vel sublimata eructat hymnũ re-
cipiẽs p̃mia. Tũc quoq; spõsus sanguí-
nẽ mũdat q hactenus mũdari nõ pote-
rat, qa p cõsortiũ vnionis, spõsus spõsæ
p̃stat priuilegiũ pfectiõis: vt contra na
turã natura sentiat, cui naturaliter na
tura obuiat. Et tũc dñs naturę p priui
legiũ gr̃ę in Sion, hoc est in specula glo
rię cõmorat. Qui nostrã purgare natu
rã, & suã nobis p̃stare gratiã, ad ipsius
sublimitatis gloriã dignet: Qui trinus
& vnus viuit & regnat, Amen.

FINIS Adnotationũ Elucidatoria-
rũ Magistri Hugouis de Sãcto Victore
in Iohelis prophetiam.

SEQVITVR

Eiusdem in Abdiam moralis expositio
in quam est hęc ipsius præfatio. A

Abdias quartꝰ in ordine pro-
phetarum, ser-
mone simplex
& sensu multi
plex: rarus in
verbis, sed co-
piosus in sentẽ
tiis. Iuxta illd
Salomonis. Sa- Eccli. 10
piens verbis innotescit paucis: Prophe
tiã suã Isralit aduersus idumeã dirigit,
Allegorice contra mundum, tropolo-
gice cõtra carnem stilum suum acuit,
Saluatoris typum gerens ipsius aduen
tum subtiliter introducit, per quẽ mũ-
dus destruitur, per quem caro atterit,
per quem libertas redditur. Hinc est il
lud. Si filius vos liberauerit vere libe- Ioan. 8
ri eritis. Hic est Abdias qui sub Achab
rege centum prophetas in specubus la
tentes pauit: & dum corporalem mini-
strat alimoniam spiritualem diuinitꝰ
acccepit. Prophetauit autem præfatus
vir quando & alii prophetę, Amos sci-
licet Iohel & Osee. Iacetq; conditus in
Samaria cũ Heliseo & Ioãne Baptista.

Finis Prologi, Sequitur Expositio.

VISIO Abdię B
Abdias interp̃
tatur dñi ser-
uus: per quẽ sal
uator significa
tur. Vnde & ĩ
Esaia sub perso
na patris ad fi
lium loquẽtis
ita legitur. Au Esa. 41.
di Iacob serue meus & Israel quẽ elegi
Itẽ ad eũdẽ. Seruus meꝰ es tu Israel: de Esa. 49.
di te in lucẽ gẽtiũ vt sis salus mea vsq;
ad extremum terrę. Hinc ipse saluator Esa. 43.
humano generi exprobrans ita. Serui-
re (inquit) me fecisti in peccatis tuis. C
Qm̃ vero quatuor sũt seruitutis gñã:
Alia nãq; est necessaria, alia cõditiona-
lis, alia muneratoria, alia liberalis. Vi-

deamus sub quo seruitutis genere seruiuit libertas:infirmata est virtus,humiliauit se felicitas,iclinauit se deitas. Neq; em prio gne seruiuit,q necessitate nihil fecit.Neq; scdo:qui captiuitate captiuã duxit.Neq; tertio,q hoib⁹ dona dedit:sed sub quarto. Hic est illud: Holocaustũ & p pctõ nõ postulasti:tũc dixi,ecce venio.Itẽ.In capite libri scriptũ ẽ de me:vt facerẽ volũtatẽ tuã de⁹ meus volui:& legem tuã in medio cordis mei. Vere seruit⁹ libera,p quã nec natura corrupta:nec conditio mutata, nec pactio facta, sed volũtatis idẽtitas obœdiẽtię inclinata. Hic est illud.Gratis vænũdati estis:& sine argento redimemini.Hęc de nomine.Nunc dicam⁹ de visiõe. Prophetici idioma est eloqi, vt ibi consolatio vẽtura innuat,vbi visio ponitur. Vnde & Abdias gentis aduersariæ.i.idumeæ destructionẽ q magnam Iudaico populo attulit consolationem,in exordio pphetiæ suę proposuit visionẽ dicẽs.Visio Abdię.Ob humilitatis custodiam,ppheta de se quasi de alio loquitur:qa priuilegiũ meret amittere,qui cõcesso dono abutit, vel pmissa potestate. Abdiæ visio,verbi est incarnatio. De qua visiõe p Psalmographum dicit.De cęlo respexit dñs vidit omnes filios hoĩm.Oculi verbi fuerũt iudiciũ & mia.His oculis nostrę formã vidit redemptionis:dũ incarnatum veritatẽ exhibuit iudicii: & miam pmii. Iudiciũ discretionis,& miam remissionis. His oculis respexit Petrũ qñ eũ & p veritatem iudicii vocauit ad fletũ:& per miam ei⁹ deleuit peccatum. Primũ aperiẽdo,diluit culpã:scdm,reddit gratiã.Hos sponsa laudat oculos, in canticis dicens.Oculi tui sicut columbę sup riuulos aquarũ. Aquę sunt cælestis dona sapientię. Riuuli sunt donorum varietates.Colũba dantis est gratia. Oculi igit sunt columbę sup riuulos aquarum:quia & per iudicii veritatem gratis illuminat:& per misericordię benignitatẽ gratis munerib⁹ ornat. Visio igitur Abdiæ:incarnatio est sapientię: quæ oculo vtroq; respexit mũdũ.Iuxta illud in euang.Ioannis. Verbum caro factũ est,& habitauit in nobis, & vidimus gloriã eius,gloriã qsi vnigeniti a patre plenũ gratiæ & veritatis. Seqt.

Psal.39. Ibidem. Esa.52. D E Psal.32. Luc.22. Cant.5. F Ioan.1.

Hæc dicit dominus ad Edom.

¶Id est contra Edom. Quid est dicere nisi verbum pferre?Et quid est verbum proferre nisi a secretis exire? Dominus ergo dixit,id est Pater protulit verbũ quando filius a patre exiuit,& venit i mundum.Sed quia de diabolo triũpha re,ideo dominus:quia gratis humanũ genus liberare,ideo deus:quia mundũ & põpam eius cõculcare venerat,ideo qui contra Edom loquitur:dominus q timendus est,Deus qui diligendus est: contra Edom qui conculcandus est.Timendus a diabolo,diligendus a populo suo,mundus conculcãdus ab eo.Domin⁹ex genere victoriæ,& deus ex muneribus gratiæ, contra Edom languorem sanando concupiscentiæ.Domin⁹ ergo quia hostem prostrauit viriliter. Deus quia ciuem liberauit misericorditer.Contra Edom quia mundi cõcupiscentiam expugnauit hostiliter.Edõ ipse est Esau,qui etiam Seir nuncupatus est: frater Iacob simplicis, q ppter lẽticulę cõcupiscentiã primogenituræ amisit gloriã:& ppter fraternã iuidiã, paternę benedictionis perdidit gratiã. Hinc aduersus fratrem graui concitatus odio,dum virus fouit in corde latitans,dilectionis corrumpens fœdera: in necem fratris exasperauit viscera,locum quęrens & tẽpus infortunio.Vnde dixit.Veniẽt dies luctus patris mei & tunc occidam eũ.Per hunc ergo carnis designatur prudentia,mundi cõcupiscẽtia,semen pessimum, filii nequam & scelerati,inimici gratiæ dei.Edõ terren⁹,Esau sanguineus,Seir pilosus. Sãguineus peccatis,pilosus negociis,terrenus curis. Sãguineus mundus vtiq; in idololatris,pilosus in hæreticis:terrenus in carnalibus & pseudochristianis.Sed contra Edom dñs verbum misit,qd & peccati chirographũ deleuit: & quietem spiritualem pstitit, & ęternam felicitatẽ spopõdit. Chirographũ venia,negociũ gratia, curam exterminauit gloria. Venia peccatorũ,gra deuotorũ,gloria ęternorũ.Hic Dauid. Misit verbũ suũ & sanauit eos: & eripuit

G H Gen.27. Psal.106

Ioan.1. eos de ĩteritióĩb⁹ eoꝝ.Hoc ĩquã verbũ illuminat oẽm hoĩemveniẽtẽ ĩ hũc mũ
Cant.2. dũ.Hoc capit vulpes pusillas demoliẽtesvineas:hoc paupes facit & ditat:humiliat & subleuat. Sequitur.

Auditũ audiuimus a dño & legatũ ad gentes misit.

I ¶Quę obscure pri⁹ dixerat,nũc euidẽtius manifestat:aduẽtũ.s.Christi ad destructionẽ pctĩ,ad salutẽ mundi,ad cognitionẽ veri,ad dilectionẽ sũmi boni.
Agge.2. Legat⁹ ipse est de quo Aggeus.Ecce venit(inquit) desiderat⁹ cũctis gentibus & gloria eius replet orbẽ terrarũ.Legatus iste sub habitu pauptatis diuitias nobis attulit ĩmortalitatis. Vñ apl'us.
2.Cor.8. Qui ꝑ nobis(inqt)paup fact⁹ ẽ,vt nos pauptate illi⁹ ditaremur. Legatus iste tria secũ attulit.Lucẽ,vnguentũ,panẽ. Lucẽ cęcis,vnguẽtũ ęgrotis,panẽ famelicis.Lucẽ exposuit ĩ mõte,panẽ in cœnaculo,vnguẽtũ ĩ crucis patibulo. Lucẽ ĩ carcere,panẽ ĩ deserto,vnguẽtũ posuit ĩ theatro.In carcere ignorãtiæ, in theatro carnalis cõcupiscẽtię,ĩ deserto hũanę miserię.Christ⁹ nãq; mũdũ illumiauit pulsa ignorãtia,ipe eũ satiauit ordinata cõccupiscẽtia,idẽ ipm ĩ meli⁹ cõmutauit,exterminata miseria.Vnde
Ioan.14. ipse ĩ euãgelio.Ego sũ,inqt,via veritas
K & vita.Via illuminãdo,veritas sanãdo vita felicitãdo.Primo cõtra ignorãtiã: scđo cõtra cõcupiscẽtiã : tertio contra miseriã. Quęrẽdũ est aũt vbi vel a quo de legatione ista ꝑpheta quicq̃ acceperat.Moyses in mediũ ꝑsiliat,& quicqd de eo acceperat aperiat.Prophetam(in
Deu.18. quit)suscitabit dñs de fratrib⁹ vestris: ipsum tanq̃ me audietis. Esaias quoq;.
Esa.24. A finib⁹ terræ(inqt)laudes audiuim⁹, gloriam iusti. Intuere lector,laudes & gloriã iusti.Gloriam in futuro,Laudes in ꝓsenti.Laudem qppe ꝓmeruit multiplicẽ:qa & ęgrotis sanitatem, & egenis vbertatẽ,& captiuis libertatẽ donauit. Sit igiẽ laus ei⁹ ĩ ore meo q me & sanitate roborauit,& vbertate ditauit,& libertate donauit.Post hanc arrã si pure & fideliter accipio,ego gloriã iusti accepturũ me nullaten⁹ dubito. Auditũ eñ audiuim⁹ a dño,& legatũ misit ad
L gẽtes. Qđ aũt auditũ audiuim⁹ dicit, locutio qdẽ minus est latina,sed ex gręco fideliter exp̃ssa. Inculcatio vero verbi intẽtionẽ significat eloquii.Historia Lralis.
liter aũt aduẽt⁹regis Babylonici super idumęos significaẽ:ꝑ quo dñs misit,qñ vt veniret,iusto iudicio pmisit.Hic eñ vocat⁹est malleus vniuersę terrę:ꝑ quẽ dñs dignat⁹ est iustissimę vindictę exercere iudicia:& per quem iusto dei iudicio innumeri populi attrita est supbia. Vnde legiẽ in alia ꝑphetia. Fili(inqt) hoĩs qd dabiẽ Babylonio regi ꝑ labore ꝙ apud Tyrũ seruiuit mihi!Da(inquit) ei regnũ Ægypti. Intuere lector formã diuinę ꝓuidẽtię,& ordinẽ vindictę,& normã iustitię.Babylonii siquidẽ expugnauerũt assyrios, Medi Babylonios,Macedones medos, Rõani Macedones,Christ⁹ Romanos:sed vltima victoria nõ ex crudelitate acta ẽ,sed ex benignitate & clemẽtia.Aliis vero ꝑ q̃litate meritoꝝ digne illata est vltio supplicioꝝ.Hæc p excessum iuxta historiã M
diximus.Nũc ea allegorice discutiam⁹ Allego.
Missus,inqt,legat⁹ de valle Ebrõ venit in fichẽ:qa Christ⁹deitate fortis & ordinib⁹ cęlestiũ agminũ regnũ augmentãs sempiternitatis,venit ad laborẽ passionis:sed ĩ agro errauit: ĩ mũdo nullũ Gen.37.
ĩmunẽ a pctõ reperit.Vñ fratres suos q̃rens,in Dotaim descẽdit:qa reconciliationẽ nostri siriẽs, vsq; ad mortis defectũ se humiliauit.Ebrõ ĩterptaẽ fortitudo vł augmẽtũ sẽpiternũ. Sichẽ hũeri. Dotaim defect⁹.Auditũ igiẽ audiuim⁹ a dño,& legatũ misit ad gẽtes: qa ĩ verbi ĩcarnatiõe certũ nũciũ accepim⁹ de nr̃a redẽptiõe.Qꝫ prõpte,q̃ deuote suã expleuerit legationẽ,nr̃am ꝙ opat⁹ fuerit redemptionem,ipe manifestatur⁹.

more eius donec veniat qui mittẽdus est:& ipse erit expectatio gentiũ. Quarto quoq; supplantabit agmen hœdorum dicens. Ite maledicti in ignẽ ętern[ũ]. Vides ergo homũcio, vides puluis, vermis, terra, cinis: Vides inquã qd ꝑ te sustinuit sol iustitiæ: qd pro te egit dominꝰ virtutũ: qd ꝑ te passus est rex glorię. Hinc ipse per Esaiam. Laborare, inqt, me fecisti in peccatis tuis, seruire iniqtatibus tuis. Itẽ idẽ per eundẽ Torcular calcaui solus & de gẽtibus nõ est vir mecũ. Circũspexi, & nõ fuit auxiliator: quęsiui & nõ fuit q adiuuaret: sed saluabit mihi brachiũ meũ & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Intuere quomodo idignatio auxiliata est ei. Eiꝰ siquidẽ indignatio ipsius est incarnatio per quã mortẽ destruxit & eũ q mortis habebat iperiũ: expugnauit peccatũ: subiugauit sibi mundũ. Primo luctatꝰ est pro te, vt tu diaboli fastum, & eius regna vinceres. Secundo vt mũdi luxũ & gloriã superares. Tertio vt carnis concupiscentiã & petulãtiã sensuũ expelleres. Vltimã vero faciet luctã, vt pręfatis omnibꝰ spretis, victor possideas glorię coronã. Hę sunt quattuor vigilię de quibus legit in euãgelio. Et si venerit, inqt, in secunda vigilia & si in tertia venerit &c. beati sunt serui illi. Et de quarta in eodem. Quarta, inqt vigilia venit ad eos sup mare. Prima vigilia excutit mentẽ a somno iniqtatis. Secũda a languore curiositatis. Tertia a torpore illicitę voluptatis. Quarta a negligentia vanitatis. Prima triũphat de peccato. Secũda de mũdo. Tertia de carne. Quarta de morte & eiꝰ aculeo. Huius vitę formã, huiꝰ disciplinę normã, hanc quadripharíã luctã spõsę suæ dereliqt. Vnde & ad apostolos suos dicit. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnũ &c. Prima ecclesię luctа fuit cũ idololatris: secũda cũ hęreticis: tertia cũ carnalibꝰ: quarta cũ pseudo christianis. Primo supplãtauit ꝑ cõfessionẽ vnius dei. Secũdo ꝑ regulã sanę fidei. Tertio vinculo ordinatę dilectiõis. Quarto siti, zelo, ęstu, gaudio beatę contemplationis. De prima ad sponsam dicitur. Quę est ista q̃ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? De secunda quoq;. Pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia pricipis. De tertia. Quę est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? De quarta. Quæ est ista quæ ascendit per desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris? Hinc est quod Abdias dicit. Et possidebit domus Iacob eos q se possederant: qa videlicet ecclesia pręfato luctarũ genere de pfatis inimicis nouit gloriose triũphare: vel eos scilicet potestatiue sibi subiiciendo, vel ad sui fidem & disciplinã religiose conuertẽdo. Sequitur.

Matt.25 · Esa.43. · Esa.63. · P · Q · Luc.12. · Mat.14. · Luc.22. · R · Cant.6. · Cant.7. · Cant.8. · Cant.3.

Et erit domus Iacob ignis:& domꝰ Ioseph flamma:& domus Esau stipula:& succendentur in eis, & deuorabunt eos & non erunt reliquiæ domus Esau: quia dñs locutus est. S

¶ Per domũ Iacob & Ioseph significat vna ecclesia ex gemino munere gratiæ geminũ possidens statũ: iuxta disciplinę duplicem gradum, duplicẽ religionis habens ornatũ. Domus siquidẽ Iacob est actiua familia: domus Ioseph cõtẽplatiuorũ excellẽtia. Iacob nãq; dicit luctator. Ioseph augmentũ vel augmẽtator. Domus Iacob in cõflictu laborat vitiorũ, in exercitio sudat virtutũ, i palęstra ęstuat disciplinę, anxiatur in operibus pœnitentię. Domus vero Ioseph in augmẽto gaudet consiliorũ, in ostensione lętat arcanorum, exultat in varietate ferculorũ, in suauitate tripudiat osculorũ. Domꝰ ergo Iacob in agro desudat actionis: domꝰ Ioseph in lecto cõtẽplatiõis. Iacob i Mesopotamiã fugit, cõsurgẽs de nocte: Ioseph cũ fratribus suis epulat & gaudet feruẽte meridie. Ille fugit vitia, duce pœnitẽtia: Iste celebrat fratribus suis cõuiuia, videlicet spirituũ intrãtiũ suscipiens colloquia. Ignis est ęstus pœnitẽtię virilis: flãma splẽdor diuinę cõtẽplationis. Ignis est cõpunctio animi: flãma ignea contẽplatio spõsi. In igne duo: in flãma vero cõsideran tria. In igne calor & ardor. In flãma calor, ardor, & splẽdor. Ignis con

Allego. · T

V

sumit & accendit, Flãma deuorat, accẽdit & illuminat. Ignis pœnitentiæ consumit culpã, accendit naturam: consumit vitia, accendit merita: cõsumit iniquitatem, accendit ad virtutẽ. Flamma vero cõtemplationis consumit vanitatem, accendit ad perfectã caritatem, illuminat ad sponsi claritatẽ. Consumit qcquid est informe, accendit superceleste, illuminat ad inuisibile. Per hæc & his similia domus Esau fit stipula: quia & operibus pœnitentiæ deletur iniqtas: & operibus iustitiæ exterminatur puersa curiositas: & operibus gratię carnis illicita voluptas: & operib9 gloriæ toti9 mundi expellitur vanitas.

V Esau interpr̃tatur sanguine9: ipse est Seir.i.pilosus: idem est Edom.i.terrenus. Sanguineus iniquitate, pilosus curiositate, terren9 voluptate. Sãguineus actu, pilosus sensu, terren9 affectu. Hęc est domus Esau, caterua dæmonũ & struthionum: grex porcorũ, phalanx hœdorũ: setuit9 neqtiæ, cohors immũditię, cœt9 gastrimargię. Horũ sane partem succendit ignis domus Iacob: ardor videlicet pœnitentiæ & æstus cõpunctionis, partẽ deuorat flamma domus Ioseph: calor.s.diuini amoris & splendor supernę contemplationis. Tunc succẽdunt in eis & deuorant eos: Esau videlicet qa rebelles filios & immites vltricib9 flãmis & gehennalibus incẽdiis deuorãdos hostiliter expellunt: vel p gratiã cõuersatiõis & vim dilectiõis sibi misericorditer incorporant: & fideliter ad se conuertũt.

X Tropol. Possum9 tropologice interpretari quæ superius allegorice dicta sunt. Cum.n. sponsus sponsam suam visitare dignatur: ilico sponsę thalamus ornatur. Ornatur inquã, auro fidei, & argento sapientię, virtutũ gẽmis, sanctimonię velis, verecũdię rosis, liliis castitatis, pudoris violis: Lect9 ambit purpura mortificationis, linteo deuotiõis, lodice dilectionis: odorifera circa cælestium affectuũ spargunt gramina. Circa collũ spõsę, sanctę famę spirant opobalsama, in manibus vnguẽtorũ redolẽt preciosissima. Man9, inquit, meę distillauerũt myrrhã: & digiti mei pleni myrrha pbatissima. Qđ de supnis† helios itués,

Cant. 5.

.i.sol.

statim salit in mõtibus, colles trãsiens & pcurrẽs ortũ, trãsiẽs cellariũ, festinat ad thalamũ & ruẽs in ãplexũ spõsę, i lecto collocat eã cõtemplatiuę gloriæ, dicens. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et sic in mõte Siõ in sublimitate pfectionis, in specula cõtẽplationis fit saluatio. Tunc fit sanctus mons prædictus, immo ipsa sanctificatio. Si eñ verũ est, immo quia verũ, qđ in Aplo legitur. Qui adhęret dño vn9 spiritus est cũ eo: spiritus veritati adhęrẽs fit veritas, sanctitati fit sanctitas Et tunc domus Iacob possidebit eos q se possederãt. Domus luctatoris cõsciẽtia est sponsę saluatoris. Hęc conscientia Esau quadruplici afflixit & supplãtauit lucta: siquidẽ ãteq̃ ad psecutionẽ quis euadat, postq̃ ad arcẽ contemplationis transeat, in palæstra & stadio huius luctę quadruplicis, anxiat & desudat. Primũ dũ latet in vtero.i.dum moratur in seculo, properando ad primogenita.i. ad religionis festinãdo exercitia. Secũdo ius primogeniturę lenticulę precio.i. cibi abstinentia coemendo. Tertio benedictionis paternæ gratiam pro fraudis gñe extorquendo. Quarto cũ angelo spiritualiter luctãdo. Primo supplantauit p confessionẽ. Secũdo p pfessionis subiectionẽ. Tertio p dilectionis cõfessionẽ. Quarto p supernæ claritatis contemplationẽ. Primo supplantauit p pœnitẽtiã. Secũdo p obœdiẽtiã. Tertio p innocentiã. Quarto per spiritualẽ apathiã. In prima lucta superat iniquitas. in secunda nephanda curiositas. in tertia illicita voluptas. in quarta illecebrosa vanitas. Iniqtas diaboli, curiositas pximi, voluptas ppria, vanitas mũdi. Dom9 Iacob fit ignis & dom9 Ioseph flãma & dom9 Esau lupanar toti9 cõfusionis. In domo Iacob ardet ignis virilis pœnitentię: & in domo Ioseph lucet flãma sapiẽtię. In domo Esau abundat stipula totius malitię. In Esau reuera lupanari, dolus, fraus, & simulatio: quia pilosus est: concupiscẽtia carnis: & cõcupiscentia oculorum, qa sanguineus: mẽdaciũ, crudelitas, depopulatio quia terrenus. Sane in supplantatrice consciẽtia, stipulam deuorante vitiorum,

Cant. 6.

1. Cor. 6.

Y

Z

fœnũ comburente delictorũ, ligna in cinerẽ redigẽte peccatorũ, ignis ardet salubris pœnitentię: qui Esau iniqtatẽ exterminat, curiositatẽ pestiferam pessundat. Porro in mente flãma diuinę dilectionis succensa, sole iustitię illustrata, ad ipsum iugi amoris studio conuersa, in ipsius pulchritudinẽ assidue purissimi cordis spiritales oculos defixa, in ꝑuectu virtutũ, in agone cęlestium affectuũ, in desiderio cælestis amplexus, in spe diuini tactus, in odore osculorũ, in siti supercęlestiũ desideriorꝫ, penitꝰ succensa, flãma lucet cęlestis sapiẽtię: vnde prodeũt fructus innocẽtię, gẽmę nascũtur gratię, flores pullulãt & opa glorię quibꝰ inordinata voluptas Esau cõburit, illecebrosa vanitas funditus atteritur. Flãma siqdẽ cęlestis sapiẽtię consumit pctã, accẽdit merita, illũinat pmia.

Et hæreditabunt ii qui ad austrum sũt montẽ Esau, & qui in campestribus Philistiim: & possidebũt regionem Effraim, & regionẽ Samariæ. Et Beniamin possidebit Galaad. A Literal'.

ℭReuerso in regnũ suũ Iuda q habitauit in meridie: & possedit cunctam regionẽ iuxta diuisionẽ Iesu filii Naue q̃ vergit ad scorpionẽ. i. omnem Acharatumnã. Hi q prius terminis arctabant angustis, possidebũt montẽ Esau. i. mõtes Seir & mõtana, q̃ Edom ante possederat. Qui aũt habitabãt in Sichela. i. in cãpestribꝰ Lidan & Emaus. Diospolim. s. Nicopolimq́ȝ significãs, possidebũt palęstinos. i. qnq́ȝ vrbes Philistinorũ, Gazam, Ascalonẽ, Azotũ, Acharon, Geth: vel oẽm illã plagã quę iuxta actꝰ apostolorũ Salonas appellatur. Dilatabitur quoq́ȝ terminus filiorũ Iuda vsq́ȝ ad Effraim: vbi nũc Neapolis est: & vsq́ȝ ad regionem Samarię: vbi Sebaste cõdita est. Beniamin aũt cuius ab Hierusalẽ contra septẽtrionẽ termini dilatant cũctã possidebit Arabiã quę priꝰ vocabatur Galaad & nũc Gerasii nũcupantur iuxta septuaginta ĩterpṫes: & montẽ Effraim & campos Samarię, & Beiamin & Galaad, ii q fuerunt in meridie possidebũt. Hoc vtrũ factũ sit deus viderit. Potest eñ ex parte p annos quingentos vsq́ȝ ad aduẽtũ Christi esse completũ: Et post aduentũ Christi p dilatationem fidei verius esse completũ: qd certissime scio: quia cotidie completur in nobis & in regno ecclesię confirmatur. Sequitur.

Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel omnia loca chananeorum vsq́ȝ ad Sareptã: & transmigratio Hierusalẽ quæ in † Bossoro est, possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in montem Sion, iudicare montem Esau: & erit domino regnum. †boforo

ℭQui de Babylone, iuxta volumẽ Hesdrę & Neemię, reuersi fuerint in Iudęã recte trãsmigratio vocabunt. Totꝰ ille exercitus filiorꝫ Israel tã ad meridiẽ q̃ ad occidentẽ & ad septẽtrionẽ possidebũt idumeos & palęstinos & mõtẽ Esfraim & Samariã. Beniamin, quia confinis est solitudini specialiter obtinebit Galaad. Contra orientẽ vero cunctis q in terra chananeorũ sunt, imperabunt vsq́ȝ ad Sareptã Sidoniorũ: vbi quondã Heliã pauit vidua. Porro q de ipsa Hierusalẽ Metropoli ciuitate trãslati fuerint in Bossorꝫ possidebũt ciuitates austri, quę sunt in tribu Iuda. Reuersi. n. in vrbẽ suã, quę vicina vrbi sunt obtinebunt. Cũq́ȝ hęc expleta fuerant sicut scriptũ est in libro Iudicũ: mittebat dominus saluatores q populũ de captiuitate saluarẽt. Sic accedẽt & venient in montẽ Sion, vt iudicẽt atq́ȝ discernant quasi subiectũ & seruiẽtẽ sibi montem Esau. i. idumeos: subiugatisq́ȝ oĩbꝰ erit dño regnũ. Hieronymus nos, inquit, ab Hebręo q nos in scripturis erudiuit, didicimꝰ. Iuxta hebraicã veritatẽ Apharat in p̃senti. i. †Boforũ vocari nõ effrata vt placuit. lxx. Et quasi vidẽs, inqt, est regio ad quã Adrianꝰ captiuos trãstulit. Qñ ergo Christꝰ noster venerit, tũc reuersura est in Iudęã etiã illa captiuitas. Possumꝰ aũt locũ quẽlibet regni Babylonis intelligere: quẽ aliud arbitror. Nã cõsuetudinis est ꝑphetarũ qñ loquunt cõtra Babylonẽ, ammonitas, Moabitas, Philistiim, & cęteras na-

B (margin, beside "Qui de Babylone")
C (margin, beside "dño regnũ. Hieronymus")
†bossorꝫ (margin, beside "rat in p̃senti")

tiones multis sermonibus eorũ abuti: & seruare idiomata ꝓuinciarum. Quia ergo lingua Assyriorũ terminus q̃ hebraice vocatur Iebul, dicitur sapharat: hunc sensum esse coniicio. Trãsmigratio Hierusalẽ quæ in cunctis terminis regionibusq́; diuisa est: vrbes austri.i. tribus suę recipiet. Hęc Hieronym⁹ ab
D Hebręo: imo hebręus Hieronymo. Nos autem quia iuxta historiam vt potuimus interpretati sumus, & inter cõfragosos scopulos nostram nauiculã reximus spiritualis intelligentiæ vela pandamus, vt afflãte domino & sua reserãte mysteria lęti ꝑueniam⁹ ad portũ. Ecce Abdias in p̃senti terram historialiter describit, spiritualiter diuidit. Multas diuisiones in diuino eloquio legimus. Diuisiones.s. maris rubri. vnde est illud. Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones. Et in Apostolo. Diuisiones autẽ gratiarũ sunt: idem aũt spũs. Et diuisiones ministrationũ sunt: idem aũt dominus. Et diuisiones operationũ sunt: idẽ autem deus, qui operatur om̃ia in om̃ibus. Sed & terræ diuisiones quattuor
E extitisse legimus. Prima facta est ab Iosue. Secũda ab Ezechiele. Tertia in pręsenti Abdia. Porro a saluatore quarta. Prima sacramẽtũ est secũdę, secũda tertię, tertia quartę. Vnde prima eodẽ numero sic historialiter quo & secũda spiritualiter iuxta legẽ istam sese habet: tertia ad quartã. Intuere lector formã ordinis & splendorẽ ꝓportionis. Sicut eñ prima ad secũdã sic tertia se habet ad quartã. Et sicut prima ad tertiã, sic secũda ad quartam. Et sicut prima ad quartã sic secũda ad tertiã. Sup proportionũ iudicio lectorem erudiendũ arithmeticę cõmitto. Nostri autẽ ꝓpositi est opacitatis allegoricæ rimari latebras & ipsius in lucẽ explanationis efferre tenebras. Prima ergo terrę diuisio fit expugnatione pręmissa hostium, vel subiugatione eorũ. Scđa sine traditione hostili vel alteratione ciuili. Tertia cũ subiugatiõe hostiũ volũtaria. Quarta sine cõditiõe vel †neuo subiectiõis, sed cũ gloria & gaudio mutuę dilectionis. Prima diuisio fit cum pœna & miseria. Secũda cũ pœna sine miseria. Tertia sine pœna & miseria ipsius retento pudore. Quarta sine pœna & miseria, omni remoto languore. Pugna est nolle cõsentire ꝑccato: miseria est illicito nolentem vexari incentiuo: pudor miserię eo titillari: remotio languoris exclusio tẽtationis. Quatuor sunt libertates: libertas arbitrii, libertas exercitii, libertas consilii, libertas gaudii. Prima diuisio facta est cũ libertate arbitrii sed non cum libertate exercitii. Volũtas siqdẽ proprio mota arbitrio expugnauit quos potuit, sed nõ omnes subiugauit quos voluit. Vnde & libertatẽ habuit in facultate & motu iudicii: sed nõ eam habuit ĩ negocio exercitii: quam reuera si habuisset cũctos sibi ad nutũ subiugasset. Secũda primã libertatẽ & secũdã habuit, sed caruit tertia quia propria se moriẽs volũtate, optata exercitii vtit̃ facultate: sed huic defficit consilii libertas: q̃a scientię & ordinis exitus & principii nesciuit attingere metas. Tertia om̃es has tres habuit sed quarta caruit: quia & voluntatẽ in motu, & facultatem in actu, & claritatẽ in sensu obtinuit: sed securitatem in affectu nõ habuit. Quarta vero oĩa possidet: q̃a & liberam voluntatem in electione, & facultatẽ celerem in actione, & sinceram claritatem in intentione, & securam ꝑpetuitatem possidet in fruitione. Prima ergo libertas cõmunis est oĩm. Secũda gñalis est cõuersorum, sed specialis imꝑfectoꝝ. Tertia generalis est ꝑfectorũ & specialis in hoc seculo deo militantium. Quarta singularis est sponsum cõtẽplantiũ & cũ eo lætãtiũ. Prima ꝓpria est seruorũ. Secũda ꝓpria est mercẽnariorũ. Tertia ꝓpria amicorũ. Quarta ꝓpria filiorũ. Prima diuisio fit per gratiam cõpunctionis. Secunda ꝑ disciplinã & ꝓpositum cõuersionis. Tertia ꝑ excessum mẽtis & eminẽtiã cõtemplationis. Quarta ꝑ gloriæ & honoris assumptionẽ & ĩmortalitatis statim ad dei visionẽ. Prima fit qñ recedimus a tenebris & seruitute peccati. Secũda qñ spõsum fugientẽ seq̃mur ad montẽ myrrhę, & ad colles libani. Tertia qñ ꝑ desertũ vt acies ordinata ascẽdimus. Quarta quando atria supernæ

Allego.
Psal. 135.
1. Cor. 12.
†neruo.
Libertates. iiii.

F ciuitatis intram⁹ in hymnis. Quatuor sunt quę electis ad vtilitatē & salutem & felicitatē data sunt. Exercitia. s. gaudia, merita, pręmia. Exercitia religiōis, gaudia contemplationis, merita perfectionis, pręmia beatissimę visionis. Exercitia inquā disciplinę, gaudia spiritalis vnionis & cęlestis copulæ & merita iustitię, pręmia glorię. Prima ergo diuisio ptinet ad exercitia. Secūda ad gaudia. Tertia ad merita. Quarta ad p̄mia. Vnde & in prima diuisione a Iosue di-
Iudic. 3. cit ad filios Israel. Hę sunt gentes quas dn̄s deus tu⁹ dereliquit in medio tui:
Iudic. 1. Vt in eis erudiret Israelem. Hinc iterum scriptum est. Iebuseū aūt habitatorem Hierusalē non potuerunt filii Iuda delere. Item in eodem. Non potuerūt filii manasse has subuertere ciuitates, sed cœpit chananeus habitare ī terra sua. Postq̄ aūt conualuerunt filii Israel subiecerunt chananeos & fecerūt sibi tributarios nec interfecerunt eos.
G ¶De secunda diuisione sic legiť in Eze-
Eze. 48. chiele. Hęc est terra quā mittes ī sortē tribub⁹ Israel, & hæ partitiōes earū dicit dn̄s. Ad plagā septētrionalē portæ tres triū tribuū. A pte australi totidē aliarū triū. A pte oriētali, totidē aliarū triū. A parte occidētali, totidē aliarum triū. Ab vnaq̄q; plaga mēsurabis qngētos cubitos & q̄tuor milia. Quid sūt hę q̄tuor plagæ nisi q̄tuor pricipalia gn̄a cōpunctionis, p quę mens sancta intrat & graditur ad templū sanctę cōtemplationis? Hęc autem sunt: Timor supplicii, dolor p̄sentis exilii, spes cęlestis præmii, affectus spiritalis coniugii. Timor plaga occidentalis, dolor septentrionalis,
H lis, spes oriētalis, amor australis. Quid aūt sunt tres portę ad singulas sitę nisi prefatę cōpunctionis occasiones trinitati dicatę, fidei, spei, charitati cōsecratæ. Qui em̄ recte timet supplicia, fide fugit vitia, spe tendit ad merita, charitate currit ad p̄mia. Cui vero dolet p̄sentis exilii miseria, is fide tendit ad obœdiētiā, spe festinat ad iustitiam, charitatis pēnis volat ad gloriam. Porro q immarcescibile sitit p̄miū, fide vitiorū fugit naufragium, spe spiritalis agonis ingreditur stadium, dilectionis studio suadente festinat ad pręmiū. Sane qui cælestis vnius desiderat copulam, fide totius iniquitatis a se remouet maculam, spe vbiq; & semp innocentiæ sequitur regulā, ardēti charitatis desiderio cęleste matrimonium flagrat: & ad nuptias spiritales vehementi festinat studio. In omnibus his, visio ambitur trinitatis: ęternitas glorię, possessio felicitatis. Quod aūt a porta vsq; ad tēplū I
qngentos numerat cubitos & quatuor milia illud est, cētenarius & millenari⁹ vterq; perfectionē significat. Centenarius qnquies multiplicatus honestam & perfectam significat continētiam sensuum. Millenarius quater multiplicatus iuxta fidem & regulam euangelii significat puritatem conscientię, perfectionem vitæ, innocentiam morū. Per quatuor ergo milia ītegritas vitę: p qngētos cubitos designať sanitas famę. A porta ergo vsq; ad tēplū prefata numerantur: quia ab ingressu cōpunctionis vsq; ad gaudium sanctę contēplationis necessaria est sensuū honestas, vitę integritas, conscientię puritas. Necessaria est inquā cōtinentia sensuū, iustitia actuū, innocentia affectuum. Sic itur de porta ad templū: qa per p̄fatorū custodiā & sollicitudinē ad spiritalis matrimonii copulam & sponsi perueniť dulcedinem. Vnde subsequenter adiungi- K
tur. Et nomen ciuitatis ab illa die, do- Eze. 48.
minus ibidem. Ex illa die, illa claritate illa copula, illa vnione, est ciuitatis nomen dn̄s ibidem: quia custodit egressum sponsę suę ad actionē, & introitum ad contemplationem. Custodit portas professionis, obseruat vicos religionis, veneratur templū sanctificationis, munit arcem perfectionis, protegit populū spiritualiū exercitiorum, chorū custodit cęlestium morū. In ea quoq; dn̄s panis est vitæ, vinū cælestis iustitię, indumentum iustitię, lex clementię, lux spiritalis intelligentię, aqua spiritalis doctrinę. Quid plura? Ex quo ciuitatis nomē est, dominus ibidem: in ea oīb⁹ de⁹ fit oīa. Hæc succincte diximus de prima diuisione & secūda. ¶Restat vt ali- L
qua dicamus de tertia & quarta. Et sicut prima ptinet ad exercitia, secunda

ad gaudia: sic tertia spectat ad merita, quarta ad premia. Et sicut illa duo denario distinguuntur numero, propter perfectionẽ actionis: sic ista septenario diuidunt, propter spiritalẽ pfectionẽ & gaudium superne contemplationis. Dicit ergo Abdias.

Et hæreditabunt ii qui ad austrum sunt, montem Esau &c.

Sub hoc septenario cõtra septẽ principalia vitia opponunt septẽ terræ diuisiones, septẽ orationis dñicę petitiones, septẽ spũs sancti dona, septẽ virtutes illis cõtrarię, ad vltimũ septẽ beatitudines.
M Primo loco ponũtur septẽ vitia cõtra quę opponunt pfatorum oĩm antidota. Vitiorũ primũ est superbia, secundũ inuidia, tertiũ ira, quartũ acidia seu tristitia, quintũ auaritia, sextũ gula, septimũ luxuria. Contra hęc secũdo loco constituunt septẽ petitiones q in dñica oratione cõtinent. Prima qua dicit deo, Sanctificet nomẽ tuum. Secũda qua dicit, Adueniat regnũ tuũ. Tertia qua dicit, Fiat volũtas tua sicut in cęlo & in terra. Quarta qua dicit. Panẽ nostrũ cotidianũ da nobis hodie. Quinta qua dicit. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos d. de. nostris. Sexta qua dicit, Et ne nos inducas in tentationẽ. Septima qua dicitur. Sed libera nos a malo.
N Postea tertio loco sequunt septẽ dona spũs sancti. Primũ, spirit⁹ timoris dñi. Secũdũ, spũs pietatis. Tertiũ, spũs sciẽtię. Quartũ, spũs fortitudinis. Quintũ, spũs cõsilii. Sextũ, spũs intellect⁹. Septimũ, spiritus sapientię. Deinde quarto loco succedũt quatuor virtutes. Prima paupertas spirit⁹. i. humilitas, secũda mansuetudo siue benignitas, tertia cõpunctio siue dolor, quarta esuries iustitię, siue desideriũ bonũ. quinta misericordia, sexta cordis mũditia, septima
O pax. Nouissimo vero loco disponunt septẽ beatitudines. Prima, regnũ cęlorũ. Secũda, possessio terræ viuẽtiũ. Tertia, consolatio. Quarta, iustitiæ satietas. Quinta, misericordia. Sexta, visio dei. Septima, filiatio dei. Supbia est amor pprię excellentię. Inuidia est odiũ felicitatis alienę. Ira est furor iniustus, vel illicita insania mẽtis commotę. Acidia seu tristitia est inordinata amaritudo aĩæ: vel puersum animi tędiũ cũ mœrore. Auaritia quę est immoderatus appetitus habendi, p montẽ Esau significatur. Per Philistiim qui ĩterpretatur cadens poculo, Inuidia nã quasi extranea cadit potione, qa felicitati inuidet alienę. Hæc ita primo loco distingue vt intelligas ipsa vitia quasi quosdã animi languores siue vulnera interioris hominis. Ipsum vero hominẽ quasi ęgrotum, medicũ deũ, dona sancti spiritus, antidotũ, virtutes sanitatem, beatitudines felicitatis gaudium. P Sunt ergo septem vitia capitalia siue principalia & ex his vniuersa mala oriũtur. Hi sunt fontes abyssi tenebrosę: de quibus flumina Babylonis exeunt, & in oẽm terram deducta stillicidia iniquitatis diffundunt. De quibus fluminibus pphe-ta in persona populi fidelis cecinit dicens. Psal. 136 Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus: dũ recor. t. Sion. De his septem vitiis vastatoribus & vniuersam naturæ integritatem corrumpentibus simulq; malorum omniũ germina producentibus quantũ ad psens officium explicandum sufficere putamus loquamur. Q Septẽ ergo sunt: ex his tria hominẽ expoliãt: Quartũ expoliatum flagellat: Quintũ flagellatum eiicit: Sextũ eiectũ seducit: Septimũ seductum seruituti subiicit. Superbia enim aufert homini deum. Inuidia aufert ei proximũ. Ira aufert ei seipsum. Tristitia spoliatum flagellat. Auaritia flagellatum eiicit. Gula eiectum seducit. Luxuria seductum seruituti subiicit. Nũc reuertentes singula per ordinem explanemus. Supbia. Superbia nãq; est amor proprię excellentiæ, quando mẽs bonum quod habet singulariter diligit, id est sine eo a quo bonum accepit. O pestifera superbia quid agis? cur suades riuulo, vt se a fonte diuidat? Cur suades radio, vt se a sole auferat? Cur? nisi dũ & ille infundi desinit arescat, & iste dum ab illuminãte se auertat tenebrosus fiat? Vtrũq; vero dũ accipere cessat id qđ necdũ habet, cõtinuo illud etiã qđ habet amittat? Sicq; fiat vt nec id qđ habet vtiliter

habere possit dum illud in eo a quo habet non diligit. Sicut enim omne bonũ veraciter a deo est: ita nullum bonum extra deũ vtiliter haberi potest: immo vero per hoc ipsum id qđ habet amitti tur ꝙ cum eo & in eo a quo habet non amatur. Nã quicũq; non nouit nisi hoc quod habet bonum in seipso diligere, necesse est vt dum in altero bonũ quod non habet aspexerit, tanto amarius sua eum imperfectio torqueat, quanto eum in quo om̃e bonũ cõsistit minus amat. Et idcirco semper superbiam inuidia sequitur quia qui illic amorem nõ figit vbi omne bonũ est, quanto de suo peruersius extollit, tãto grauius de bono alterius torquetur. Sua igitur elationi iustissime pœna deputata est, ipsa quã de se gignit inuidia: quę quia omne & cõmune bonũ diligere noluit, recte nũc boni alieni liuore tabescit. Quã profecto alienę felicitatis successus non vreret, si illum in quo om̃e bonum est per amorem possideret. Nũc ergo quantũ se per elationẽ contra creatorem extollit: tm̃ per liuorẽ sub proximo cadit: & quantũ illic fallaciter erigitur, tm̃ hic veraciter pręcipitat. Sed neq; hic sistere potest semel cœpta corruptio. Mox em̃ vt de superbia, inuidia nata fuerit, iram ipsa de se mens parit misera. Propterea enim sibi de sua imperfectione irascitur, quia de bono alteri⁹ per charitatem nõ lętatur. Atq; ideo id etiam qđ habet ipsi displicere incipit: quoniã in alio id qđ habere nõ potest agnoscit. Qđ ergo per caritatem in deo tm̃ habere potuit, id etiam quia per elationẽ extra deũ habere conabat: per inuidiã perdit ꝓximũ, & p irã seipsum. Quia ergo, omnibus amissis, nihil est vnde gaudeat infelix conscientia, per tristitiã in semetipsa collidit: & quę de alieno bono pie lætari noluit, de suo malo iuste cruciatur. Post superbiam ergo & inuidiam & iram quę hoĩem spoliant, continuo tristitia sequit quæ nudatum flagellat. Cui deinde succedit auaritia: q̃ flagellatũ eiicit: quia interno gaudio amisso foris consolationẽ quęrere cõpellit. Postea accedit gula quę eiectum seducit: quia animũ exterioribus inhiantem hoc vitium imprimis quasi ẽ uicino tentans per ipsum naturalem appetitum ad excessum illicit. Postremo superuenit luxuria quæ seductum violenter seruituti subiicit: quia postq̃ caro ꝑ crapulã inflata est, ardorẽ libidinis superueniẽtem emollitus atq; eneruiter resolutus anim⁹, vincere nõ potest. Seruit em̃ sęuissimę dominationi mẽs turpiter subacta: & nisi exorata subueniat saluatoris pietas, non erit iam vnde captiuo seruiẽti amissa restituatur libertas. ¶Sequunt itaq; septem petitiones cõtra septẽ vitia: quib⁹ ille orat vt subueniat, q nos & orare docuit, & qđ orãtibus bonum ad sanãda vulnera nostra & ad soluẽdũ iugũ captiuitatis nostræ esset, daturũ se promisit. Sed nos anteq̃ ad explanationẽ harum veniamus pri⁹ volum⁹ alia adhuc similitudine demõstrare quantã in nobis corruptionẽ supradicta vitia generent, vt quanto periculosior lãguor ostẽdit, tãto magis necessaria medicina comprobetur. Per superbiam igitur cor inflatur, ꝑ inuidiã arescit, per iram crepat, per tristitiã cõteritur, & quasi ĩ puluerem redigitur, per auaritiam dispergitur, per gulã inficitur & quasi humectatur, per luxuriam conculcatur & in lutum redigitur ita vt iam miser dicere possit. Infixus sum in limo profundi & non est substãtia. Veni in altitudinem maris: & tẽpestas demersit me. Cũq; huic limo ꝓfundi animus fuerit infixus & luto coinqnationis & immũditię inuolutus, euelli nequaq̃ potest ad illum clamet & auxilium eius postulet, de quo Psalmista loquitur dicens. Expectãs expectaui dominũ & intẽdit mihi, & exaudiuit ꝓces meas & eduxit me de lacu miserię & de luto fęcis. Propterea ergo ipse nos orare docuit vt totum bonum nostrum a deo esse intelligamus. Prima ergo petitio contra superbiam est qua deo dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Hic em̃ petimus vt det nobis timere & venerari nomen suum quatinus ei per humilitatem subiecti simus: quia per superbiã rebelles & cõtumaces extitim⁹. Huic petitioni datur spiritus timoris domini: vt ille ad cor veniẽs virtutem

Inuidia

Ira.

Acidia seu tristitia.

Auaritia.

Gula.

Luxuria

Psal. 68.

Psal. 39.

Petitio prima.

in eo creet humilitatis,quę sup̄bię mor bū sanet: quatinus ad regnū cęlorū qđ angelus supb⁹ p elationē pdidit:homo
Secūda. humilis puenire possit. ¶Scđa petitio est contra inuidiā,qua dicit̄.Adueniat regnū tuū. Regnū siquidē dei est salus hominū: qa tūc deus in hoībus regnare dicit̄:qn̄ ipsi hoīes subiiciunt̄ & modo ei adhęrendo p fidē,& post inhæren do p speciem. Qui ergo petit vt regnū dei adueniat,ille ꝑfecto salutem quęrit oīm ac per hoc ꝙ ꝓ cōmuni oīm salute postulat liuoris vitiū se reprobare demōstat. Huic petitioni dat̄ spūs pietatis vt ipse ad cor veniēs,ad benignitatē illud accendat: quatin⁹ ad eādē homo ęternę hęreditatis possessionem ad
V quā alios puenire cupit,ipse pueniat.
Tertia. ¶Tertia petitio est cōtra irā q̄ dicitur. Fiat volūtas tua sicut in cęlo & in terra:hac sibi placere indicat,qcqd volun tas dei siue in se siue in aliis secūdū ar bitriū suę dignationis dispensat. Huic ergo petitioni datur spirit⁹ scientię vt ipse ad cor veniens erudiat illud & salubriter cōpungat.vt sciat homo malū qđ patit̄ ex sua culpa ꝓuenire: si qd au tem boni habeat ex misericordia dei ꝓ cedere:ac p hoc discat siue ī malis quæ sustinet,siue in bonis q̄ nō habet,cōtra creatorē nō irasci:sed p oīa patiētiā ex hibere.Optime ergo p cōpūctionē cordis,q̄ spū sciētię operāte interi⁹ ex humilitate nascit̄, ira & indignatio animi mitigat̄:qa ediuerso stultum ira interficit, qn̄ p impatiētiæ vitiū agitat⁹, atq; cęcat⁹,vel malū qđ patit̄ se meruisse,vel bonū qđ habet p gratiā accepisse non cognoscit.Hanc aūt virtutē.i.com punctionē siue dolorē,ꝓmiū cōsolationis seqtur vt q se hic spōte corā deo p
X lamēta affligit,illic verū gaudiū & lętitiā inuenire mereat̄.
Quarta. ¶Quarta petitio est cōtra tristitiā seu acidiā,q̄ dicit̄.Panē nr̄m cotidianū da nobis hodie. Tristitia nāq; est animi tędiū cū mœrore: qn̄ mens quodāmodo tabefacta & vitio suo amaricata interna bona non appetit,atq; omī vigore emortuo nullo spiritualis refectiōis desiderio hilarescit. Propterea ad sanandū hoc vitiū deprecari nos oportet misericordiā domini,

vt ipse solita pietate animæ tædio suo languenti internę refectionis pabulum admoueat:vt qđ ipsa absens nescit appetere,gustu p̄sentis admonita incipiat amare.Datur ergo huic petitioni spiritus fortitudinis:vt fathiscentem aīam erigat: quatin⁹ illa pristini vigoris vir tute recepta ab affectu sui tędii ad desideriū interni saporis cōualescat.Creat ergo spūs in corde famē iustitiæ: vt dū hic p desideriū pietatis fortiter ac- Y
cenditur,illic pro pręmio plenā beatitudinis consequatur satietatē. Quinta
¶Quinta petitio est cōtra auaritiā qua dicit̄. Dimitte nob. deb.no.si.& nos di.de.no stris.Iustum em̄ est vt ī reddēdo debito non debeat esse anxius, q in exigendo noluerit esse auarus. Atq; ideo cū a nobis p dei gratiā vitiū auaritię tollitur: qualiter a nr̄o debito absolui debeam⁹, exposita salutis cōditione,donat̄.Huic ergo petitioni datur spiritus consilii,q doceat nos in hoc seculo libenter peccanti in nos,misericordiā īpēdere: quatinus in futuro cū pro peccatis nostris rationē reddituri sum⁹,mereamur mi- Z
sericordiam inuenire. Sexta.
¶Sexta petitio contra gulā,qua dicitur:Ne nos inducas in tentationem.i. ne induci permittas in tentationē.Hęc est tentatio quæ nos illecebra carnis sępe p naturalē appetitū ad excessum trahere nitit̄, & latenter voluptatē subiicit dum manifeste nobis de necessitate blandit̄. In quā profecto tentationem tunc nequaq̄ inducimur, si sic studemus secundū men suram necessitatis naturæ subsidiū impēdere, vt tn̄ semper meminerimus appetitū ab illecebra voluptatis coercere.Quod vt implere valeam⁹ datur nobis petentibus spiritus intelligētię: vt interna refectio verbi dei appetitū exteriorem cohibeat,& mēs spirituali cibo roboretur,vt eam nō valeat corporalis egestas frangere,nec carnis voluptas superare.Propterea namq; & ipse dominus tentatori suo dum esurienti sibi fraudulentiam de exterioris panis suggestione faceret, respondit dicens. Non in solo pane viuit homo, sed in Matt.4.
omni verbo quod procedit de ore dei: vt aperte demonstraret, ꝙ cum mens

illo interius pane reficitur non magno opere curat si foris ad tempus famem carnis patiatur. Datur igitur contra gulam spiritus intelligentię: sed ille ad cor veniens emundat illud atque
Z Septima purificat. ¶Septima petitio est contra luxuriam, qua dicitur. Libera nos a malo. Nam licet (vt alibi diximus) multiplex est malum, vt malũ coporis & malum animę: malum quod est culpa, malum quod est pœna: malũ huius seculi & malum futuri, tamen præcipuũ malum potest quodam modo cẽseri luxuria: quæ hominem illecebris captum in seruitutem redigit. Vnde per donũ sapientiæ liberari petimus dicẽtes. Libera nos a malo. Amen.

M. HVGOnis de Sancto Victore Canonici posteriorum excerptionum libri, continentes vtriusque testamenti allegorias.

Priorum autem libros, eo quod alterius sunt farraginis, alibi ponemus. In hos igitur sequitur prior eiusdem Prologus.

QVicunque sapiẽtiæ siue scientiæ studet diuinæ, fructũ lectionis proprio magis experimento quam alieno cognoscere valet documento. In ipso nanque legentis animus bonum possidet honestæ occupationis, sollertiã meditationis, instantiam orationis, & claritatem supernæ inuenit contemplationis. Ibi informatur ad exemplũ sanctæ imitationis: instruitur ad exercitiũ virtutis: stabilitur ad exhibitionem boni operis. In ipsa, reprobato fuco falsitatis, depulsa malitia iniquitatis: perducitur ad veram vel ad perfectam veritatis cognitionem, & ad bonitatis dilectionẽ. In ipsa animatur, ne frangatur in aduersis: solidatur, ne dissoluatur in prosperis: & sumit recordationem de præterito, cautelamque de futuro. Quisquis autem sacræ scripturæ cibo pasci renuit, vitam animæ suę perdere iam incipit: vt de eo dici possit: omnem escã abominata est anima eius, & appropinquauit vsque ad portas mortis. Accipe itaque frater carissime, hanc secundã excerptionum nostrarum, quas postulasti, partẽ: quasi quoddam ferculũ animæ tuę paratũ: vt ĩ ipso spiritualiter incrasseris, impĩgueris, dilateris. Capitula autem huius partis sicut, & superioris, ad euidentiam totius operis sequentis, ante prĩcipium libri tibi per ordinẽ disposui.

Prologus alter eiusdem in eosdem.

IN præcedentibus præmissa descriptione originis & discretiõis artium & quorũdã aliorum: ortũ, cursum, & occasum oĩm regnorum ab initio vsque ad nos disposuimus. In sequentibus, profundas allegoriarum obscuritates, secundum subiacentis historiæ cursum, prius de veteri testamẽto, deinde de nouo, inquãtũ præsenti breuitati sufficere videtur: elucidabimus. Inuenies in hac parte libelli multa iuxta imbecillitatem mei sensus, necessaria tuæ inchoatiõi: & in cognitione veritatis, & in amore virtutis oĩbus modis vtilia: si tamen quę scripta sunt, legere & memorię commendare non neglexeris.

LIber prim9 tractat de mysteriis rerũ gestarũ ab initio mũdi vsque ad Abraham: cõtinens octodecim Capita.

De significatione cæli & terræ. I.
De cælo, terra & operibus sex dierũ. II.
De aquis supioribus & inferiorib9. III.
De sole, luna, & stellis. IIII.
De piscibus et auibus. V.
De paradiso. VI.
De formatiõe primi hominis. VII.
De Adam, Eua et serpente. VIII.
De sex diebus et septimo. IX.
De Adam, Eua et filiis eorum. X.
De Seth, Caim et filiis eorũ. XI.
De Enos, Enoch et Noe. XII.
De arca et diluuio. XIII.
Moralis sententia de arca. XIIII.
De coruo et columba. XV.
De Iridis coloribus. XVI.

De vinea Noe et iebriatiõe ei⁹. XVII.
Moralis sententia de eodem. XVIII.

SEcũdus tractat de mysteriis rerum gestarum ab Abraham vsq; ad Moysem: continens nouendecim Capita.
De exitu Abram de terra sua. I.
Moralis explicatio de eodem. II.
De sacrificio Abrahæ. III.
Moralis expositio de eodem. IIII.
De triplici circuncisione. V.
De exitu Loth e Sodomis. VI.
De hoc q̃ tentauit deus Abrahã. VII.
De Sara & morte ac sepultura ei⁹. VIII
Quõ adducta est Rebecca ad Isaac. IX.
De Abraham, Isaac, pueris eorũ & puteis. X.
De benedictione Iacob. XI.
Quõ perrexit Iacob ad Laban. XII.
De virgis q̃s de corticauit Iacob. XIII.
De Dina filia Iacob. XIIII.
Historia de Ioseph. XV.
De Iacob & filiis eius. XVI.
De Iuda, filiis eius & Thamar. XVII.
De duobus seruis Pharaonis. XVIII.
De aromatib⁹ qb⁹ cõdit⁹ est Iacob. XIX.

TErtius tractat de mysteriis rerum gestarũ a Moyse vsq; ad Iosue: continens vigintiduo Capita.
De natiuitate Moysi & exitu Israel de Ægypto. I.
De iis quæ spiritualiter deũ vel Christum significant. II.
De Ægypto, deserto & terra promissionis. III.
De mandato dilectionis. IIII.
De p̃ceptis legis natural' & scriptę. V.
De duabus tabulis. VI.
De quatuor sabbatis. VII.
De furto, mendacio, & periurio. VIII.
De constructione tabernaculi & de offerendis in eo. IX.
De sacrificiis. X.
De mensa propositionis. XI.
De via trium dierum. XII.
De duobus testamentis. XIII.
De duabus tabulis, duobus cherubim, & duabus tubis. XIIII.
De vnctiõe & vestib⁹ sacerdotis. XV.
De præputiis arborum. XVI.
De sacerdotibus reprobandis ex libro beati Gregorii. XVII.
De victimis. XVIII.
De primogenito bouis & ouis. XIX.
De muliere capta in bello. XX.
Nõ arabis in boue siml' & asino. XXI.
De veste ex lana & lino cõtexta. XXII.

QVartus tractat de mysteriis rerũ gestarũ a Iosue vsq; ad Helcanã patrẽ Samuel': cõtinẽs decẽ & octo cap.
De Iosue & transitu Iordanis. I.
De filiis Ruben, Gad & de dimidia tribu Manassę. II.
De subuersione Hiericontea. III.
De ciuitate Hay. IIII.
De altari quod construxit Iosue. V.
De dolo Gabaonitarum. VI.
De leuitis. VII.
De Chananeis tributariis. VIII.
De successoribus Iosue. IX.
De Delbora. X.
De Gedeone & bello Madianitarũ. XI.
Sensus allegoricus de area. XII.
Sensus moralis de area. XIII.
De Gedeone, vxorib⁹ ei⁹ & filiis. XIIII.
De Iepthe. XV.
De Samsone. XVI.
Moralis expositio de eodem. XVII.
De Ruth. XVIII.

QVint⁹ tractat de mysteriis rerũ gestarum ab Helcana vsq; ad Dauid, vbi scriptũ est, Scidit dñs regnum tuum a te hodie & tradidit illud meliori te: continens decem & noue Cap.
De Helcana & vxoribus eius. I.
Moralis interpretatio de eodem. II.
De Anna & Samuele. III.
De Ophni & Phinees filiis Heli. IIII.
De Heli et filiis eius rursum. V.
De castris Israel & Philistiim. VI.
De arca dei & filiis Heli mortuis. VII.
De arca dei & dagon. VIII.
De aggrauatiõe manus dei super Azotos. IX.
De duab⁹ vaccis q̃ reportauerĩt arcã. X.
Qꝫ filii Israel postulauerũt regem. XI.
De Saul. XII.
De Naas rege Ammonitarum & Iabes Galaad. XIII.
De trib⁹ milib⁹ electis a Saule. XIIII.
De eo q̃ non inueniebatur faber ferrarius in terra Israel. XV.
De Ionatha & armigero eius. XVI.
De Ionatha & melle qđ gustauit. XVII
De reprobatione Saulis. XVIII.

De virtute obœdientiæ. XIX.
Sextus tractat de mysteriis reru͂ gestarum a Dauid vsq; ad Salomone͂: continens vigintiquinq; Capita.
De scissione pallii Samuelis. I.
De Saul,Dauid & cithara eius II.
De acie Israel & Philistiim. III.
De eodem. IIII.
De dilectione Ionathæ & Dauid. V.
De Ionatha & Dauid abscondito in agro. VI.
De hoc ꝙ Dauid mutauit os suum coram Achi. VII.
De iis qui conuenerũt ad Dauid. VIII.
De Zipheis. IX.
De eo ꝙ Dauid præcidit oram chlamydis Saul. X.
De verbis Abigail ad Dauid. XI.
De Abigail & Nabal. XII.
De Amalechitis. XIII.
De montibus Gelboe. XIIII.
De eisdem. XV.
De ascẽsione Dauid in Ebron. XVI.
De Abner & Asael. XVII.
De longa concertatione inter domum Dauid & domum Saul. XVIII.
De sermone Abner ad seniores. XIX.
De filiis Remõ & morte Hisboseth. xx.
Quomodo Dauid expugnauit Hierusalem. XXI.
De superbia Micol & humilitate Dauid. XXII.
De Ammon & seruis Dauid. XXIII.
De Rabath & diademate regis ei⁹. 24.
Quõ Dauid numerauit Israel. XXV.
Septim⁹ tractat de mysteriis rerum gestarum a Salomone vsq; ad transmigrationem Babylonis: continẽs quadraginta tria Capita.
De diuersis ferculis Salomonis. I.
De sapientia Salomonis. II.
De ædificatione templi. III.
De libertate Israel & seruitute alienigenarum. IIII.
De throno Salomonis. V.
De Roboam. VI.
De Hieroboam. VII.
De eo qđ scriptum est: demetã posteriora baasa. VIII.
De reædificatione Hiericontea. IX.
De Helia & torrente Carith. X.
De Helia & vidua Sareptana. XI.
De Helia & prophetis Baal. XII.
De interfectione ꝓphetarũ Baal. XIII.
De fuga Heliȩ coram Iezabel & de iunipero. XIIII.
De visione Heliȩ in monte. XV.
De custodia humilitatis. XVI.
De eo qđ Helias vnxit Heliseũ. XVII.
De pugna Benadad cõtra Isrl'. XVIII.
De eo qđ dictum est, dii mõtium sunt dii Israel. XIX.
De Heliseo & pallio Heliæ. XX.
De pueris maledictis ĩ Bethel. XXI.
De aqua trium regum data exercitib⁹ a domino. XXII.
De muliere q̃ clamauit ad Heliseũ. 23.
De cœnaculo qđ ædificauit & Sumanitis & vir eius Heliseo. XXIIII.
De resuscitatione filii mulieris Sunamitidis. XXV.
De eo qđ scriptũ est mors ĩ ola. XXVI
De eo qui viro dei panes primitiarum detulit. XXVII.
De captiua & Naaman. XXVIII.
De lepra Naamã q̃ adhȩsit Giezi. xxix.
De obsidione Samariȩ & fame. XXX.
De Iehu. XXXI.
Quõ Ioas ĩstaurauit sartatecta. XXXII
De scriba & põtifice & ꝑcunia. xxxiii.
De sagitta salutis. XXXIIII.
De protectione Israel. XXXV.
De Samaritanis. XXXVI.
De Iosia & phase qđ celebrauit. xxxvii.
De censu quẽ soluit popul⁹ Pharaoni sub Ioachim. XXXVIII.
De prima obsidione Hierl'm. XXXIX.
De scđa obsidione Hierl'm & fame. XL
De interruptione muri & fuga Sedechiæ. XLI.
De Nabuzardan. XLII.
De translatione Iuda. XLIII.
Octauus tractat de mysteriis reru͂ gestarum q̃ continẽtur in Esdra: continens sexdecim Capita.
De Gyro & liberatione captiuorum & restauratione templi. I.
Qꝫ Iudȩi post. 70. annos liberantur. II.
De numero vasorum quæ relata sunt de Babylone. III.
De numero reuertẽtiũ a Babylone. IIII
De numero animalium. V.
De oblatione principum. VI.
De fundatione templi. VII.

De hostibus Iudę & Beniamin. VIII.
De dedicatione domus domini. IX.
Quomodo Esdras figurat Christū. X.
De circunspectione doctorum. XI.
Generalis snia de toto ędificio. XII.
De Sanaballath nato & de Samaritanis. XIII.
De cautela ædificantium. XIIII.
Quomodo sabbatū obseruabant. XV.
De bifaria dedicatiōe ciuitatis. XVI.

NOnus tractat de mysteriis q̄ continent̄ in libro Hester, Thobię, Iudith & Maccabęorū: cōtinēs q̄tuor cap.

De mysteriis quæ continentur in libro Hester. I.
De mysteriis quæ continentur in libro Thobiæ. II.
De mysteriis quæ continentur in libro Iudith. III.
De mysteriis quæ cōtinentur in libris Maccabęorum. IIII.

Capita librorum noui testamēti ponētur ante ipsos, post allegorias veteris.

M. HVGONIS de Sancto Victore in Librum Geneseos Allegoriæ: ex quibus est Liber. I.

De significatione cæli & terrę. Cap. I.

A IN principio creauit Deus cælum & terram. Cælū designat sūma: terra ima. cælum īuisibilia, terra visibilia. cælū angelos, terra hoīes. cęlum spiritualia, terra corporalia. cælū angelos sublimitate positionis, & excellentia cōditionis. Sublimitate positionis, quia cunctas visibiles & materiales creaturas altitudine supercellit. Excellentia autem conditionis, quia res cæteras sua soliditate & quadā ꝑpetuitate præcedit. Sic illa cęlestium spūum angelica natura, creaturas vniuersas, & cęlestis patrię māsione, & cōditiōis suę dignitate supat, & eis supremicat. Terra significat hoīem, & loci pōsitione, & conditionis minori dignitate. Loci positione: quia cælo est inferior: conditionis minori dignitate: quia cęlo corruptibilior. Sic homines, respectu angelorū, & mansione sunt inferiores, & cōditione corporalis naturę minus digni. Secundum prędictā quoq; institutionem, cęlum significat pręlatos, perfectos, contēplatiuos. Terra autē significat subditos, imperfectos, actiuos. Prælati namq; pfecti, contēplatiui: siue auctoritate muneris, siue differētia dignitatis, siue merito virtutis: subiectis, imperfectis, actiuis sunt superiores. Subiecti vero, imperfecti, actiui, pręlatis perfectis, cōtēplatiuis inferiores. ¶ Cælum igit̄ angeli, terra homines. cęlū pręlati, terra subiecti. cęlum perfecti, terra imperfecti. cęlū contēplatiui, terra actiui.

¶ De cælo, terra, & operibus sex dierum. Cap. II.

IN principio creauit deus cælum & terrā. Cęlū spirit⁹, terra corpus: quia sicut cęlum terra sublimi⁹, & solidi⁹: sic excellētior est, & dignior corpe spūs. Mūdus in prima cōfusiōe: est hō in iniqtate sua. Sicut. n. mūdo primordiali cōfuso nō ierat lux aut futurus ordo: sic hoī subiecto iniqtati, nec lux lucet p cognitionē veritatis, nec ordo īest p dispositionē ęqtatis. Et deus q̄si in media cōfusiōe lucē primariā creat: qn̄ pc̄ōrē diuersis sceleribus cōfusū, lucis ītimę radiis illustrat. vt qd eē debeat agnoscat: & ad notitiā recte viuēdi semetipm̄ disponat. Significat itaq; lux primaria, pc̄ti cognitionē. Firmamētū īter aq̄s supiores & aq̄s īferiores: discretionē īter virtutes & vitia. Aquę nāq; īferiores, designāt vitia: supiores aquę, virtutes. Et quasi firmamētū inter vtrasq; aquas ponit̄: quando per virtutem discretiōis, virtutes a vitiis, & vitia a virtutib⁹ dirimūt̄. ¶ Deinde sequit̄. cōgregatio aquarum: quæ erant sub firmamēto. Cōgregatio aquarum: cohibitionem exprimit vitiorum. Vitia namq;, quia ꝑnitus ī p̄nti vita, de naturæ hūanę ꝑnetralib⁹ euacuari vel eliminari non possunt, propter eorum fomites nobis originaliter īsitos:

B Gen. 1.

C

debēt coarctari quātū p diuinā gratiā
possibile est et cohiberi,& in vnū redi-
gi,ne per totum effluant, totum occu-
pēt,& corrumpāt:ac sensus nostros ab
inquisitione veritatis:affectus nostros,
ab exercitatione virtutis:membra no-
stra, ab exhibitione boni operis impe-
diant. Sicut eñ terra aquis occupata,
non potuit germinare:sic nos vitiis oc
cupati,nec sensibus veritatem inquire
re,nec affectibus virtutes exercere,nec
membris bona opera valem⁹ exhibere.
Aquis igitur in vnum cōgregatis,aer
calescit & terra germinat: quia vitiis
cohibitis,& per agnitionē calet homo,
& per dilectionem claret,& caro fructi-
ficat per bonam actionem. Conditio lu
minarium:significat perfectam illumi-
D nationem,nebulosa ignorantię cęcita-
te seposita,veritatis inspectione. Et po
test sol significare cognitionem eorum
quæ pertinent ad diuinam naturā. Lu
na cognitionem eorum quæ pertinent
ad sanctam ecclesiam. Stellæ autem,co
gnitionem eorū quæ pertinent ad vnā
E quāq; sanctam creaturam,siue ad vnā-
quāq; fidelem animam. Pisces qui labo
rant in imo,id est in aquis sollicitudi-
nem bonæ actionis designant:quæ vitę
labentis fluctibus agitatur. Volucres
quæ ad alta volant:significant cōtem-
plationem cælestium, per quā ab imis
ad superiora subleuamur. Animalia,si-
gnificant sensus nr̄i corporis:eo q̄ ipsa
participant humanis sensib⁹. Quasi eñ
animalia in nobis creantur: cum sensu
corporis pri⁹ per vanitatem corrupti,
F per diuinā gratiā redintegrant. ¶His
itaq; compositis nouissime fit homo ad
imaginem & similitudinem dei: qui ta
liter in nobis virtutibus & bonis ope-
ribus dispositis,fit cōformis & similis
deo per iustitiam,qui prius fuit infor-
mis & dissimilis per culpā. Homo deni
q̄ formatus, transfertur in paradisum
voluptatis: quia peccator regeneratus
per gratiam in mundo,in cælum trans
G fertur per gloriam. ¶Cælum itaq; spiri
tus:terra,corpus:lucis primarię condi
tio,peccati cognitio. Firmamentū in-
ter aquas superiores & aquas īferiores
discretio inter vitia & virtutes. Aqua
rum inferiorum cōgregatio,vitiorum
cohibitio. Productio graminum,exhibi
tio bonorum operum. Luminarium cō
ditio,pfecta veritatis cognitio. Pisces,
bona actio. Volucres,cōtemplatio. Ani
malium creatio,sensuum corporalium
redintegratio. Adę formatio,iusti per-
fectio. Adam in paradiso,iustus in cæ-
lo. Lux primaria ante solem, significat H
legem ante gratiam. Ioannē ante Chri
stum,initium ante perfectionem, grām
ante gloriā. Sicut enim lux primaria,
sole fuit tēpore prior, & tamen minor
claritate:sic lex,gratia: Ioānes,Christo:
initiū,perfectione:gratia,gloria, prio-
ra dinoscuntur ordine & longe tamen
inferiora perfectione: sed in aliis ordi-
nibus rerum inuenitur, q̄ alia præce-
dunt,& alia sequuntur: præcedūt mi-
nora,succedunt maiora.

De aq̄s superiorib⁹ & īferiorib⁹. Ca. III. I

AQuæ superiores,signi-
ficāt bonos saluādos:
aquę inferiores,malos
damnandos. De aquis
superioribus dictū est.
Benedicite aquæ quæ Danie.3.
super cælos sunt domino. Quia electi ī
perpetuum non cessabunt laudare no-
men domini. De aquis inferiorib⁹ scri-
ptum est. Congregentur aquæ in locū
vnum:quia reprobi per totum mundū
modo dispersi,congregabunt in infer-
num,in sempiternum puniendi. Quæ
sunt tamen istę aquæ? Immundi,forni-
catores,cōcubinarii,incestuosi,adulte-
ri,auari,fures,rapaces, ebriosi,periuri,
homicidæ,inuidi,iracūdi,odio perciti,
& qui mulierem viderunt ad concupi
scendū eam,& qui dicunt fratri suo fa-
tue:& quicūq; a deo sunt separati, nec
per gratiam ipsius iustificati: vt Paga-
ni,Iudæi,falsi Christiani. Isti congrega
bunt in locū vnū.i.in infernū:q est loc⁹
in tenebris,vbi non extinguitur ignis.

¶De sole,luna,& stellis. Cap. IIII.

SOlent sancti doctores, K
p solē accipe Christū:
p lunā,ecclesiam: p sin
gulas stellas, singulos
fideles. Per solē, Chri
stū, qa vt sol pfect⁹ est

in se nec mutatur: Sic Christus, qa im=
mensus est: non potest augeri. Per lu=
nam designatꝛ ecclesia: quia sicut luna p
diuturna incremēta ad plenitudinem
ducitur, sic sanctæ ecclesiæ corpus mē=
bris eius quę per gratiam sibi succedūt
appositis, consūmatꝛ. Et sicut luna a so=
le suscipit lumē: sic sancta ecclesia, susci
pit a Christo viuificationē. Per stellas
ideo designantur fideles: quia sunt &
ipsi luminaria cæli, cælo affixi. Sicut
Paulus de se sibiq; similibus luminari=
Phili.3. bus, dixit. Nostra autem cōuersatio in
Ibidē.2. cælis est. Et iterum. Luceris in ecclesia:
sicut luminaria in mundo. Sol igitur:
Christus, luna: ecclesia, stellæ: fideles.

¶De piscibus & auibus. Cap. V.

L Pisces significāt malos:
quia in loco vbi creati
sunt permanent. Volu
cres significant bonos:
quia ad superiorē man
sionem ascendunt. Sic
mali & in culpa remanent in qua sunt
nati: & boni per gratiam ascendunt ad
gloriam, ad quam sunt renati. Mali pen
nas habent peccatorū: boni pennas vir
tutū. Boni, laudes diuinas modulatis
Eccli.15. vocibus cantant: mali in quorū ore nō
est speciosa laus: conticescunt.

¶De paradiso voluptatis. Cap. VI.

M Paradisus volupta=
tis, ecclesiam signifi
cat: in qua diuersæ
sunt voluptates &
iocunditates, alię p
gratiarum abundā
tiam, aliæ per virtu
tum redolentiam, alię per multiplicem
bonorum operum differentiam, alię in
contemplatione patriæ cælestis, alię in
melodia diuinæ laudis, alię in dulcedi=
ne diuinę simul & ęternę retributiōis,
aliæ in spe futurę beatitudinis. Fōs qui
est in paradiso, Christū significat. Fons
nāq; sapientiæ verbum diuinum. i. fili⁹
N dei. Qui hunc fontem paradisi. i. verbū
dei & sapientiam inuenit: inuenit vitā
& haurit salutem a domino. Quatuor
flumina fontis: quatuor sunt euāgelia
Christi, quib⁹ hortus sanctæ ecclesiæ ri
gatur & vegetatur, vt crescat & fructū
faciat. qui bene diuersas terras circum
eunt: quia diuersos populos prius ter=
renis intentos, in vnitatem fidei colli=
gunt. Lignum quoq; vitæ, Christum si= O
gnificat. Ipse nāq; dicit. Ego sum via, ve Ioan.14.
ritas et vita. Si enim ipso vescimur: vi=
tam æternam habebimus. sicut ipse di=
cit. Qui manducat carnem meā &c. Er Ioan.6.
go Christus, lignum: Christus, fons. Li=
num, quia fructu vitæ nos satiat. fons,
quia aqua sapiētię salutaris nos potat.
Lignum vero scientiæ boni & mali, mā
datum dei exprimit. Quod recte lignū
scientiæ boni & mali dicitur: quia ī eo
si illud custodimus: experimur bonum:
& si trāsgredimur, malum. ¶Paradisus
itaq;, ecclesia: voluptas, grā: fons, Chri=
stus: quatuor flumina, quatuor euange
lia. Lignum etiam vitæ: Christus. lignū
vero scientię boni & mali: cognitio mā
dati. esus illius ligni vetiti: trāsgressio
mandati.

De formatione primi hoīs. Cap. VII.

Terra de qua primus ho= P
mo factus est: significat
virginem, de qua secun
dus homo nat⁹ est. Vir
go terra, virgo Maria.
Sicut de terra, diuina
operatione factum est corpus humanū:
sic de virgine, diuina operatione ver=
bum creditur incarnatum. Sine macu=
la fuit corpus Adæ sumptum de terra:
& immaculatū corpus Christi, anima=
tum de Maria. Adam fact⁹ est in sexta
seculi die: Christus natus est in sexta
ætate, & passus in sexta hora diei, sexta
feria hebdomadæ. Adam obdormiuit,
vt de costa illius fieret Eua: Christus
morte sopitus est, vt de sanguine eius
redimeretur ecclesia. Adam sponsus, &
Eua de ipso facta sponsa: Christus spon
sus, & sponsa ab ipo redempta ecclesia.
Adam debuit præesse & regere Euam:
Christus præest & regit ecclesiā. ¶Ter
ra ergo, Maria: sexta feria, sexta ætas,
vel sexta dies, vel sexta hora. Adā, Chri
stus: dormitio Adæ, passio Christi: con
ditio Euæ, redemptio ecclesiæ. Ad simi
litudinem quoq; Adæ & Euæ, Christi
& ecclesiæ: est deus sponsus cuiuslibet
fidelis animæ.

Q ℭDe Adam,Eua,& serpēte. Ca.VIII.

ADam, significat spūm. Eua carnem. Sicut em̄ Adam regit Euam: sic spirit⁹ debet regere carnem suā. Et sicut Adā per Euam debuit filios procreare: sic spirit⁹ per carnem, debet bona opera propagare. Serpens, significat diabolum: pomum, delectationē terrenorum. Quemadmodū enim serpens Euam pomo decepit: sic diabolus īsensatam carnē, terrena delectatiōe illexit & seduxit. Et sicut Eua, Adā duxit ad esum pomi: sic nonnunq̄ caro, spiritum trahit ad vsum peccati: & sic vterq; de paradiso. i. de statu boni sui eiicit: quia & anima affligitur per malam conscientiam, & punitur per pœnam. ℭAdā ergo, spiritus. Eua, caro: serpēs, diabolus: pomum, delectatio terrenorum: eiectio de paradiso, spiritus & carnis afflictio.

ℭDe sex diebus operationis diuinæ: & de septimo quietis. Cap.IX.

R SEx dies, significāt laborē boni operis: septima quietē exprimit æternæ beatitudinis. Sex nāq; diebus, opus suū perfecit deus, & die septima, ab oī opere requieuit. Sic & nos in presenti seculo laborare debemus in exhibitiōe boni operis: vt in futuro requiescam⁹ in sabbato retributiōis. Hęc de opere conditionis mystice disseruimus: vt requiescamus ab opere qd̄ patrauimus.

ℭDe Adam, Eua & filiis eorū. Ca.X.

S POstq̄ Adam & Eua de paradiso per culpā inobœdientię piecti sūt: cognouit Adam vxorem suā, scilicet Euā, & genuit Caim: deinde genuit Abel quem Caim interfecit. Post hec, Caim factus est vagus & profugus super terram. Adam parens hūani generis: significat deū, qui est pater omniū rerum visibiliū & inuisibiliū per naturam: & pater omnium electorum per gratiam. Illis pater, quia conditor: istis pater, quia redēptor. Eua synagogam significat, quā sibi deus desponsauerat: de qua quodāmō genuit Caim, & possedit illum filium, populum scilicet antiquum de quo ipse dicit. Filius meus primogenit⁹ Israel. Exod.4. Genuit quoq; Abel innocentē, & iustū: id est dominum nostrum Iesum Christū. Abel fuit iustus & innocens, Christus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1.Petri.2. Abel primus iustus ordine temporis: Christus primus iustus excellētia sanctitatis. T Abel obtulit deo carnem ouillam: Christus obtulit carnem suam immaculatam. Respexit Deus ad victimam Abel iusti: & respexit similiter ad passionē Christi, quā suscepit pro redemptione totius generis humani. Abel significat Christum: Caim interfecit Abel: & Iudeorū populus Christum patibulo affixit. Factus est Caim post fratricidium vagus & profug⁹: & post passionem Christi secūdum carnē fratris sui, dispersus est per mundū populus Iudaicus. ℭAdā ergo, deus: Eua, synagoga: Caim, populus Iudaic⁹. Abel Christus. mors Abel iusti, passio Christi. eiectio Caim a facie domini: dispersio populi Iudaici. Ad similitudinē vero Caim persequentis, & Abel patiētis: persequitur caro spiritum, impius iustum: vitium virtutē, malitia benignitatem, mala bona.

ℭDe Seth, Caim & filiis eorū. Ca.XI.

V ILli qui fuerunt de stirpe Seth, vocati sunt filii dei. Illi autem q de stirpe Caim, filii hominum. Seth, significat Christū. Caim, diabolum. filii Seth, significant electos: filii Caim, reprobos. Electi regenerant̄ per gratiam: & reprobi reprobantur p culpam. Generationes filiorum dei in viro complentur: qui propter vires designat virtutes, quia electorum vita cōsummatur in robore virtutum. Generatio filiorum hominum in mulierem terminat̄: quæ designat mollitiē. qa reproborum vita, finitur mollitie vitiorū. Filii dei acceperunt filias hoīm. Plerūq; em̄ q per baptismū sunt renati, & electi videbantur: sibi coniungunt de-

lectationes & vitia reproborũ. Ex hoc coniugio nati sunt gigantes sup terrã: & mali per luxuriam fœdãtur,& erigũtur per superbiam. ¶Seth igitur,Christus:Caim, diabolus: filii Seth,electi:filii Caim,reprobi.filię hominũ,delectationes carnalium: copula coniugii,inhonestus vsus seculi.gigantes terrę,superbia vitæ.

¶De Enos,Enoch & Noe. Cap.XII.

X ENos tertius ab Adam, qui cœpit inuocare nomen domini: designat eos qui perfecti sunt in fide sanctæ trinitatis. Enoch septim⁹ abAdã, q deo placuit,significat eos q sanctificati sũt,donis grę spũalis. Noe decim⁹ ab Adã,qui gratiã inuenit corã deo:exprimit eos qui per bonam actionem compent decalogum legis. Y

¶De arca & diluuio. Cap.XIII.

Gen.6. OMnis caro per illicitũ cõiugium corruperat viam suam:& inuenit gratiam Noe corã domino,& ait domin⁹ ad Noe. Fac tibi arcã de lignis lęuigatis: & intrabis in eam tu & filii tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorꝝ tecũ: & induces in arcam de cunctis animantibus,& volucrib⁹ mundis, septena:de immundis vero,bina:& adducam aquas diluuii: & delebo hominem,& cuncta quę feci propter hoĩem, in quibus est spiritus vitæ &c. Corruptio vitę:perpetrationẽ culpę designat. Inundatio diluuii:perturbationem,instabilitatem,fluctuationem,& persecutionem significat præsentis seculi.Noe significat Christum,siue quẽlibet prælatum: qui inquantum potest facit arcam.i.ædificat ecclesiam:vt ipse saluet in ea,& filii eius.i.subiecti eius.Singulæ virgæ:sunt singulæ animæ. Quæ bene lęuigãtur:dum per prædicationem, cortex & enormitas vitiorum & peccatorum ab eis resecantur.Et sibi coniũguntur: dum per gratiam in vnitatẽ fidei,quasi ex diuersis syluis,id est ex diuersis gentibus & linguis vniuntur. De bitumine quoq; linita arca legitur. Bitumen:caritatem significat.Quo bitumine linitur sancta ecclesia intus:dũ caritas seruatur in affectu cordium:& foris, dum demonstratur in exhibitione operum. Mansiunculæ in arca & tristega:diuersos significãt doctores,et diuersa bene viuentium merita. Q̃ dicitur tricamerata:tres ordines significat in sancta ecclesia:coniugatorum,continentium,virginum.qui secundũ diuersitatem nominum & operum:differentiam sortiunt̃ mansionum. Q̃ dicitur bicamerata: actiuos designat & cõtemplatiuos,quorum actiui deorsum,& cõtemplatiui sursum.Longitudo trecentorum cubitorum:tria tempora quib⁹ præsens seculum decurrit,tempus scilicet ante legem,sub lege,& sub gratia: & perfectam designat sanctæ trinitatis cognitionem. Latitudo quinquaginta cubitorũ,p quinq; sensus corporis,insinuat operũ bonoꝝ in ꝓximũ exhibitionem. Altitudo trigĩta cubitorum:triũ Z principalium virtutum,fidei,spei,& caritatis,significat sublimitatem. ¶Hoc q ex omnibus animantib⁹ inducta sũt in arcam: significat q ex omnibus gentibus homines ducũtur in sanctam ecclesiam.Munda animalia, quæ septena sunt introducta: significant bonos,qui per septiformẽ gratiam sũt iustificati. Immunda vero, quæ bina intromittũtur:significant reprobos,qui per culpã a deo & a semetipsis sunt diuisi. Binarius nãq;,qui ab vnitate prim⁹ recedit, & se diuidit:signũ diuisionis est. Significant quoq; animalia quę deorsũ erãt, actiuos.volatilia q̃ sursum erant, contemplatiuos. Fœminæ:designãt infirmos:masculi,robustos. Esca,sacrã scripturam significat: quæ cibus est spiritualis animarum. Ostiũ deorsum:significat bonam actionem,per quã in vnitatem sanctę ecclesię igredimur. Fenestrę sursum: contemplationem,per quã cælestia contemplamur vel speculamur. Montes quos aqua operuit:sunt sancti prælati,quos nonnunq̃ persecutio opprimit.Cubitus in quo cõsummata est arca:Christus est qui est caput ecclesię. Arca deorsum lata erat, qa multi sunt vocati:sursum stricta, qa pauci electi.

Deorsum lata,quia multi subiecti:sursum stricta,quia perpauci sunt prelati. Deorsum lata, quia multi sunt actiui: sursum stricta,quia pauci contemplatiui.Deorsum lata, quia mlti imperfecti. sursum stricta,quia pauci perfecti. Numerus quadraginta dierũ quib⁹ inundauerũt aquę,qui constat ex quater decem,vitam p̄sentē significat:in qua fluctibus tentationũ & persecutionum incessanter quatimur,tamen & decalogũ & quatuor euangelia cõplere debem⁹. Montes Armeniæ, sublimitatē significant vitæ æternæ:Arca requieuit ĩ mõtib⁹ Armenię:& sancta ecclesia requiescet in sublimitate vitę æternæ.¶Corruptio ergo vitæ,est perpetratio culpę: arca,ecclesia:Noe,prelati:familia Noe, eius subditi.Inundatio diluuii,tẽtationes & persecutiones seculi.singulę virgæ, singulæ animę:leuigatio virgarũ, iustificatio animarum: lenitio ĩterior, caritas in affectu cordium: exterior linitio,in exhibitione operũ.mansiuncu læ & tristega, diuersi ordinis diuersa merrita.bicameratio,bona actio, contẽplatio.tricameratio,coniugiũ,continẽtia,virginitas.lõgitudo arcæ:& tria tẽpora,& perfecta cognitio sanctę trinitatis.Latitudo: effectus boni operis in p̄ximo.altitudo:excellentia trium principalium virtutum, fidei, spei & caritatis.Animalia,actiui:volucres, cõtemplatiui:esca,scriptura.q̄draginta dies, vita præsens:mõtes Armenię,sublimitas vitæ ęternę:recessus siue desiccatio aquarum, ablatio tentationum & persecutionum.

¶Moralis sententia de arca.Ca.XIIII

A Rca est anima. In arca debemus saluari,ad ipsam redeũtes,ipsam intrantes:sicut scriptum est.Redite ad cor p̄uaricatores.Istius lõgitudo: fides qua credit oĩa vera esse q̄ de⁹ ab ĩitio seculi fecit vel facturus est vsq; ad finem seculi.p se,per angelos.per homines.Altitudo:spes, qua erigit̄ ad sperãda bona quæ in cælis sequent̄. Latitudo:caritas,qua extenditur ad septẽtrionalem plagam per dilectionem inimicorũ,& ad plagam australem per dilectionẽ amicorũ. ¶In hac arca ē Noe: intellectus rationalis,& sensus sp̄ualis, affectans bonas voluntates. Animalia, opera quæ circa terrena agũtur:volucres,cogitationes.Et inundatio aquarum:impetus tentationum. Mõtes Armeniæ,altitudo cõteplationis diuinę.

Esa.46.

¶De coruo & columba. Ca.XV.

C Oruus q de arca emissus est & nõ est reuersus, significat falsos Christianos, qui dum aliquãdo causa necessitatis ad exteriora mittuntur,foris remanent: quia visibilib⁹ inhęrent,nequaq̄ ad interiorē quietem reuertũtur : dum foris in fluctuatione temporalium delectantur. Colũba vero quę reuersa est,bonos significat:qui dum pro necessitate proximorũ ad exteriora procedunt, redeunt dum foris quietem non inueniunt: & afferunt ramum oliuę,quia peregerunt opus misericordiæ. B

¶De Iridis coloribus. Cap.XVI.

I Ris,id est arc⁹ cælestis, duos habet colores.Primus color est viridis,secũdus rubeus. Viridis significat iudicium:q̄d fecit deus ĩ primordio per aquã diluuii.Rubeus significat iudicium:q̄d deus facturus est per ignem in fine mundi.Aqua namq; virescit: & ignis rubescit. C

¶De vinea Noe:& ei⁹ inebriatione. Cap.XVII.

P Lantauit Noe vineam, & inebriatus est & nudat⁹. Q̄d cum vidisset Cham derisit: sed Sem & Iapheth, cooperuerunt patrem. Vnde & Cham meruit maledictionẽ patris sui: Sem & Iapheth sibi meruerunt benedictionem.Noe, qui ab Adam fuit decimus:significat Christum,qui decalogũ legis compleuit.de quo legitur.Nõ veni soluere legẽ sed adimplere. Noe vero,interpretatur requies. Et Christus est requies nostra in pręsenti per grãm: D

Matt.5.

in futuro per gloriam. Vinea ipsi⁹, fuit
Esaiæ.5. gens Israelitica: sicut scriptum est. Vinea domini exercituũ dom⁹ Israel est. Quæ dum debuit facere vuas, fecit labruscas: & cõuersa est in amaritudinē. Vinea Barrabam dimisit, & plantatorē & cultorem suum Christum, vino passiõis inebriauit. Qui somno mortis obdormiuit: & vilitas. i. mortalitas quam de nobis & pro nobis assumpserat, manifesta comparuit. Quem infelix Cham . i. incredulus Iudæorum populus deri
Mat.27. sit, dicens. Alios saluos fecit, seipm̃ non potest saluũ facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce & credimus ei.
E Sed Sem. i. apl'i & cæteri discipuli & q̃cũq; ex Iudæis in ipsum crediderũt, & Iapheth. i. populus gentilis ad fidē cõuersus: pallio verēda patris operuit: q̃a passionem Christi nõ defectum, sed totius virtutis effectum, & verum humanæ redemptionis fuisse sacramētũ ostēdit. Vnde & Chanaã filius Cham maledictione punitur: quia Iudæorum progenies, Iudęorũ maledictiõe damnatur. Et Sem & Iapheth. i. populus ex vtraq; gente cõuersus: perpetua benedictione ditatur. Et Chanaam fili⁹ Cham fit seruus seruorum: quia infideles successores Iudæorum serui sunt Christianorum, quia Christiani serui sunt Christi cui seruire regnare ē. ℂNoe igit: Christus. vinea: gens Iudaica. inebriatio: passio, mortis obdormitio. denudatio: verę humilitatis demonstratio. derisio Chã: derogatio Iudæorum. Sem & Iapheth: duo populi credētes. vestimentũ, sacramentum. malectio Chanaam filii Chã: damnatio est & dispersio Iudaicę gētis.

ℂMoralis sentētia de eodē. Ca. xviii.

F Noe significat prelatos: qui dũ bene præsunt, quasi tot filiorum sũt patres quot sunt rectorum rectores. Qui plãtant vineam, dũ ędificant ecclesiam: de cuius vino inebriantur: dum de successu virtutum, & regiminis sui prosperitate, humana pulsante infirmitate vel ad modicum gloriãtur. Et verenda eorum denudãtur: dũ conceptæ humanę gloriationis cogitatiões, vel per quãlibet iactantiã, vel per inanem lætitiam, vel per aliquã deniq; humani accessus intemperantiam, manifestatur. Sed Cham verenda deridet: quia reprobi quiq; dum quoslibet prę latorum ex infirmitate conditionis excessus aspiciunt, prauis eos sermonib⁹ discerpere, & deridere non desistũt. Sed Sem, id est boni contemplatiui in quorũ tabernaculis deus inhabitat per internam quietem, & Iapheth, id est boni actiui quos deus dilatat per bonã actionem: dũ infirma prælatorum dissimulare & excusare satagunt, quasi pallio, patris verenda operiunt. Et Cham maledicitur: dum prauorum subiectorum actus, seruitio dæmonum mancipãtur, qui sunt serui diaboli. Sem vero & Iapheth benedictio tribuitur: quia boni benedictione prima remunerãt̃. ℂNoe igitur prælati: filii eius, subiecti. Chã, reprobi: Sem & Iapheth electi, contemplatiui, & actiui. Vinea, ecclesia: iebriatio, gloriatio: denudatio, cogitationis demonstratio. derisio, derogatio: opertio, excusatio.

FINIS LIBRI PRIMI.

SEQVItur de reliquis mysteriis Geneseos, Liber Secundus.

ℂDe exitu Abram de terra sua. Ca. I.

EGREDERE G de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terrã quã mõstrauero tibi: & dabo eã tibi & semini tuo. Abram qui interp̃tat̃ pr̃ excelsus, & deide dictus est Abrahã, id est pater multarũ gentium: significat Christũ. Ipse est pater excelsus: quia rex glorię. Cuius terra Iuda, & cognatio eius, ille est populus Israeliticus carnalis de quo carnē sumpsit. Domus autē patris eius, synagoga siue templum. Qui de his omib⁹ exiuit, qñ Iudæam, & populum Israeli-

ticum,& templum dereliquit,& p prę=
dicationē apostolorum in latitudinem
gētium venit, & fixit ibi tabernaculū,
scilicet sanctam ecclesiam:& ędificauit
altare per pcedētium fidem,& super il=
lud offert sacrificium patri,bonā fide=
lium suorum actionem.Ibiq; dilatatur
ad orientem & occidētem,ad septētrio
Esa.43. nem & meridiem,sicut scriptū est.Vo=
cabo ab oriēte & ab occidēte semē tuū:
& dicam aquiloni da,& austro noli p=
hibere.In omnibus namq; partib9 mū=
di,possessio Christi: quia in omnib9 gē
tibus fides Christi.❡Abrahā igit̄ Chri
stus.terra eius,Iudęa.cognatio eius:po
pulus Israel.domus patris ei9: templū
ad qđ venit.tabernaculum,est ecclesia.
altare,fides.sacrificiū opus Christi bo=
num.dilatatio,totius mundi possessio.

❡Moralis explicatio de eodē.Cap.II.

H Gen.12. EXi de terra:& de cogna
tione tua.Abram:est q̄=
libet fidelis aīa, in Vr
Chaldęorum.i.in incen
dio vitiorū posita. Isti9
Ioan.8. pater diabolus est:sicut
de ipa & de aliis malis scriptū est. Vos
ex patre diabolo estis.Terra eius:terre
norum delectatio est cui inhæret. Eius
cognatio,dæmones sunt:quib9 per cul=
pam quasi per sanguinē propinqua di=
noscitur.Domus patris,praua conuer=
satio est: in qua sub patre diabolo diu
primum permansit.Terra ad quā inui=
tatur,vita spiritualis est:ad quam cum
anima diuino sermone compuncta,de=
clinans a malo & faciens bonum trāsit:
figit in ea tabernaculū per honestā cō=
uersationem:& ædificat in ea altare la
pideum per firmam fidē.offert sacrifi=
ciū per bonam conuersationem: & dila
tatur circunquaq; per multiformē vir
tutum exercitationem,& bonorū ope=
rum exhibitionem. Abram igitur:ani=
ma.terra eius,delectatio terrena.dom9
patris eius,conuersatio praua.parētes,
dæmones. Terra ad quā venit,vita spi
ritualis.tabernaculum:conuersatio ho
nesta.altare,fides firma.sacrificiū eius,
actio bona:cui9 dilatio est,virtutū exer
citatio,& bonorum operum exhibitio,

❡De sacrificio Abrahæ. Cap.III.

ITē dixit dn̄s ad Abra
ham. Sume vaccā tri= Gen.15.
mam & arietē triū an
noꝝ,& capram trimā,
turturē quoq; & colū=
bam.qui tollēs vniuer
sa hęc animalia diuisit,aues aūt nō di=
uisit.Statutus est modus pmissus semi
ni Abrahæ: & ista est figura.Per vaccā
illam:figurata est plębs iudaica, sub iu
go legis posita. per capram,eadem pec=
catrix futura.per arietē:eadē plæbs re=
gnatura.Quę aīalia ideo dicunt̄ trima
quia per curricula temporum ab Adā
vsq; ad Noe,& inde vsq; ad Dauid, tan
q̄ tertiam ętatē gerēs ille populus ado
leuit. Per turturem & colūbā:spūales ī
ecclesia populi significati sunt,indiui=
dui filii pmissionis & hęredes regni fu
turi.Quorum ætas temporalis ideo ta
cetur:quia meditantes ęterna,trāsgres
si sunt tēporalia desideria.Sed quid est
hoc q͏ animalia illa trima diuiduntur,
aduersum se inuicem partib9 constitu
tis:nisi q͏ carnales & in populo veteri ī
uicem inter se diuidunt̄.Porro aues id
circo non diuidunt̄:quia spirituales ī=
diuisi sunt,schisma non cogitāt,nec se=
ducunt̄ ab hæreticis.sed est pax ī ipsis:
siue a cæteris se remoueant vt turtur,
siue inter illos cōuersentur vt colūba.

❡Moralis expositio de eodē.Cap.IIII.

SEcundum sensum tro K
pologicum,Abraham
est q̄libet fidelis aīa:q̄
offert deo sacrificium
vel iustitiæ fructum.
Animalia.i.opera bo=
na,quæ circa terrena negocia versant̄.
Offert aues:cōtemplatiuas scilicet co=
gitationes,q̄ per cælestia desideria sur=
sum volant.Animalia separantur:quia
bona opa quæ rebus terrenis proximis
exhibentur,per multa negocia diuidū=
tur.Aues aūt minime diuidūtur: quia
cogitationes contemplatiuæ,ad solam
intentionem supernæ visionis erigun=
tur.Volucres sacrificio insidiantes:dæ
mones sunt, siue immundæ cogitatio=
nes:quas instantia orationis,& cautela
discretionis abiicere debemus.

❡De triplici circuncisione. Cap.V.

L Geñ.17. TRes sunt circũcisiões. Vna in carne tm̃ exterius:q̃ sacramentũ est. Aliæ duę:q̃ sunt res & virtus sacramenti. Altera q̃ fit in p̃senti,qñ aĩa per depositionẽ iniquitatis circuncidit:altera q̃ in futuro fiet,qñ per depositionem corruptionis corpus circũcidet. Prima igitur in carne,scđa ĩ mẽte,tertia in corpore.

M ¶Octonarius vero in sacra scriptura,aliqñ tẽpus resurrectionis significat,qđ post præsentem vitam sequitur. Aliqñ tempus gratię: in quo quasi post sabbatũ legis,æterna bona seruiẽtib⁹ deo ꝓmittunt. Merito ergo illa prima circuncisio,q̃ est sacramẽtum illarũ duarũ, iussa est fieri octaua die:vt ostẽderet ꝙ ĩ tẽpore gratię,corda circũcidenda erant per emẽdationẽ iniquitatis. & in tempore resurrectionis:corpora quidem per depositionem iniquitatis & corruptionis.

¶De exitu Loth e Sodomis. Ca. VI.

N Geñ.19. DIctũ est Loth, vt exiẽs de Sodomis ascenderet in montem vt saluaret: & petiit Segor: & cõcessum est ei. Nõ tamen ausus est pmanere in Segor:sed ascendit in montem. Sodoma,significat luxuriam vitæ pręsentis. Loth,significat animam ad vitã æternam p̃destinatam:angeli sunt prædicatores,qui annunciant salutem suã

Psal.36. ei dicẽtes. Declina a malo & fac bonũ. Quasi dicant. Exi de Sodomis, & ascende in montẽ: derelinque vitam secularem,& ascẽde ad vitã sp̃ualẽ: derelĩque luxuriam,& assume continentiam. Sed Loth timens ascendere ardua,petit Segor:quia fidelis non p̃sumens vitę spiritualis & cõtinentię culmen ascendere,existimat vitã coniugalẽ diligendã: dum se credit in ea animã saluare posse. Sed tandẽ Segor derelĩqt, & in mõtem ascendit:quia iustus nõnunq̃ vitæ cõiugalis casũ,laborẽ, periculũq; ppendẽs,vitam cõiugalẽ postponit: & sp̃ualis vitę & cõtinentię sublimitatẽ ascen

O dit. Vxor Loth quæ retrospexit & piit, significat carnales quosq; : q q̃uis qñq; de pctĩs quãtũ ad actũ exeũt:mẽte tñ &

Lucæ.9. volũtate ꝑtinus ad eadẽ reuertunt. Et qa manũ mittũt ad aratrũ & retro aspiciũt:nõ sunt apti regno dei. ¶Loth ergo ĩtelligit fidelis aĩa. Sodoma,vita secularis. Segor,vita cõiugalis:mõs,vita sp̃ual':vxor Loth,carnales q sũt ĩ eccl'ia.

¶De hoc ꝙ tẽtauit de⁹ Abrahã. Ca. vii.

P Geñ.22. TEntauit deus Abraham dicẽs, Tolle filiũ tuum vnigenitũ quẽ diligis, Ysaac, & vade in terrã visionis,atq; ibi offeres eum in holocaustũ sup vnũ montiũ &c. Abrahã significat deũ patrem: & Ysaac Christũ. Mons in quo sacrificandus erat:altitudinẽ exprimit dñicę caritatis. Duo iuuenes cũ asino expectãtes,gẽtiles,& Iudęos nõ credentes,& in mortẽ dñi consentientes:designant. Asinus significat stultitiã vtrorũq;. Stultum nãq; est expectare venturũ: qui iã m'ltis ꝓphetarũ testimoniis, & ĩnumerabilibus miraculorũ ꝓdigiis venisse ꝓbatur. Ara ligna,vepres:crucẽ

Q dñi designant. ¶Ysaac q mortem in sacrificio non gustauit:diuinitatẽ exprimit,quæ pœnas aut dolorẽ in passione nõ sensit. Aries,qui mortẽ pertulit:humanitatẽ significat q̃ passiõis amaritudines sustinuit. Ignis,angustiã significat dñicę passionis:p quẽ agnus ille immaculatus est assat⁹,& deus pater de p̃uaricatione primi parẽtis & toti⁹ hũani generis placatus. ¶Abrahã igit,de⁹ pater:Ysaac,Christus:mons,diuina caritas: duo iuuenes,ĩcreduli Iudęi & gẽtiles. asinus,stultitia ĩcredulitatis vtrorũq;. ara,ligna,vepres: exitium crucis. Ysaac,diuinitas:aries,hũanitas. ignis angustia passionis.

¶De Sara & morte ac sepultura eius. Cap. VIII.

R SAra quæ ĩterpretatur prĩceps:significat animam,q̃ præsidet populo sensuum suoꝝ sp̃ualium & corporaliũ virtutũ:voluptatũ quoq; cogitationũ,affectionũ,sermonũ,actionum,& cui ipsa præsidet ipsum bñ gu

Geñ.23. bernando. Mors Sarę:mortificationem significat animę & voluptatũ secularis

concupiscētię. Spelūca in qua est sepulta, spūalem designat vitā, q̄ est occulta: q̄ recte duplex dicit: ꝑpter bonā actionem & cōteplationē. ¶Sara igit, est anima: mors Sarę, mortificatio animę: spelunca, spiritualis vita.

¶Quomodo adducta est Rebecca ad Ysaac. Cap. IX.

S Gen. 24. Mortua Sara, misit Abraham puerū suū ꝑpter Rebeccā cōiugē Ysaac: & adduxit eam seruus Abrahæ super camelū, & accepit eam Ysaac ī vxorem &c. Abraham significat deum patrem, qui est pater multarum gētiū: quia pater omnium per conditionē. Sara, significat synagogam: quā sibi dominus in veteri testamēto despōsauerat. Ysaac qui īterpretatur risus, designat Christum, qui est gaudiū nostrū. Puer Abrahæ: exprimit apl'os, a culpa originali & actuali per gratiam purificatos. Rebecca per puerum de gentilitate adducta: gentium est ecclesia, per prædicationem apostoloꝝ cōuersa. Fōs de quo hausit Rebecca: facundia philosophica est, ex qua tunc temporis gentilitas sitim suam conabatur temperare. Ornamenta q̄ dedit puer Rebeccæ: virtutes significant, q̄ per prædicationē apostoloꝝ collatę sunt ecclesię. Gibbus cameli, de quo conspecto Ysaac descēdit: exprimit antiquā peccatoꝝ enormitatem & gentilitatis superbiā, qua se sancta ecclesia, cognita Christi maiestate, humiliauit. Pallium quo se circūdedit, opus bonū significat: quo se sctā ecclesia post acceptā fidē, corā deo & angelis & hoībus ornauit. Ager ī quē Ysaac exierat: significat mūdū. & vesper diei: finem seculi. ¶Nuptiæ Ysaac & Rebeccæ: designāt nuptias Christi & ecclesię. T Orauit Ysaac ꝑ sterili Rebecca: & Christus in dextera dei patris interpellat ꝑ eccl'ia. Dedit de⁹ cōceptū Rebeccæ: & confert deus fœcūditatē ecclesię. Iacob significat bonos: q bn̄dictionē cōsequunt, & ī pn̄ti p grām, & in futuro p gl'iam. Esau significat malos: q bn̄dictione excludūtur ī pn̄ti per culpā, in futuro p pœnā. ¶Abrahā igit, deus pater: Sara, synagoga: mors Saræ, infidelitas synagogæ. Ysaac, Christus: puer, apostoli: fons, philosophica doctrina: ornamenta, virtutes: adductio Rebeccę, cōuersio ecclesię: gibb⁹ cameli, enormitas peccati: descēsio, hūilitas ecclesiæ: palliū, opus bonū: ager, mūd⁹: vesper, finis seculi: nuptiæ Ysaac & Rebeccæ, cōiunctio Christi & ecclesię: Iacob, boni: Esau mali.

¶De Abrahā Ysaac & pueris eorum ac puteis. Cap. X.

Abrahā & pueri ei⁹ foderūt puteos: & rixati sūt palestini, & īpleuerūt puteos terra. V Gen. 26. Dein de Ysaac fodit puteū, ꝑ quo non sunt iurgati: & vocauit nomen eius latitudo. Abrahā (sicut supradictū est) significat deū patrē: pueri Abrahę, libros designāt ꝑphetarū. Aqua est sciētia, q̄ abluit & potat: abluit culpā: p grām potat. X Ysaac, Christū significat: pueri Ysaac, euangelistę sunt & apl'i: palestini sunt Iudæi, q cōtēdunt de puteis scripturarū & eos terra īplēt: ꝑpter carnalē & terrenā intelligētiā suā. Puteus quē Ysaac ad vltimū fodit et latitudinē vocauit, et quē nō īpleuerūt palestini: euāgelica doctrina est, q̄ p mūdū est dilatata: quā Iudæi nequaq̄ auferre possūt. ¶Abrahā igit, deus pater. Ysaac, fili⁹: pueri Abrahę, ꝑphetę: pueri Ysaac, apl'i et euāgelistę: et putei quos foderūt, libri quos scripserūt: pute⁹ q vocat latitudo, euāgelii pdicatio. ¶De bn̄dictione Iacob. Ca. XI.

Nota est historia: qn̄ Iacob, Esau bn̄dictiōe patris supplātauit. Y Gen. 27. Ysaac significat deum: a quo descēdit bn̄dictio sup caput iusti. Rebecca, significat matrē grām, q̄ Iacob de paterna bn̄dictione cōsuluit. Iacob posterior natu, domi remanēs, bn̄dictionē q̄ cōsequēs: gentilē designat populū, q post Israeliticū ppl'm ad cognitionē diuinam venit: et intra se cum matre gratia, vota nutrit, q̄ reddūt laudationes deo: benedicit ab eo in mūdo per gratiā: in cælo per gloriam. Z ¶Esau prior natus, foris venationi deseruiens benedictio-

nem amittens: populū Israel significat
qui ad dei cognitionē venit, qui foris ī
litera iustitiā quærit, & benedictionem
cęlestis hęreditatis dimittit. Pelles qui
bus Rebecca filium cooperuit, cōfessio
nē exprimunt peccatorꝝ. Cibꝰ sunt vir-
tutes, quibus deus pascit: dum per gen
tilem populum cooperante gratia exer
cetur. Vestes, sunt bona opera legis: q-
bus misericorditer gratia gentilem po
pulū vestit: populo Israelitico foris stā
te & vagante. Vinū, designat gaudium
in spiritu sancto. Quo vino dominum
potamꝰ, dum nos in spiritu sācto exul-
tamus. ¶ Ysaac igit, deus. Rebecca, gra-
tia. Esau, Iudaicus populus. Iacob, gen-
tilis: venatio Esau forinseca, carnalium
obseruationum custodia & carnalis in
scriptionis intelligentia. Pelles hœdo-
rū, confessio peccatorū: cibus, virtutum
exercitatio: vinum, gaudiū in spū san-
cto: vestimenta, bona opera: ager cui be
nedixit dominus, sancta ecclesia, in qua
redolet (testante beato Gregorio) flos
vuæ per prædicationem, flos lilii p casti
tatem, flos violę per humilitatē, flos spi
cæ per maturitatē bonorū operum: flos
oliuæ per misericordiam, flos rosæ p pa
tientiam. Odiuit Esau Iacob: odio hn̄t
populum Christianum ex gentibꝰ col-
lectum Iudęi: vidētes eū dominari sibi.
¶ Quō perrexit Iacob ad Laban. Ca. xii.

A Gen. 28. ADepta benedictione, Ia
cob perrexit ad Laban
auūculū suū: & obdor-
miuit ī quodā loco ca-
piti suo lapide supposi
to: & vidit scalā in cæ-
lum erectā, & deum innixum scalæ, &
ascendentes angelos & descendētes. de
inde venit in agrum ad puteum iuxta
Aran: vbi greges pascebātur & adaqua
bant. deinde cōuersatus cum Laban, ac
cepit Liam & Rachel filias eius ī vxo-
res: & ex eis & ancillis earū duodecim
patriarchas genuit: & apud Laban est
locupletatus. ¶ Iacob, secundū sensum
tropologicū, significat spūm. Esau, cor-
pus humanum. Iacob significat spūm:
quia spiritus lęuis est, dum suadēte ra
tiōe quęrit tm̄ necessaria. ¶ Esau signi-
ficat corpus: quia corpus pilosum est,
dū īstigāte cōcupiscētia q̄rit superflua. B
De discordia istorꝝ scriptū est. Corpus Sap. 9.
qđ corrumpit aggrauat aīam: & depri
mit terrena inhabitatio, sensum multa
cogitantem. Et iterum. Caro concupi- Gala. 5.
scit aduersus spūm: & spūs aduersus
carnē. Sed spūs accepta bn̄dictiōe gr̄ę,
fugit mucronē corporalis cōcupiscen-
tię: sicut apostolus p̄cipit dicēs. Fugite C
fornicationē. Laban q̄ interp̄tat dealba 1. Cor. 6.
tio: dominū significat, qui summa mun
ditia est: cui spūs iusti, dū carnales ille
cebras fugit, appropinquare & inhære
re cōcupiscit. Qui spūs scilicet bn̄ ī iti-
nere dormit: qn̄ ī spūali pfectione, a stre
pitu p̄sentis seculi quiescit. Et dormiēs
cælestia cōtemplat: qa dū bene claudit
in rebus exterioribus oculos, intꝰ me-
ret de inuisibilibꝰ mira videre. Qui ne-
quaq̄ super terrā, sed sup lapidē caput
ponit: qa firmā fidē Christi, virtutibus
& operibus suis fundamētū facit. Ager D
ad quē Iacob venit, sacra scriptura est: ī
qua diuersi pastores. i. diuersi doctores,
diuersos pascūt greges, diuersos. s. fide
les. In hoc ergo pascunt cōiugati, & cō
tinētes, & virgines. Alii pascunt per hi
storiam, alii per allegoriam, alii per tro
pologiam. Oēs inde capiūt pastū nu-
trimenti: qui inde sumunt doctrinā re
cte viuendi. Puteus de quo adaquaban
tur greges: diuinam significat sapien- E
tiā, de qua potant fideles. ¶ Lapis quo
os putei operiebat: intelligētię difficul
tatē exprimit. Et oēs doctores ad hoc ī
scriptura laborāt: vt remoto lapide, id
est difficultate intelligētię, fidelibꝰ am-
ministrent potum veræ & latentis sa-
pientiæ. In hoc agro deus occurrit iu-
sto, in obsequiū suū illum assumens, & F
duas filias suas attribuit. Liam quę in-
terp̄tat laborās. i. actiuam vitam, & Ra
chelē, quæ īterpretat visum principiū
. i. vitam contemplatiuam. Datq; famu
lam Racheli vt illi seruiat: firmam. s. ra
tionem. & Liæ quoq; famulam: incorru
ptam. s. sensualitatē. Ratio nāq; subser-
uit contēplationi: & sensualitas actiōi.
Mltiplicatꝰ est Iacob ī filiis & pecoribꝰ
cū Laban, & iustꝰ ditat sensibꝰ spiritua-
libus, affectionibus, cogitationibus, ser
monibus, opibus: habitās cū deo. A La

ban cũ rebꝰ suis furtiue Iacob discedit: & iustus nõnunq̃ minus caute se discutiens, virtutes a deo collatas sibi laten
G ter attribuit. Laban consecutus est Iacob fugientẽ in montem: & deus consequitur iustum, per inanes cogitationes a se discedẽtem in elationem. Affirmabat Laban, ꝙ q̃cũq; habebat Iacob erãt de suis bonis: & deus ostendit homini, ꝙ quæcũq; habet bona, sunt ex suis donis. Iacob a Laban reuertens, a fratre timuit occidi: & sensus humanus ꝑpter infirmitatẽ mortalitatis ad ĩferiora descendens, a corporis vitio timet tentari. Iacob noluit habere Esau sociũ in vita: nec vicinum in patria: & spũs hũanus spiritualibꝰ donis ditatus, cõtẽnit feruorẽ carnis habere: vel consortem ĩ opere, vel affinẽ in delectatione. ℭIacob igitur, spiritꝰ: Esau, corpus. Laban, deꝰ: ager, scriptura: puteus sapiẽtia. Lia, bona actio: Rachel, contemplatio: ditatio Iacob in prole & pecoribus, multiplicatio iusti in virtute & bonis operibus.

ℭDe virgis quas decorticauit Iacob. Cap. XIII.

G Geñ.30. Decorticauit Iacob virgas, & posuit añ oues in canalibꝰ: & illę virgas variatas in conceptu intuentes, varios fœtus parturiebãt. Iacob significat sanctos prædicatores: & aqua, scripturã, & canales libros. Sicut nãq; Iacob, ex aqua & canalibꝰ adaq̃bat cõmissos greges sibi: sic prędicatores & doctores ex vniuersitate scripturæ, & diuersis eiusdẽ scripturæ libris, sibi creditos reficiũt fideles. Virgę variatę: va
I rias significãt snĩas. Quę snĩę ideo virgis cõparanť: q̃a multis & grauibus cõminationibus, de transgressionibꝰ mandatoꝝ dei nos castigãt. Oues sunt fideles: ꝑpter suã innocẽtiã. Oues ex intuitu variarũ virgarũ varios fœtꝰ pariũt: q̃ñ fideles quiq; ex locutiõe variarum snĩarũ, varias exhibitiones operũ ꝑducũt. ℭIacob igiť, ꝑdicatores: oues, fideles: aqua, scriptura: virgę, snĩæ: variatio virgarũ, differẽtia sentẽtiarũ: variꝰ fœtus ouium, multiplex effectus operum.

ℭDe Dina filia Iacob. Cap. XIIII.

Exiuit Dina filia Iacob K
vt videret mulieres re Geñ.34.
gionis illiꝰ: & corrupit eã Sichẽ, vi opprimens virginem. Sicut ex sanctorũ verbis ĩuenimꝰ: Dina significat animã, rebus exterioribus nimis intentã. Regio cuius mulieres Dina videre cupiuit: mũdum designat. Mulieres, exprimũt animas diuersis vitiis emollitas. Sichem: diabolũ exprimit, qui aĩam mũdanis rebus curiosius intendentẽ, per cõcupiscentiã corrũpit. ℭDina igitur, aĩa: regio illa, mũdus: exitꝰ Dinæ, curiositas aĩę: Sichem, diabolus: violatio Dinę, corruptio aĩæ.

ℭHistoria de Ioseph. Cap. XV.

Nota est historia de Io- L
seph, quando a fratribꝰ Geñ.37.
est vẽditus, & in Aegypto exaltatꝰ. In hac figura, Iacob figurat deũ patrẽ. Qui habuit greges, scilicet tribus Israeliticas, de quibꝰ
dictũ est. Nos autẽ populus eius, & o- Psal.78.
ues pascuę eius. Ioseph, designat Christum: quẽ pater prę omnibus dilexit & diligit. quia ipse est filiꝰ per naturã, alii filii per gratiã: ipse per generationẽ, alii per adoptionem: ipse ex ęternitate, alii ex tẽpore. Quem quoq; pater tunica polymita induit, quãdo eum nostræ humilitatis natura vestiuit. Ioseph per sõnia manipuloꝝ & stellarũ: vidit fr̃es
suos se adoraturos & cognouit. Decẽ M
fr̃es gregẽ pr̃is sui pascẽtes: Pharisęos significãt, q tribꝰ Israeliticas ꝑ decalogũ legis pascere debuerãt. Significat autẽ Sichẽ, legẽ: in quã deꝰ Pharisæos cũ tribubus sibi creditis miserat. Fr̃es Ioseph derelinquẽtes Sichẽ cũ gregibꝰ sibi cõmissis, diuerteꝛť ĩ Dothaim, q̃ ĩterꝑtať defectio: Pharissęi aũt cũ tribubꝰ Isrl̃ legẽ derelĩquẽtes, ĩ defectũ ꝑuaricatiõis
descẽderũt. ℭInuidia decẽ fratrũ, erga N
Ioseph innocẽtẽ & iustũ: est inuidia Iudæoꝝ erga Christũ. Fratres Ioseph nudauerũt eum tunica sua: & Iudęi Christũ hũanitate sua. Illi tinxerunt tunicã Ioseph in sanguine hœdi: isti hũanitatẽ Christi, sãguĩe ipsiꝰ fuso ꝑ pc̃õ populi. Illi posuerũt Ioseph ĩ puteũ: isti Chri

ſtum in ſepulchrum. Ioſeph exiuit de
puteo:Chriſtꝰ reſurrexit de ſepulchro.
Ioſeph Iſmaelitæ tranſeuntes emerũt:
& apoſtoli hic manentem ciuitatẽ non
habentes,ſed futuram inquirentes,oĩa
pro Chriſto reliquerunt.Iſmaelitæ,Io-
ſeph duxerunt in Ægyptum: & apoſto
li prædicauerunt Chriſtum per totum
O mundum.Exaltatus eſt Ioſeph in Ægy
pto:& Chriſtus exaltatus eſt in mũdo.
Ioſeph ĩpleuit annona horrea regis Æ-
gypti:& Chriſtus ſcriptura eccleſiam
dei.Diuerſi populi infideles emerũt vi
ctum argẽto ſuo in horreis regis Ægy
pti:& diuerſi populi fideles effecti,eni-
tent ſtudio ſuo iam in eccleſiis dei.Fra
tres tandem ad Ioſeph venerunt, & co
gnouerunt eum : & in fine ſeculi poſt
Roma.11 q̃ plenitudo gentium intrauerit, reli-
quiæ Iſrael ſaluæ fient,& conuertẽtur
ad Chriſtũ. ¶Iacob igitur,deus pater.
Ioſeph,Chriſtus.decem fratres, Phari-
ſæi,ſcilicet populum ſub decalogo pa-
ſcentes.Sichem,lex.Dothaim,præuari-
catio.tunica,hũanitas:intinctio in ſan
guine hœdi: paſſio pro peccato popu-
li:ciſterna,ſepulcrum:Iſmahelitæ,apo-
ſtoli.Ægyptus,mundus : exaltatio Io-
ſeph in Ægypto , exaltatio Chriſti in
mundo.horrea,eccleſia: annona . ſcri-
ptura.

¶De Iacob & filiis eius.Ca.XVI.

P IAcob eſt Chriſtus: eiꝰ
filii, duodecim apoſto
li. Hi ſunt etiã fontes
deſerti,quos Iſrael rep
perit in Helim. Duo-
decim panes propoſi-
tionis:duodecim lapides in veſte pon-
tificali : duodecim lapides de Iordane
ſubleuati : duodecim boues ſub æneo
mari:duodecim ſtellæ in corona ſpõſę:
duodecim fundamenta: duodecim por
tæ.duodecim menſes anni : duodecim
horæ diei,fructus ligni vitæ.

¶De Iuda ac filiis eius & Thamar.
Cap.XVII.

Q
Geñ.38. AScendit Iudas ad ton-
ſores ouium ſuarũ : &
inuenit Thamar ſedẽ-
tem in biuio:& dato ꝓ
arrabone annulo & ar
milla & baculo,dormiuit cum ea:& cõ
cepit mulier,& peperit Phares & Zarã.
Iudas:ſignificat Chriſtum:oues,fideles
Chriſti:Paſtores eius , ſunt doctores,q
adipe frumenti,ideſt verbo dei,gregem
Chriſti paſcũt.Lana,deſignat bona ope
ra. Iudas autem de ouibus ſuis lanam
colligit:quãdo Chriſtus a fidelibꝰ ſuis
bona eorum opera recipit. Thamar cũ
habitu meretricio:eſt anima cum pec-
cato.Quæ bene ad biuium venit:quan
do ad confeſſionem accedit . Meretrix
ſedẽs in biuio, manifeſtat officiũ ſuum
vel conſilium: & aĩa in confeſſione pec
catum ſuum. Quã ſcilicet animã,Chri
ſtus ſicut Iudas Thamar pregnantem
facit:quando ei poſt cõfeſſionem pecca
ti ſui,dona ſpiritus ſancti ĩfundit.Dat
q; illi pro arrabone futuræ retributio-
nis,annulum:qui ſignificat fidem.& ar
millas, quæ ſignificãt bona opera:& ba
culum,qui ſignificat iuſtitiæ rectitudi
nem.Thamar per Iudam fœcũdata,edi R
dit geminam prolem: & anima ſpũ ſan
cto fœcundata,parit virtutis exercita-
tionem,& boni operis exhibitionẽ.¶Iu
das igitur eſt Chriſtus:oues,fideles:pa
ſtores,doctores ſunt.lana, bona opera:
Thamar,anima:ſeſſio in biuio: cõfeſſio
de peccato:annulus,fides:armilla,bona
actio:baculus,iuſtitiæ rectitudo.impræ
gnatio,gratiæ infuſio:geminæ ꝓlis edi
tio,virtutum exercitatio, & bonorum
operum exhibitio.

¶De duobꝰ ſeruis Pharaonis.Ca.xviii. S

IRatus eſt Pharao duo Geñ.40
bus ſeruis ſuis, quorũ
alter pincernis ꝑerat,
alter piſtoribus:& mi-
ſit eos in carcerẽ,ĩ quo
erat Ioſeph.Qui ibi vi
derunt ſomnia:iuxta ĩterpretationẽ ſi
bi congruam. Et reſtitutus eſt prĩceps
pincernarum in gradum priſtinũ:prin
ceps vero piſtorum in patibulo eſt ſuſ
penſus.Rex Ægypti:dominum deũ ſi-
gnificat,qui rex eſt totius mundi.Do-
mus Pharaonis,paradiſum deſignat:in
quẽ poſuit hominem quem formaue-
rat.duo ſerui,duo genera hominũ ex-
primunt,bonos & malos.Pincerna,bo- T
nos:piſtor,malos.Culpa ſeruorũ: origi

nale pccatum: pro quo omnes ſicut in
Adam pccauerũt,ita & in Adã de pa=
radiſo eiecti ſunt.Carcer vero,miſeriã
huius mundi ſignificat. Somnia, ſunt
conſcientiæ,quæ modo in nocte huius
ſeculi,futura præcurrũt ſtipendia.Bo=
ni per bonam conſcientiam conſequun
tur bona:quia deſideriũ ſuum iuſtis da
bitur.Mali,ex mala conſcientia quaſi a
malo ſomnio conſequuntur mala:quia
V qđ timet impius veniet ei.Ioſeph, deſi
gnat prælatos: qui ex auditu conſcien
tiarum,& bona promittũt bonis & ma
X la minantur malis.Tres dies:tria tem=
pora ſunt,tempus naturalis legis, tem
pus ſcriptæ legis,tempus gratię.Tem=
pus naturalis legis: fuit ab Adam vſq;
ad Moyſen.tempus ſcriptæ legis:fuit a
Moyſe vſq; ad Chriſtum. tempus gra=
tię:fuit a Chriſto vſq; ad finem mundi.
Poſt iſta tria tempora, quaſi poſt tres
dies:auferet deus de carcere præſentis
mundi bonos & malos.Bonos quidem
reſtituet in gradũ beatitudinis ſuper=
Y næ:malos autem ſuſpendet in tormen=
to gehennæ.¶Rex igitur,deus:domus
eius,paradiſus:duo ſerui, boni & mali:
culpa ſeruorum,originale pccatũ:car
cer,mundus:Ioſeph,prælati:ſomnia,cõ
ſcientię:tres dies,tria tempora: reſtitu
tio pincernæ,reſtitutio iuſtorũ in gra=
dum innocentiæ & beatitudinis æter=
næ:piſtoris ſuſpẽdium, ęternum impio
rum tormentũ: aues, ſunt dæmones,q
comedunt carnes piſtoris:quia ſatura=
buntur pœnis peccatorum.

¶De aromatibus quibus conditus eſt Iacob. Cap.XIX.

Z Geñ.49 Mortuus eſt Iacob:& cõ
ditus eſt aromatibus.
Iacob fidelem animam
ſignificat:quę moritur
mundo, vt viuat deo.
Mortua vero culpæ p
pœnitentiam,viuit iuſtitię per gratiã.
Et conditur aromatibus , id eſt diuer=
ſis virtutibus:vt in ſe deinceps corru=
pta pmaneat,& aliis in omni loco Chri
ſti bon⁹ odor fiat.Sepulcrum, ſpiritua
lis vitę deſignat ſecretum,in quo fide=
lis reconditur, ne præſentis ſeculi flu=
ctuatione turbetur. Finis lib.II.

M.HVGOnis de Sancto Victore Allegoriæ in reliquos pentateuchi libros, & primũ in Exodum:qui eſt Liber.III.

¶De natiuitate Moyſi & exitu Iſrael de Ægypto. Cap.I.

Nota eſt hiſto= Exo.2.& ſequen=tibus.
ria de natiuita
te Moyſi:&quo
modo inuenit
eum filia Pha=
raõis iuxta flu
men:& quomo
do tradidit il=
lum matri illi⁹
nutriẽdum : &
poſtea adoptauit eum ſibi in filium.
Notum etiam eſt quomodo miſit eum
deus,vt educeret filios Iſrael de Ægy=
pto,decem plagis flagellata:& quomo=
do mare rubrũ tranſierunt & deſertũ:
& ad terrã promiſſionis cõpletis qua=
draginta annis venerũt.Moyſes iuxta A
flumen:ſignificat quẽlibet hominẽ,iu=
xta fluuiũ pſentis ſeculi poſitũ.filia re
gis,gratiã deſignat: quę quẽlibet ad vi
tam prędeſtinatum de fluxu ſeculi libe
rat & in filiũ adoptat: vt qui pri⁹ fue=
rat filius irę,deinceps exiſtat filius gra
tiæ.Quę tradidit eum mulieri Hebręę
ſcilicet matri eius eccleſiæ: vt quẽ gra
tia regenerauerat,eccleſia nutriat.quę
videlicet ſancta eccleſia,mulier recte di
citur:quia ſponſo ſuo Chriſto,fideliter
multos fideles parit & nutrit. Et hæc
eſt Hebręa.i.tranſiens: quia non habet B
hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inqui
rit.Moyſes aũt,grandis effectus,ſcien=
tia eruditus,in Ægyptũ propter filios
Iſrael mittit: quia fidelis quilibet iuſti
tia enutritus,ſciẽtia ſcripturarũ imbu
tus,prędicator a deo conſtituitur.Pha
rao qui interpretat̃ negans, eum.i.do=
minũ:ſignificat diabolũ, qui eum nega
uit quando dixit. Ponã ſedem meã ad Eſa.14.
aqlonẽ:& ero ſimilis altiſſimo. ¶Ægy= C
ptus, interpretatur tenebræ & ſignifi=
cat ſeculum , non ſecundũ ꝙ homines
viuunt:ſed ſecundũ hoc ꝙ in ipſo ma=
le viuũt.Principes eius, dęmones ſunt:

qui eius voluntati semper obœdiũt. Lutũ in quo seruierũt filii Israel Pharaoni: eo ꝙ lutũ inqnat, luxuriã designat. Palea, eo ꝙ leuis est & cito transuolat: vanã gloriã significat. Later quoq; qui de molli terra confectus, p decoctionẽ ignis durescit: humani cordis duritiã, per longã siue concupiscẽtię siue libidinis aut auaritię consuetudinẽ decoctã ostendit. Per quã multi seruiunt in his omnibus hodie Pharaoni: q tamẽ sunt ad vitã ęternã prędestinati, & terrã cælestis patrię adepturi.

D Flagellatio Ægypti destructionẽ significat seculi: nõ secundũ hoc ꝙ diuina ꝑuidẽtia regitur: sed secundũ hoc ꝙ in ministerio prędicationis in sua malitia debilitatur. Primogenita: principalia exprimũt vitia. Primogenita vero interficiunt: quãdo per gratiã dei pricipalia vitia destruũtur.

E Occisio agni, passio Christi, per quã omnes electi liberantur a seruitute diaboli, & de captiuitate præsentis seculi. Exo. 12. Cuius videlicet agni sanguine, vtrũq; postem nostrũ linimus: cũ passionẽ ei⁹ & corde credimus, & ore cõfitemur. Lactucę agrestes: amaritudinẽ exprimunt pœnitentiæ. Cum eñ sacramẽto dominici corporis cõmunicam⁹: flagitia sub Pharaone retroacta, deflere debemus. Accinctio renũ, significat continẽtiam. Calciamenta, quę de coriis animalium mortuoꝝ fiunt: mortalitatis memoriã significãt. Baculi quos tenere debebãt in manibus significant iustitiam: in baculis eñ rectitudo est. Festinatio comestionis: celeritatem exprimit conuersionis.

F Aurum Ægypti qđ filii Israel tulerunt, eo ꝙ fulgidũ est: philosophicã insinuat sapiẽtiam. Argentum aũt, quia sonorum est: significat eloquentiã. Arma quibus filii Israel leguntur armati: virtutes insinuant, quibus contra vitia armamur: castitatem, per quam munimur contra luxuriam: humilitatem, contra superbiam, & sic de cæteris virtutibus & vitiis. Farina non fermentata quã secum tulerunt: simplicem & sanam doctrinam designat, hæretica prauitate minime corruptam. Mare rubrũ baptismum significat Christi sanguine consecratum. In mari rubro submersus est Pharao, & principes eius, & in baptismo liberamur a potestate diaboli, & principũ illius. Desertũ qđ transito mari rubro filii Israel intrauerũt: vitam significat spiritualẽ, quã accepta, baptismi gratia, agere debem⁹. Quæ vita recte dicitur desertũ: quia a multis deseritur, & a paucis colitur: qa q̃uis multi vocati: pauci tamen sunt electi. Multi nomine tenus in vita sunt spirituali qui praua voluntate sunt in vita seculari. Amalechitę, qui primũ filiis Israel armati occurrerũt, & reges q postea cõtra eos pugnauerunt: duorũ vitiorum demonstrant genera, carnalia & spiritualia, cũ duplici hoste pugnantia p diuersos homines & dęmones. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ: sed contra potestates tenebrarũ harũ, cõtra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Ephe. 6. Iordanis, q interpretat̃ descensus, significat mortẽ: & terra promissionis, æternam beatitudinẽ. In transitu Iordanis inferior pars aquæ ad inferiora decurrebat: superior autem solidata subsistebat: Sic in morte, inferior pars hominis scilicet caro inferi⁹ decurrit: quia terra est & in terrã redit. superior pars eius, id est aĩa, solidata subsistit, qa suã iã recipiẽs stolam, ad æternitatem trãsit. Duo vero sunt bona, quæ nobis in cęlesti patria promittunt̃: lac & mel. Lac quia de carne est, significat humanitatẽ Christi: mel vero, quia de rore cęli concrescit, designat eius deitatẽ. Accipiamus itaq; terrã lacte & melle manãtẽ: quia ĩ hoc beatificamur, ꝙ humanitatẽ Christi & ipsius diuinitatẽ contẽplamur. ¶ Ægyptus itaq;, vita secularis: desertũ, vita spũalis: terra ꝑmissionis, vita cęlestis. Pharao, diabolus: principes ei⁹, dæmones: lutũ, luxuria: palea, vana gloria: aurũ, philosophica sapientia: argẽtũ, eloquẽtia: later, duritia cordis: fluuius Ægypti, fluxus seculi. Moyses, ꝑdicatores: filii Israel, Christiani: interfectio primogenitorũ, destructio pricipaliũ vitioꝝ: occisio agni, passio Christi: agrestes lactucę, amaritudo pœnitẽtię: farina nõ fermẽtata, simplex doctrina: mare rubrũ, baptism⁹: populus amalechitarũ, vitia carnalia, siue puersi ho

mines.Og,& alii reges: vitia spiritualia,siue dęmones:terrę ꝓmissionis possessio, æterna beatitudo : calciamenta, mortalitatis memoria: baculi,iustitia: festinatio comestionis,celeritas cõuersionis:accinctio renũ,continentia: duo postes,fides & confessio.

¶De iis quæ spiritualiter dominũ vel Christum significant. Cap.II.

G SVnt quędam in veteri testamento,quæ Christũ spiritualiter significant:sicut agnus paschalis,colũna,ꝑetra,& cętera quędã.Agnus paschalis significat Christum,qa sicut in occisione agni liberati sũt filii Israel de seruitute regis Ægypti:sic in passione domini, liberati sunt filii electi de seruitute diaboli.Columna q̃ filios Israel p̃cedebat,Christũ significat:qa sicut columna pręcedebat populũ ꝑgentẽ ad terram ꝓmissionis : sic Christus factus obœdiens patri vsq; ad mortẽ,pręcedit populũ Christianũ exemplo passionis suę, tendentẽ ad patriam vitę cælestis.

Act. 14. Per multas nãq; passiones & tribulationes oportet nos intrare in regnum

H cælorũ.Nubes.Christi significat humanitatẽ:ignis,diuinitatẽ.Petra quę virga ꝑcussa est,& aquã populo dedit: significat Christũ,q in ligno passus redẽptionis nobis gratiã ministrauit.Arca significat Christum.Quemadmodũ eñ in arca cõtinentur duę tabulę legis, & manna,& virga:sic in Christo sunt oẽs thesauri sapientię & scientię abscõditi quibus ad cognitionẽ veritatis erudimur:& gratia spũalis, p quã pascimur: & iustitia,per quã regimur.Duæ etẽ tabulæ:designant sapientiã & scientiã. mãna,gratiã:virga, iustitiã. Sapientia & sciẽtia Christus nos instruit: gratia pascit,iustitia regit.Quatuor annuli q arcę inhęrẽt:quatuor sunt euangelioꝝ libri.Qui libri, quasi annuli rotũdi sũt ex eo ꝙ æternitatẽ in qua finis nõ est,

I nobis ꝓmittunt. Vectes qbus arca portabaẽ,semp inhęrent annulis:qa p̃dicatores semp inesse debent quatuor euãgeliorũ libris p meditationẽ, & lectionẽ,vt portẽt arcã.i.Christũ ad mentes audiẽtiũ ꝑ p̃dicationẽ.Propitiatoriũ: significat Christũ.Sicut eñ dñs de ꝓpitiatorio ꝓpitius fiebat filiis Israel, loquens Moysi de eo mandata sua : sic in Christo propitiatus est humano generi,condonãs ꝑccata illi⁹. sicut scriptũ est.Deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi. 2.Cor.5. Mẽsa ꝓpositionis:significat Christũ.In mẽsa nãq; ꝓpositiõis,panes erant.Et Iesus dicit. Ego sum panis viuus q de cælo descẽdi:& panis quẽ ego dabo,caro mea est pro mũdi vita. Ioan. 6. Candelabrũ:significat Christũ. Sicut enim candelabrũ est instrumẽtũ luminis: ita Christus in mundo manifestauit nomẽ patris.ipso teste q ait.Pater manifestaui nomẽ tuũ. Ioan.17. Hastile candelabri:sanctã designat ecclesiã: quæ est corpus Christi.Calami q de ipso ꝓcedũt,prædicatores sunt:qui nobis verbũ vitę ꝑsonant. Cyphi,eo ꝙ cyphis solet infundi pot⁹: sunt auditores verbi. Sphęrulę quæ & ipsę inerãt calamis:volubilitatẽ & velocitatẽ exprimunt boni oꝑris.Lilia vero,eo ꝙ lilia virent & candẽt:æternitatẽ & pulchritudinẽ designant æternæ retributionis. Tres calami egrediebantur ex vno latere,& tres ex altero:quia K & ante ĩcarnationẽ Christi & post, fuerunt q fidẽ trinitatis p̃dicarent . Tres cyphi,sphęrulę,lilia p singulos calamos tria tẽpora significãt:qa electi ante incarnationẽ,ante legẽ,& sub lege, sub ꝓphetis,& post incarnationẽ tẽpore primitiuę ecclesię quę cõgregata est de Israel,& ĩ tẽpore ecclesię q̃ cõgregata est de gentibus,& illius quæ in fine cõgregãda est de reliquiis Israel : inueniunẽ quasi cyphi,potũ sitire gratię.q̃si sphærulæ,in via decurrere. quasi lilia:donũ retributiõis expectare.Quatuor cyphi in hastili:quatuor libri sunt euangelii. Septem lucernę, septem dona spiritus sancti.Altare,significatChristũ.Sup altare offerebantur sacrificia: & nos sup L Christũ.i.sup fidẽ ei⁹,debemus offerre bona oꝑra & orationũ munera. Altare(inqt dñs)facietis mihi de terra. Exo.20. Altare de terra , caro Christi de virgine Maria.Hircus emissarius,qui in desertum missus ꝑccata auferebat: Christũ significat.Ipse nãq; in cruce oblat⁹, ꝑr

mortẽ de mundo emissus: abstulit non vnius tm̃ peccata populi, sed toti⁹ mũdi. Vitula quoq; ruffa, Christũ significat. Ipsius enim caro recte dicit vitula, quia incorrupta: & ruffa, qa sanguine passionis perfusa. Istius cinere mundamur: quia per fidẽ mortis eius iustificamur. Serpens etiã ęneus, Christũ significat.
Ioan.3. Sicut em̃ Moyses exaltauit serpentem in deserto: sic est Christ⁹ exaltat⁹ in ligno. Illi qui respiciebant ad serpentem ęneũ, curabant a morsibus serpentũ: & q vera fide respiciunt ad Christũ
M sanãtur a suggestionibus dęmonũ.
Num.13. Botrus quẽ duo viri exploratores tulerũt in vecte, Christũ significat. Ipse nãq; est fruct⁹ vitę quo pascimur: & fundit nobis primũ vinum gratiæ, deinde glorię quo inebriamur. Duo aũt viri exploratores, prophetas & apostolos significãt qui secreta cælestis patrię, & Christum pro nobis per scripturas suas in hunc mundũ attulerunt. Lignũ aũt vectis: lignũ designat crucis. Et sicut ille q præcedebat ex duobus viris botrum portãtibus, botrũ post tergũ non vidit in vecte: sic Christũ p̃cedẽs prophetarũ cuneus, patiẽtẽ nõ vidit in cruce. Ille aũt qui sequebat, botrũ vidit: qa chor⁹ apostolorũ, qui post ipsum in mũdo remansit, vel post ipsum de mundo exiuit; & pręcedentem eũ in carne, & patientem eum in cruce respexit. Decem exploratores qui prauis sermonibus corda filiorum Israel ab ingressu terræ promissionis auerterant: infideles Iudęos sub decalogo legis positos designãt, qui cælestia promissa per fidem Christi quærere detrectant. Duo autem exploratores, q populũ ad eiusdem terræ introitũ fideliter exhortati sunt: electos christianos sub duobus pręceptis caritatis positos exprimũt, q cęlestis patrię iocũditatẽ introire totis visceribus concupiscũt. ℭAgn⁹ igit paschalis: est Christ⁹ columna, Christ⁹: petra, Christus: arca, Christ⁹: ppitiatoriũ Christ⁹: mẽsa, Christ⁹: cãdelabrũ, Christ⁹: altare, Christ⁹: vitula, Christ⁹: serpẽs, Christ⁹: hirc⁹, Christus: botr⁹ in vecte, Christ⁹ in cruce.

ℭDe Ægypto, deserto, & terra promissionis. Cap. III.

Ægyptus, quę interpretatur tenebræ, carnem significat. Quid em̃ cæcius, quid tenebrosius carne? quæ nisi ratione refrenetur: semper quæ- N
Desertũ rit delectabilia, nunq̃ vtilia. Desertũ designat animũ: eo q; a multis deseritur, & a paucis recolit. Pauci vero sunt qui de pręuaricatione ad cor redeũt, vt virtutes animi exerceant.
Terra promissionis. Terra p̃missionis: exprimit deũ. Sicut em̃ in terra p̃missionis, tẽporalis libertas: sic ĩ deo cõsistit ęterna felicitas. Egrediamur itaq; de Ægypto, i. de tenebris carnis, & concupiscẽtia: & per desertum, id est p animũ, virtutes eius exercendo, & de virtute in virtutem proficiendo tendam⁹ ad terrã p̃missionis, s. ad deũ, in quo nobis omniũ plenitudo bonorũ promittitur. ℭÆgypt⁹ igitur: caro. desertũ: animus. terra promissionis, deus.

ℭDe mandato dilectionis. Cap. IIII. O

Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo &c. Postq̃ homo creatorẽ per culpã primordialem deseruit, & in huius mundi miseriã deuenit: multis subiicitur curis, occupat actionibus & laboribus fatigatur: & ex his omnibus in quibus homo sub sole distenditur: vnũ est qđ est optimũ & p̃manet, scilicet deo seruire: quia cætera sunt transitoria: cętera vana. Quisquis autẽ deo non seruit: vanus est, & p nihilo debet æstimari. Vita eius nihil valet, & meli⁹ esset ei nõ esse q̃ male esse: P
& non viuere q̃ male viuere. Etsi talis homo in p̃senti vita habere posset fortitudinẽ Sãsonis, pulchritudinẽ Absalonis, sapientiam Salomonis, velocitatem Azahelis, diuitias Crœsi, p̃bitatẽ Alexandri, potestatem †Octauii qui totum mundũ in sua potestate habuit, & †Octauiani
longitudinem vitæ Enoch, qui in principio seculi natus est, & vsq; in finẽ nõ morietur: si inquã talia & tanta in præsenti possideret, vt ei cuncta fauerẽt: nihil ei prodessent, quoniamquidem deo minime seruisset. His etenim omnibus transactis, demũ cum moreretur, caro

misera vermibus,& spiritus daret dæ-
monibus & tormentis gehēnalibus:do
nec in die resurrectionis omīs caro in
suam redigatur originem,& tunc sum
pta carne per quā peccauit,ęternā itidē
Q sustinebit damnationem. Optimū itaq;
est deo seruire:quia quis homo in omī
vita sua corporalibus & temporalibus
destituatur bonis:si tamen seruiat deo
de miseria vitę præsentis ad beatitudi
nem trāsit æternam. Cum igitur inter
omnia bona vitæ præsentis seculi quæ
genus humanū sequitur aut consequi
tur, optimū sit soli deo & permanēs bo
num ei seruire: quærendum est omni-
bus modis quid sit deo seruire:& cū q̄-
situm fuerit & inuentum:indesinenter
in eo perseuerandū. Solus enim qui in
R eo perseuerauerit, beatus erit. Fratres
breui sermone:dulci atq; iocundo com
prehenditur, & declaratur quid sit ser
uire deo. Deo nāq; seruire, est deū dili-
gere. Qui non diligit,non seruit. & qui
diligit:seruit. Qui parum diligit:parū
seruit. Qui multum diligit:multū ser-
uit. & qui perfecte diligit pfecte seruit.
Qui res possidet tēporales, terras, vi-
neas,greges,armenta, vestes preciosas,
domos,aurum,argentum,vxorem quā
multum diligit,si se viderit vnū ex his
omnibus, aut hęc omnia simul contra
dei dilectionem habere:debet omīa re-
linquere,& omīa pro diuina dilectione
postponere. Sed & vitam suā debet ho
mo pro dei dilectione cōtemnere:si cō-
tigerit ꝙ non possit vnā cū altera pari
ter conseruare. Sic fecit Petrus, sic fecit
Paulus, fecerunt alii apostoli & marty
res Christi:qui non solum sua sed & se
metipsos ꝓ amore dei tradiderūt. Qui
& ipsi homines fuerūt: & nobis exēplū
S qualiter faciendū sit reliquerūt. Debe-
mus itaq; deū diligere: quia ipse prior
dilexit nos,dona sua multiplicia cōfe-
rendo,alia nobis dando,alia ꝓmittēdo
& ī oībꝰ(vt ita dixero)meruit a nobis
vt diligat̄ a nobis. Minimū donum qđ
deꝰ dedit hoī,vt diligat̄ ab hoīe:totꝰ ē
mundus iste. Causa nāq; hominis fecit
deus mundum,cęlum,terram, mare,so
lem,lunam,stellas,volucres, pisces, be-
stias,hęrbas,arbores,& quęcunq; visibi

liter subsistūt. Cū igit̄ īter dona dei,mi
nimū donum sit mūdꝰ,quātū putas est
maximū? Secūdū dei donū,qđ deus de
dit hoī est, ꝙ fecit eum ad imaginē &
similitudinē suā. magnū & admirabile
donū dei ꝓrsus facturā factori fieri cō
similem & cōformē. Tertium donū est
gratia quā nobis contulit in redēptio-
ne:quando proprio suo filio nō pepera-
cit, sed pro nobis omnibus tradidit il-
lum. Quartū nobis seruat & ꝓmittit
donū,scilicet futurę glorię: vñ nec ocu
lus vidit, nec auris audiuit,nec in cor
hominis ascendit, quę pręparauit deus
diligētibus se. Donum ergo primū pos
sumus dicere, donū creaturę. secundū,
donum naturæ. tertiū, donum gratiæ.
quartum,donum glorię. Pro his omni- T
bus debemus deū diligere. Sed ex quā-
to debemus diligere eū? Ex toto corde,
ex tota anima,ex totis viribus, ex tota
mente. Ex toto corde.i. sapienter. ex to
ta anima,id est dulciter. ex totis viribꝰ
id est fortiter. ex tota mente, id est me-
moriter. & quibuscunq; aliis modis di
ci pōt:quia non pōt nimis dici qđ non
potest nimis amari. ¶Et proximū tuū
sicut teipsum. Debemus diligere ꝓxi-
mū sicut nosmetipsos:beneficio,verbo,
voto. In beneficio,est opus bonū:in ver
bo,est sanum consilium:in voto,piū de
siderium. In his oībus diligamus pro-
ximū in hac vita:quē consortem habi-
turi sumus in patria.

¶De præceptis legis naturalis & scriptæ. Cap. V.

SVb lege naturali duo V
præcepta fuerunt : &
tria sacramēta. duo p̄-
cepta : Quod tibi non
vis alii ne feceris. &
Quęcūq; vultis vt fa-
ciant vobis homines,eadem & vos faci
te illis. Tria sacramenta: sunt decimæ,
oblationes,sacrificia. Decimæ,in por-
tionibus : oblationes, in rebus:sacrifi-
cia,in animalibus. Sub lege scripta fue
runt multa præcepta : & multa sacra-
menta. Præcepta legis scriptæ,alia fue-
runt mobilia, alia immobilia. Mobilia
sunt, quæ ex dispensatione a deo sunt
ordinata. Immobilia sunt quę a natura

veniũt & vel ita mala sunt,vt nullo tē pore sine culpa possint fieri:vel ita bona,vt nullo tempore possint sine culpa dimitti. ¶De duabus tabulis.Cap.VI.

X PRima tabula dicta est,q̄ excellentiora continet mãdata:q̄ ptinẽt ad dilectionẽ dei.secũda aũt quę inferiora & proxima post hæc p̃cepta cõtinet:quę ptinent ad dilectionẽ ꝓximi. Vel prima tabula dicit̃:in qua cõtinentur p̃cepta,quę informãt ad bonã operationẽ.In prima tabula,tria sunt p̃cepta:qa q̄d fide credit̃:trinitas est.In secunda tabula, septē sunt p̃cepta: qa in præsenti vita tm̃ (quæ septē dierũ circulo voluit̃) officia humanitatis ꝓximo exhibētur.Tria vero & septem,denariũ complent:quia ꝑfectũ fides recta facit & oꝑatio bona.Primũ præceptũ primę tabulę ad deum pertinet patrem:sicut pręceptũ primũ secundę tabulę ad hominē patrē. vt in vtroq; paternitas,principii authoritate honoretur.In prima tabula, est p̃ceptio & prohibitio,silr̃ in secũda:vt vtrobiq; studeas facere q̄d debes, & cauere q̄d facere non debes.In altero nãq; si offendis, delictum est:in altero vero, ꝑccatũ.Facere enim non facienda,ꝑccatum est: facienda aũt non facere,delictum est.

¶De quatuor sabbatis. Cap.VII.

Y QVatuor sabbata cõmemorare videt̃ scriptura.Primum est illud:in quo deus ꝑfectis operibꝰ suis requieuisse dicitur.Secundũ est illud q̄d filiis Israel carnaliter custodiēdum mandatur. Tertiũ est illud:q̄d populo dei seruandũ præcipitur. Quartũ est illud:q̄d in promissione sabbatum ꝑ sabbato deus suis dilectoribus pollicetur. Nunc ergo duo sunt sabbata: exterius vnũ & interius vnũ.Vnũ dei,& vnum hominis.Sabbatum dei illud quo exterius ab oꝑe cessasse dicitur,sacramentum est illiꝰ interioris sabbati,vbi mēs sancta per bonam conscientiam a seruitute peccati quiescens in gaudio spiritus sancti iocundatur. Hoc sabbatum quisquis in præsenti ita seruauerit,vt nullis consentiat malis,ꝑueniet in futura vita ad æternum illud sabbatum dei vbi nulla sentiet mala,sicut dictum est:Et erit sabbatum ex sabbato:mensis ex mense. Esa. 66.

¶De furto,mendacio,& periurio. Cap.VIII. Z

Exo. 20. NOn furtum facies. furtũ accipitur in hoc loco,pro qualibet illicita vsurpatione rei alienę, siue occulta siue manifesta.Qui eñ furtũ prohibuit: rapinã non concessit. cũ maius ꝑccatũ sit (vt testãt̃ sancti) aperte violenter rapere:q̄ occulte subtrahere. qa maius odiũ & irã maiorē excitat. Sub furto etiã cõprehendit̃ vsura.¶Mendaciũ, est falsa significatio vocis cũ ĩtẽtione fallẽdi: quę præsentialiter adest vel postea euenit.Nam si qs alteri promiserit se quid daturũ,habēs voluntatē dãdi,postea vero mutata voluntate dare nollet,mendaciũ esset:nõ quia cor in ꝓmissione duplex fuit, sed qa ꝓmittens cor postea duplicauit.Periuriũ,est mẽdacium sacrosancta attestatione inducta confirmatum.

Mendacium. Periurium.

¶De constructione tabernaculi:& de offerendis in eo. Cap.IX. A

Leui. &c. TAbernaculũ, significat ecclesiam. Tabulæ: designãt aĩas. Quę bene de lignis Sethim esse dicunt̃:quia animæ sunt,& immortales ꝑ naturam,& incorruptibiles per gratiam.Bases argenteæ fidem significant:supra quã sancta fundatur ecclesia,vel fundata consistit. Quę bases ideo non incõuenienter plures sunt:quia vnicuiq; distribuit deꝰ secundum mensuram fidei. Alius habet fidem, & cognitione & affectu magnã: Alius cognitione & affectu paruã: Aliꝰ cognitione magnã,& affectu paruã: Alius cognitiõe paruã,& affectu magnã.

Duæ bases singulis tabulis supponebã
tur:quia fides in duobus cõsistit,cogni
tione & affectu:vel quia deũ credimus
esse creatorẽ vniuersorũ, & redẽptorẽ
electorũ. In constructione tabernaculi
Aurum huius:offerre debemus aurũ, argentũ,
ęs,hiacinthũ &c. Aurũ,ꝓpter fulgorẽ:
Argẽtũ. sapientiã exprimit, quę in cordibus fi-
delium relucescit. Argẽtũ, qa clarũ est
& dulcẽ habet tinnitũ: eloquẽtiã desi-
gnat. Aes qa ꝑcussum,magnũ reddit so
Hiacin- nitũ:significat prędicationẽ ꝑ orbem
thus. terrarũ lõge lateq; sonantẽ.Hiacinthꝰ,
quę aeriũ siue cælestẽ prætẽdit colorẽ:
Purpu- cęlestiũ bonorũ significat spem,siue cæ
ra. lestẽ conuersationẽ.Purpura significat
Coccus. corporis passionẽ:ad quã parati esse de
bemus pati pro Christo. Coccus,qa flã
mã imitatur:exprimit charitatem,quę
in cordibus sanctorum flagrascit.Quæ
coccus bis tinctus dicit:quia per dupli
Bissus. cem dilectionem,dei videlicet & proxi
mi,coloratur.Bissus quia candet:casti-
tatem significat.Pelles hiacinthinæ: vi
ros cęlestẽ vitã agentes. ligna Sethim:
viros in fide firmos.Oleũ quia cęteros
liquores excellit : misericordiam desi-
gnat. quæ alias virtutes antecellit, vel
transcendit. Aromata & thymiamata:
bonę famę redolentiã significant. Vn-
guẽtum:dulcedinem,& pinguedinẽ,si-
B ue suauitatẽ pretẽdit internã. Lapides
preciosi propter suũ fulgorem:miracu
lorũ significant operationẽ, lõge lateq;
coruscantẽ. Atriũ: significat rudimen-
ta inchoantium. Columna:quosq; for-
tes & perfectos exprimit viros. Decem
Saga.xi. cortinæ:illos significant q decalogũ le-
gis explent.Vndecim saga:illos signifi
cant qui pro transgressione legis,aspe-
ram agũt pœnitentiã.Vndenariꝰ nãq;
qui denariũ transgredit: significat de-
calogi transgressionem:& qa saga sunt
aspera:pœnitentię asperitatẽ. Ansulę q
bus cortinę copulabant: virtutes sunt
sanctorũ,quibus ipsi coniungunt. Cir-
culi aurei:perpetuũ fulgorẽ futuræ re-
tributionis insinuãt:Sancta:pręsentem
designant vitam.Sancta sanctorum,vi-
tã ęternã.In sanctis,gratia:ĩ sanctis san
ctorũ,gloria.In sanctis,meritum.In san
ctis sanctorũ,pręmiũ. Velũ,exprimit cę
lũ:quia & cælestia & terrena discernit.
Moyses siue Aaron: Christũ significãt.
quia sanctam ecclesiã construit & san-
ctificat.Beseleel,&Oliab:doctores & ꝑ-
dicatores significant. Diuersa vasa:sũt
animę diuersis donis sanctificatę,& of-
ficiis & ordinibus seruientes. Introitꝰ
tabernaculi , exprimit vitiũ seculi:po-
sterior pars tabernaculi,finem mundi.
Pars australis:Iudęos significat, ab an-
tiquo radiis diuinę cognitiõis illustra
tos.Pars septẽtrionalis:gentiles,a clari
tate diuinæ cognitionis ab initio lõge
remotos. Illi erant per fidẽ clari & cali
di:isti per infidelitatẽ, obscuri & frigi-
di.¶Tabernaculũ igitur,ecclesia:singu
lę tabulæ,singulę animæ.bases,fides.de
cem cortinę,sancti decalogũ complen-
tes. Vndecim saga:iusti de transgressio
ne legis pœnitentiæ satisfactionem ex-
hibentes.Ansulę,virtutes:circuli rotũ
di,æternę retributiones.Sãcta,præsens
vita.sancta sanctorũ,æterna vita. velũ,
cælum.Moyses siue Aaron, Christꝰ.Be
seleel & Oliab: doctores & ꝑdicatores.
In cõstructione huius tabernaculi de-
bemus offerre aurũ ꝑ sapientiã. argẽ
tum ꝑ eloquẽtiam.æs ꝑ prædicatio
nẽ.hiacinthũ ꝑ cælestiũ bonoꝝ spem,
vel per cęlestem conuersationem. pur-
puram ꝑ passionẽ siue ꝑ compassionẽ.
coccũ bis tinctũ ꝑ geminã dilectionem.
bissum ꝑ castitatẽ.thus per orationem.
oleum per misericordiã.thymiamata ꝑ
bonã famã. & sic cætera quæcũq; pote-
rimus bona iustitiæ habere.Perq̃ mul-
ta sunt quę de his dici possent, nisi nr̃i
sensus breuitatẽ excederẽt. Sed q̃dã ex
oĩbus breuiter pstrinximus:ne totũ ꝑ-
terire videamur. Qꝫ historicę narratio
nis ordinẽ plerũq; trãsgredimur: nihil
impedit.Nihil.n.obest ordinis ista trãs
positio: si tñ historię veritas cõseruat.
Nã hmõi transpositio:maiorẽ nõnunq̃
intelligentiam parit,& memoriam.

¶De sacrificiis. Cap.X.

HAbent quoq; sacrificia
significatiões suas.de-
bemus domino offer-
re vitulum, bouem, a-
gnum &c. Vitulus do
nec crescat & in tauri

robur erumpat: eo ꝙ pro ætate possit agi ad libitũ ducentis, significat obœdientiam quæ incedit secundũ nutum præsidentis. Bos quoq; quia findit vngulas, & actionẽ arando complet: significat animã discretam, & perfectã nõ inconuenienter exprimit opationẽ. Ouis quia innocẽs est aĩal: innocentiã significat. Capra & hircus, eo ꝙ ex pilis eorꝫ saga solent fieri, in quibus fit pœnitentia: pœnitentiam significãt. Agnus qa vellus & corpus habet mũdissimũ: mũditiã designat. sicut colũba qa simplex, & sine felle est: simplicitatẽ. Et turtur qa castũ animal: castitatẽ significat. Sal designat sapientiã: qa sicut sal cõdit cibaria: sic sapientia, virtutes & bona opera. Farina nõ fermẽtata, simplicẽ explicat doctrinã: ab omni hęretica prauitate purã. Sicut eñ fermentũ farinã corrumpit: sic hęresis corrũpit doctrinam.

C ℭ Offeramus igitur vitulũ p obœdientiã, bouẽ p operationẽ discretã, ouem p innocentiã, agnũ p munditiã, caprã & hircũ, p cuiuslibet culpę pœnitentiam, columbã p simplicitatẽ, turturẽ per castitatẽ: salem & farinã, per sapientiã & doctrinã. Et hæc oĩa debemus offerre sine fermẽto hęreticæ prauitatis, sine melle secularis dulcedinis: quia fermentũ qđ exprimit hęreticã prauitatẽ & mel qđ designat secularẽ dulcedinẽ, in sacrificiis veteris testamenti prohibebanť. Sacrificiũ qđ partim cremabať partim reseruabatur: significat bonã inchoationẽ. Holocaustũ qđ totũ cremabatur: consũmationẽ. Eodẽ modo sacrificium matutinũ, inchoationẽ significat: vespertinũ consummationẽ designat. Sacrificia igne cocta: bona opera, quæ fiunt per feruorẽ interni amoris. Aqua cocta, significãt opera, quæ fiunt per gratiam cõpunctionis. Libamen vini: debriationẽ mẽtis exprimit, quę per cõsolationẽ conferť spiritus sancti. Possumus quoq; dicere, ꝙ quælibet hostia designat bonã conuersationẽ. pellis hostiæ, eiusdem cõuersatiõis superficiem: caput, initiũ: cauda, finem: intestina, occultã virtutẽ: ablutio hostię, munditiã vitę honestę. Pellem hostię detrahimus & hostiam mẽbratim diuidimus: cũ delicta cõuersationis nostrę exterius specie, interius ratione decernente, singula nostra opera pro loco, tempore, modo, intentione, discutimus diligenter: ne nos vitium fallat sub specie virtutis aut culpa sub specie rectę opatiõis.

ℭDe mensa propositionis. Cap. XI.

MEnsa propositionis, significat sacrã scripturã: q̃ quot sententiis nos instruit, tot panibus nos reficit. D Nu. 4. Quatuor pistilia mensæ, quatuor sunt sensus scripturę: historia, allegoria, tropologia, anagoge: quibus ipsa erigitur, & a terrenis eleuatur. Labiũ: significat prædicationem scripturę. Circuitus labii: exprimit perseuerantiam prædicandi. Quasi labium namq; per circuitum ducitur: dũ prædicatio nusq̃ terminatur. Quatuor annuli, quatuor sũt euãgeliorum libri. Qui recte dicuntur annuli: eo ꝙ nobis ęternitatẽ in qua finis nõ est, promittunt. Corona interrasilis, differentiam designat mentis. Corona aurea illi superposita: fulgorem præmii. Duodecim panes: apostolicam designant doctrinam. E Acetabula, mordacẽ & crebram, scilicet contra vitia, significant increpationem. Phialæ quæ maiorem capiebant mensuram: abundãtem & perfectam exprimunt scientiã & doctrinam. Cyathi qui minus capiebant: angustiorem scientiam & doctrinam significant. Thuribula, eo ꝙ thus cũ oratione solet offerri: orationem non incõuenienter designant. ℭMensa igiť, scriptura: labium eius, prædicatio: circuitus labii, continua sollicitudo prædicãdi: quatuor annuli, quatuor euangeliorum libri: vectes, prædicatores: duodecim panes, apostolica doctrina: acetabula, increpatio acerba: phialæ, abundans scientia siue doctrina: cyathi, scientia vel doctrina angusta: thuribula, oratio deuota.

ℭDe via trium dierum. Cap. XII.

F Nu.10. IBimus viam triũ dierũ in deserto: & sacrificabimus dño deo nostro. Vn⁹ dies, spes: vn⁹ dies, fides: vn⁹ dies, caritas. Prim⁹ dies lucet: secundus lucet & calet: tertius lucet & feruet. Via triũ dierum, exercitatio est virtutũ spiritualiũ: quia q viã dierum istorũ consummat, gratũ deo sacrificiũ immolat. quia quisquis has tres virtutes habet, deo placet qcquid operat̃ aut exercet. Debemus aũt offerre ouẽ per innocentiã: agnũ per munditiã: & cętera quę de sacrificiis sunt supra exposita. Sed hęc omnia sunt abominationes Ægyptiorum: quia cunctæ virtutes & cuncta bona opera sunt abominatio dæmonũ & prauorum hominum.

G ¶De duobus testamentis. Cap. XIII.

VEtus testamentũ, significat nouũ: Lex gratiã. Lex data est p Moysen gratia per Christum. Lex data est die qnquagesimo postq̃ celebratum est pascha in terra Ægypti: gratia data est die quiquagesimo post resurrectionem domini. Lex data est in monte excelso: gratia data est sursum in cœnaculo. Lex data est in fulgoribus igneis: gratia data est ĩ linguis igneis. Lex data est duodecim tribubus: gratia data est duodecim apostolis. Lex scripta est in duabus tabulis: gratia cõstat in duobus præceptis caritatis.

¶De duabus tabulis: duob⁹ Cherubim & duab⁹ tubis. Cap. XIIII.

H DVę tabulæ testamenti in quibus lex erat scripta digito dei, significant duo testamenta: duo Cherubim, eo q̧ Cherubin ĩterp̃tat̃ plenitudo sciẽtię, duo testamẽta significãt qa in ipsis pfecta sciẽtia continet̃. Duæ quoq̧ tubę argẽteę, duo significant testamenta: qa eorũ prędicatione, pdestinati ad vitã, conuocantur ad vnitatẽ ecclesię, & ad sublimitatẽ vitę ęternę.

¶De vnctione & vestibus sacerdotis. Cap. XV.

I Exo. 29. VNctio qua sacerdotes consecrabant̃, gratiam significat spũs sancti. Sacerdotes vnctiõe cõsecrant̃: quãdo fideles quiq̧, gratia spũs sancti pfusi iustificant̃. Linea interior quæ candet & non apparet: mũditiã cordis designat, quę nõ omnibus sed deo nota est. Fœminalia quę femora cingebãt: et tegebant: cõtinẽtiam carnis recte significant. Suphumerale, qđ sup humeros ponebat̃, eo q̧ in humeris onera ferre solemus: pręsentiũ laborũ tolerantiam insinuat. Tunica quę exteri⁹ erat & apparebat: bonã actionẽ significat, qua corã proximo munimur & ornamur. K Balteus quo tunica cingebat̃, ne circa pedes sacerdotis deflueret: eiusdem actionis bonæ designat expeditionẽ. Rationale qđ circa pectus erat, quo videlicet pectore cor continet̃ in quo sapiẽtia est sapientiã & discretionẽ apte significat. Cydaris quo capilli capitis stringebantur: cogitationũ prætendit sobrietatẽ. Quasi cydari nãq̧ stringũt capillos capitis: dũ in sua sobrietate cõtinẽt cogitatiões mẽtis. Lamina ĩ qua nomẽ dei scriptum est: fidẽ dei exprimit, per quã ipse nobis innotescit. Tintinnabula q̃ sonabant in veste põtificali: sonũ significant pdicationis. ¶Vnctio igit̃ sacerdotis, gratia est spũs sancti. linea interior, mũditia cordis, fœminalia, carnis cõtinẽtia: suphumerale, laborũ tolerantia: tunica, bona actio: balteus, eiusdem actionis expeditio: rationale, sapientia & discretio: lamina in fronte, sanctæ fidei confessio: tintinnabula, eiusdem fidei prædicatio.

¶De præputiis arborum. Cap. XVI.

L Leui. 19. QVãdo ĩgressi fueritis terrã, & plantaueritis ĩ ea ligna pomifera: auferetis p̃putia eorũ. Poma q̃ germinãt, ĩmũda erunt vobis: nec comedetis ex eis. Ligna pomifera: sunt opera pfecta virtutib⁹. Præputia itaq̧ lignorũ auferim⁹: cũ de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia operũ nostrorũ nõ approbam⁹. Poma aũt q̃ ger-

minat, immũda existimamus nostrisq;
cibis non aptamus: quia cum primor-
dia laudantur boni operis, dignum est,
vt animũ non pascat operãtis: ne dum
accepta laude suauiter carpitur: fruct⁹
operis intempestiue comedatur.

¶De sacerdotibus reprobãdis ex libro
pastoralis curę Beati Gregorii.

M Cap. XVII.

Leui. 21. Dixit dominus
ad Moysen. Lo
q̃re ad Aaron:
Hõ de semine
tuo q habue-
rit maculã: nõ
offerat panem
dño deo suo,
necaccedat ad
ministeriũ ei⁹.
Vbi repẽte subiũxit. Si cæcus fuerit: si
claudus, si paruo vel grãdi & torto na
so, si fracto pede, si mãcus, si gibbosus, si
lippus, si albuginẽ habẽs in oculo, si iu
gẽ scabiẽ, si ĩpetiginẽ in corpore vel põ
derosus. Cęcus quippe est, qui supnę lu
mẽ cõtẽplationis ignorat, q pñtis se-
culi pressus tenebris, dũ vẽturã lucem
nequaq̃ diligẽdo cõspicit: quo gressum
opis porrigat nescit. Hinc etem pphe-
1. Reg. 2. tãte Anna dicit. Pedes sanctorũ suorũ
seruabit: & ĩpii in tenebris cõticescẽt.
Claudus est: quiquidẽ quo pgere debe-
at aspicit, sed p infirmitatẽ mẽtis, vitæ
viã nõ valet pfecte tenere quã videt. qa
ad virtutis statũ, dum fluxa cõsuetudo
nõ erigit: quo innitit desiderium, illuc
gressus opis efficaciter nõ sequũt. Hic
Hebr. 12. etem Paulus dicit. Remissas manus &
dissoluta genua erigite: & gressus re-
ctos facite pedib⁹ vestris. vt nõ claudi-
N cans quis erret: magis aũt sanet. Paruo
aũt naso est: q ad tenẽdã mẽsurã discre
tiõis nõ est idoneus. Naso qppe odores
fœtoresq; discernim⁹. Recte ergo p na-
sum discretio exprimit: p quã virtutes
eligim⁹, vitia reprobam⁹. Vñ in laude
Cant. 8. spõsę dicit. Nasus tu⁹ sicut turris q̃ est
in libano. qa nimirũ sãcta ecclesia, q̃ ex
causis singulis tẽramẽta pdeãt p discre
tionẽ cõspicit: & vẽtura vitiorũ bella,
ex alto dephẽdit. Sed sũt nõnulli, q dũ
existimari se hebetes nolũt: sępe se in q
busdã inqsitionib⁹ plusq̃ necesse est ex
ercẽtes, ex nimia subtilitate fallũt. Vñ
hic quoq; subdit: vel grãdi & torto na
so. Nasus em̃ grãdis & tort⁹: ĩmodera-
ta subtilitas discretiõis est. q̃ dũ plusq̃
decet excreuerit: actionis suę rectitudi
nem ipsa cõfundit. Fracto aũt pede vel
manu est: q viam dei pgere oĩno nõ va
let: atq; a bonis actib⁹ fundit⁹ exsors va
cat. quatin⁹ hęc nõ vt claudus saltẽ cũ
infirmitate teneat: sed ab his oĩno alie
nus existat. Gibbosus vero est quẽ ter-
renę sollicitudinis põdus pmit, ne vnq̃
ad supna respiciat: sed solis iis intẽdat
quę in infimis calcant. Qui tametsi ali
qñ, aliqd ex bono patrię cęlestis audie-
rit: ad hoc tñ puersę nimirũ cõsuetudi
nis põdere pgrauatus, faciẽ cordis non
attollit: qa cogitationis statum erigere
non valet, quem terrenæ sollicitudinis
vsus curuũ tenet. Ex horũ quippe spe- Psal. 37
cie Psalmista ait. Incuruatus & humi-
liat⁹ sum vsquequaq;. Quorũ culpã per Luc. 8.
semetipsum dñs reprobãs ait. Semẽ au
tẽ qđ in spinas cecidit: ii sunt q audiũt
verbũ dei, & a sollicitudinibus & diui
tiis mũdi cõculcati, non referũt fructũ.
Lippus vero est: cui⁹ ingeniũ ad cogni O
tionẽ qdẽ veritatis emicat, sed tñ hoc
carnalia opa obscurant. In lippis ocu-
lis pupillę sanę sunt: sed humore deflu
ente infirmatæ palpebrę grossescunt, &
sic dũ crebra infusione oculi grauãtur,
etiã acies pupillę vitiat. Et sunt nõnul
li, quorũ sensum carnalis vitę operatio
sautiat: q videre recte & sublimiter per
ĩgeniũ poterãt, sed vsu prauorũ actuũ
caligãt. Lippus qppe est, cui⁹ sensum na
tura exacuit, sed prauæ cõuersationis
assiduitas cõfundit. Cui bñ p angelũ di
citur. Collirio inunge oculos vt vide- Apoc. 3.
as. Collirio qppe oculos vt videam⁹ in-
ungimus: cũ ad cognoscẽdũ veri lumi
nis claritatẽ, nostros ĩtellect⁹ aliquo me
dicamine bonę opatiõis adiuuam⁹. Al- P
buginẽ vero habet in oculo, q veritatis
lucẽ videre nõ sinit: qa arrogãtia sapiẽ
tię vel iustitię est cęcat⁹. Pupilla namq;
oculi nigra, videt: albiginẽ tolerãs, ni-
hil videt: qa videlicet sensus hũanę co
gitationis si stultũ se peccatoremq; intel

ligit:cognitionem intimę claritatis ap prehendit.Si autē candorē sibi iustitiæ seu sapientię tribuit:a luce se supnę co gnitionis excludit, & eo claritatē veri luminis nequaq̄ penetrat: quo se apud
Ro.1. se per arrogantiā exaltat. sicut de qbus dam dicitur.Dicentes enim se esse sapi entes,stulti facti sunt. Iugē vero habet scabiē:cui carnis petulātia sine cessatio ne dominatur.In scabie etem̄ feruor vi scerū ad cutē trahit̄, p quā recte luxu ria designat̄:qa si cordis delectatio vsq; ad operationem prosilit:nimirū feruor intimus vsq; ad cutis scabiē prorūpit, & foris iam corpus sauciat: quia dū in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur.Quasi em̄
Q cutis pruriginē Paulus curabat abster
1.Cor.10. gere,cum dicebat.Tentatio vos nō ap prehendat nisi humana. Acsi aperte di ceret. Humanum quidem est in corde tentationem perpeti: diabolicū vero est in tētationis certamine,& in operatio ne fatigari.Impetiginem vero habet in corpore quisq; auaritia vastatur in mē te.Quę si in paruis non compescitur:ni mirū sine mensura dilatatur. Impetigo quoq; sine dolore corp[9] occupat, & abs q; occupati tędio increscens, mēbrorū decorē fœdat.quia auaritia captū ani mū dum quasi delectat,exulcerat:dum adipiscenda queq; cogitationi ei[9] obii cit,ad inimicitias accendit.Et dolorem in vulnere nō facit: quia æstuanti ani mo ex culpa abūdantiā promittit. Sed decor membrorū perditur, quia aliarū quoq; virtutū per hāc pulchritudo de prauat̄: & quasi totū corpus exasperat: quia per vniuersa vitia animū supplan
R tat.Paulo attestāte qui ait. Radix oīm
1.Ti.7. malorū est cupiditas.Ponderosus vero est: q turpitudinē nō exercet in opere, sed tamen ab hac cogitatione cōtinua, sine moderamine grauat̄ in mēte. Qui nequaq̄ qdē vsq; ad opus nefariū rapit̄ sed eius anim[9] voluptate luxuriæ, sine vllo repugnatiōis stimulo delectat̄. Vi tiū qppe pōderis est: cū humor viscerū ad virilia labitur,quę profecto cū mole stia dedecoris intumescunt.Pōderosus ergo est:q totis cogitationib[9] ad lasci uiā luxurię defluēs,pondus turpitudi nis gestat in corde. Et q̄uis praua non exerceat opere:ab his tamen non euelli tur mente. nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere:qa grauat hunc in abditis pondus turpe.Quisquis igit̄ cuilibet horū vitio subiicit̄, panes deo offerre prohibetur: ac profecto diluere aliena non valet delicta: is quem deua stant propria.

¶De victimis ex libro Isidori.Ca.VIII.

DIuersitas victimarū,vl̄ S
quę offerre deo debe ant vel non:in Leuiti co dinumerantur,sed per cōparationē pecca torū:conuersatio ho minū demonstrat̄.Homo igitur si obtu Leui. 22.
lerit victimā pacificorū deo, vel votū soluēs,vel spōte offerens, tā de ouibus q̄ de bobus immaculatū offerat: vt ac ceptabile sit,oīs macula non erit in eo. Si cęcū fuerit,si fractum, si cicatricē ha bens,si papulam,aut scabiē, aut impeti ginē,nō offeretis ea domino:neq; ado lebitis ex eis sup altare domini. Bouē, aut ouē(aure vel cauda amputatis)vo lūtarie offerre potes,votum ex eis fie ri non potest.Omne aīal,qd̄ vel contri tis.vel tunsis vel sectis ablatisq; testicu lis:nō offeretis dn̄o deo vestro:& ī ter ra vestra hoc om̄ino ne facietis.De ma nu alienigenæ non offeretis panes deo vestro: vel quęcūq; alia dare voluerit, quia corrupta & maculata sunt om̄ia, nō suscipietis ea &c. Primo reiicitur a sacrificio maculosum aīal,vel variū:id est illi in qbus est diuersitas peccatorū, & nūc libidine,nūc cupiditate,nunc in diuersis criminibus demutant̄. Reiicit̄ qdē & cęcū aīal,id est is qui nec domi nū videt,nec opera eius facit. Fractum quoq;,id est criminalib[9] vitiis vexatus atq; collisus.Reiicit̄ & cicatricē habēs: q nō digna satisfactione vulnera pecca torū suorū deplorat,sed adhuc veteris morbi signum per desideria voluptatis intus seruat.Reiicitur & lingua ampu tatū.i.q deū nō cōfitet̄,nec diuinā legē meditat̄. Reiicit̄ & papulā habēs.i.qui prurigine libidinis, & ardore concupi scentię ęstuat,Silr̄ & Scabiosum.i.q pec catū carnis pficit contagio opis.Iā ve

ro impetiginē habens:significat hęreti
corū collectionē,q frequēter se in eccle
się corpus immergūt: & ipetiginis liuo
rē faciunt. Aure amputata,sūt ii q ver
bo dei nō obœdiētes,nō faciūt quę iuſ-
ſa sunt. Qđ vero caudā habet amputa
tā:ille est qui bona quę incipit,pſeuerā
ti fine nō pficit. Porro deiectū vel testi
bus amputatū:indicat eos qui omni tē
pore turpitudinis vsu effœminantur.
His ergo criminibus inuoluti : a sacri-
ficio dei reprobant: nec efficiuntur cō
sortes passionis Christi:nec cęlestis san
ctificationis. Sed neq; panis alienigenę
offeret dño.i.doctrina hæreticorū, siue
studia superstitiosa secularium literarū:
quę extra fidē sunt,& aliena putāt. Ta
les enim repudiant hostię a dño,& reii
cit hoc sacrificiū a catholica ecclesia.

De primogenito bouis & ouis. Cap.XIX.

V Deut.15.

NOn operaberis
in primogeni-
to bouis: & nō
tōdebis primo
genita ouiū.In
priogenito bo-
uis opari,est bo
nę conuersatio
nis primordia,
in exercitio pu
blicæ actionis ostēdere.Ouiū quoq; pri
mogenita tōdere:est ab occultionis suę
tegmine,humanis oculis inchoātia bo
na nostra denudare.In primogenito er
go bouis opari phibemur:& a primoge
nito ouiū tondēdo cōpescimur:qa si qd
robustū exercere icipimus,hoc in aper-
to citius ostēdere nō debemus:sed cum
vita nostra simplex qd & innocuū icho
at,dignū est vt secreti sui velamina nō
relinquat: nec hoc hūanis oculis quasi
subducto vellere ostēdat. Ad sola ergo
sacrificia diuina,boū primogenita oui
umq; pficiūt:vt quicqd forte vel inno
cuū incipim⁹,hoc ad honorē ęterni iu-
dicis in ara crucis immolem⁹:qđ ab il-
lo tāto libētius accipit:quāto cauti⁹ab
hoib⁹ occultatū, nullo laudis appetitu
maculat.Sæpe aūt nouæ cōuersationis
pricipia, adhuc carnali vitę sunt admi
xta:& idcirco citi⁹ inotescere nō debēt:
ne cū laudant bona quæ placent, dece-
ptus laude sua animus,deprehēdere in
eis nequeat mala quæ latent.

De muliere capta in bello. Cap.XX.

X Deut.20

SI exieris ad bellū cōtra
inimicos tuos, & vide
ris mulierē decora spe
cie & cupieris eā,rades
capillos capitis ei⁹, &
vngues,& idues vesti-
bus lugubrib⁹,& sedebit i domo tua lu
gēs patrē suū & matrē, & domū pater-
nā:& post trigita dies erit tibi vxor.Si
decorā mulierē.i.aiam q a deo pulchra
creata est,i gētili cōuersatiōe inueneri
mus,& eā sociare corpori nro.i.Christo
voluerim⁹: deposito idololatrię cultu,
induat lugubrib⁹ vestib⁹ pœnitētię,de
ploretq; patrē & matrē.i.oē; memoriā
mundi,eiusq; carnales illecebras.demū
verbi dei nouacula & doctrinę, oē pec-
catū ifidelitatis abradat,qđ mortuū est
& iane.Hęc sunt.n.capilli capitis & vn
gues mulieris.Et ita demū salutaris la
uacri vnda purificata:cōiūgit sāctis ser
uis dei.cū iā nihil i capite,nihil i mani
bus habuerit:vt neq; i sensib⁹neq; i acti
bus imūdū aliqd aut mortuū gerat.Qz
vero post trigita dies eā duci iubet vxo
rē:ternario ac denario, fides opusq; si-
gnat.Per fidē ergo trinitatis & op⁹ le-
gis:recte fidelib⁹sociat.Quęcūq; aia:ve
ro Israelitę.s.corpori Christi adhęrēs,si
ne macula debet eē fidei synceritate,&
actuū puritate.Alii putauerūt hāc mu
lierē decorā specie, rōnabilē aliquā di-
sciplinā significare:q sapiēter dicta iue
nit apđ gētiles.Hāc igit reptā a nobis,
oportet primū auferre de ea & resecare
oēm supstitiōis imūditiā, & sic eā i stu
dio veritatis assumere.Nulla.n.apđ ifi
deles sapiētia ē,cui imūditia nō sit ad-
mixta.

Nō arādū in boue simul & asino. Cap.XXI.

Y Deut.22

NOn arabis i boue simul
& asino. In bouis noie,
ppl's ex circūcisiōe, posi
tus sub iugo legis acci
pit.in asino aūt,ppl's gē
tiū, ptinēs ad euāgeliū.
Boue simul & asino arat:qui sic recipit
euāgeliū vt Iudaicas supstitiones,quæ
in vmbra & imagine pcesserunt: & cæ-
rimonias nō relinquat.Itē in boue nō-

nunq̄ vita bene viuentium vel operantiũ:in asino stultorum corda figurant. Acsi diceret. fatuum sapienti in prædicatione nõ socies: ne p eũ qui rẽ implere non valet,& illi q præualet obsistas. Bouẽ vero & asinum,si necesse sit:vnusquisq; sine detrimento operis iungit. Sapientem aũt & stultum : nõ vt vnus pręcipiat & alter obtẽperet,sed vt pariter ęquali potestate annũcient verbum dei,nõ sine scandalo qsq; comites facit.

¶De veste ex lana & lino contexta.

Z Cap.XXII.

Deut.32 NOn indues vestẽ ex lana & lino cõtextã. Per lanã qppe simplicitas:p linũ vero subtilitas designat. Et vestis q̄ ex lana & lino conficit,linũ interius celat: in supficie lanã demonstrat. Vestẽ igit ex lana linoq; cõtextã induit:q sub loquutione innocẽtię, intus subtilitatem celat malitiæ. Lineis quoq; vestibus lanã misceri, est inordinate viuere. vt vel sanctimonialis habeat vestimẽta nuptiarũ:vel ea quæ se non continens nupsit, sub specie virginis viuat. FINIS.

¶Breuis prologus in sequẽtẽ librum.

HIs breuiter supra Pẽtateuchũ cõpetẽter pręlibatis ad Iosue librũ manũ mittam⁹:vt mysticas ei⁹ significationes, partim secũdũ nostrũ sensum,partim secundũ verba sanctorũ patrum aperiamus.

M.HVGONIS de S.Victore Allegoriarũ in libros Iosue,Iudicum,& Ruth.Lib.IIII.

¶De Iosue & trãsitu Iordanis. Cap.I.

A Iosu.1. MOyses seru⁹ meus mortuus est. Surge & transi Iordanẽ istũ tu & oĩs populus tecũ, in terram quã ego dabo filiis Israel &c. Moyses q dedit legẽ : significat legẽ.Moyse mortuo.i.lege secundũ carnales & veteres obseruãtias mortua.i. cõsummata siue finita: statim Iesus saluator noster,q populũ suum a peccatis eorũ liberauit, Iesus inquã fili⁹ dei manifestat⁹ est,princeps sup populũ elect⁹ est, vt expugnatis hostib⁹ dei, diuidat dona dei populo. Iesus nãq; fili⁹ Naue (sicut ait Hieronymus)in typum dñi, nõ solũ in gestis verũ & in noĩe, trans Iordanẽ hostiũ regna subuertit. Diuidit terrã victori populo, & p singulas vrbes,viculos,mõtes,flumina,torrẽtes, aquas,atq; confinia: ecclesiæ & cælestis Hierusalẽ spũalia regna descripsit. Sic Iesus noster Christus eiecto principe mũdi,& militibus eius foras, in electis operatur: dũmodo vnicuiq; manifestatio spũs ad vtilitatẽ datur. Alii quidẽ datur per spiritũ sermo sapientiæ,alii sermo sciẽtię,alii fides,alii gratia sanitatũ,alii operatio virtutũ,alii pphetia, alii discretio spirituum,alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Et postmodum vnicuiq; secundum differentiam donorum tribuetur differẽtia cælestium bonorum:& secundũ merita, tribuentur bona perpetua.Iordanis significat baptismum.quia sicut populus Israeliticus stantibus in Iordane sacerdotibus, intrauit terram promissionis:sic populus Christianus, ministrãtib⁹ sacerdotib⁹ baptismũ,iocũditatem & requiẽ vitę spũalis subintrat. Pars superior Iordanis in dulcedine pmansit:pars ĩferior in amaritudinẽ marinã defluxit.quia electi baptizati gratię dulcedinem custodiunt,reprobi vero in amaritudinẽ vitiorũ amissa dulcedine gratię fluunt.Iosue bissenas turbas pręcedens,Christum significat:qui nos præcedens ducit, qui apostolicæ fidei veritatem tenemus & prædicamus.Quasi enim duodecim turbę Christum sequuntur:dum fideles quiq; per verbum duodecim apostolorum credẽtes in Christum,ipsum imitãtur. Duodecim lapides, quos duodecim filii Israel sustulerunt de Iordane:significant apostolicæ fidei & vitę firmitatem.Secunda circuncisio quæ per Iosue facta est:designat post carnalem circũcisionẽ

Matth.1.

1.Cor.12.

B

spirtualem. Sed & pascha qđ filii Israel transito Iordane celebrauerunt: significat veri paschæ & veri agni comestionē. Duodecim quoq; lapides de Iordane tollimus: quando apostolicę fidei, & vitę firmitatē mente tenemus. Angelū quoq; an noster, an aduersariorum sit percontamur: dum quid sit bonum, qd ve malum discrete discutimus.

¶De filiis Ruben & Gad & de dimidia tribu Manassę Cap. II.

C Exercitum filiorū præcedūt filii Rubē & Gad & dimidia tribus Manassæ pugnaturi, quorum patres in filiis ma trum suarū fuerūt primitiui: & antiqui iusti nos præcedunt exemplis virtutib9 & verbis, cōtra hostes nostros & spirituales nequitias armati. De hoc Origenes: Videmus (inquit) Esaiā, Hieremiā & alios accinctos expeditosq; ad auxiliū nostrum: qui voluminū suorū iaculis cordis nostri hostes acerrimos vulnerāt. Accingitur & Daniel ad auxiliū nostrū: cum nos de regno Christi, & Antichristi futura fraude īstruit & pręmonet. Adest Ezechiel, sacramenta nobis cęlestia, in quadriformibus rotarū oculis signans. Docet & Osee bissenas agminis turmas, & pręcedunt nos pręcincti lumbos in veritate quā prędicant in auxiliū nostrum.

¶De subuersione Hiericho. Cap. III.

D Iosu. vi. & vii. Arca clangentibus tubis, septē diebus circū Hiericho ducit̃, & Hiericho substernitur, & Raab funiculo coccineo in fenestra posito liberatur, & Achan p furto regulæ aureę, & pallii coccinei lapidat̃. Hiericho quę interpretat̃ luna, significat pręsens seculum, qđ quasi luna ad perfectionem & defectionē perducitur: dū modo eleuatur, modo aduersis decrescit & humiliatur. Videmus annorū circulos, p quos seculū voluitur, Sole tēpore veris terræ poros aperiente ad similitudinē lunæ primę lucem primariā exponentis germina parturire. Deinde sicut per †diuturnas successiones cernimus lu-

† diuersas

nam ad plenitudinem peruenire: sic aspicimus de terra queq; prodeūtia, per caloris viuificationē, & humoris vegetationē, maturitatē, & perfectionē suā in æstate cōsummare. Postea vero quasi luna decrescens minuunt̃: dū naturali calore & humore deficiente, in autūno moriunt̃. Ad vltimū aūt in hyeme quasi ad quoddā interlunium redeunt: dū frigorū asperitatibus attrita, ad occultum iterū naturæ sinū recurrunt, & se nostris aspectibus subducunt. Sic & in hominibus, bestiis, auibus, piscibusq; videmus: q̄ postq̄ ad esse prodeunt, prius ad perfectionem venire laborant, dein de per defectum ad non esse festinant. Sic, sic cernimus gloriam præsentis seculi nunc oriri, nūc crescere, nūc exaltari: nunc minui, nunc ad nihilum redigi. Arca quę (sicut supra dictum est) significat Christum: circum Hiericho septem dieb9 portatur: dum Christ9 vsq; in finē seculi, qđ septē dierū curriculo voluit̃, in mundo p̄dicatur. Huius arcę vectores, sunt sancti apostoli & prædicatores: de quibus scriptum est. In oēm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Tubæ æneæ, fortem & inuincibilem p̄dicationis designant authoritatem. Quas clangētes manibus tenēt, dū sancti prædicatores qđ clangunt voce, cōplent opere. Muri Hiericho, philosophica significāt argumenta: siue culturā idolorū, per circuitū mundi roboratā & exaltatam: quæ p circūductionē arcę, & clāgorē tubarū corruerūt: qa p Christi p̄dicationē p orbē terrarū sonantē, perierunt. Viri Hiericho interficiunt̃: dū hoīes seculi secularibus negociis dediti, in perpetuū cōdemnant̃. Raab meretrix: electā ex gentib9 ecclesiā significat. q̄ quōdā fuit seruiens & subdita multis amatoribus: id est multis dęmonib9. Raab vt saluaret̃, funiculū coccineū in fenestra foris posuit, quē domi habuit: & sancta ecclesia vt saluaret̃, passionē Christi ore cōfitet̃ quā corde credit. Achan regulā aureā, & palliū furat̃, & ī valle lapidat̃: & falsus quilibet Christianus vel hæreticus philosophicam sapientiam (quæ p auream regulā significat̃) & secularē cul-

Arca.

E Psal. 18.

tum(qui per pallium designatur)in ecclesiam inducens:in inferno cōdemnatur. Aurū,argentum,& quęlibet metalla,siue Hiericho,siue ciuitatū aliarum per ignē purgata,in opus dñi assumuntur:qa philosophorū sapientia vel eloquentia,siue quęlibet doctrina eorū,sacræ scripturæ examinatione ab om̄i erroris sorde purificata,in diuinę p̄dicationis ministerio non reprobat̄. Maledicitur qui Hiericho reędificat: & maledictus est q malitiā secularē in baptizatis destructā,verbo prauo vel exemplo reducit & restaurat. In p̄iogenito suo ponit fundamētū:& in nouissimo liberorum portas eius:qa per hanc culpam amittit,& qđ primū acceperat donū naturæ,& qđ accepit vltimo donū gr̄ę vt iā illi ad saluationē nihil valeat vtrūq;. Sed & cūcta quę illius sunt,igne cōsumuntur: dum corpus eius & anima, & quicquid in vtroq; possidet,gehēnali,conflagratione comburuntur.

¶De ciuitate Hay. Cap.IIII.

F Iosue.7. Ciuitas quoq; Hay significat mundū,nō in eo q; est creatura dei: sed in eo q; in ipso;supabundat malitia diaboli, & cōcupiscentia gn̄is hūani. Viri Israel post vrbē in insidiis latentes nocte: prophetæ & sancti antiqui sunt,qui ante aduētū Iosue ad Hay.i.ante aduentū Christi in mundū quasi in nocte latuerūt:qa in veteri testamēto anteq̄ nobis orireť sol iustitiæ q illuminat oēm hominē venientem in hunc mundū:dño in vmbra legis & figuris futuri saluatoris, ipsum saluatorē pręcedētes,seruierunt. Sed rex Hay ignorauit insidias Israelitarū:qa diabolū latuerūt obscura ęnigmata prophetarum, & secreta mysteria legaliū figurarū,& nō nouerat modū redēptionis: Idcirco temere sicut rex Hay Iosue: aggressus est pręsentiā expugnare redemptoris. Iosue cōtra regē Hay,se inualidū & ipotētē simulauit & fugā iniit:& sic se supari fingendo,regē Hay callide debellauit:qa Christ⁹ humanitatis infirmitatē prętendēs,dū se a diabolo tētari,& a ministris eius ipso cooperante crucifigi permisit:diaboli superbiā humiliauit,& eius malitiā sapienter supauit. Eleuatio scuti: exaltationem designat fidei. Hay quoq; igne cōsumitur: dū oīs qui diligit inquitatē, infernalibus flāmis crematur. Seniores q erant cū Iosue & cęteri bellatores: apostolos exprimūt,& p̄dicatores. Rex vero & exercit⁹ ei⁹ occidit̄:cū diabolo & ministris ei⁹ nocēdi potestas diuinit⁹ aufertur.

¶De altari qđ cōstruxit Iosue.

Cap.V. G

Iosue subuersis hostib⁹ altare ex lapidib⁹ quos ferrū nō tetigerat construxit. Deuteronomium in eo scripsit:& populū ad bn̄dicendū & maledicēdū diuisit. Nobiliores trib⁹ ad benedictionem: ignobiliores ad maledictionē cōstituit. Lapides ex q̄bus Iosue altare cōstituit: sunt sancti in fide firmi,q per dilectionē operant̄. Quos ferrū nō tangit:quia eos nulla crudelitatis culpa corrumpit. Qui dum in vnitatē fidei & cōcordiā caritatis cōueniunt:vnū altare faciūt. Deuteronomiū (qđ interpretat̄ secunda lex)significat euangeliū. Quod in hoc altari scripsit dn̄s qn̄ dixit. Audistis qa dictum est ab antiquis:nō mœchaberis. Ego aūt dico vobis: Si qs viderit mulierē ad concupiscendū eā:iam mœchat⁹ est eā in corde suo. Qui iuxta montē benedictionis incedebant: illos significant q sine metu pœnę infernalis, p̄missionis cælestis amore succensi veniūt ad salutē. Illi vero qui iuxta montē maledictionis incedebāt:illos designant q non amore benedictionis seu p̄missionis,sed futurorū suppliciorų timore, cōplēt q̄ in lege scripta sunt, vt p̄ueniāt ad salutē. Sed nobiliores eos esse cōstat:q boni ipsius desiderio,& æternę benedictionis amore quod bonum est agunt.

[margin: Iosue.8. Matt.5.]

¶De dolo Gabaonitarum. Cap.VI. H

Interea Gabaonitę metu perterriti:cum fraude & calliditate venerūt ad Iesum,pānis calciamentisq; veteribus induti:deprecantes vt Iosue.9.

saluarentur. Statimq; a Iesu salutē accipiunt. Qui tamē dolum vbi agnouit: ligni cæsores, vel aquæ gestatores eos cōstituit. In quorū figura, illi ostendūtur, qui de mūdo ad ecclesiam venientes: habent fidē in deo, & declinant caput suum sacerdotibus, sanctisq; ministrant & seruiunt & aliquid vtilitatis impendunt. Ad ornamentū etiā ecclesiæ vel ministeriū prompti sunt: in moribus vero suis & cōuersatione pristina detinenť: retinētes veterē hominem cū actib⁹ suis, & induti vetustis vitiis, sicut & illi pānis & calciamētis veteribus obtecti: & ꝓpter hoc ꝙ in deū credunt, erga seruos dei & ecclesię cultū videnť esse deuoti: nihil tamen emēdationis vel innouationis habent in moribus. Tales igitur tātūmodo quoddā salutis signū, intra ecclesiā tēporaliter preferūt: inter Israelitas autē, id est inter sanctos dei, regnū ęternū vel libertatē minime cōsequunť. Qꝫ aūt in Gabaon pugnante Iesu Naue stetisse perhibentur sol & luna donec Israelis inimici delerenť: significat ꝙ noster Iesus multo magis modo interuentu suo, dū nos bellū gerimus aduersum vitiorum gentes, & colluctamur aduersus principes, & potestates, & rectores, tenebrarū harū, aduersus spiritualia nequitiæ in cęlestibus: sol nobis iustitiæ indesinenter assistit, nec deserit nos vnq̄, nec festinat occumbere. quia ipse dixit. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Quinq; autē reges: quinq; sensus indicant, qui Gabaonitas: Id est carnales hoīes expugnant. Hi ad speluncā cōfugiunt: cū se terrenis actibus in corpore obsiti mergunt. Qui tamē pugnante Iesu, id est prædicatione euangelica superantur: atq; ingrediente verbo dei: in nobis, id est intra speluncā corporis nostri, omnes pariter interficiuntur. Extinctis deinde vel eiectis gentibus Iosue sorte diuidit populis terram ꝓmissionis. Æiecit ergo & Christus a facie fideliū suorum quodāmodo gentilium errorem, malignos spiritus: & sorte diuisit in nobis terrā oīa operās vn⁹ atq; idē spūs, ac diuidēs dona ꝓpria vnicuiq; prout vult.

Iosu. 10. Ephe. 6. Matt. 28 I Iosu. 13. &c. 1. Cor. 12.

De Leuitis. Cap. VII. K

Qvod vero habitacula vt suburbana & oppida Leuitis a Iesu ꝑ oēs tribus decernunť: significat ꝙ ii qui ī ecclesia dei, doctrinę gratiā administrant, prorsus ab oībus qb⁹ dispēsant diuina, terrena subsidia quę nō habent suscipiāt. vt impleatur illud apostoli pręceptum dicentis. Si nos vobis spiritualia seminauim⁹: non est magnū si carnalia vestra metamus. Et merito isti per cunctas tribus diuisi dicuntur: quia dispensatione cunctorū viuunt. Qꝫ autem quadraginta duas vrbes accipiunt: indubitanter ipsa ꝓdicatio sanctorum signatur. Ipsi enim possidēt doctrinam, quæ constat legis decalogo, & quadrifido euangelii nūero: quasi quaterdenas habentes vrbes. Quib⁹ & duę adduntur: quia nimirū cuncta quę prędicāt, morali ac mystico sensu ānūciāt.

Iosu. 14. Nu. 35. 1. Cor. 9. Nu. 35.

De Chananęis tributariis. Cap. VIII. L

Illud autem qd Israelitico populo, cū percepta ꝓmissiōis terra partiretur: Effraim tamen tribui Chananęorū gētilis omino populus accedit: sed factus tributarius dicitur (sicut scriptum est Habitauit Chanane⁹ in medio Effraim: tributarius) exponamus. Quid eñ tributarius, nisi subiectionē seruitutis: qd Chananęus, nisi vitium significat? Sępe eñ in magnis virtutibus terram promissionis ingredimur: quia sępe intima de ęternitate rimamur. Sed dum interemptis sublimibus vitiis, quędam tamen parua retinemus: quasi Chananęum viuere in terra nostra concedimus. Qui tamen tributarius efficitur: quia hoc ipsum vitium qd subiicere non possum⁹, ad vsum nostræ humilitatis retorquem⁹: vt eo de se mens & in suis vilia sentiat: ꝙ suis viribus etiam parua quæ expetit, non expugnat. Vnde bene rursum scriptū est. Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit: vt erudiret in eis Israelem. Quædam namq; minima vitia nostra retinētur: vt se nostra intētio sollicita

Iosu. 16. Iud. iii.

in certamine semper exerceat, & eo de victoria nõ superbiat, ꝙ viuere in se hostes conspicit, in quibꝰ adhuc vinci formidat. Israel igitur reseruatis gentibꝰ eruditur: quia quando in quibusdã viuimus vitiis, elatio virtutis nostrę cõprimitur, & mens nostra in paruis sibi resistẽtibus discit: ꝙ ex se nõ subiiciat maiora.

M Iudic. 1.

¶De successoribus Iosue. Cap. IX.

POst mortem Iosue, consuluerunt filii Israel dominum dicẽtes. Quis ascendet ante nos cõtra Chananęũ, & erit dux belli &c. Sicut Iosue significat Christũ: ita successores Iosue significãt apostolos, & cæteros ecclesię doctores & rectores: quorum discretiõe, prouidẽtia, & doctrina, sancta gubernatur, munit, & eruditur, ecclesia. Quando autem filii Israel peccauerũt, tradidit eos dominus in manus regum alienorum. qñ vero pœnituerunt: suscitauit eis principem qui liberaret eos. Sic quando peccamus: vires contra nos dęmonibus prębemus. quando vero ad deum conuertimur: mittit nobis doctores, qui nobis ostendant viam salutis, & subiectis hostibus restituant gratiã libertatis. Qui significãt per Othoniel, Aioth, & alios. (Iudic. 1. Iudic. 3.) Legimus de Sangar: ꝙ sexcentos interfecit vomere vno. Ita & nos debemꝰ aliquando recondito mucrone excommunicationis, & acerrimæ increpationis: corda auditorum vomere discretæ exhortationis, & temperamento blãdi sermonis erumpere: & sic exercitum dęmonum de finibus eorũ propulsare: & populũ dominicũ verę libertati reddere.

N Iudic. 4. & 5.

¶De Delbora. Cap. X.

DElbora quoq; quæ interptatur loquela: sermonem significat propheticum. Est habitãs sub palma: quia ad palmam nos supnæ vocatiõis exhortat. Ista Delbora vocauit Barach: qui interpretatur coruscatio. & significat populum Iudaicũ: qui ad modicum in bono coruscauit, sed quasi coruscatio cito defecit. Vocauit eum ad bellum contra Sisaram. i. contra diabolum. Sed Barach victoria non ascribit: dum per Iahel mulierem alienigenã Sisara interficitur. quia dum Iudaicꝰ populus diabolo non resistit: sancta ecclesia de gentibus collecta, ligno dominicæ crucis eum viriliter occidit: dũ in eum veraciter credit, qui in ligno ꝑ nostra salute pependit. Sic sunt nonnulli quibusdã gratiæ donis præditi, doctrina & eloquẽtia clari: q cũ viriliter diaboli suggestionibꝰ resistere deberẽt, muliebriter tepescũt. & alii ĩfirmi & minorem gratiã his habẽtes: viriliter eos repellũt. Sic quoq; religionis habitu palliati: ab incepto deuotionis cadunt feruore, & alii sub habitu constituti secułari: ad ipsum totis viribus assurgũt. Illi quos ex Israel Delbora arguit ad bellum non venisse: sunt Christiani & infideles quiq; qui terrenis incumbũt, & in ipsis requiescũt, & ad spirituale bellum nunq̃ veniunt: qa propheticis exhortationibus minime credunt. Quare (inqt ad Ruben) habitas ĩter duos terminos? vt audias sibilos gregũ? Qui sunt termini isti inter quos praui habitãt: nisi termini vitioꝝ & peccatoꝝ? Habitant enim inter terminum superbiæ & acidię: inter terminũ auaritiæ & luxuriæ, & gulæ et rapinæ: & sic de cæteris. Habitãt inter terminos: dum hinc subiecti inquinamento carnis, illinc inquinamento spiritus: vel certe ĩter terminos habitant. Quia ore confitẽtes se nosse deum, factis negant. Nunquid non habitãt inter terminos illi, de quibus dictum est? Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me? Isti audiunt sibilos gregum. i. strepitus vitiorũ vel hominum carnaliter viuẽtium: qui quasi greges. i. bruta animalia, duce diabolo gregatim & ĩsensate currunt ad tormenta. Galaad trans Iordanẽ quiescebat: & Dan vacabat nauibus. Aser in litore maris habitabat et in portubus morabat. Iordanis q interpretatur descensus, significat humi

(Iudic. 6. — O — Tit. 1. — Marc. 7. — Iud. 5.)

litatem.Galaad igitur qui trans Iorda
nem quiescebat,& ad bellum cum Del
bora venire detrectabat:designat secu-
lares homines.qui rerum transeuntiū
affluentia superbi,in elationis vitio se-
cure quiescunt:& ad spirituale bellum
venire contemnunt.Mare autem,signi
ficat seculum:& naues in mari curren
tes, actiones seculares.Dan itaq; qui
vacabat nauibus,illos exprimit q actio
nibus secularibus inuigilāt: & idcirco
cōtra hostes spirituales pugnare recu-
sant.Aser qui habitabat in littore ma-
ris,& in portub⁹ morabatur:illos signi
ficat,qui q̄uis pro virium imbecillita-
te secularium tentare negocia non va-
lent,seculo tamen & secularibus rumo
ribus & actionibus inquantum possūt,
adesse & adhærere laborāt.Galaad igi-
tur,Dan,& Aser,ad bellum cū Delbo-
ra nō veniunt:quia superbi quiq; & se-
cularibus negociis se implicantes,& se
culū adamātes: militare Christo despi
ciunt.Zabulon vero & Neptalim obtu
lerunt aīas suas morti. Duces Isachar
fuerūt cum Delbora.Isti qui cum Del-
bora fuerūt in domini bello: illos signi
ficant,qui carnem suam in bello tenta-
tionum per abstinentiam crucifigunt.
Paulo ante. Qui(inquit) ascenditis super nitentes
asinos,qui ambulatis in via & sedetis ī
iudicio,loqmini. Qui sunt nitentes asi
ni:nisi corpora casta?Asini,per illā quā
exhibent spiritui subiectionem: niten-
tes,per castitatem. Via designat Chri-
stum.Iudicium aūt:discretionem boni
& mali.Vos igitur qui ascēditis sup ni
tētes asinos.i.qui corpora casta custo-
ditis.qui ambulatis in via.i.q in Chri-
sto recte viuitis.& sedetis in iudicio.i.
qui verum a falso, bonū a malo discer-
Psal.49. nitis,loquimini.Quid loquimini? Iusti
Paulo post. tiam inquit.Peccatori nāq; dixit deus:
quare tu enarras iustitias meas?Pugna
uerunt reges iuxta aquas:& tamen nil
tulerunt p̄dantes. Reges ad aquam pu
gnant:cum dęmones,sanctos inuigilan
tes lectionibus & meditationib⁹ sacræ
scripturæ tentant. Qui prædantes nil
ferunt:quia victi & cōfusi discedūt.De
cælo quoq; contra eos dimicatur: dum
sanctis auxilium,in tentationibus diui
nitus præbetur contra dæmones.Stel-
læ etiā contra Sisaram pugnāt: dū san
cti angeli cœlitus missi nobis ī auxiliū,
diabolum superant.Benedicta Iahel, id
est sancta ecclesia,inter mulieres.i.iter
alias nationes, benedictione cælesti in
Christo.Aquam petēti,lac dedit.Aquā
diabolus petit:quando doctrinam hęre
ticam,& secularem sapientiam a calo-
re fidei frigidam,proferri & dissemina
ri cōcupiscit.Sed ecclesia sancta lac tri
buit:quia simplicem doctrinam prędi-
care non desinit. ¶Delbora igitur:pro
phetia.Baruch:populus Iudaicus.Sisa
ra,diabolus.Iahel,sancta ecclesia.

¶Sensus allegoric⁹ de Area. Ca.XI. P Iudic.6.

Solēt doctores in figu
ra,per areā Gedeonis:
accipere mundū.& per
vellus:beatam Mariā.
per rorem:gratiā. Vel
lus nāq; rore p̄fusum
est:quando beata virgo Christum con-
cepit.Et deinde area: quando sancta ec
clesia,quæ per mundum diffusa est, in
ipsum credidit.

¶Sensus moralis de Area. Cap.XII. Q

Possumus & secundum
moralē sensum p Areā
in qua Gedeon triticū
virga purgabat,signifi
care latitudinem cor-
dis.per virgam,rectitu
dinem discretionis.per triticum, virtu
tes:per paleas,vitia.Virga nāq; in area
triticum purgamus: quando in corde
nostro,vitia a virtutib⁹ virtute discre
tionis separamus.¶Gedeon itaq; ī hoc
casu,quisq; fidelis est:area,cor: triticū,
virtutes:virga,discretio:palea,vitia.

¶De Gedeone & bello Madianitarū.
Cap.XIII. R Iudic.7.

Gedeon,significat Chri
stum.Madianitæ,signi
ficant dæmones.vitia,
prauos homines. Tre-
cēti vero qui cum Ge-
deone pugnauerūt vi-
ri:apostolos significāt, & apostolorum
successores., ecclesiæ doctores & recto-
res,& omnes electos, fide sanctæ trini-
tatis signatos.Qui bene aquam nō fle-

xo poplite bibunt:quia dum scientiam scripturarum hauriunt,statum suæ rectitudinis ad ima nõ reflectũt. Illi nãq; dum aquam bibunt,genu flectunt: qui & scripturas scrutant, & ad terrenorũ cupiditatem deformiter inclinãtur vel incuruantur. Sancti etiam in manibus tubas tenent:& lagenas cum lampadibus. Tubæ designant sonum prædicationis:& lagenæ fragilitatem corporum. Lampades,splendorem miraculorũ. Sãcti tubis sonãt:quia eloquia diuina incessanter prædicant. Lagenas tenent in manibus & frangunt:quia corpora sua & abstinentiæ,& laboribus, & morti, pro Christo libenter supponũt. Lampades tenent:quia miraculis longe lateq; refulgent. His omnibus sancti præditi,& dæmones territi vincũtur:& sancti victores efficiuntur.

¶De Gedeone & vxoribꝰ eius & filiis. Cap.XIIII.

S
Iud.8. Gedeon sicut in precedẽti figura diximꝰ:significat Christum. Multæ Gedeonis vxores: multæ ecclesię sunt,vel multæ nationes, Christo per fidem adhærentes. filii Gedeonis: sunt singuli Christiani. Cõcubina de qua genuit Abimelech,synagogam designat. Quæ ideo concubina, quia peccatrix. Abimelech, significat Antichristum.
Iud.9. Qui congregatis perditis nationibꝰ,sicut Abimelech trucidauit fratres suos sic & Antichristus persequetur seruos dei Christianos. Ioathan minimus, qui ex omnibus fratribus suis solus euasit, & montem benedictionis ascendit: exprimit eos qui ascendunt per gratiam montem vitæ spiritualis, & sic euadũt culpam damnatiõis. Videamus etiam
Ibidem. parabolam Ioathan: cõtra viros Sichẽ prolatam. Iuerunt inquit ligna syluarũ,vt vngerent super se regẽ &c. Quid per ligna syluarum accipimus: nisi nationes quaslibet infructuosas,& homines in peccatis positos & inueteratos, & æternis incendiis paratos? Oleum significat misericordiam.quia sicut oleũ excellit cunctos liquores:ita misericordia cunctas virtutes. Et solemus patri misericordiã assignare,sicut ipsum benedicentes dicimus. Benedictus deus 2.Cor.1.
& pater domini nostri Iesu Christi pater misericordiarũ. Per oleum ergo vel oliuam:non inconuenienter exprimitur pater. Per vitem designatur filius, qui dixit. Ego sum vitis. Per ficum vero, Ioan.15.
quę suauem & dulcem habet fructũ, figuratur spiritus sanctus. de quo scriptũ est, Quàm suauis domine spiritꝰ tuus Sapiẽ.12.
in nobis? Et sapientia. spiritus meus super Eccli.24.
mel dulcis. ¶Ad oliuam igitur,vitem,& ficum ligna syluestria veniunt, T
& regem quærunt: dũ infructuosi quiq;,patri & filio & spiritui sancto labiis dolosis dicũt,domine domine. Sed oliua,vitis,ficus,regnum syluestriũ lignorum respuũt, quia pater & filius & spiritus sanctus,homines prauos & infructuosos (nisi fructuosi fiant) in filios regni non assumunt. Non enim oĩs (ait) Matt.7.
qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cęlorũ:sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est. Sicut viri Sichem, Abimelech: ita ligna syluarum rhãmum in regem accipiũt, quia iniqui,principatui Antichristi se submittẽt. Sed sicut illa alterutro igne deuorãtur: sic isti communi culpa condemnãtur. Possumus quoq; per oleum vel oliuam significare fidelem,excellẽtem misericordiæ virtute. Per vitem, quẽlibet eximiũ virtute sapientiæ. Per ficum,alium præpollentem gratia dulcedinis internæ. Ligna itaq; ad oliuam, vitem,ficum, vt ex ipsis regẽ accipiãt, veniunt:cum quælibet infructuosę cõgregationes, aliquem virum misericordẽ,vel sapientem vel dulcem,in prælatum sibi requirunt. Sed oliua,vitis,ficus,regimen tale respuunt, quia electi quiq; per prauorum malitiam si in regimine eorum constituantur, proprio se fructu priuari,& illis nihil prodesse pertimescunt. Deinde ligna rhammũ supra se regem leuant:cum iniqui,alium iniquum spinis peccatorum obsitum,in rectorem expostulãt. Isti quoq; alterno igne deuorãtur:dum peruersi subiecti, & peruersus eorũ prælatus, alterutro furore & iracundia conturbantur.

¶De Iepthe. Ca.XV.

V
Iud.xi.

IEpthe quoq; (sicut doctores exponũt) significat Christum. Sicut nãq; Iepthe a fratribꝰ eiectus accepit principatum: sic Christꝰ a Iudæis refutatus, accepit prĩcipatum super populum fidelium. Sicut Iepthe liberauit populum de manu filiorũ Ammon: sic Christꝰ electos de seruitute dęmonum. Iepthe per victoriam sacrificauit filiam, & carnem suam Christus immolauit.

¶De Samsone. Ca.XVI.

X
Iud.xii. & sequẽtibus.

SAmson significat Christum. Per angelum nũciata ẽ natiuitas Sãsonis, & per angelum annunciata est natiuitas saluatoris. Samson leonem interfecit, & Christus diabolũ occidit. Samson de faucibus leonis extraxit fauum. & Christus de faucibus diaboli, genus humanũ. Cęra, corpus. Mel, spiritus. Samson duxit vxorem alienigenam, & Christus gẽtilem ecclesiam. Samson strauit Allophilos, & Christus strauit spirituales & corporales inimicos. Samson asportãs portas Gazę, ascẽdit montis supercilium, & Christꝰ fractis portis inferni, ascẽdit in cælũ. Samson plures hostium prostrauit moriẽs, q̃ ante fecerat viuens: & Christus plures moriendo q̃ viuendo.

¶Moralitas de eodem. Cap.XVII.

Y

SEcundum sensum tropologicum: Samson significat quemlibet fidelem, in fide fortem: q leonem ĩterficit, dum diabolum ĩterficit, vel vincit. fauum e faucibus leonis extrahit: dum se vel alium a subiectione diaboli eruit. Allophilos prosternit: dum de se vitia spiritualia & carnalia expellit. Sed iste talis ac tãtus aliquãdo vincitur, & molere compellitur: dum videlicet tentationibus superatus, & spiritu & corpore affligitur. Sed recrescentibus roboratus crinibꝰ, plures hostiũ q̃ ante interficit, quia donis gratiæ iterum confortatus, ad maiorem triumphum etiam post lapsum & in fine pertingit.

¶De Ruth. Cap.XVIII.

Z

TErra Moab significat gentilitatem. Ruth, ecclesiam gentilem. terra Israel: conuersationẽ spiritualem. propĩquꝰ qui Ruth non accipit: Ioannẽ Baptistam. Booz, Christum. Ager, mundum. Segetes, homines. Messores, angelos. Sic igitur ænigmatibus multis & figuris: in veteri testamento, præsignatum est mysteriũ humanę redẽptionis.

ALLEGORIARVM QVARTI LIBRI FINIS.

¶Præfatio in Librũ Quintum.

IN p̃dictis de lib. Iosue & libro Iudicũ: quædã secundum sanctorꝝ dicta patrum, quędam secũdum sensum nostrũ elucidauimꝰ. In sequẽtibus vero manum ad librum Regum vertimus, & in ipso similiter quædã secũdum ingeniolum nostrum, quædam secũdum verba sanctorum patrum exponemus.

M. HVGONIS de Sancto Victore Allegoriarũ quę sunt in Primum Regum, Liber, V.

¶De Helchana & vxoribus eius. Cap.I.

A
1.Reg.

FVit vir vnꝰ de Ramatha Sophim de monte Effraim: & nomen eiꝰ Helchana &c. Helchana interp̃tatur dei possessio quę est filius dei dicẽs: Prou. Dominus possedit me. Qui bene dicit, vir vnus nõ numero, sed quia nũq̃ mutatur nec de se alter efficitur. De Ramatha Sophim, quæ dicitur excelsa eo

tum.id est specula,hoc est superna Hierusalem:de qua veniens speculationem docuit,& morte sua possidere fecit.Hieroboam misericors. Heliu deus meus eius. Suph fundens.quia misericordia
Canti.i. ad nos veniens,in passione ait:deꝰ meꝰ. vbi semetipsum exinaniēs effudit. Vnde effusum vnguentum nomen tuum. Effusum a suis inuisibilibus: ad nostra visibilia.Effrateus frugifer,ꝙ donis spiritꝰ sancti abūdat.Et habuit duas vxores, Annam & Fenennam.Fenenna,est synagoga, quæ fœcunda primo,deo filios generabat per legem: sed iam propter infidelitatem infœcunda manet. Anna sterilis,ecclesia gentium: q̄ olim
B sterilis a patre spirituali, nūc grā Christi redempta parit prolem deo.Annaq̄ interpretatur gratia: deo filios per baptismū genuit, & per spiritum sanctū. Fenennæ,id est synagogę & filiis dedit
Psal.14. partes:id est temporalia bona.Iuxta illud:dedit eis regiones gentium. Et qa primum credita sunt illis eloquia dei, Annæ id est ecclesiæ gētium, dedit partem vnam,scilicet ingeniū.Vnde abiit tristis quia concluserat dominus vuluam eius:nondum venerat tempus miserendi eius,vt spirituali gratia fœcūdaretur.Sicut Fenenna Annā: ita synagoga gentilitatem despiciebat. Multi ex gentibus redemptoris aduentū (vt in Iob reperitur) expectauerūt.Et quia in prece perseuerauerunt:tandem redēptor flenti & non capienti cibum Annæ,consolationem adhibuit. Anna cur fles? &c. Nunquid non ego melior tibi sum q̄ decem filii? &c.Melior est ecclesiæ vir suus,id est Christus: q̄ decem filii quos deo synagoga edebat.Vultusq̄ eius nō est āplius in diuersa mutatꝰ. Nequaq̄ enim ecclesia a fide & dilectione redēptoris aliquando in diuersa declinando mutata est.

C Moralit. ¶Moralitas de eodem. Cap.II.

HElchana,dei possessio interpretatur:qui animi virtute vir dicitur.Et vnus,non mobilis,non vagabūdus:sed firmus & inconfusus.Oēs etiā cōpetenter vnus dicuntur, vnam sapiētiam hn̄tes: qui vnū Iesum Christū cōfitentur,vno spiritu dei replenť.Vnde
insipiens sicut luna mutatur. Vnus au Eccli.27
tem deus dicit nō numero:sed quia nō
mutatur.vnde scribiť.Tu aūt idem ipe Psal.xi.
es & anni tui non deficient.Vn̄ & apo
stolus,Omnes quidē currūt,sed vnꝰ ac i.Cor.ix
cipit brauium. Vnusquisq̄ insipientiū non est vnus:sed multi.Helchana:prędicator quem dominus possidet.Fenēna & Anna:actiua & cōtēplatiua vita. Fenenna fœcūda in filiis & filiabꝰ:actiua fortia gignens opera & infirma.Fenenna interpretatur conuersio: qa actiua ad actiones quibꝰ prosit ꝓximis,necesse estvt sollicite cōuertať.Actiua em̄ vita est panē doctrinæ esurienti tribuere,errantem corrigere, ad humilitatis viam superbū reuocare, infirmantis curam gerere,q̄ singulis expediant dispēsare.Anna interpretatur gratia:qa cōtemplatio habeť per gratiā.Hęc est sterilis:quia cum eam prout est nullus penetrare valeat,nullus qđ in ea sentit ꝑdicare sufficiat,cōtingit vt eam prędicando nemo plures filios gignat. Cōtēplatiua,est charitatē dei & ꝓximi mente retinere,ab exteriore actiōe quiescere,soli desiderio cōditoris inhærere,vt nil iā de exterioribus agere libeat.Qui vult effici possessio dei,has duas ducat vxores:actiuam prius, & contemplatiuam deinceps.Præcipue doctor ex amplexibus Fenennæ transeat ad amplexus Annæ.vtriq̄ partes tribuat, virtutibus virtutes subnectens.

¶De Anna & Samuele. Cap.III. D

ET factū est post cir- i.Reg.i.
culum dierum:concepit Anna, & peperit filium.vocauitq̄ nomen eius Samuel:eo ꝙ a domino postulasset eum. Quia Anna an̄ dn̄m deuote postulauit, cōcepit & peperit.Ecclesia p naturalē itellectū orās,mysteriū icarnatiōis cōcepit corde,ore cōfessiōis genuit Samuel nomē eiꝰ noīatꝰ deo vł postulatꝰ a deo, Annę primogenitꝰ,ꝓpheta.Quis ē hic nisi deus homo? Sed & hoc ꝙ Anna remansit, & cum viro non ascendit do nec ablactaretur puer:nobis insinuat ꝙ ecclesia nullum ad sacerdotium proue

hit,dum lactis ĩfantiæ particeps est,nõ solidi cibi & intelligentiæ spiritualis. Canticum Annę post conceptionem & natiuitatẽ Samuelis: significat gratiarum actionem sanctæ ecclesiæ, siue pro incarnatione redemptoris nostri, siue pro cõuersione, & ꝑfecta iustificatione cuiuslibet ꝑccatoris.

¶De Ofni & Phinees filiis Heli.
Cap.IIII.

E
1.Reg.2. Ofni discalciatus vel ĩsania cõuersionis, Phinees osmutum: scribas & pharisęos significant.Qui filii Heli dicũt: quia Heli typũ tenet sacerdotii. Ipsi qa non receperunt, quod lex & prophetæ prædixerunt: ad insaniam infidelitatis conuersi, os mutum metuerunt habere a confessione Christi. & quia noluerunt suscitare semen fidei Christo defuncto fratri, meruerunt discalciari: & esse extra sortem eorum de quibus di-
Ephe.6. citur.Calciati ꝑdes in ꝑparatione euãgelii pacis.Et quia conati sunt nomen sponsi sibi,non Christo vendicare ecclesiam vsurpando: nudi remanserunt, ab omni dignitate discalciati,ab exemplis patriarcharum & prophetarum.Vnde Sylo(vbi sacerdotes fuerunt)interpretatur diuisio,vel eius dimissio & petitio:quia ꝑtierunt a Pilato vt dimitteret eis Barabbam. Merito ergo dimissi sunt:& ab omnipotenti deo derelicti.

¶De Heli & filiis eius rursum. Ca.V.

F
1.Reg.2. Heli,interꝑtatur extraneus. A deo enim alienus est, ꝗ subditos nõ corrigit. Ofni,insania cõuersionis.Merito sic vocatur: qa differt mutari in melius.Phinees:oris obduratio, vel ori parẽs.duos Phinees sacerdotes legimus:alterum iustum filium Eleazari,alterum iniustum,filium Heli. Sunt autẽ in sacerdotib⁹ hodie qui vtriusꝗ typum tenẽt.Sacerdotes qui custodiũt os suum ne exeat inde aliquid prauũ, in filio Eleazari figurantur. Qui autẽ habent os obduratum, vel imꝑritia vł peccatorum conscientia:in filio Heli figurantur.Væh sacerdotibus nostri tẽporis,vel noui testamenti:qui sicut Ofni & Phinees abiiciũt victimam domini,qui paternæ & diuinę correctiõi nõ obœdiunt:sed quotidie se peccatis miserabiliter inuoluunt, conuersantes in Rõa.13.
comessatione & ebrietate, in cubilibus & ĩpudicitiis,& in contentione & ęmulatione.quia sicut illorũ culpam secuta est mors corporalis:sic & istorum vitam (nisi pœniteant) sequetur mors æterna.

¶De castris Israel & Philistiim,Ca.VI. G

Gressus est Israel obuiam Philistiim in præ- 1.Reg.4.
lium,& castrametatus est iuxta lapidem adiutorii. Porro Philistiim venerunt in Afsec,& instruxerũt aciem contra Israel. Inito autem certamine terga vertit Israel Philisteis,& ceciderunt passim ꝑr agros,quasi quatuor milia virorum. Israel vir vidẽs deum,& fortis cum deo. Philistiim,cadentes poculo,scilicet dæmones: qui poculo superbiæ inebriati, & ipsi ceciderũt & hoĩes ꝑuertere festinant. Contra quos Israel id est fideles ne cadant,sed suꝑrent:castrametantur iuxta lapidem adiutorii.Lapis adiutorii,Christus est,de quo scriptũ est.Lapi- Psal.117.
dem quem reprobauerunt ędificantes: hic fact⁹ est in caput anguli.Iuxta quẽ fideles vt eũ inueniãt adiutorẽ,castrametanť:dum in lege dñi meditanť.Sed Philistiim veniunt in Affec.i.furorem nouum:quia dum fideles diuinis legibus amplius insistere prospiciũt,immũdi spiritus, acriora & noua certamina cõstituũt. Vñ eos hoc est fideles nõ in dño sed in suis virib⁹cõfidẽtes,& ĩ hũana sapiẽtia gloriãtes,ac ꝑ hoc grãꝫ euãgelii cõtẽnẽtes: quasi quatuor milia facile prosternunt.

¶De arca dei & filiis Heli mortuis.
Cap.VII. H

Arca dei capta ẽ: duoꝗ 1.Re.iiii.
ꝗ filii Heli mortui sũt, Ofni & Phinees. Arca ab alienigenis capta,testamẽtũ ad gentes trãsiturũ significat. Mori-

tur Heli,moriunt & filii ei9,qa deficit pontificatus,cũ sacerdotio veteri.Nurus aũt ei9 vxor Phinees pgnans erat: vicinaq; partui.Et audito nũcio q ca pta esset arca dei, & mortuus eẽt socer suus: icuruauit se & peperit & mortua est.Vxor sacerdotis nõ ante interiit, q̃ viuum peperit:nec synagoga ex toto interiit,anteq̃ ecclesia primitiua quæ ex ipa erat credidit. Ne timeas quia filiũ peperisti. Credẽtes synagogã cõsolant: sed despẽrãs minime animaduertit,nec sobolem nouã deputat glorię,sed ignominię.vnde sequitur.Et vocauit puerũ Icaboth.Icaboth ideo appellat9 est puer (sicut dicit Iosephus) quod nomen de
Matt.21. signat inglorium,quia translata est gloria ab Israel,capta arca:Vnde. auferet a vobis regnum dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius.

I ¶De arca dei & Dagon. Cap.VIII.
1.Reg.5. Philistiim tulerunt arcã dei:& asportauerũt eã in Azotũ.Azot9 interptatur ignis patris vel incendium. Bene sic vocat loc9 vbi erat idolum Dagon: quia aduẽtus arcæ dei in Azotum:erat incẽdiũ diaboli patris omnium iniquorum. Dagon qui interpretatur piscis tristitiæ:significat dia
Iob.40. bolum,qui in mari huius seculi deuorat peccatores,qui & in Iob Leuiathan & Beemoth nuncupat.Caput Dagõ & duæ palmæ manuum eius abscissę erãt super limẽ.Caput Dagon significat superbiam diaboli:a quo initium peccati fuit.quia per omnem orbem terrarum idololatriam cõstituit.Duę palmæ:operationem idololatriæ,limen:finem impiæ culturæ.

k ¶De Aggrauatione manus domini super Azotios. Ca.IX.
1.Reg.5. Aggrauata est man9 domini super Azotios,& demolitus est eos:& pcussit i secretiori parte natium Azotum & fines ei9. Qui testamẽ
Philip.3 tum dei suscipiunt, & posteriora hui9 vitæ diligunt:quæ debent æstimare sicut stercora,ex ipsis iuste in posteriora cruciabantur. Qui enim testamentum dei assumunt & in posteriora respicientes,veteri vanitate nõ se exuunt:similes sunt eis qui arcam dei captiuam iuxta idola sua posuerunt. Et vetera quidem illis etiam nolentibus cadũt: quia Omĩs caro fœnum & claritas hominis Esa.40.
vt flos fœni. Aruit fœnum & cecidit flos.Arca autem domini,secretum scilicet testamentum regni cælorum, vbi est sempiternum dei verbum:manet in æternum. Quinq; autem ani aurei, & L
quinq; mures quos fecerũt Philistiim post plagam suam,& attulerunt ad arcam:significant q carnales quinq; sensibus corporis dediti,cum a domino fuerint correpti scelera sua cognoscentes, iuste se percussos esse confitentur:& licet coacti,in melius commutãtur. Qđ bene significant quinq; ciuitates Philistinorum:Azot9,Gaza,Ascalon, Geth, Accharon:illos scilicet exprimentes, q exterioris hominis actus sequunt.Azotus interpretatur ignis patris vel incendium. Gaza, fortitudo. Ascalon, ignis ifamis aut ignis ignobilis.Geth, torcular.Accharon, eruditio tristitiæ, vel sterilitatis. Omnis enim concupiscentia infamis atq; ignobilis,per diabolum inflammata atq; per contrarias fortitudines instigata:& quasi per torcular nequitiæ expressa, vinum pfundit amaritudinis in doctrina praua, & in operatione peruersa. Vnde necesse est vt tendat ad mortem: vbi est tristitia sempiterna, & sterilitas perpetua. Fuit arca domini in regione Philistinorum septem mensibus. Septenarius significat vniuersitatem temporũ:quæ discurrũt septenario numero dierum. & significat dei testamentum: vsq; ad consummationem seculi in gentibus permansurum.

¶De duabus vaccis quæ reportauerunt Arcam. Cap.X. M
1.Reg.6. Tollẽtes duas vaccas iũxerũt ad plaustrũ, vitulosq; eorum reduserũt domi:& posuerunt arcam dei super plaustrũ. Ibant aũt vaccæ in di

rectum per viam quę ducit Bethsamis: & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neq; ad dextrā neq; ad sinistrā. Bethsamis: interpretatur domus solis. Si igitur ad æterni solis habitationem tendim⁹: ab itinere dei pro carnalibus affectib⁹ nō declinemus. Pensandum est autē q̄ vaccæ quæ sub arca Dei plaustro religant̄ pergunt & gemūt: non tamen ab itinere gressus flectūt. Sic p̄dicatores dei, & quilibet fideles intra ecclesiam esse debent: vt proximis compatiātur per caritatem, nec de via dei exorbitent p cōpassionē. Arca dei superposita, Bethsamis pergere: est cum superna sciētia ad internę lucis habitaculum p̄pinquare. Qđ vere facimus: cum pro affectu propinquorum non declinamus. Sic enim incedere debent: q sacræ legis iugo suppositi per internam scientiam arcā dei portant. Quatinus per hoc q̄ p̄pinquorum necessitatibus condolent: a cœpto rectitudinis itinere non declinēt. Quorum nimirum gratia mentem nostram tenere debet, sed reflectere nō debet: ne hæc eadem mens aut si affectu non tāgitur dura sit, aut plus tacta, sit in fletu remissa.

¶ Q̄ filii Israel postulauerūt regem. Cap. XI.

N

1.Reg.8. CONGregati maiores natu de Israel venerunt ad Samuelem in Ramatha: dixeruntq; ei. Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulāt in viis tuis: cōstitue nobis regem vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. ¶Et erat vir de Beniamin noīe Cys: filius Abiel filii Seor, filii Bechor, filii Sareth, filii Aphia, filii viri gemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul. Perierant asinæ Cys patris Saul: & dixit Cys ad Saul filium suū. Tolle tecum vnum de pueris: & cōsurgens vade, & quære asinas. Et quęsiuit, & venit ad Samuelem, & īroduxit eū Samuel in triclinium: & dedit ei locū inter eos qui fuerant inuitati ad prandium. Et tulit Samuel lēticulam olei: & vnxit eum in regem. Saul qui offenso deo fact⁹ est rex super Israel: Iudæos significat. Sicut enim ipse durus & superbus & rigidus effectus est, vt eos seruili onere magis premeret q̄ liberaret, sic populus Iudęorum q̄uis vnctus ī sacerdotibus & regibus, tamen (quia ancillæ filius erat quæ in seruitutem generabat) nunq̄ perfectam libertatē per ipsam vnctionem consequi potuit. præcipue quia regem Christum mansuetū & humilem recipere noluit, per cuius dominationem potuit liberari. Saul petitio interpretat̄, qui fuit de stirpe Beniamin: hac generationis serie. fili⁹ Cys, filii Abiel, filii Seor, filii Bechor. Et hęc nomina bene exprimunt typum Iudęorum. Beniamin quidem interpretatur filius dexteræ. Cys durus, vomitus viri vel vomēs vir. Abiel: pater me⁹ de⁹. Seor: paruulus siue turbulēt⁹. Bechor: primogenitus filius. Israel ergo q fuit primogenit⁹ dei, & pater eius de⁹, fuit filius dexteræ: quia sæpe per auxilium dei confortatus, hostibus suis p̄ualuit. Sed quia semper ingratus extitit beneficiorū dei, & durę ceruicis, in blasphemiam erupit: de magno paruulus, & de placido turbulēt⁹ effectus est. Q̄ Saul asinas patris sui quærit: significat q̄ Iudæi stultitiam carnalis sensus sequentes, per errores deuios luxum mūdi q̄runt. Asinus enim: brutum & luxuriosum animal est. Qui ad prophetam venientes. i. ad Moysen, audierunt inuentas esse asinas. i. bona terræ se comesturos esse didicerunt. a quo eis et vnctionis oleum, et regni gubernaculum promittitur: in quibus ad tempus fratres suos de manu hostium suorū eriperēt. Q̄ Samuel Saulem in excelsum ducit, et ibi illi refectionem tribuit: significat Moysen et p̄phetas populum Hebręorum doctrinis suis ad altiora prouocātes. vt scientia spirituali refectus: ī culmine virtutum consistat, nec relabatur ad vitia. Tulit Samuel lēticulam olei. Lenticula: vas fictile quadrāgulum habens foramē, per quod fragilitas regni designatur.

O

Margin notes: 1.Reg.9. (beside "tiones. ¶Et erat vir de Beniamin") ; 1.Reg.10 (beside "dium. Et tulit Samuel")

¶ Item de Saul. Cap. XII.

P SEcundum aliam figurã Saul significat Christũ. Saul asinas patris quærens, in regem assumptus est, & saluator a patre missus ad oues quæ perierant domus Israel, super cunctum populum in regem constitutus est. Hoc enim significant asinæ, qđ oues. Saul a Samuele est vnctus, & vnigenitus, a patre spirituali vnctione delibut⁹. Ab humero Saul supeminebat, quia caput nostrũ super nos ẽ Christ⁹.

De Naas rege Ammonitarum & de Iabes Galaad. Cap. XIII.

Q 1.Reg.11. AScendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersus Iabes Galaad. dixeruntq; omes viri Iabes Galaad ad Naas. Habe nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respõdit ad eos Naas Ammonites. In hoc feriã vobiscum pactum, vt eruam omnium vestrum oculos dextros. Bellum Naas & exercitus eius contra Israel, significat bellum diaboli & hæreticorum contra ecclesiam. Naas, interpretatur serpens. Ammon, comprimẽs, vel angustãs, vel populus mœroris. Iabes, exiccata. Galaad, aceruus testimonii. Naas ergo significat serpentem antiquum, q est prĩceps Ammonitarum. i. hæreticorũ, qui bene populus mœroris dicitur: quoniã gaudiũ spiritus sancti nõ habent. Qui disposuit fœdus cum populo ecclesiæ, vt eruat omnium oculos dextros, & visũ sanę & orthodoxæ fidei auferat. Sic enim vult eos habere fœderatos, vt sinistrum oculum habentes, ea tm̃ q̃ praua sunt & ad sinistram pertinentia, sentiant. Sed mens fidelium exiccata ab oĩbus sordibus vitiorum, aceruum testimonii, id est sententias sacræ scripturę congerit: quibus viriliter resistat hostibus. Et Saul in tribus milibus Naas & exercitum eius vincit, dũ Christus p fideles doctores fide trinitatis insignes versutias diaboli & hæreticorũ fugat, & de ecclesiæ foribus expellit. Percutit eos a vigilia matutina vsq; dum incalesceret sol, id est a prĩcipio fidei clarescẽtis, vsq; ad feruorẽ pfectæ dilectiõis.

¶De tribus milibus electis a Saule. Cap. XIIII.

R 1.Reg.13. ELegit sibi Saul tria milia hominũ de Israel, & erant cum Saule duo milia ĩ machimas, & in mõte Bethel, mille autem cũ Ionatha in Gabaa Beniamin. Porro cæterum populũ remisit: vnũquẽq; in tabercula sua. Et percussit Ionathas stationẽ Philistinorum. Bene tria milia Israelitarum electa sunt ad pugnãdũ contra Philisteos. Hi enim solũmodo apti sunt ad pugnãdum contra hostes ecclesię, qui habent perfectam fidẽ trinitatis, in qua superiores hostibus possunt resistere. Cæterũ populũ in suam stationẽ. i. in tabernacula remisit, cum Christus cæteras nationes in peccatis reliquit. Et populus qui erat cum Saule afflictus erat, & descẽderũt Hebræi in castra Philistinorũ, & alii abscõditi sunt ĩ speluncis, & vniuersus populus q erat cũ Saule perterritus est. Philistei sunt hæretici, q pari consensu aduersus eccclesiam conspirãtes, eam depopulari conãtur: quib⁹ alii adunata fide sociãtur: alii dum fidẽ palam confiteri metuunt, quasi in cauernis latent. Varię sectę vno ĩpietatis vinculo colligatæ, ad decipiendum discurrunt. Equites sunt potentia tumidi, q hæreticos iuuant. Vulgus sicut harena: multitudo, hæreticorũ persuasione congregata. Viri cũ Saule remanẽtes, catholici Christo firmiter adhęrentes.

¶De eo q nõ inueniebatur faber ferrari⁹ in terra Israel. Cap. XV.

S 1.Reg.13. FAber ferrarius nõ inueniebat̃ in omni terra Israel. Cauerãt ẽm Philistiim, ne forte facerent Hebręi gladiũ aut lãceam. Diabolus nãq; per paganos, per hęreticos, p falsos christianos: studet phibere, ne sint doctores in ecclesia, qui spiritualia arma faciãt & nobis ad pugnãdũ tribuant. Pagani ẽm prohibuerunt, ne Christiani liberalib⁹ artib⁹ imbuerentur. hæretici quoq; persuaserũt

principibus,vt catholici ecclesię defen
sores in exilium pellerent,vt plæbē de-
solatam facilius seducerent.Nunc quo
ꝗ idem hostis antiquus,simili modo in
pace ecclesiæ eos qui populis pręsunt,
quoscũꝗ potest ab instantia eruditiōis
auertere nititur:ne subditis dona veri
Sap.2. tatis impendant,quatinus illos incau-
tos facilius decipere possit.Per inuidiā
enim diaboli mors intrauit in orbē ter
rarum.Imitantur autem eum qui sunt
ex parte eius.Vñ & duplici reatu dia-
bolus constringitur:superbia qua ceci-
dit: inuidia qua alios deiicere cōtēdit.
Philistiim autem,duplex ruina interp̄
tatur.Hebræi,transeuntes.non em̄ ha-
Heb.13. bemus hic manētem ciuitatem,sed fu-
turam inquirimus.

T ¶De Ionatha & armigero ei⁹.Ca.XVI

1.Reg.14. Dixit Ionathas ad ado-
lescētem armigerum
suum.veni,transeam⁹
ad stationem Philisti-
norum. Erant aũt in-
ter ascensus per quos
nitebat̄ Ionathas trāsire ad stationem
Philistinorꝫ,eminentes petrę ex vtraꝗ
parte,& quasi in modum dentium sco-
puli hincinde prærupti.Ionathas,colũ
bæ donum interpretatur.ii sunt q do-
no spiritus sancti replētur,per quos do
minus hęreticorꝫ cōuētus dissipat,atꝗ
in fugam vertit.Armiger eius, spũales
discipuli.qui non planā sed arduā viā
arripiũt,quia sacerdotes hostibus con-
traire nequeũt,nisi per arctam viā gra-
diētes,inter vtrũꝗ testamētum, & īter
ꝓspera & aduersa,quasi inter duos sco-
pulos dextra lęuaꝗ īcedāt:& ad alta cō
tēplatiōis tota mēte tēdāt.Ionathas ve
ro nō nisi ꝓuocat⁹ad hostes trāsit,qa ca
tholici aduers⁹ hęreticos cōtētionē nō
mouēt,nisi pri⁹ ad certamē ꝓuocēt̄.Io-
nathas ī agro culturæ hostes ꝓsternit,
& doctores ī meditatione scripturę hę
reticos vincũt.

V ¶De Ionatha & mel-
1.Reg.14. le qđ gustauit.Ca.17

Ionathas extēdit sum-
mitatem virgę quā te-
nebat in manu, & ītin
xit in fauum mellis,&
conuertit manum su-
am ad os suum, & illuminati sũt oculi
eius.Ionathas columbę donum,hic eos
significat,q accepta sancti spiritus gra
tia,mũdi parāt spernere illecebras. Nō
enim potest cōtra Allophilos spũales,
id est dęmones viriliter pugnare,q mũ
di dulcedinē nequit declinare. Illumi-
nati sunt oculi eius,non ad vidēdũ qui
ante videbat,sed ad discernēdum quia
vetitum tetigerat. Tũc enim casus ille
(sicut & Adam) fecit illum attentum:
reddiditꝗ confusum. Quo facto,mone
tur omnis qui deo vult militare:oēs
voluptatum illecebras debere contēne
re. Mel enim distillāt labia meretricis, Prou.5.
id est voluptas carnalis,delectationem
ingerit illicitam. De qua mystice puta
tur Ionathas gustasse: & forte deprehē
sus,vix pcibus populi liberat⁹ est. Vn-
de patet eum qui mundi voluptate su
peratur,sanctorum suffragiis & frater-
nis orationibus indigere: quia quanto
maiore proteruia contra vnanime cō-
silium ecclesiasticę regulę refragat⁹ est:
tanto maiore eget auxilio plurimorũ,
vt qui suo merito saluari non pōt:alio
rum deuotis precibus reconciliat⁹, ab
instāti periculo liberetur.Liberauit er-
go Ionatham populus vt non morere-
tur.Multum enim prosunt trāsacta bo
na.Nā nisi Ionathā præterita bona iu-
uissent:imminentia mala non euasisset.
Nō enim iniustus de⁹ vt obliuiscatur
bonorum. X

¶De reprobatiōe Saulis.Ca.XVIII. 1.Reg.15.

Factum est verbũ do-
mini ad Samuelē,di-
cēs.Pœnitet meꝗ cō
stituerī Saul regē.Et
ait Samuel ad Saul.
Nōne cum paruulus
esses ī oculis tuis,ca-
put in tribubus Israel factus es? Quid
per hanc increpationē,nisi superbia re-
gis elati abiicitur?Qđ quisꝗ prælatus
ad suā salubriter poterit & debet cor-
reptionem cōuertere.Acsi aperte dice-
retur. Cum tu te paruulum conspice-
res : ego te præ cæteris magnum feci.
Quia vero tu te magnũ conspicis:a me
paruus existimaris . Quo circa,Dauid
cum regni sui potentia corā arca domi

ni saltando despiceret,dixit.Ludã & vi
lior fiam plusq̃ factus sum:& ero humi
lis ĩ oculis meis.Si ergo sancti viri,etiã
cũ fortia agunt de semetipsis vilia sen-
Gregorius. tiũt: qd in sui excusatione dicturi sũt,
qui sine opere virtutis ĩtumescũt? Sed
etsi q̃libet adsint bona opera: nulla sũt,
nisi ex humilitate condiantur. Mirãda
quippe actio cũ elatione:non eleuat sed
grauat.Qui em̃ sine humilitate virtu-
tes congregat, in ventum puluerẽ por
tat,& vnde aliquid ferre cernitur: inde
deterius cęcat̃.In cunctis ergo quę agi
mus: radicẽ boni operis humilitatẽ te-
neamus:neq; quib⁹ iam superiores, sed
quib⁹ adhuc inferiores sumus aspicia-
mus:vt dum meliorũ nobis exempla ꝓ
ponimus:ad maiora semper ascẽdere ex
humilitate valeamus.

Y ¶De virtute obœdientiæ. Cap.XIX.

1.Reg.15. NVnquid vult dñs holo
causta &victimas,& nõ
potius vt obœdiat̃ vo-
cí domini?Quia ad ostẽ
dendã virtutẽ obœdiẽ
tiæ occasio opportuna
se præbuit:libet hanc paulo vigilãtius
sollicitiusq; discutere,& quanti sit me-
Gregorius.25. mora. riti demonstrare.Sola nãq; virtus est,q̃
virtutes cæteras mẽti ĩserit, insertasq;
custodit:vnde & primus homo præce-
ptum qđ seruaret accepit,cui se si vel-
let obœdiẽs subdere,ad ęternã beatitu
dinem sine labore perueniret.Hinc ite-
rum Samuel ait.Melior est obœdientia
q̃ victimæ,& auscultare magis q̃ offer-
re adipem arietũ: quoniã quasi peccatũ
ariolandi est repugnare,& quasi scelus
idololatrię nolle acquiescere.Obœdiẽ-
tia quippe iure victimis pręponit̃,quia
per victimas aliena caro, per obœdien-
tiam vero voluntas ꝓpria mactat̃.Tan
tũ igitur quisq; deum citi⁹ placat, quã
to ante ei⁹ oculos repressa arbitrii sui
sup̃bia gladio præcepti se ĩmolat. Quo
cõtra,ariolandi peccatum inobœdiẽtia
dicit̃,vt quãta sit virtus obœdiẽtię de-
mõstret̃.Ex aduerso igit̃ melius osten-
ditur:quid de eius laude sentiatur. Si
enim quasi peccatum ariolãdi est repu-
gnare,& quasi scelus idololatriæ nolle
acquiescere,sola est obœdientia q̃ fidei
meritũ possidet,sine qua quisq; infide-
lis cõuĩcit̃,etiã si fidelis esse videatur.
Hinc per Salomonem in ostẽsione obœ
dientiæ dicit̃. Vir obœdiens loquit̃ vi Prou.21.
ctorias.Vir quippe obœdiens loquitur
victorias, qa dũ alienæ voci humiliter
subdimur:nosmetipos ĩ corde supam⁹.
Sed quia nõnunq̃ nobis huius mundi Z
ꝓspera,nõnũq̃ vero iubent̃ aduersa:sũ-
mopere cõsiderãdũ est,q; obœdiẽtia ali
quãdo si de suo aliquid habeat nulla ẽ:
aliqñ aũt si de suo aliquid non habeat,
minima.Nam cũ huius mundi succes-
sus pręcipitur,cum locus superior im-
perat̃:is qui ad percipiẽda hæc obœdit,
obœdiẽtiæ sibi virtutem euacuat,si ad
hoc etiã ex ꝓprio desiderio anhelat.Ne
q; em̃ se sub obœdiẽtia dirigit,q ad per
cipienda huius vitę ꝓspera, libidini ꝓ
prię ambitionis seruit.Rursũ cũ mun-
di despectus ꝑcipit̃, cũ ꝓbra adipisci &
cõtumelię iubent̃,nisi hęc & ex semet-
ipso animus appetat,obœdiẽtię sibi me
ritũ minuit,q ad ea q̃ in hac vita despe
cta sunt,inuitus nolensq; descẽdit. Ad
detrimentũ quippe obœdientia ducit̃:
cum mentẽ ad suscipiẽda ꝓbra hui⁹ se
culi,nequaq̃ ex pte aliqua etiã sua vo-
ta comitant̃.Debet ergo & obœdientia
in aduersis ex suo aliqd habere, & rur-
sum in ꝓsperis ex suo aliqd oĩno nõ ha
bere:quatinus & ĩ aduersis tãto sit glo
riosior,quãto diuino ordini etiã ex de
siderio arctius adiungit̃:& in prosperis
tanto sit vilior,quãto a pñti ipa quã
diuinitus percipit gloria ꝓfundius ex
mente separat̃.Sed hoc virtutis põdus
melius ostẽdimus:si cælestis patrię duo
rũ ciuiũ facta memoram⁹. Moyses nãq;
pricipatum populi humiliter recusat,
dicens.Obsecro dñe non sum eloquens Exod.4.
(ab heri em̃ & nudiusterti⁹ ex quo cœ
pisti loqui ad seruũ tuũ,& tardioris &
impeditioris lingue sum factus).Mitte
quem missurus es. Et sic postposito se,
alium deposcit. Paulus quoq; aduersa
seculi libẽter amplectẽs,audacter dicit:
Ego non solũ alligari,sed & mori ĩ Hie Act.21.
rusalem paratus sum pro noĩe IESV.

FINIS LIB.QVINTI.

Allegoriarũ gestarũ a Dauid vsq; ad
Salomonem Sequitur Liber Sextus.

Spiritus et domini dicitur malus domini per potestatem cum omnis potestas a domino sit et ita iusta. malus est per voluntatem quia male vult uti sibi [illegible]

mala a potestate [illegible] quam non habeat vel ut ea male utatur

De scissione pallii Samuelis. Cap. I.

A

1.Reg.15. SCidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te: vel secundum aliam literā: bono super te. Saul cui hoc dicit̄, quadragita annis regnauit super Israel, quantum scilicet regnauit Dauid, & audiuit hoc primo regni sui tempore. Intelligamus ergo hoc ideo ipsi esse dictum, quia nullus de eius stirpe fuerat regnaturus: & respiciamus ad stirpem Dauid, de quo secūdum carnem natus est Christus, per nouum testamentū, non carnaliter sed spiritualiter regnaturus. de quo dicitur.

Ibidem. Dabit illud proximo tuo bono super te. i. meliori. vel ideo super te, quia de eo cū

Psal.109. sit semp bonus scriptū est: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quod autem dicitur proximo tuo, ad carnis cognationem id refertur. Ex Israel enim secūdū carnem Christus: vnde & Saul. Populi ergo Israel personam, figurate gerebat homo iste, qui primus regnum fuerat amissurus, cui suo persecutori regnum abstulit Christus: q̄uis ibi esset & Israel in quo non erat dolus quasi lilium inter spinas, & quasi frumētum inter paleas. Inde enim apostoli, īde martyres: quorum primus Stephanus. Inde ecclesiæ magnificantes deum.

B

De Saule, Dauid & cithara eius. Cap. II.

1.Reg.16 SPiritus domini recessit a Saul, & exagitabat eū spiritus nequā a domino. Dixeruntque serui Saul ad eū. Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat ergo dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt: vt q̄rant hominem scientem psallere cithara, vt q̄n arripuerit te spiritus domini malus: psallat manu sua, & leuius feras. Spiritus domini malus Diabolus, licet afflictionem iustorū semper appetat: tamen si a deo potestatem nō accipit, ad tentationis articulum non cōualescit. Potestas ergo diaboli quia a domino ē: non nisi iusta esse potest. omnis aūt voluntas eius iniusta est: Ex se eī tētare iniuste appetit: sed eos qui tentādi sūt, & prout tētādi sunt, deus iuste tentari permittit. Ideo ipse spiritus & dñi appellatur, & malus: domini, per licētiā iuste potestatis: malus, per desiderium iniustę voluntatis. Formidari igit̄ non debet, qui nihil nisi permissus valeat agere. Quis eī a domino malignitas non sit: potestas nisi a domino non est. Erat quidem Dauid in canticis musicis eruditus. Diuersorum sonorum rationabilis moderatusque cōcetus cōcordi varietate cōpactā ordinatę ecclīæ significat vnitatē, q̄ variis modis quotidie resonat, & suauitate mystica modulat̄. Dauid adhuc puer in cithara suauiter immo fortiter canēs, malignum spiritum, C

qui exagitabat Saulem compescebat: nō quod eius cithara tantam virtutem haberet, sed figuram crucis Christi, p ligni & chordarum extensionem mystice gerebat, quæ iam tunc dæmones effugabat. Tropologice autē: hoc facto ad cōpatiendum proximo instruimur. Plerūque eī superbus diues exhortationis blādimento placandus est, quia plerunque dura vulnera per leuia fomenta mollescunt, & furor insanorum sępe ad salutem medico blandiente reducitur. Cūque eis in dulcedine condescenditur: languor insaniæ mitigatur. Neque enim negligenter intuendum est, quod cum Saulē spiritus aduersarius inuaderet: apprehensa Dauid cithara eius insaniam sedabat: Quid enim per Saulem, nisi elatio potentum? & quid per Dauid innuitur, nisi humilis vita sanctorum? Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, Dauid canente eius insania temperatur: quia cum sensus potentium per elationem in furorem vertitur, dignū est vt ad salutem mentis, quasi dulcedine citharæ, locutionis nostræ tranquillitate reuocetur. D

De acie Israel & Philistiim. Cap. III.

E 1.Reg.17 DIrexerẽt aciẽ Israel, sed & Philistiim fuerãt pa ti. Pugna Philistinorũ cõtra Isrl',nõ icõueniẽ ter malignorũ spũum pliũ aduersus ecclesiã dei accipi põt. Goliath vero supbiã dia boli significat quẽ Dauid.i.Christ⁹ sin gulari certamine pstrauit, & ppl'm dei a timore ei⁹ eripuit. Dauid leonẽ & vr sum necauit: diabolum.s.& Antichri stum: alterum nunc latentem homini bus insidiantem, alterum postea mani festissime sęuientem. Prouocauit super bia humilitatem, diabolus Christũ. Ac cepit arma bellica Dauid, quæ pro ęta te portare nõ potuit, & deposuit ea. Et accepit quinq; lapides de flumine, & mi F sit eos in perã pastoralẽ. Sic Christ⁹ tem pore noui testamenti ad insinuandã & cõmendandam gratiam: deposuit cor poralia legis sacramenta, q̃ non sunt i posita gentibus, quę in veteri lege legi mus, & non obseruamus, sed ad aliquã significationẽ prę missa & posita intel ligimus. Hęc arma deposuit tanq̃ one ra veteris legis, & ipam legem accepit.

G Quinq; em̃ lapides: libros Moysi signifi cant. Tulit ergo quinq; lapides de flu mine.i.de seculo. labitur enim mortale seculum. Erant tanq̃ lapides in flumi ne.i.in illo primo populo. Erant inuti les & vacabant, & nihil proderant: trãs ibat supra fluuius, sed Dauid accepit Roma.3. gratiã vt lex esset vtilis. Lex enim, sine gratia impleri non potest. Quinq; lapi des accepit, vnũ misit. Quinq; libri ele Ephe.4. cti sunt, sed vnitas vicit, vt ait aposto lus. Sufferentes inuicẽ in dilectione stu dentes seruare vnitatem spiritus ĩ vin culo pacis. Plenitudo enim legis est di lectio. Pręualuit Dauid aduersus Phili steũ in funda & lapide, pcussumq; Phili steum interfecit. Cũq; gladium nõ ha beret ĩ manu Dauid: abstulit gladium Philistei pręciditq; caput eius. Et Chri stus diabolum suis armis occidit: quan do crediderũt magi quos ille in manu habebat, & de qbus animas cæteras tru cidabat. Conuerterunt em̃ linguas su as cõtra diabolum, & sic gladio suo ca put Golię abscinditur.

¶De Philistiim & de Golia iterũ. Ca.4 H

PHilistiim sunt dæmo nes: Golias, caput eo rũ, qui ante aduẽtum domini supari non po tuit. Geth, ciuitas Go lię, interp̃tat̃ torcular. 1.Reg.17 Hic est mundus & infernus, in quo ve lut obnoxios peccatis conculcabat. Al titudo Goliæ, diaboli superbia: per quã supra filios eius obtinuit pricipatum, quasi palmam extollens. Arma Goliæ, diaboli sũt ad nocẽdũ versutiæ. Dauid a patre ad visitandũ fratres missus est, & Christ⁹ a patre deo, ad oues quę pie rant domus Israel. Dauid ephi polẽtæ Matt.15. id est trium modiorum mensuram fra tribus detulit, & Christus mysterium sanctę trinitatis credẽtib⁹ cõmẽdauit. Dauid decẽ formellas casei tribuno de tulit, & Christus decalogum credenti bus tradidit.

¶De dilectiõe Ionathę & Dauid. Ca.V

ANima Ionathæ colliga I ta est aię Dauid, & di 1.Reg.18. lexit eũ Ionathas. Vn de expoliauit se Iona thas tunica qua indu tus erat, & dedit Da uid & reliq̃ vestimenta sua vsq; ad gla diũ, & arcũ suũ vsq; ad baltheum. Iona thas significat eos q de Iudæis in Chri stum crediderũt: qm̃ accepta spũs sãcti gratia, pro Christi amore relictis oĩbus q̃ in mundo poterãt habere, ipm redẽ ptorẽ secuti sunt. Vñ Petrus. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Matt.19. Sicut enim Ionathas dedit Dauid ve stimenta sua a tunica vsq; ad baltheũ: sic credentes, omnia q̃ habuerũt ĩ Chri sti seruitium contulerunt.

¶De Ionatha & Dauid abscõdito in agro. Cap.VI.

VEnit Ionathas in agrũ K iuxta placitũ Dauid, & 1.Reg.20 puer paruul⁹ cũ eo. Et ait ad puerũ suũ. Va de, & affer mihi sagit tas q̃s ego iacio. Cũq; puer cucurrisset, iecit aliã sagittã trãs puerũ. Quid est q̃ Ionathas suare volẽs Dauid cũ ille lateret ĩ agro iuxta lapidẽ

duas sagittas iecit, quas puer paruul⁹ ignorans quid faceret collegit, & in ciuitatem retulit, nisi ꝙ pater filium suũ vnigenitum quem ad salutem humani generis mittendum decreuerat, in litera legis Iudæis nescientibus abscondi-
L tum habuit? Dauid ergo abscondit⁹ est in agro, & Christus celatus est in mun
Ioan.1. do. de quo Ioannes ait. In mũdo erat, & mundus per ipsum factus est: & mũdus eum non cognouit. Iuxta lapidem sedebat, quia in tabulis legis cõscript⁹ erat.
Deut.6. vt est illud. Domin⁹ deus tuus de⁹ vn⁹ est, & non assumes nomen dei tui in vanum. Saul superbus & inuidus, Dauid simplicem & humilem odio habens dũ sederet inter epulas, mortis filium esse eum iudicabat: & iudaica perfidia ĩter epulas paschales de nece domini tractabat. Cumq; illuxisset mane, venit Ionathas, & cętera vt supra posuimus, iecit sagittam & iecit alterã. Sic & deus pater illucescente mane fidei, prius testimoniũ legis de Christo protulit: deĩde prophetas misit. Collegit autẽ Ionathę puer sagittas, & attulit ad dñm suum: & quid ageretur penit⁹ ignorabat. Sic & Iudaicus populus libros legis & ꝓphetarum portans, quasi diuinitus cõscriptos honorabat, sed eum quẽ Moyses & ꝓphetę ꝓ̃dixerant, ignorabat.

¶De eo ꝙ Dauid mutauit os suũ
M coram Achis. Cap. VII.
Ecce dn̄s transit : & spūs grandis & fortis, subuertēs montes,& cōterens petras ante dn̄m. Nō in spū dn̄s : & post spm̄ cōmotio . non in cōmotione dn̄s:& post cōmotionem ignis.nō in igne dn̄s : & post ignem sibilus auræ tenuis. 3.Reg.19 Spūs quippe āte dominū subuertit montes: & petras conterit. quia pauor qui ex eius aduentu irruit:& altitudinē cordis nr̄i deiicit, & duritiē liquefacit. Spiritū vero commotio sequitur:cū post ipsum pauorē, cor nostrū ad meliora ꝓmouet̄. Cōmotioni etiam ignis succedit : cū diuinus amor, post emendationē cor calefacit. Spiritui vero cōmotioni & igni nō in esse dn̄s dicit̄:esse vero in sibilo aurę tenuis nō negat̄: qa nimirū cū mēs in cōtēplationis sublimitate suspendit̄:quicquid pfecte conspicere præualet de⁹ nō est. Cū vero subtile aliqd cōspicit: hoc est quod de incomprehensibili ęternitatis substantia audit. Quasi enim sibilū tenuis aurę percipimus: cum saporē incircūscriptæ veritatis contemplatione subita,subtiliter degustamus. Tunc ergo verū est qd de deo cognoscimus,cū plene nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus. Vnde bn̄ illic sub-

ditur. Qđ cū audiſſet Helias: operuit vultū ſuū pallio, & ingreſſus ſtetit in oſtio ſpelūcę. Poſt aurę tenuis ſibilū vultum ſuū ꝓpheta pallio operuit: qa in ipſa ſubtiliſſima contemplatione veritatis, quanta ignorātia homo tegatur
T agnoſcit. Vultui nāq; palliū ſuperducere: eſt ne altiora mēs q̄rere audeat, hāc ex conſideratione proprię infirmitatis velare, vt nequaq̄ intelligentię oculos vltra ſe p̄cipitanter aperiat: ſed ad hoc qđ apprehendere non valet, reuerēter claudat. Qui hęc agens, in ſpelūcę oſtio ſtetiſſe deſcribitur. Quid nāq; ſpelunca noſtra eſt: niſi hęc noſtræ corruptionis habitatio? Sed cū aliqd percipere de cognitione diuinitatis incipim⁹: quaſi iā in ſpelūcę noſtrę oſtio ſtamus. Quia.n. progredi pfecte nō poſſumus, ad cognitionē tamē veritatis inhiantes: iā aliquid de libertatis aura captam⁹. In ingreſſu ergo ſpeluncæ ſtare: eſt repreſſo noſtrę corruptiōis obſtaculo, ad cognitionē veritatis incipere exire.

V ¶De cuſtodia humilitatis. Cap. XVI.

3.Reg.19. Dixit Helias ad dominū, Altaria tua deſtruxerūt, & ꝓphetas tuos occiderūt gladio: & derelict⁹ ſū ego ſolus. Tanto ꝓphetę qd difficile fuit agnoſcere, in hoc mūdo famulos remanſiſſe deo? Sed q humilis etiā occulta dei nouerat: elatus etiam aperta neſciebat. Vnde certū eſt ꝙ humilitatis ſe radio illuminat, q aliorꝫ bona ſublimiter penſat: qa dū ea quę ipſe fecit, facta foris & ab aliis conſpicit: eū q de ſingularitate intus erumpere nititur, ſuperbiæ tumorē premit. Hinc eſt ꝙ voce dei, ad Heliā ſolū ſe exiſtimantē dicitur. Reliqui mihi ſeptē milia virorū quorū genua nō ſunt īcuruata ante Baal, vt ſe nō ſolū remāſiſſe cognoſceret, & elationis gloriam quę de ſingularitate ſurgebat, abdicaret.

X ¶De eo ꝙ Helias vnxit Heliſeū. Ca. XVII.

3.Reg.19 Profect⁹ Helias de mōte, reperit Heliſeū filiū Saphat arātē ī duodecim iugis boū, & ipſe in duodecim iugis arātib⁹ vnus erat. Cūq; veniſſet Helias ad eū: miſit palliū ſuū ſuper eū. Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Heliā, & ait. Oſculer oro te, patrē meū & matrē meam: & ſic ſequar te. Helias profectus reperit Heliſeum filiū Saphat arantē in duodecim iugis boū: cū redēptor noſter deſcēdēs de cęlo diuino iudicio acquiſiuit populū adhuc terrenis actibus inhiantē, in quo ſalutē fecit: cū eū ad fidē cōuertit. Helias em̄, interpretatur dn̄s deus. Saphat, iudicantis vel indicātis. Heliſeus dei mei ſalus. Super quē ꝓpheta palliū ſuum miſit: cū dn̄s populū fide catholica induit. Vnde Apl's. Quicūq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. Gal.3. Relictis bobus cucurrit ꝓoſt Heliā: qa redēptoris voce audita, Niſi quis renunciauerit oībus quę poſſidet: non poteſt Lucę.14. ei⁹ eſſe diſcipulus: Statim ceſſauit terrenis lucris inhiare, & ſecularibus deſideriis deſeruire: & ſic aliis verbū vitæ prædicauit. Hoc eſt em̄ oſculari patrē & matrē: quoſcūq; poteſt de iudęis ſiue de gentibus ſermone velle corrigere.

¶De pugna Benadab contra Iſrael.
Cap. XVIII. Y

3.Re.20. Benadab rex Syriæ congregauit oēm exercitum ſuum, & triginta duos reges ſecū, & currus & equos: & aſcendens pugnabat cōtra Samariā, & obſedit eā. Et ecce ꝓpheta vnus dixit ad Achab. Multitudinē hāc tradam in manū tuā. Et ait Achab. Per quē? dixitq; ei. Per pediſſequos principum prouīciarum. Benadab ſignificat diabolum: qui diuerſos exercitus malignorum ſpirituū, ad ſubuertendū populū dei cōtrahit: ſed per pueros principum Iſrael vincitur: id eſt per bonos doctorū auditores: quia id qđ aure audiunt, factis cōplēt. Antiquus hoſtis in fugā cōuertit: quia qui vtriuſq; teſtamēti ſciētiā pfecte tenēt, & trinitatis fidē cū gemina charitate conſeruant, hi apti militię ſummi regis eſſe cōprobantur: fugit Benadab rex Syrię cū eqtib⁹. Benadab. i. diabolus, princeps iniquorꝫ quorum oculi ſublimes ſunt: in equo

Iob.41. superbię suę confidens, cũ equitib⁹, scilicet cũ omnibus superbis (qa ipse est rex super omes filios superbię) ab exercitu Christi superatus in fugam vertitur, & rex Israel pcutit equos & eqtes, qa rex regũ neqtias spũales obruit, humani generis peccata delendo.

Z ¶De eo qđ dictũ est a seruis regis Syrię dii mõtiũ, sunt dii Israel. Ca.XIX. 3.Re.20.

SErui regis Syrię dixerunt ei: dii montium sunt dii Israel: ideo superauerũt nos. Sed melius est vt pugnemus contra eos in cãpestribus: & obtinebimus eos. Diabolus licet a sanctis sæpius vincatur, tamẽ iterum instaurat prelium cõtra eos. & dũ vno modo vincitur, alio modo statim vincere conat. Diabolus nãq; & maligni spiritus si in spũalibus vincuntur: in corporalibus bellum parant, satagentes vt animas de supernis ad ima præcipitẽt: quo facilius vincant. Si viderint cælestia desiderare: terrena ad amandũ ingerunt. Si prosperitate concessa gratiæ dei agantur: student vt p aduersa frangantur. Sed sicut Syri, ita dęmones vbi superare confidebãt, ibi pstrati sunt.

A ¶De Heliseo & pallio Helię. 4.Reg.2

Cap.XX.

STetit Heliseus sup ripam fluminis Iordanis, & pallio Helię qđ ceciderat ei, percussit aquas: quę nõ sunt diuisæ. Et dixit. Vbi est deus Helię etiã nũc? Percussitq; aquas, & diuisę sunt hinc atq; illinc, & trãsiit Heliseus. Eleuatio Helię: ascẽsionẽ dñi significat. Palliũ Helię: incarnationem dñi, per quã leti fluuiũ dirupit: nobisq; transitũ ad vitã parauit. Hoc Heliseus post transitum Helię retinuit: quia fidem incarnationis ecclesia reseruauit post ascensionem Christi, per quã præsentis vitę fluctus transire satagit. Sed sicut Heliseus nõ nisi inuocato deo Heliæ, aquas diuisit: ita ecclesia nisi p inuocationem nominis Christi, virtutes nullas facere potest. Deus enim est qui operatur in nobis & velle & perficere. Phil.2.

¶De eo q vir dei maledixit pueris in Bethel. Cap.XXI. B

AScẽdit Heliseus ĩ Bethel. Cũq; ascenderet p viã: pueri puuli egressi sũt de ciuitate, & illudebant ei dicentes. Ascende calue, ascẽde calue. Qui cum respexisset: vidit eos, & maledixit eis in nomine domini. Egressi sunt duo vrsi de saltu & lacerauerũt ex eis 42 pueros. Heliseus, interpretat salus dei. Huic, id est Christo, illuserũt Iudęi exaltato in cruce: in Caluarię loco. Qui dum illuserunt ei: stulte & pueriliter egerunt: sed postq̃ Christus ascẽdit sicut Heliseus ascẽdit in Bethel, id est in domum dei: in quadragesimo anno immisit duos vrsos de filiis gentium, Vespasianum & Titum, qui crudeli strage eos deiecerunt: & ibi sanguis eorum effusus est, vbi dominum suspẽderunt. 4.Reg.2

¶De aqua trium regum exercitibus a domino data. Cap.XXII. C

CErrexerunt rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom, vt pugnarent cõtra Moab: nec erat aq̃ exercitui. Tres reges bellãtes, rectores sunt fidelium: qui per trinitatis fidem, cõtra mundi principem & populum eius philosophos, hæreticos, schismaticos, atq; omnes iniquos, armis spiritualib⁹ confligunt. Moab, interpretatur de patre, & conuenit eis ad quos dominus dixit. Vos ex patre diabolo estis. Hi aduersantur ecclesiæ, minis, persecutionibus, dolo: sed per Christum (qui est caput nostrum, scilicet Christianorum) effugantur. Et ait Heliseus. facite alueum torrẽtis huius fossas & fossas. Hęc enim dicit dominus: Non videbitis vẽtum neq; pluuiam: & alueus replebitur aquis & bibetis vos & familiæ vestræ, & iumenta vestra. Fossas in alueo torrentis facit: qui profunda mysteria de scripturis quærit. quæ absq; pluuia & vento, aqua replentur: quia sępe absq; humano solatio, sapientiam confert sui inuestigatoribus potentia diuina. 4.Reg.3 Ioan.8.

D vnde Ioannes dicit. Nō necesse habetis
1.Ioan.2. vt aliquis vos doceat : sed sicut vnctio
Num.20 eius docet vos de oībus. Vnde bibent
hoīes & iumenta.i.doctrinam accipiēt
ingeniosi & simplices. Parum hoc est in
conspectu domini: insuper tradet etiam
Moab in manus vestras, & percutietis
oēm ciuitatem munitā. Non eī̄ suffi-
cit viro dei abdita mysteria dei scire:
quinetiam debet ea prædicare aliis vi
ris, & contradicentes redarguere: qui-
bus promissa est cuncta de hoste victo-
ria vt percutiant oēm ciuitatem. Ciui
tas, secularis est prudentia, in qua phi-
losophi & hæretici confidunt: hæc per
prædicatores subuertit̄. Lignū fructife
rū succidetis: lignum scilicet qd̄ non fa
cit fructum bonū: sed mortiferum. qd̄
futuro examine succisum pabulū fiet
E ignis ęterni. Fōtes aquarū obturabitis.
Fontes aquarum obturantur: cū hære
siarchę cum suis sequacibus, per catho
licos damnantur. Agrū egregiū operie
tis lapidibus. agri egregii operiunt̄ la-
pidibus: cum venustas loquutionis hæ
reticę, & philosophicę, anathematis pō
dere obruitur. Remanent tn̄ muri ficti
les.i.falsę rationes: quę a fundibulariis
id est sanctis prædicatoribus ad nihilū
rediguntur.

¶De muliere quę clamauit ad He-
liseum. Cap.XXIII.

F
4.Re.4. MVlier quędam de vxo-
ribus prophetarū, cla-
mabat ad Heliseum, di
cens. Seruus tuus vir
me⁹ mortuus est: & tu
nosti, qa seru⁹ tu⁹ fuit
timens deū. Et ecce creditor venit: vt
tollat duos filios meos ad seruiendum
sibi. Cui Heliseus dixit. Quid vis vt fa
ciam tibi? dic mihi quid habes in domo
tua? At illa dixit. Nō habeo ancilla tua
quicq̄ in domo mea: nisi parū olei quo
vngar. Cui ait vade, & pete mutuo ab
omnib⁹ vicinis tuis vasa vacua nō pau
ca, & ingredere: & claude ostiū. & cū in
trinsecus fueris tu & filii tui: mitte in
G de in oīa vasa hæc, & cū plena fuerint
tolles &c. Mulier ista, sancta ecclesia est
mater duorū populorū, Iudaici & Gē-
tilis. Quę prius ex puerso opere, consen
tiēdo callidi spiritus persuasioni: quasi
quendā nummū peccati a creditore ac
cepit: & duos quos in fide genuit, amit
tere filios timebat: sed prophetę verbis
id est sacrę scripturę pręceptis obœdi-
ens, ex paulo qd̄ habebat olei, vacua
vasa infundendo repleuit: qa dū ab ore
vnius doctoris paulū quiddā de amo-
re trinitatis multorum vacuę mentes
hauriunt: exuberante gratia vnguēto-
rū diuini amoris, vsq; ad summū replē
tur: & iam nunc multorū corda q̄ pri⁹
erant vasa vacua, vnctione spūs plena
sunt: quæ ex paucitate olei solūmodo
infusa videbant̄. Qd̄ cū aliis atq; aliis
datur, & ab auditoribus fides accipit̄:
erepta mulier.i.sancta ecclesia, iam sub
creditoris sui debito non tenetur.

¶De tabernaculo qd̄ ædificauerūt Su-
namitis & vir ei⁹ Heliseo. Ca.XXIIII. H

DIxit Sunamitis ad vi- 4.Re.4.
rū suū de Heliseo. Ani
maduerto q̄ vir san-
ct⁹ dei est iste, q trāsit
p nos, & manet. Facia
mus ergo ei cœnacu-
lū paruū: & ponamus in eo lectulū, &
mensam, & sellam, & candelabrū: vt cū
venerit ad nos, maneat ibi. Heliseus q
interpretat̄ salus dei, & noīs interpre-
tatione, & miraculorū operatiōe, & vir
tutū exercitatione, & bonorū operū ex
hibitione & honestate, & conuersatio-
nis sanctitate, & post mortē mortui re-
suscitatiōe Christū significat. Sunami
tis quę interpretat̄ captiua, siue cocci-
nea: animā exprimit, quā Christ⁹ de ca
ptiuitate diaboli, sanguīe suo redemit.
Heliseus sępe venit ad Sunamitidē fœ I
minā: quia Christus sępe multis modis
venit ad aīam. Venit p creaturarū con
tēplationē: venit p scripturarū lectio-
nē: venit p miraculo⁊ opationē: venit
per internā inspirationē: venit p aduer
sitatē: venit p prosperitatē: venit mala
cōminando: venit bona promittendo:
venit mala auferēdo: venit bona cōferē
do: venit p cognitionē veritatis: venit
per amorem virtutis. Venit Christ⁹ ad
animā spiritualiter, eā visitando: hospi
tatus apud eam illam certificando: ali
quādo trāsit, illi gratiā subtrahēdo. Ex

parte enim gratiam subtrahit, vt hu-
milietur mens quæ de se nimis subli-
mia sentit: sed iterum redit, dum iterũ
infundit. Vir mulieris huius viduæ.i.
animę rationalis, intellectus est: q viri-
bus & sensu sibi insitis, per naturã, vel
collatis per gratiam, animę debet præ-
esse, cõsulere, prouidere: eam regere, du
cere, & ex ea progeniẽ virtutũ & bono
rũ operũ procreare. Cũ hoc viro aĩa ac-
cipit consilium dicẽs. Animaduerto ꝙ
vir iste dei sanctus sit: qui frequenter
transit per nos. Vere sanctus est: qa san
ctus sanctorũ est: & nemo nisi per illum
sanctus est. Faciamus ei cœnaculũ par
uum, & ponamus in eo lectulum, & mẽ
sam, & sellam, & candelabrum, vt cũ ve
k nerit ad nos maneat ibi. Cœnaculũ eo
ꝙ eleuatur: spiritualẽ designat conuer
sationem. Quã bene fecerat cœnaculum
Phil.3. istud huic Heliseo Paulus: qui de se si-
biq; similibus ait. Nostra aũt conuersa
Iaco.4. tio in cęlis est. Qđ dicit paruum, humi
litatem significat. Deus em̃ superbis re
sistit: humilibus aũt dat gratiã. Et ideo
fidelis anima si aliquãdo facit magna,
in conspectu conditoris existimat par-
ua. In lecto vero solemus a laborib⁹ qe
scere, & dormiendo visibilia ignorare.
Recte ergo p lectulũ, cõtẽplatio figura
tur. In ea nãq; q consistit ab incursu tẽ
tationũ & afflictione laborum quiescit
& internis intentus: quid exteri⁹ agat
nõ attẽdit. Per mensam, significat scri-
ptura. Sicut em̃ mensa replet cibis: sic
sacra scriptura repleta est sentẽtiis. &
aliam nobis refectionem tribuit p histo
riã, aliã p allegoriam, aliã p tropologi-
am, aliam per vetus testamẽtum, aliam
per nouum. Sella nãq; designat erudi-
tionẽ. Sedere aũt solẽt doctores q alios
erudiũt. Et bene mẽsam sequit sella: qa
iustũ est vt q scripturã audiendo vel le
L gendo didicit, aliis p doctrinã tribuat
bonũ qđ agnouit. Candelabrum: instru
mentũ est luminis. Habet aũt candela-
brũ pedẽ inferi⁹, & hastam sup pedẽ ere
ctam, & sup hastã sphærulã p circuitũ,
& sup sphęrulã acumẽ cui imponit lu-
minare. Pes vero candelabri habet tria
brachia æqualis longitudinis, æqualis
magnitudinis, vnius formæ, vni⁹ inter
se distantię. Significat ergo fidẽ sanctæ
trinitatis. Qualis em̃ pater, talis filius,
& talis spiritus sanctus. Hasta candela
bri in eo ꝙ recta est, exprimit ęqtatis re
ctitudinem. In eo vero ꝙ erecta est, ere
ctionẽ bonę intẽtionis. Sphęrula, signi-
ficat circũspectionẽ mẽtis. Quasi namq;
sphęrula candelabro ĩponit: dũ mẽs de
se bene sollicita per circũspectionẽ sibi
circũfert. Superius acumen: sanę ratio
nis significat subtilitatẽ. Luminare su-
ppositũ: exprimit Christũ. Cęra est hũa
nitas: lumẽ, diuinitas. ¶Facit igit mu- M
lier Sunamitis cõsulens virũ suũ.i. ani
ma fidelis p intellectũ Heliseo.i. Chri-
sto cœnaculũ: p spũalẽ conuersationẽ:
paruũ p humilitatẽ: & ponit lectulum
per contemplationẽ: & mẽsam, per scri-
pturarũ lectionẽ, & sellã, per morũ eru
ditionẽ. Ponit in eo quoq; candelabrũ
veri luminis instrumẽtũ: cuius facit pe
dẽ per fidẽ sanctæ trinitatis: hastã p re
ctitudinẽ æquitatis, & erectionẽ bonæ
intẽtionis, sphęrulã p circũspectionem
mẽtis: acumen, per subtilitatem ratiõis
quæ debet semp luminari inesse: quia
Christo semp debet inhęrere. Aĩa quæ
sic nouit præparare Christo hospitiũ:
Christum hospitem meretur habere, &
per ipsum filium possidere.

¶De Resuscitatione filii mulieris Sunamitidis. Cap.XXV.

MVlier Sunamitis, san- N
cta est ecclesia. Iacuit 4.Re.4.
mulier Sunamitis ad
pedes Helisei ꝓ resusci
tatiõe filii: qa sancta ec
clesia humiliter in pa
tribus dñm orauit: pro redemptiõe hu
mani generis. Dominus aũt dũ p Moy
sem legẽ dedit: quasi p puerũ virgã mi
sit. Sed puer p virgam.i. terrorẽ legis
mortuũ suscitare nõ valuit: qa lex ne-
minẽ ad pfectũ ducit. Ipse superueniẽs Heb.7.
super cadauer sternit: quia cũ in forma Phil.2.
dei esset, semetipsum exinaniuit formã
serui accipiens. Huc & illuc deambu-
lat: quia & gentes & Iudęos ad æternã
beatitudinem per fidem vocat. Super
mortuum septies inspirat: quia per ope
rationem diuini muneris, gratiam se-
ptiformis spiritus, in peccati morte

iacentibus aspirat. Moxq; is quem virga suscitare non potuit: per amoris spiritum, puer ad vitam redit.

¶De eo quod scriptũ est, mors in ola. Cap. XXVI.

O

4. Re. 4. Erat fames valida ĩ terra: & filii prophetarũ habitabant corã Heliseo. dixitq; vni ex pueris suis: Pone olam grãdem: & coque pulmentum filiis prophetarũ. Et egressus est vnus in agrũ vt colligeret herbas agrestes, inuenitq; quasi vitẽ syluestrem, & collegit ex ea coloquintidas: & impleuit palliũ suum: & reuersus cõcidit in olam pulmenti. Fames ista, famẽ significat audiendi verbum dei. Filii prophetarum: filii sunt prędicatorum, qui habitabant coram Heliseo, id est Christo, vel sancto prælato, in loco Christi posi

P

to. Cõcidit aũt in olam coloquintidas, id est agrestes concurbitas: qui literæ legis intentus, vel philosophis studiosus vel amaritudinẽ de lege, & mortiferũ de philosophis sumens intermiscet euangelicę veritati. Et in ola cordis coquens tale pulmẽtũ: hoc est documẽtũ prẽparat auditoribus suis. Dicit. n. apo

2. Corĩ. 3 stolus. Litera occidit. Prudentia carnis

Ro. 8. mors est. prudẽtia spirit[9] vita. Hoc sciẽtes fideles mortẽ in ola clamant. Sed farina in olã mittit: cũ scientia spiritualis in tale condimẽtum intromittitur, vt exclusa multitudine, amaritudinis pastus fiat saluber.

¶De eo qui Siro dei panes primitiarũ obtulit. Cap. XXVII.

Q

4. Re. 4. Vir quidã de Balsalisa venit: deferẽs viro dei panes primitiarũ, & vigĩti panes hordeaceos, & frumentũ nouũ in pera sua. At ille dixit da populo vt comedat. Vir iste: cœtus est patrũ. Qui de Balsalisa est: quia ternariũ ĩ cõfessione trinitatis seruat, Basalisa enim, habẽs tertiũ interpretatur. Hic vir viro dei panes primitiarũ offert: cum conditori gratia eius inspiratus, offert libros compositos de origine creaturarũ. Offert frumentũ no-

R

uum in pera: cũ nouũ testamẽtũ ĩ euãgelii & apostolorũ scriptis profert. Iubet Heliseus noster ministro. i. prædicatoribus, vt hoc fidelibus dispẽset: & de thesauro proferat noua & vetera. Da (ait) populo vt comedat. Hęc eñ dicit dominus. Comedẽt, & supererit. Quod mysterium legimus in fractiõe quinq; Ioan. 6.

& septẽ panum: vbi satiatis turbis col- Mar. 8.

legerunt duodecim cophinos siue septem sportas fragmẽtorũ: quia nullus sacramenta scripturæ per omnia sic capit: qn ipsi satiato supersit, iuxta verbum domini.

¶De captiua puella & de Naaman Syro. Cap. XXVIII. S

4. Reg. 5

De Syria egressi sunt latrũculi: & captiuã duxerunt de terra Israel puellã, quę erat in obsequio vxoris Naaman. Latrunculi de Syria (qđ est sublimitas) egressi sunt: cũ cupiditate & diuersis negociis impliciti gẽtiles, p totã terrã vagabantur. Hi de terra Israel captiuã duxerũt, quę de ꝓpheta testabaẽ: quia fama de Israel p negociatores gentiũ trãslata, in toto orbe curiositati hoim (quã vxor Naamã significat) verũ ꝓphetã & saluatorẽ in Iudæa manere patefacit. Audiens hoc Naamã, dño suo nũciauit: cũ ii ad quos notitia verbi puenit: his q pręsunt sibi suggerũt sciẽtię spũalis magnitudinẽ. T

Mittit rex Syrię literas ad regẽ Israel p salute serui: cũ primat[9] gẽtiũ audiens dñm esse in Israel, salutẽ suorum pręuidens, legationẽ mittit in Iudæã: vt per apostolicã doctrinã saluatoris fidẽ accipiat. Vnde Corneli[9] de Cęsarea: in Iop Actu. x.

pen ad Petrũ misit. Rex Israel scidit vestimẽta sua: qa sacerdotes, scribę, & pharisæi, rectores Iudęorũ considerãtes vndiq; plębes ad redẽptorẽ cõuenire, quasi blasphemiã existimantes: scindebant vestimẽta: sicut in euangelio princeps sacerdotum fecit. Veniat ad me & sciat prophetam esse in Israel: & domin[9] quos præsciuit hos & vocauit. Veniẽs Matt. 26

gentilis populus ad domũ Helisei san- Ro. 8.

ctam, scilicet ecclesiam: per nuncios, id est per euangelicos prædicatores ac-

cepit, vt se in iordane septies lauaret, renatus ex aqua & spiritu sancto. Ior-
V danis, baptisma significat, quia ī eo sal-
lotionē uator baptisma cōsecrauit. Naamā† la-
uationem Iordanicam despiciens: sim-
plicitatem significat rudium, qui spiri
1.Cor.2. tualem non potuerūt intelligere effica
ciam, quia animalis homo non percipit
ea quæ sunt spiritus dei. Serui meliori
consilio ad mandatum propheticū per
Act.10. suaserūt, quia sępe dominus minori re-
uelat qđ melius est, quoniam dominus
X acceptor personarū nō est. Loto septies restituta est caro eius sicut prius, quia mundat⁹ in baptismate per inuocationem sanctæ trinitatis vel spiritus septiformis, quisq; ad innocentis vitæ infantiam redigitur. Quia in baptismate abrenunciare Sathanæ, ac fidē Christi cōfiteri præcipimur. Negat Naamā se vltra diis sacrificaturū: promittit se deo soli per omnia seruiturum. Partem terræ sanctæ tulit, quia baptizatos oportet dominici corporis participatione confirmari.

¶De lepra Naaman quæ adhæsit Giezi. Cap.XXIX.

Y 4.Reg.5 Equutus est Giezi post tergum Naaman. Qui cum vidisset illū currētem ad se, desiliuit in occursum eius de curru, & ait. Recte ne sunt omia? Et ille. Dominus meus misit me dicens. Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Effraim de filiis prophetarum: da eis talentum argēti, & vestes mutatorias duplices. Illoꝝ q spūalia dona, sacros.s. ordines & bona ecclesiæ emunt vel vēdūt: duo reperiunt authores, vnus ī veteri testamēto, & vn⁹ in nouo. Giezi itaq; in veteri testamento author pbat esse vēdētiū, & Simon Magus in nouo testamēto dignoscitur esse author ementiū, quoꝝ sequaces ab ecclia separāt, ęternis ignib⁹ cruciādi.

Z 4.Re.7. ¶De obsidione & fame Samarię. Ca.xxx

Congregauit Bēiadab rex Syriæ vniuersum exercitum suū, & ascēdit, & obsidebat Samariā. Facta est fames magna in Samaria. Beniadab & exercitus, est diabolus & iniqui spiritus, Pagani, Iudæi, hæretici, qui cōtra ecclesiam bellum gerere excitant, & per tales affligitur populus dei qui est in Samaria posit⁹.i. in diuinæ legis custodia. Fitq; fames, cum non permittitur doctoribus prędicare verbum dei. Sed Heliseo reuelante.i. redemptore per euangelium indicante: salus quę a peccatoribus longe est timētibus deū
prope esse scitur. Dicit enim dn̄s. Cras Psal.10.
modi⁹ similę vno statere erit, & duo mo &.18.
dii hordei statere vno. Modi⁹ similę, p A
fecta est mensura diuina sapientiæ quę est in nouo testamēto. duo modii hordei, sunt scientia legis & prophetarum quæ comparatur statere vno hoc est fide catholica, in porta Samariæ.i. prædicatione apostolica, per quam intratur ī ecclesiam. Cessante turbine persecutionis quæ fit hodie: dabit domin⁹ cras.i. tempore futuro, tranquillitatem: vt pdicatio perfecte impleatur. Quatuor viri erant leprosi iuxta introitum portę: qui dixerunt adinuicem. Venite transfugiamus ad castra Syriæ. Fecerat aūt dominus in castra Syriæ sonitum, & fugerant Syri. Cūq; venissent leprosi ad principium castrorū, ingressi sunt vnū tabernaculum, & comederunt & biberunt. Tuleruntq; aurū, argētum & vestes, dixeruntq; adinuicē. Hæc dies boni nuncii est. Si tacuerimus & nolueri
mus annunciare vsq; mane: sceleris ar-
guemur. Leprosi sunt, qui variis vitiis B
dediti, vel erroribus implicati, fœditatem ex interna peste educētes ostendūt in cute. Hos dominus sæpe conuertens ad fidem, & emundans a vitiis, verę salutis nuncios efficit. Vnde Matthæus ex publicano apl's factus est. Apparuit dn̄s post resurrectionē Mariæ Magdalenę, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa vadens nunciauit his qui cum illo fuerant lugētibus. Leprosi in castra Syrorum refecti sunt, aurum & argētum asportauerunt: cum despecti huius mūdi philosophiæ operam dantes, & sensus humilitatem, & sermonis venustatem, acquirūt. Vnde ecclesiæ vsibus bene instructi, deseruire possunt. Qui be-

    & v

duo simonie inventores sunt in veteri testamento qui spiritualia dona vendere temptavit s. giezi alter in novo testamento qui donum dei emere presumpsit s. simon magus

ne quatuor eſſe commemorant, vt qua
tuor euangeliorum eruditione imbu-
ti, in quatuor mundi partibus fidei ve
ritatem prædicent.

¶De Iehu. Cap.XXXI.

C
4.Re.9. DIxit puer Heliſei ad Ie
hu. Verbũ mihi ad te
O princeps? dixitq́ꝫ Ie-
hu. Ad quẽ ex omnib⁹
nobis? At ille dixit. Ad
te O princeps. Et ſurre
xit, & ingreſſus eſt cubiculũ. At ille fu
dit oleum ſuper caput eius, & ait. Hæc
dicit dominus deus Iſrael. Vnxi te re-
gem ſuper populum dei Iſrael, & percu
ties domum Achab dñi tui, vt vlciſcar
ſanguinem prophetarum meoꝝ, & ſan
guinem omniũ ſeruorũ domini de ma-
nu Iezabel. Iehu deſignat gentium pri-
cipatum. Quem dominus deſtinauit,
vt ſacrilegam ciuitatem (quæ prophe-
tas & dominum prophetarum occidit,
& apoſtolos eius perſecuta eſt) vltione
iuſta perimeret, & ſacerdotiũ (qđ poſt
Chriſtum inaniter habuerat) deſtrue-
ret, templumq́ꝫ ſubuerteret, & impiam
ſynagogam quę ſanguinem ſanctorum
ſemper ſitiebat: de regni culmine ꝑcipi
taret & rectores illius interficeret.

¶Quomodo Ioas inſtaurauit ſar-
tatecta. Cap.XXXII.

D
4.Re.12. DIxit Ioas ſacerdotib⁹.
Omnem pecuniã quæ
illata fuerit ĩ tẽplum
domini a prætereunti
bus, quæ offertur pro
ꝑcio animę, & quã ſpõ
te & arbitrio cordis ſui inferunt in tẽ-
plum domini, accipiant illam ſacerdo-
tes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent
ſartatecta domus, ſiquid neceſſariũ vi-
derint inſtauratione. Secundũ hanc ſi-
militudinem mandat Chriſtus rex no-
ſter, vt doctores accipiant omnem pecu
niam quæ a prætereuntibus iuſtis, ſciẽ
tiæ ſpiritualis, bonorum exemplorum,
in theſaurum domini confertur, per ꝓ-
dicatorum officia ad inſtauratione tẽ-
pli ſpiritualis cõferatur. quatinus vbi
cũq́ꝫ qđ ſciſſum ꝑ errorẽ vel ꝑ vitia ĩue
nerit, reſtaurẽt. ne forte ꝑ negligẽtiam
magiſtroꝝ, depeat mľtitudo auditorũ.

¶De ſcriba & pontifice & pecunia
& operariis. Cap.XXXIII. E

SCriba legis & põtifex 4.Re.12.
effundebant & nume-
rabant pecuniã quę in
ueniebãt in domo do-
mini, & dabant eã iu-
xta numerum atq́ꝫ mẽ
ſuram in man⁹ eorum qui præerãt cœ
mẽtariis in domo domini. Scriba & põ
tifex, ſignificant apoſtolos & ſũmos do
ctores, quos principes in eccleſia electio
diuina conſtituit: q per diſcipulos ſuos
verbi ſemina ſparſerunt per totum or-
bem: quatinus operarios volũtatis dei
idoneos in auditoribus ſuis ꝓficerent:
quorũ alii fabricabãt ligna, cum ſemet
ipſos & eos qui ſibi obœdiebant, ligna
fructifera in domo domini parare ſtu-
debant. Alii ſartatecta templi faciebãt, F
qñ illa q̃ per hęreſim & ſchiſmata ſciſſa
erant, reædificabant. Alii ſaxa cæde-
bant: cum duros corde & icredulos for
titer increpabãt. Ita vt implerẽt inſtau
ratio domus domini in vniuerſis quæ
indigebant expenſa, ad domum domini
muniẽdã. Iuxta illud: Vnicuiq́ꝫ noſtrũ Ephe.4.
data eſt gratia ſecundum menſurã do
nationis Chriſti.

¶De Sagitta ſalutis. Cap.XXXIIII. G

DIxit Heliſeus ad regẽ 4.Re.13.
Iſrael. Aperi feneſtrã
orientalem. Cũq́ꝫ ape-
ruiſſet, dixit Heliſe⁹:
Iace ſagittã. Et iecit.
Sic Chriſtus, lumine
ſcientiæ ſuos hortatur primũ illuſtra
ri, & ſic iacula ꝓdicationis mittere. Et
ait Heliſeus. Sagitta ſalutis domini cõ
tra Syriã: percutieſq́ꝫ Syriam in Aphec.
Secundum hoc exemplum, prædicatio
ſancta eſt ſpiritualiũ hoſtiũ certiſſima H
interfectio, ſi perſeueranter agitur. Vn
de non debet rector vel doctor, propter
auaritiã negligere curã aĩarũ, ſed ma-
gis per fidem, per pietatem, ad ęternam
requiẽ ꝓducere, qđ ſignificat Aphec. In
terꝑtatur enim continebit, vel apphen Timo.6.
det. Vnde apoſtolus, enumeratis vitiis
quæ auaritiam comitantur: ſubintulit
dicens. Tu autem homo dei, hæc fuge.
ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem,

caritatem,patientiam,mãsuetudinem. certa bonũ certamen fidei:apphẽde vitã æternã. ℭDixit Heliseus.Percute iaculo terrã. Et cum percussisset trib⁹ vicibus & stetisset:iratus est contra eum vir dei,& ait. Si percussisses qnqes aut sexies aut septies, pcussisses Syriam vsꝙ ad consummationẽ. Secundum hoc factum,doctoribus præcipit,iaculo prędicationis terram,id est carnales percu
.I tere.Sed qui hoc minus studiose agũt: merito increpatione diuina arguũtur. Quid est enim tribus vicib⁹ terrã iaculo percutere, nisi trinitatis fidẽ carnalibus ĩsinuare?Sed cũ hoc doctor effecit, hoĩesꝗ ad fidẽ pduxit: necesse est vt adhuc ĩstet verbo, donec illos doceat qnꝙ sensib⁹ corporis (qui per quinarium designanť) imperare, bonisꝗ operibus (quæ per senarium numerum exprimũtur) studiũ impendere:necnon & scientiam spiritualẽ instanter meditari,quã septiformis gratia spiritusſ.in scripturis sacris constituit,& ad humani generis salutem gemino testamento edidit. Qui aũt solam fidem sine operibus bonis,& meditatione legis dei sibi sufficere credũt ad salutem,recte arguuntur:
Iacobi.2. nã non recte agunt,quia secundum Iacobum:fides sine operibus mortua est.

K 4.Re.17.

ℭDe proiectione Israel. Ca.XXXV.

PRoiecit dñs oẽe semẽ Israel,& afflixit eos, & tradidit eos ĩ manũ regis Assyriorũ.Rex Assyriorum,id est diabolus,cũ exercitu suo populum ecclesiasticum obsidendo & deuastando,quotidie afficit:cum eos propter peccata commissa de propriis sedibus euellens.i.de virtutibus & operib⁹ bonis:transfert in terrã alienam,regionem scilicet dissimilitudinis.

L 4.Re.17.

ℭDe Samaritanis.Cap.XXXVI.

SAmaritani cum dominum colerẽt:diis quoꝗ suis seruiebant.Isti significant hæreticos, qui habent quædã sacramenta communia cum sancta ecclesia,& quasdam sanctarum scripturarum sententias recte intelligunt:sed tamen nihilominus idolis errorum suorum vel immundorum spirituum seruiunt. Videntur enim sibi timorem dei recte custodire: cum secundum sensum suum veritati se putant fauere.Sed qa catholicæ fidei vnitatem spernunt habere:malignorũ spirituum voluntatibus veraciter se manifestant obtemperare. Et non solum ĩuẽtores erroris primi,quos patres Samaritanorum significant,hoc faciunt: & sequaces eorum(quos filiorum noĩe & nepotum expressos ĩtelligimus)hoc similiter agunt.

ℭDe Iosia & Phase qđ celebrauit. Cap.XXXVII. M

4.Re.23. EIecit Iosias idola terræ, & omnes immunditias, & celebrauit dño phase.Qđ Iosias eiectis idolis & omnibus immunditiis domino phase celebrasse legiť: moraliter nos docet, vt primum purgemus terram cordis nostri ab omnibus vitiis: emẽdemus act⁹ nostros ab omni inquinamento peccatorum & ab operibus mortuis, vt seruire possimus deo viuenti: sicꝗ gratũ phase domino celebremus:nõ in fermẽ 1.Cor.5.
to malitiæ & neqtiæ,sed in azimis sinceritatis & veritatis.

De censu quem soluit popul⁹ Pharaoni sub Ioachĩ. Ca.XXXVIII. N

4.Re.23. VInxit Pharao Ioachã in Rebblatha quæ est terra Emath,ne regnaret in Hierusalem,cõstituitꝗ Ioachim pro eo,qui vnũquẽꝗ secũdum vires suas exegit,tam argẽtum ꝙ̃ aurum de populo terrę,vt Pharaoni efferretur.Malignus spiritus pensum sibi seruitii sui ĩ populo carnali expetit, vt tam sensu ꝙ̃ eloquio,eius per omnia parati sint obsequio.Ioachim pręcepto Pharaonis censum exigit,quia diabol⁹ per sibi deditos magistros ab vnoquoꝗ exigit secundum vires suas peccati cẽsum sibi soluere. sicꝗ in neqter platis, ꝑparat quotidie,pditionẽ subiectis.

ℭDe prima obsidione Hierusalẽ. Cap.XXXIX.

O 4.Re.24. VEnit Nabuchodonosor vt obsideret Hierusalē, & suscepit Ioachim sibi obuiā veniētē, & tulit vasa aurea q̄ fecerat rex Salomon in templo domini, & transtulit Nabuchodonosor oēs pricipes, & fortes, & artifices, & inclusores de Hierusalē ī Babylonem. Huius tam deflendę historię, quia multū negligentiæ nostri temporis congruit: nō opinor allegoriā eē reticendam. P Constat nāq; q̄ Hierusalē & terra Israel ciuitatem Christi .i. sanctā ecclesiam: Babylon aūt & Chaldæi siue Philistei, ciuitatem diaboli .i. omnē malignorū siue hominum siue angelorum multitudinē designant. Seruitq; Israel Philisteis siue Chaldęis, cū fideles quiq; nomine tenus in ecclesia consistētes, cæterū ab immundis vel spiritibus vel hominib⁹ decepti, aut auaritię, aut luxuriæ, aut alteri cuilibet peccato mentis colla submittūt. Adducit autē Nabuchodonosor regē Hierusalē & vniuersos pricipes fortes exercit⁹ ad decē milia in captiuitatē, cū & magistri & illi qui in virili aīo domino seruire, & decalogum legis fideliter in dei & proximi amore conseruare videbanť: subito siue illecebris mundi seu aduersitatib⁹ subacti, aut maioribus se facinorib⁹ polluunt, aut certe īcidūt in hæresim. Arma vero quibus contra diabolum repugnantes libertatem a deo nobis donatam defendimus, quę sunt alia nisi eloquia scripturarum? In quibus & ipsius domini & sanctorum ei⁹ exemplis quo ordine bella vitiorum debeant superari, luce clarius discim⁹. His armis Chaldęi filios Israel priuant, cū maligni spiritus animos fidelium a sacrę legis meditatione, secularia illi negocia inserendo retardant: ne vel ipsi per huius exercitium resistendi fidutiam sumant. vel alios forte qui nesciunt legē ad resistendum vitiis exhortando, aut corripiendo accendant. Tollūt fabros armorum, cum eos qui sacra eloquia norunt, intātum sceleribus obruūt: vt dicere bona Q quæ didicerant, prsus erubescant. Trāsferunt omnem artificem & inclusorem de Hierusalē ī Babylonē, cū eos q multifaria virtutū operatione pluribus pdesse, & ciuitatem dei contra eruptiones tentationū munire solebant, a proposito deflectunt, atq; ingenium qđ ad munimen sanctæ ecclesię impendere debuerant, ad volūtatem potius regis vitiorum dispēsare compellunt. Q; si inclusores non ostiorum siue murorū sed auri gemmarumq; intelligimus, ad eūdem expositio finē tendit. Dictum qppe est de sapientia, q̄ aurum & multitudo gemmarū nō valet ei comparari. Proue. 3. & 10. Atq; ideo inclusores horū, nō alios aptius q̄ doctores ītelligere valemus. Qui q̄diu recte viuunt vel docent, in ornatū sanctę ciuitatis, industriam suę artis īpendunt. At si forte errauerint, quid nisi a rege Chaldęorum captiuati in Babyloniam transferuntur? Et quia artificem & inclusorem ab Hierosolymis Babyloniam transmigrari, talentum verbi cœlitus acceptum in terra defodi .i. scientiam spiritualem ad peccatorū opera cōuerti intelligimus: nequid tale a nobis committatur vigili semper cautela puidendum est.

De secūda obsidione Hierusalem & fame. Cap. XL. R 4.Re.25.

FActum est autē in anno nono regni Sedechiæ, mēse decimo, decima die mēsis, venit Nabuchodonosor & omnis exercitus eius in Hierusalem, & circundederunt eam, & extruxerunt ī circuitu eius munitiones, & clausa est ciuitas atq; vallata vsq; ad vndecimum annum Sedechiæ regis, nona die mēsis. Pręualuitq; fames in ciuitate: nec erat panis populo terræ. S Quid in Sedechia aliud intelligimus, nisi malos rectores in ecclesia, qui munere & dono diuino abutunť, & falso sibi nomē iustitię vsurpant? Mathania enim nomen quo primum rex appellatus est: interpretať munus siue donū. Sedechias: iustus domini. Qui vndecim annis regnasse diciť, qđ significat eum transgressorem legis fuisse, quæ significatur denario numero. Vndenarius aūt numerus qui dena

riū supgredit̄,excessionē decalogi significat. Nouenari⁹ aūt impfectionē legis significat,sicut vndenarius trāsgressionē.Hic enim excedit denariū, ille min⁹ habet denario.Recte Nabuchodonosor in nono āno regni Sedechiæ obsedit ciuitatem mēse decimo.i.decima die mēsis,quia mali pastores cū decalogi mandata quæ scientia tenēt,opere & doctrina perficere negligūt:necesse est vt plæbem illis cōmissam antiquus hostis cū suo exercitu obsidione circūdet,& munitiōe erroris ac vitiorum cōstructa claudat,vallando ciuitatē:sicq; fames verbi dei in ciuitate pualeat,cum non expendat̄ libere panis doctrinę populo terrę.

T 4.Re.25. ¶De Interruptione muri & fuga Sedechiæ. Cap.XLI.

INterrupta est ciuitas & fugit Sedechias, & oēs viri bellatores nocte fugerūt p viā portæ,quæ est inter duplicem murum ad hortū regis.Interrumpit̄ ciuitas spūalis p tētationes varias malignorum spūum,& ii q debuerant ciuitatē armis defendere,nocte ignorātię & tenebris peccatorū vallati fugiūt:quia mercennarius & qui nō est pastor,videt lupū veniētem, & dimittit oues & fugit,& lupus rapit & dispergit oues.Per viā portę q̄ est inter duplicē murū ad hortū regis . His verbis latenter arguit inertiā doctorum, qui inter duplicē murū duorū testamētorum constituti, nō belligerare sed effugere quęrunt & in deliciis magis defluere(qđ significat hortus) q̄ scuto fidei hostib⁹ obsistere.Porro Chaldæi obsidebāt in circuitu ciuitatē.Fugitq; Sedechias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis,quia malignis spiritibus populū circūdātibus, rector fugit. nō ad mōtes de quib⁹scriptū est,mōtes in circuitu eius,sed ad cāpestria solitudinis.i.ad dilatationē luxurię. Vn̄ scriptū est . Lata est via q̄ ducit ad mortē. Et persecutus est exercitus Chaldæorū regem,comprehēditq; eum in planitie Hierico,& omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt , & reliquerūt eū.

Ioan.10.

V

Psal.124.

Matt.7.

Cum enim virtutes hominem deserūt quæ eū defendere debuerant, in planitie Hierico capitur,id est in defectione carnalis sensus.Hierico.n.īterpretatur luna,& significat defectū carnis. Filios X
autem Sedechię occidit rex Babylonis corā eo,& oculos eius effodit. Rex qppe Babylonis diabolus est,possessor intimę confusionis. Qui prius filios ante intuentis oculos patris trucidat:qa sæpe sic bona opera interficit, vt se amittere ipse qui captus est animus dolens cernat. Nā gemit plerūq; animus,& tamen carnis suę delectationibus vict⁹bona quæ gemit amans perdit: ea quæ patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra regem Babylonis leuat.Sed dū videns nequitię perpetratione percutit̄, ad hoc quandoq; peccati vsu perducit̄,vt ipso quoq; ratiōis lumine priuet̄.Vnde Babylonis rex extinctis pri⁹ filiis,Sedechiæ ocl'os eruit: quia malignus spūs subductis pri⁹ bonis opib⁹,post & ītelligētię lumē tollit. Qđ recte Sedechias in reblatha patit̄. Reblatha qppe,multa hæc,interpretat̄. Ei enim qñq; & lumen rationis clauditur,qui prauo vsu & iniqtatis suę multitudine grauatur.

¶De Nabuzardan. Cap.XLII. Y 4.Re.25.

VEnit Nabuzardan princeps exercitus seruus regis Babylonis ī Hierusalē, & succēdit domū dñi,& domum regis,& domos Hierusalem,omnemq; domum combussit igni. Venit Nabuzardan qui interpretatur ventilabrum,cum aliquis spiritus malignus plæbem inuadit fidelium, & domum regis,& domos Hierusalē , id est rectores,& eos qui videbantur in visione pacis manere, inflammatos cupiditate subuertit . Omnem domum comburit , cum vniuscuiusq; conscientiam per illiciti amoris flammam succendit. Muros Hierusalē in circuitu destruit, cū intētionē oṙonis,& virtutū studia q̄ cōtra se valere nouit,in desperātib⁹ dissoluit, ne p spem veniæ ad diuina currāt auxilia: & correptionis vitę apphē

dant munimina,Populũ in captiuitatẽ ducẽs,de paupibus terrę reliquit vinitores,& agricolas : qa eos q vtiles verbo & exẽplo esse poterãt,p vitia captiuans,stultis & hebetib⁹ cõmẽdat agriculturam:quatinus nõ vinũ gratię spiritualis & frumẽtũ sanę doctrinę in vineis & agris pplorũ fructificet, sed spinæ magis & tribuli vitiorũ excrescant.

¶De translatione Iuda. Ca.XLIII.

Z 4.Re.25. ET trãslatus est Iuda de terra sua.Transfert Iuda cũ illi qui confessionem nois dei in ecclesia videbant habere, p scelera & peccata multiplicia de terra virtutũ translati in regnũ cõfusionis & erroris adducunt.Sub imperio quicũq nequiter seruientes perseuerauerint:nec merebunt per Iesu ducatũ regredi in terrã Iuda,templumq dñi ibidem reædificare. Hi post ærũnã præsentis vitæ tradentur in carcerem Esaię.66 mortis perpetuę:vbi vermis eorum non morietur,& ignis eorum non extiguetur. Nobis autem liceat in peregrinatione labentis seculi veram commissorum pœnitudinẽ agere,vt post excursum septem dierum,veluti post septuaginta annos , huius captiuitatis exuti ab omi potestate regis Babylonis.i.diaboli,valeamus iuuãte septiformi spiritu cęlestem Hierusalẽ ingredi,& vultũ cõditoris nři p sclorũ secula cõtẽplari.

Allegoriarũ Lib.VII.FINIS.

SEQVVNtur Allegoriæ in duos priores Libros Esdræ:e quibus est Liber Octauus.

¶De Cyro & liberatiõe captiuorũ & restauratione tẽpli.In primũ Esdrę.Ca.I.

A 1.Esdrę.1 ANno prio Cyri regis Persarũ, vt compleretur verbum dñi ex ore Hieremię prophetæ : suscitauit dominus spũm Cyri regis Persarũ, & traduxit vocẽ i vniuerso regno suo etiam per scripturam, dicens.Hęc dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terrę dedit mihi domin⁹ deus cæli,& ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Hierusalem,q̃ est in Iudęa.Quis est in nobis de vniuerso populo eius?Sit dominus deus illi⁹ cũ ipso.Ascendat in Hierusalem quæ est i Iudęa, & ædificet domum domini dei Israel.Sicut Cyrus destructo Chaldæorum imperio,populum dei liberauit,& in patriam remisit, & templum incensum Hierosolymis reædificare pcepit, & hoc etiã p literas mãdauit:ita Christus destructo regno diaboli, electos suos qui erant dispersi ab eius tyrannide, in ecclesiã congregauit:quæ in pręsenti iustificata ex fide pacem habet apud deum,& per ipsum ad visionem perpetuę pacis festinat.Hierusalẽ quippe,visio pacis dicitur. Templum quoq incẽsum restaurari fecit,cum illos qui insidiis diaboli fidem perdiderant,ad salutem reducẽs habitatione sua dignos efficit.Scripturas etiam sanctas per vniuersum mundum mittit,quibus fidem sui nominis & spem salutis, cũctis q ad regnũ suum pertinent.i.electis prædicat.Domus vel tẽplũ dei in sacris scripturis,vnusquisq electorũ & tota ecclesia solet appellari,quia in cordibus i se credentiũ,& sperantiũ diligentiũq habitare cõsueuit.Vnde scriptũ est. Si qs diligit me:sermones meos seruabit : & pater meus diliget eũ,& ad eũ veniem⁹ & mansionem apud eum faciemus. Ioan.14. B

¶Quid notet q Iudæi post septuagita annos liberantur. Cap.II. C

QVod Iudæi post septuaginta annos liberantur,& domũ dei & ciuitatem sanctam reædificant,significat hoc q quidã per pctã sua a cõmunione ecclesiæ separati,i fidelium numero copulãtur: & rursus per dona sancti spũs bona opera exercẽt,& sic cõsortiũ fideliũ(domus.s.& ciuitatis dei de q̃ fuerãt eiecti) recipiũt.Notãdũ.n. q eãdẽ pœnitẽti & ad ecclesiã reuersionẽ: dom⁹ dñi post incẽdiũ reædificata, & ciuitas restaurata,& ppls post capti

uitatem in patriã remissus,& vasa san
cta relata denunciant.

D ℭDe numero vasorum quæ relata
1.Esdrę.1 sunt de Babylone. Cap.III.

Hic est numerus vasorũ
quę relata sunt de Ba-
bylone. Phialæ aureæ
triginta.Phialę argen-
teę mille.Cultri vigin-
tinouẽ.Cyphi aurei tri
ginta.Cyphi argẽtei secundi quadrin-
E genti decẽ &c.Phialę vasa patula & lu
cida:sũt simpliciũ corda,qui nihil sub-
dolę cogitationis habent,sed ea quę in
corde tenent,pura pferunt lingua.Cul
tri ad incidẽdos vel diuidẽdos ratione
congrua artus victimarũ,vt omnib⁹ ra
tione distinctis,pars in altari cõsume-
ret,pars sacerdotibus,pars leuitis,pars
offerẽtibus daretur:illos significant, q
discretionem habẽt, qui perfecte norũt
de sacrificio salutari discernere qđ est
Christus:quæ omnibus sint dicẽda,quę
perfectioribus, quæ humanæ conditio-
nis modum excedentia igni spũs san-
cti tribuenda. Cyphi aurei,sunt q ma-
iori sapientiæ splendore rutilant. Ar-
gentei,qui docendi venustate nitidi,q̃
norunt planius exponunt.

F ℭDe numero reuertẽtium de Ba
1.Esdrę.2 bylone. Cap.IIII.

Numeratus est populus
secundum generationẽ
suam,q reuersus est de
Babylone.Ideo vigilan
ter scriptura distinxit
de qua generatione ca-
ptiuorum soluti in patriam redierũt,
vt ex eo ammoneremur, quanta certi-
tudine dominus summam electorũ suo
rũ in libro vitæ cõscribat,& velut ĩ al-
bo cæli cõsignet,quot animas quisq̈ fi-
delium vel verbo vel exemplo cõuerte
rit,p q̃bus certa mercede remuneret.

G ℭDe numero animalium.Cap.V.
1.Esdrę.2

Equi eorũ sexcenti tri-
gintasex.Muli eorꝫ du-
cẽti quadragintaq̈nq̈.
Cameli eorꝫ quadrigẽ-
ti trigintaquinq̈. Asi-
ni eorꝫ sex milia septi-
genti viginti.Inter hoĩes q de captiui
tate ascenderũt,etiã aĩalia quib⁹ adiu-
uabantur,describunt,& eorũ sicut nu-
merus hoĩm designat:quia sunt multi
in ecclesia vł sensu tardiores, vel min⁹
spirituales, q quũ magistris spũalibus
deuote obtemperant,& ad portãda one
ra fraternæ necessitatis, dorsum mẽtis
inclinant,cũ cęteris electis de confusio
ne diabolicę captiuitatis erepti,ad sup
næ ciuitatis mœnia tendunt:quorꝫ nu
merus nunc in memoria dei iugiter cõ
seruatur. Vnde imperfectum meum vi Psal.138.
derunt oculi tui,& in libro tuo omnes
scribentur.Et alibi.Homines & iumen Psal.35.
ta saluabis domine.

ℭDe oblatione principum. Cap.VI. H

Principes patrũ dede- 1.Esdrę.2
runt in impensas tem
pli,auri solidos q̃dra-
gita milia & mille.Ar
gẽti minas q̃nq̈ milia
& vestes sacerdotales
cẽtũ.Aurũ & argẽtũ,& vestes sacerdo-
tales, principes patrum secũdum vires
suas in impensas operũ templi offerũt:
cum viri sancti, quicquid sapientię,elo
quentiæ & actionis bonæ perceperũt,be
ne viuẽdo ad ædificationẽ fideliũ con-
ferunt. Certum est pondus auri & ar-
genti,certus est numerus sacerdotaliũ
vestium,vt sciamus deum cogitatiões,
sermones,& actus nosse & digne remu
nerare.

ℭDe fundatione templi. Cap.VII. I

Igit̃ mũdato tẽplo do 1.Esdrę.3
mini,omnis popul⁹ vo
ciferatur clamore ma
gno in laudando dñm
eo q fundatũ esset tẽ-
plum domini.Plurimi
etiam de sacerdotibus & leuitis, & pri
cipes patrum & seniores qui viderant
templum priusq̃ fundatum esset,& hoc
templum in oculis eorum flebant vo-
ce magna. In ædificatione templi spiri
tualis,fletus simul & lætitia principi-
bus nascitur. Gaudent enim doctores
in salute pœnitentium:sed lugẽt,quia
iniqua pœnitenda commiserunt. Exul
tant ipsi de salute,qa pœnitẽdo a mor-
te animæ resurrexerunt. Lugent,quia
peccãdo perierũt. Lętant̃ Neophiti gra K

tia saluatoris se collectos esse, dolẽt cũ humano genere in primo parente piisse,& quasi corrupto ab hostibus tẽplo dei,statu scilicet corporis & animæ immortalis,in Babylonem.i.in cõfusionẽ præsentis exilii transmigrasse.Sed quia crescentibus bonorum profectibꝰ crescit inuidia malorum,nec inter augmẽta piorum desinunt tentamenta prauorum:qui vel ficte bonũ ostendendo,vel aperte malum ingerendo,sanctos lædere conantur:recte subiungitur.

¶De hostibus Iudæ & Beniamin. Cap.VIII.

L 1.Esd.4. AVdierunt hostes Iudę & Beniamin,quia filii captiuitatis ædificarẽt templum domino deo Israel & accedentes ad Zorobabel &ad principes patrum,dixerunt eis.Ædificemus vobiscum,quia ita vt vos quęrimus dominum deum nostrum &c. Hostes Iudæ & Beniamin,Samaritanos dicit,quos captiuatis decem tribubꝰ rex Assyriorum de diuersis gẽtium populis in ciuitates eorum & terras eorum trãstulit,qui postea acceptam legẽ dei ex parte seruabant, non minus simulacris quibus ante seruiebant.hi qui videri dei cultores abominabantur,pollicentur auxilium operis,vt in societatẽ

M recepti,possint inferre dispendium. Hi ergo falsos fratres.i.hęreticos & malos catholicos exprimunt,qui hostes Iudæ .i.confessionis & laudis(quã ecclesia p fidem rectam & operationem dignã offert)& Beniamin.i.filii dexteræ : dum eos qui se audiunt,separant a fidelibus qui ad dextram iudicis benedictionem & regnum æternũ percepturi sunt. Dicunt ergo ędificemus vobiscum &c.cũ affectant hæretici authoritatem sibi p̃dicandi inter catholicos tribui:pmittẽtes se eãdem cum eis rectę fidei & operationis tenere castitatem , vt accepta potestate prædicandi in medio boni seminis,a quo Paulus spermologos.i. seminiuerbius agnominatꝰ est:zizaniam

N interserant. Intrauerunt enim terrã filiorum Israel,nõ a Iosue introducti,nõ Hierosolymorum imperio subditi , sed a rege perfido:ab hoste.s.populi dei, in terram eius adducti,nõ vt domino sed regi aduersario seruiant.sic hæretici & falsi catholici ,cum pacem ecclesię viuẽdo peruerse,vel docendo,impugnãt:ab Hierosolymorum regno sunt extranei & ad gentilium sortem magis ptinent, quorum idolis seruiunt nec Iesu Christo duce,sed diabolo quẽ significat rex Assur:sanctæ ecclesiæ fines introesit,sicut Simon Magus,baptismũ in ecclesia non pro sua salute accepit,sed vt secreta ecclesiæ familiarius discuteret:quod exitus mõstrauit cũ ecclesiã quã in psona ficti fratris nequiuit turbare,in psona aptissimi hostis acerrime turbauit.

¶De dedicatione domus domini. Cap.IX.

O 1.Esd.6. FEcerunt filii Israel sacerdotes & leuitæ & reliqui filiorũ trãsmigrationis, dedicationem domus domini ĩ gaudio. Recte dedicatur templum a sacerdotibus et leuitis et reliqs filiorũ trãsmigratiõis in gaudio:qa correctis peccatoribus,fit gaudium in cælo corã an Luce.15. gelis dei et magistris,qui pro eorum salute laborauerunt,et pro omnibus qui de cõfusione peccatorum ad virtutum arcem,terram scilicet promissionis,mẽte et opere transmigrauerunt. Sacerdotes et leuitę et omnis populus in dedicatione restauratę domus gaudẽt:quia omnes doctores ecclesię de recõciliatis per pœnitẽtiã peccatoribus gaudent.

¶Quomodo Esdras significat Christum. Cap.X.

P ESdras significat Christum,qui sanctã scripturã renouauit,captiuos ĩ Hierusalem reduxit,domum domini maioribꝰ donis sublimauit,et duces et præsides trans flumen Eufratem qui legem dei noscerent cõstituit,et filios transmigrationis ab vxoribꝰ extraneis castigauit,et filios taliũ:et matres de cœtu transmigrationis eiecit.Renouauit enim Christus sacram scripturã, quã Scribæ et Pharisæi per traditiones

fœdauerant,vel iuxta literam tãtũ in-
telligi docebant. Ipse spũali sensu ple-
nam ostendit, & nouum testamẽtũ mis
so spiritu sancto per apostolos,& p apo
Q stolicos viros describi fecit.Eduxit po
pulum de captiuitate Babylonica, & ĩ
Hierusalem terram promissionis libe-
ratum induxit:quia semel passus ĩ cru
ce mundum sanguine redemit,& descẽ
dens ad inferos,veros Israelitas ĩde ad
mœnia supnę ciuitatis duxit,& ad gau
dia promissæ hęreditatis eius induxit:
& quotidie fideles a perturbatione mũ
di cõgregatos,ad consortiũ ecclesiæ re
gnumq; perenne conuocat.Auxit orna
tus templi,auro & argento & vasis p̃-
ciosis quæ populus Israel & principes
Persarum per eum miserunt: quia in se
credentes de vtroq; populo in ecclesiã
ducens,claritate fidei & operis eorum
hanc ornare & glorificare non desistit.
Constituit duces & principes omni po
pulo trans flumen,qui legem dei nosce
rent:quia in ecclesia (quæ flumine ba-
ptismatis abluta est, flumẽ Babyloniũ
.i.perturbationem seculi fluctualis fi-
dei synceritate transcendit)apostolos,
euãgelistas,pastores posuit,& rectores.
Castigauit filios transmigrationis ab
alienis vxoribus: quia illos qui profes-
sione fidei mundo renunciãt,illecebris
mundi seruire prohibuit. Eiecit filios
taliũ & matres de cœtu transmigratio
nis:ne forte adulti perfidiam sequeren
tur earũ,nõ fidẽ patrũ. Opera.n.nostra
q̃ bona videnť,si carnalibus delectatio-
nibus permixta sunt,si originem de cõ
tagio hũani fauoris sũpserit, reprobare
docuit:nec illis cõuenire q mũdũ pfecte
reliquũt,& tota mẽte ad cęlestia trãscẽ
dũt.Qui nõ tẽporalibꝰ blãdimẽtis ener
uari,sed aduersitatibꝰ exerceri,& ad re
quiẽ sempiternam debent præparari.

R ℂDe circunspectione doctoꝝ. Cap.XI.

2.Esd.2. VEni(inquit Neemias)
Hierusalem, & erã ibi
tribus diebus. Et sur-
rexi nocte ego & viri
pauci mecum,& nõ in
dicaui cuiq̃ quid deus
dedisset in corde meo,vt facerẽ in Hie
rusalem.Et iumentum nõ erat mecum
nisi animal cui sedebam. Egressus sum
per portam vallis nocte & ante fontem
draconis,& ad portã stercoris,& consi-
derabam murum Hierusalem dissipa-
tum,& portas cõsumptas igni &c. Di- S
uersa destructæ vrbis loca lustrãdo per
uagatur, & singula quomodo debeant
restaurari sollicite scrutatur. Doctorũ
quoq; spiritualium est sępiꝰ noctu sur-
gere,& solerti indagatione statũ eccle-
siæ quiescentibus cęteris ĩspicere:vt vi
gilanter inquirant quomodo ea quę vi
tiorũ sordibus & bellis sordidata & de
iecta sũt,corrigãt & erigãt.Murus au-
tem Hierusalem dissipatus iacet,quan
do conuersatio fidelium terrenis & in
fimis sordet affectibus. Portæ vero eiꝰ
consumuntur igni, quãdo principales
virtutes & opera pricipalia, per quę de
bet fidelis ingredi ad vitam feruore tẽ
tationũ & incendio vitiorum destruũ-
tur.Murus autẽ iste & portæ vtręq; re
ædificanť,quando per solertiam docto-
rum conuersatio fidelium a terrenis af
fectibus erigitur,& quæ sint virtutes p
fectæ & opera potiora quibus intratur
ad vitam,instanter demonstratur.

ℂGeneralis sentẽtia de toto ędificio.
Cap.XII.

LOngum esset de singu T
lis ędificiis vel ędifica-
tionibus mystice disse-
rere, quæ per se etiam
peritꝰ lector potest co-
gnoscere:tamen hic no
tandum q̄ q portas & turres ędificant
per quas ciues ingrediantur vel inimi
ci arceanť,prophetę sunt & apostoli &
euãgelistæ, p quos nobis forma fidei &
rectæ operationis, per quã ecclesiã ĩtra
mus,ministrať:quorũq; verbis aduersa
rios veritatis redarguere discimꝰ. Qui
vero reliqua vrbis extruunt, pastores
sunt & doctores quos secundo loco po
suit apostolus,per quoꝝ industriã vsq;
hodie quasi per magnos architectos ec
clesiæ,ædificata fides catholica per to-
tũ orbẽ seruať: & sicut Neemias ex or-
dine cũctos ciuitatis structores enume
rãs ppetuę cõmẽdat memorię:ita cõso-
lator nrę paupertatis Christꝰ oĩm q ĩ ele
ctis ecclesiã ędificãt,noĩa scribit ĩ cælo.

V ℭDe Sanaballath irato & de Samaritanis. Cap.XIII.

2.Esd.4. FActum est cum audisset Sanaballath q; ædificaremus murum, irat⁹ est valde. Plane hæc ira hereticorum est, hęc sunt verba eorum qui se Samaritanos nominãt.i.custodes legis dei, cum sint deo et legibus eius contrarii, tanq̃ a domo Dauid.i.ab vnitate Christi & ecclesiæ per hęreses & schismata & mala opera separati. Qui ne sua expugnet impietas: muros ædificari metuunt. Et
Tit.1. motus nimis subsannauit Iudæos. Hęc subsannatio est omnium qui dicunt se nosse deum, factis autem negant. Et dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorũ. Quid Iudæi imbecilles faciunt, num dimittent eos gentes? Samaritani ita seruiebãt domino, vt diis suis non renũciarent. Quos hodie imi-
Philip.3. tantur, qui ita Christiani sunt vt ven-
Coloss.3. trem suum deum habeant, & aut aua-
Roma.1. ritiam sequantur, qđ est idolorum seruitus, aut cęteris mundi illecebris mãcipati, creaturę magis seruiant q̃ creatori. Tales ergo sicut hæretici nolunt muros ecclesiæ innouari: ne crescente statu pietatis a sua cogantur impietate recedere. Tales solent imbecilles appellare Iudæos.i.confessores fidei, & facile a gentibus superandos cum in quotidiano aĩarũ certamine, plus amãt vitia q̃ virtutes victorię palma obtinere.

X ℭDe cautela ædificantium. Ca.XIIII.

2.Esd.4. MEdia pars iuuenum faciebat opus, & media parata erat ad bellũ. Ædificantium in muro, & portantium onera & imponentiũ, vna manu faciebat opus, & altera tenebat gladiũ. Ædificantium vnusquisq; gladio erat accinctus renes, non solum media pars iuuenũ faciebat opus, & pars media parata erat ad bellum, sed iuuenes qui faciebant opus, gladio erãt accincti. Tanta erat versutia hostis antiqui, tantus est furor malitiæ eius contra ecclesiam, vt non solum prędicatores veritatis, sed ipse populus dei semper debeat cõtra vigilare, & quasi acie stare. Ædificantes enim gladio accĩgũt renes, cum ii qui bonis operibus insistere, & sibi commissos curant regulari ratione disponere (hoc est enim viuos lapides in ædificio sanctæ trinitatis competenter locare) fluxa luxurię in se acumine verbi dei satagunt restringere.

ℭQuõ sabbatũ obseruabant. Ca.XV. Y

POpuli terræ qui important venalia, & ad vsũ omnia per diem sabbati vt vendant, nõ accipiemus ab eis ĩ sabbato. Nobis quoq; sabbatum spirituale semper agendũ est: semper a seruili opere, id est a peccato feriandum est: semper vacandum & videndum quoniam ipse est deus, vt post tale sabbatum liberati a conscientię peccatis, perueniamus ad sabbatum futu- 2.Esd.10.
ræ gloriæ. Sed quærunt populi terræ prophanare sabbatum, venalia inferendo in die sanctificata, quando immundi spiritus munditiam cordis maculare nitũtur, & ingerere illecebras vitiorum accepto pcio nostri cõsensus: quo diem maximæ sanctificatiõis inquinẽt.i.lucem pię actionis vel cogitatiõis erroribus obnubilẽt. Sed nos hmõi mercatum clausis muris nostræ vrbis.i.custodia vitæ perfectioris prorsus vitare debemus. Psal.33. & .45.

De bifaria dedicatione ciuitatis. Cap.XVI. Z 2.Esd.12.

FActa ciuitas sãcta dedicatur, cum impleto in fine seculi nũero electorum ecclesia vniuersaliter in celũ ad visionem conditoris sui introducitur: cuius vitæ desideriis quotiẽs in hac vita sustollimur, q̃si de futura ciuitatis nrę dedicatione lętamur. Vñ & bifaria dedicatio põt accipi ĩterim.s.in spe desiderãtiũ & mũdãtiũ oculos cordis, qb⁹ deũ videãt, & tũc in re ipsa fruẽtiũ diuina visione beatorꝝ in corporib⁹ spũalibus inter angelica agmina.

Allegoriarum Lib.VIII, FINIS.

ALLEGOriarum mysteriorũ q̃ cõtinent in libris Hester, Thobię, Iudith, & Maccabæorũ Liber Nonus.

De mysteriis quæ continentur in libro Hester. Cap.I.

A Hester.1. IN dieb⁹ Assueri, qui regnauit, ab India vsq; Æthiopiã super centũuigītisептē prouīcias &c. Assuerus rex potēs & diues, & nominis interpretatione, & potentiæ sublimitate, & diuitiarũ magnitudine Christum significat. Nominis interpretatione, quia īterpretatur ostium: & Christ⁹ dixit. Ego sum ostiũ. Potentię sublimitate, quia data ē Christo omnis potestas in cælo & in terra. Diuitiarum magnitudine, quia quæcũ q; habet pater, eius sunt. Tertio anno ī perii sui fecit grande conuiuiũ principibus suis & pueris. Huius cõuiuii historia diuitiarum pompam & regiũ luxum ostētat, sed Christi spirituales diuitias quas vnicuiq; dispēsat in hoc loco allegorice significat. Christ⁹ namq; tertio anno imperii sui, id est tertio tēpore huius seculi incarnationis suæ sacramenta patefecit, & spirituales epulas prędicationis & corporis & sanguinis sui abũdantissime manifestauit. Primum tempus ante legem. secũdum sub lege. tertium sub gratia. Fecit hoc conuiuiũ principibus suis & pueris. i. apostolis & omnib⁹ a peccato purificatis. Et fortissimis: illis scilicet qui vicerāt malignum. Et inclytis, id est illis qui filii dei vocabunt. Et pfectis prouīciarũ, id est plātis ecclesiarum. Omnib⁹ fecit conuiuiũ, quibus spiritualis gratiæ tribuit donum. Multo tempore, cētũ octoginta diebus. Centum propter æternã vitã, quia cētenarius perfect⁹ est numerus, & a lęua transit in dextram. Octoginta, qa octo sunt beatitudines ad q̃s conuiuiũ istud perducat. Septē dies q-

(Margin notes: Ioan.10. Matt.28 Ioan.17. B)

bus conuiuium pparat: præsens temp⁹ designat, qđ septem dierũ numero voluitur. Vestibulũ horti in quo cõuiuiũ præparabat: præsentem ecclesiam significat, in qua ad futurę glorię iocũditatem iustificamur. Ornat⁹ vestibuli designat ornatum ecclesiæ in statu psentis seculi. Vasa quibus potus inferebatur: sunt sancti prædicatores, per quos nobis gratia cælestis amministrat. Nec erat qui nolentes cogeret, quia rex statuerat vt sumeret quisq; qđ vellet. Sic nãq; tēperanda est prædicatio vt oĩbus vtilis fiat nulli noceat, & inter vitia q̃si gladius anceps transeat. Sic superbiã recidens auferat, vt non augeat timiditatem: sic ociosis & torpētibus īponat sollicitudinē, vt īquietis & curiosis nõ augeat importunam actionem. Regina Vasthi fecit cõuiuiũ fœminarũ in palatio, vbi rex manere consueuerat. Regina Vasthi supba, plæbs est Iudaica, quę regnabat q̃diu cultu dei cæteris præminebat gentibus. Fecit cõuiuiũ fœminarum, qñ fecit per legē, refectionē sanctarũ animarum. In palatio vbi rex manere cõsueuerat. i. in Hierusalem ī qua deus potentiæ suę notitiam tribuerat. Septimo itaq; die cũ rex esset hilarior, & post potationem incaluisset mero: pcepit septem eunuchis suis vt introducerent reginam, vt ostēderet cũctis populis & principibus, illius pulchritudinem. Septimo die. i. tempore reuelationis septiformis gratię: quãdo venit plenitudo temporis, & deus filium suũ misit in terras, & legis mysteria quib⁹ ante fideles pauerat abundantiori gratia manifestauit: Tũc pcepit septem eunuchis. i. prædicatoribus septiformi spiritu repletis, qui se castrauerũt pter regnum cælorum, vt Vasthi reginam. i. plæbem Iudaicam introducerent p spiritualem intelligētiã, quia adhuc erāt foris per legis literã. Vt ostēderet omnibus illius pulchritudinem. i. vt omnibus esset exemplũ ad fidē & bonã actionem. Erat autem pulchra nimis: pter prærogatiuam videlicet patrũ & scientiam legis & prophetarum. Pręcepit vt introducerent eam, posito super caput ei⁹ diademate. i. religionis honore. Sed

(Margin notes: C Gala.4.)

regina Vasthi intrare renuit,qa plæbs Iudaica gratiam dei respuēs, per fidem venire contempsit. Septem regis sapiē tes:sunt vniuersi doctores & septiformi gratia repleti,& per ipsam ad oīa agenda diuinitus edocti.Mamucha nouissimus sapientium,qui sententiā pmulgauit vt Vasthi deponeret, & alia in eius loco substitueretur:Paulum si-
1.Cor.15. gnificat q dixit.Ego sum minim⁹ apostolorum,& contradicentibus Iudęis p
Actuū.13 dicationi ait,qa idignos vos iudicatis regno dei:ecce cōuertimur ad gētes.

Hester.2 Repudiata Vasthi q̄sitæ sunt puellę speciosę regi,& traditæ sub manu Ægæi eunuchi vt acciperent ab eo vsum necessariū,quia repudiata Iudęa, diuersi ex diuersis partib⁹ mūdi ad societatē regię dignitatis p prędicatores adducunt verbū dei amministrātes, & sub manu Ægęi(qui festiuus interptatur:& custos est regiarū mulierū) traduntur.i.committunt pastorib⁹, qbus fidelium animarū custodia dat,vt verbo & exemplo ministrent quicquid ad cultum pietatis necessarium viderint. Quicūq; recta fide & conscientia pura regi altissimo placuerit: ad ipsum īgredietur repudiata Vasthi.Multę puellę sunt quęsitę,mlrę ad curiā regis adductę:sed vna eligit,vna in reginam coro
Ephe.4. nat:quia vniuersę ecclesię fidelib⁹,vna fides,vnū baptisma,vn⁹ deus,& vn⁹ pa
E ter omniū.Ornamēta puellarū spūalia, significant ornamenta fidelium aīarū. Erat vir Iudęus in Susis ciuitate vocabulo Mardocheus:fili⁹ Iair filii Scinei, filii Cys de stirpe gemini, qui trāslatus fuerat de Hierusalem, eo tempore quo Iechoniā regē Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat:qui fuit nutriti⁹ filię fratris sui Edissę,q̄ altero nomine Hester vocabat,& vtrūq; parentē amiserat:pulchra nimis, & decora facie.Hester interpretatur absconsa.Edissa,misericordia.Hæc aūt est gētium ecclesia,quæ in abscōdito cordis nutriēs castitatem fidei,misericordiam & gratiam coram oculis dei īuenit:repudia-
Osee.1. ta synagoga,quę in Osee vocatur absq; misericordia. Hāc nutrit Mardocheus
1.Ti.2. spiritualis & adoptat ī filiā:qui est doctor gētium in fide & veritate,& est de stirpe gemini:hoc ē de stirpe Beniamin. Hanc Nabuchodonosor spūalis & rex cōfusionis,a naturali lege & cultu vni⁹ dei in confusionem idololatriæ trāstulit:sed pietas diuina ad viam veritatis
per prędicatores reuocauit.Placuit Hester regi:& data sunt ei ad vsum necessaria,& Christo placuit ecclesia: & data est ei doctrina sana, scripturarū sciētia:vita honesta Hester accepit in obsequium suum septem puellas speciosissimas:& ecclesia fideles animas spiritus sācti gratia regeneratas,atq; delicatas, quæ eius sequūtur vestigia fide,doctri F
na,operatione bona.de quibus dicitur. Canti.1.
Adolescentulæ dilexerūt te nimis.Hester noluit īdicare patriam suam regi, & sancta ecclesia bonis operib⁹ tegit coram deo culpam antiquam.Curam salutis Hester egit Mardocheus, & curā salutis ecclesiæ agit per doctrinam suā apostolus Paulus, & omnium doctorū cœtus.Bagathan & Thares duo Eunuchi regis,qui ianitores erant,& in primo palatii limine prędidebāt: voluerūt in regem insurgere & occidere,qđ Mardocheū non latuit: statimq; renunciauit reginæ Hester,& illa regi ex nomine Mardochei,qui ad se rem detulerat. Quæsitum est & inuentum, & appēsus vterq; in patibulo.Possunt in duob⁹ eunuchis,schismatici & hęretici notari,q G
fraudis & malitiæ venenum corde gestantes,contra veritatem consiliantur, vt eam credentibus auferāt:& Christū .i.fidē Christi in ipsis fidelibus interficiāt.Sed eorum iniquitatem sancti doctores manifestant:vt innocentes saluētur & illi iusta vltione puniantur.

Post Hester.3 Rex Assuerus exaltauit Aman.Post sunt per Aman superbum,Mardochei & sanctæ gentis inimicum: Iudæi & potētes pręsentis seculi designari. Sicut em̄ Aman epistolas dirigens, regis signaculo eos munire contendit,vt facilius votū suū expleat:sic Iudęi libros legis diuinæ,in quibus est signaculum summi regis,id est gratia spiritus sancti,ad cōfirmandam hęresim suam assumūt in testimoniū,reprobantes societatem gētium,& Christi euangeliū quasi

diuinis pceptis contrarium. Potentes quoq; seculi, bñficiis diuia pietate collatis abutentes, quos consortes habēt naturæ, dedignantur habere consortes gratiæ, & honorem & reuerētiā quā soli deo debuerunt: in sese transferre cōtendūt. eos aūt qui consentire nolunt: odiis & cruciatib⁹ psequunť, sed iusto iudicio in insidiis suis capiuntur iniq: iustus de angustia liberatur, & tradiatur impius pro eo.

H Hest. 6. NOctem illā rex duxit insomnē: iussitq; sibi afferri historias annales priorū tempoɽ: q̄ cum illo pręsente legerentur: vētū est ad eum locū, vbi scriptum erat, quomodo nūciasset Mardocheus insidias Bagathā & Thares eunuchoɽ, regē Assuerū iugulare cupiētiū. Noctē rex duxit insomnē: quia non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Deus em̄ in se īmobilis manens, cursus tempoɽ & actus hominū cōtēplatur, & nulla eū latet cogitatio, cui oīa præsentia. Vnde aplus. Non em̄ est in illo est & non: sed est in illo fuit. Gesta Mardochei corā rege memorātur, quia bona opera sanctoɽ doctoɽ nunq̄ apud deū obliuioni tradunť: sed in memoria ęterna erit iustus. Tulit Aman iubēte rege stolam, & Mardocheū (cui ipse ex nequitia crucē parauerat) impositum equo pręcedebat, & clamabat. Hoc honore cōdignus est: quēcūq; rex voluerit honorare. Sic magistri ecclesiæ omniū virtutum cultu & decore sapientię illustrati, honoranť diademate regię dignitatis: tanq̄ mēbra summi regis ascēdūt sup equū regiū. i. sup populū fidelium, ī quoɽ cordib⁹ residet rex angeloɽ. Vnde Abacuc ppheta. Ascendēs sup equos tuos, & eqtatus tuus sanitas. His Aman spūalis hostis populi dei licet inuitus pbet obsequiū: cū persecutores ecclesię cogunť reddere testimoniū, nō valētes occultare qđ manifestū est. Reuersus est Mardocheus ad ianuā palatii, & Amā festinauit ire in domū suā lugēs coopto capite. Hęc mutatio dexteræ excelsi. Qui sibi videbaț super alios gloriosior & potētior: infra alios apparet vilior & inferior. secūdū illud. Deposuit potētes de sede & exaltauit humiles. Siliter & Esaias ait. Cōuerteť libanus in chermel, & chermel ī saltū reputabiť. Sic synagogę supbia est oppressa & ecclesię humilitas exaltata: sic psecutores ecclesię & fidei ad nihilū sunt redacti, & cōfessores Christi in toto orbe exaltati. Caput ī caudā, & cauda in caput cōuersa est: qa omīs qui se humiliat exaltabitur &c.

Psal. 120. | 1. Cori. 1. | Psal. 111. | I | Abac. 3. | Ibidem. | Psal. 76. | Lucæ. 1. | Esaię. 29. | Lucę. 14.

PRocidit Hester ad pedes regis, & orauit vt malitiā Amā, & machinatiōes eius pessimas quas excogitauerat contra Iudęos, iuberet irritas fieri. Sic sancta ecclesia p ereptiōe filiorum suoɽ, quotidie deū oīpotētē per fidē & mysteria incarnationis obsecrat, vt hostiū cōprimať audacia, & fideliū liberetur īnocētia. Mardocheus itaq; exaltatus est, & gen⁹ eius: qa electi exaltanť, & ī psenti p gratiā, & ī futuro p gloriā. Aman punitus est, & genus eius: qa mali quiq; in psenti reprobanť per culpā, & in futuro punienť per pœnam. Gaudium itaq; Iudæorū & exultatio, æternam designat lætitiam beatorum. Hester. 8

ℂDe mysteriis quæ continentur in libro Thobiæ. Cap. II.

K LIber Thobiæ ī superficie literæ est salubris. Maxime em̄ vitæ moralis, & exemplis, abundat & monitis. Sed quātū poma foliis, tātū historiis allegoria pcellit. Maxima enim ecclesiæ sacramēta cōtinet. Ipse em̄ Thobias populū Israel significat: q cęteris idololatrię deditis, fide recta & opib⁹ deo seruiebat. Vñ dicitur.

CVm irēt oēs ad vitulos aureos q̄s Hieroboā rex Isrl̄ fecerat: hic sol⁹ fugiebat consortium omnium, & pergebat Hierusalē ad tēplū dei, & ibi adorabat dñm deū Israel. Cū aūt factus esset vir: accepit vxorem Annā de tribu sua, & genuit ex ea filium, & suū nomē īposuit ei. Sic pplus Israel amplificat⁹ est ī Ægypto, & accepit synagogā cęrimōiis legalib⁹ p Moysen īstitutā, & genuit ex Thob. 1.

ea filiũ,quia Christum cognouit ex ge-
nere suo gignẽdũ. Vnde scriptum est.
Deut.18. Prophetã suscitabit vobis de⁹ de fratri
Psal.13. bus vestris:& itẽ De fructu ventris tui
ponam super sedẽ tuã. Cui nomen suũ
iposuit credendo,confitẽdo ꝙ pater de
Psal.88. illo dicit. ego primogenitũ ponã illũ.
Hoc est em̃ nomen ipsius Israel. Vnde
Exod.4. scriptum est.Filius meus primogenit⁹
Israel. Cũ peruenisset in Rages ciuita-
tem Medorum,& ex his qbus honora-
tus fuerat a rege, habuisset decem talẽ
ta argenti,& cum in multa turba gene
ris sui Gabelum egentem videret, qui
erat ex tribu sua:sub chirographo de-
L dit illi memoratum põdus argenti.Sic
populus dei per septuaginta interptes
scientiã legis,quæ ĩ decalogo continet
gentibus cõmisit,vt liberaret eas a fa-
me verbi dei.Sub chirographo dedit.i.
sub conditione reddẽdi cum ille diues
esset,vel qñ qui dederat repeteret. Ac-
ceperunt gentes verbũ dei,& quasi ne-
gociando exercent,etiã post Christi ad
uentũ,cũ spiritualẽ intellectũ reqrunt.
Reddent fœneratori, cũ credentes Iu-
dęos in fine seculi suscipient,& saluan
dis Christi sacramẽta cõmittẽt,& scri-
Ibidem. pturæ arcana pandent. Cũ Sẽnacherib
iratus multos occideret ex filiis Israel:
Thobias sepeliebat corpora eorum.At
vbi nunciatum est regi:iussit eum occi
di,& tulit omnem substantiã ei⁹.Tho-
bias vero cum vxore & filio, fugiẽs nu
dus latuit,quia multi diligebant eum,
sic diabolus populũ dei per idololatriã,
spiritali morte perimere voluit, & cun
ctas opes virtutum auferre nõ valuit,
quia in eo erant multi sancti,qui ei⁹ ꝓ
uiderent vitæ & saluti.fugit autẽ cum
filio & vxore,quia nec fidẽ incarnatio-
nis dominicæ,nec statum synagogæ de
M seruit,qđ in Maccabæorum agonib⁹ lu
ce clarius apparuit.Occiso rege,a filiis
suis,restaurata sunt omnia Thobiæ,qa
superato a sceleribus suis sæpius diabo
lo,qui velut pessimã prolẽ gignit:redi-
bant prospera populo dei,quib⁹ adhuc
alternationibus ecclesię statum fluctua
re videmus.
Thob.2. Contigit vt quadam die fatigat⁹ex
sepultura veniens domum iactas-
set se iuxta parietem & obdormisset:&
ex nido hirundinum dormienti illi ca
lida stercora inciderent sup oculos ei⁹,
fieretq; cæcus.Cæcatus Thobias,popu
lum Israel significat.Cęcitas em̃ ex par
te contigit in Israel.Fatigatus a sepul- Ro.11.
tura cæcatus est.Qui enim infatigabi-
lis in bonis operibus consistit: fidei lu-
men non amittit. Ita & spiritualiter fa
tigat⁹ dormit:qui vigilare,stare,virili-
ter agere,& confortari negligit.Cui di
citur.Surge q dormis,& exurge a mor
tuis.Hirundines,propter leuẽ volatũ, Ephe.5.
leuitatem superbiamq; designant,qua-
rum immunditia eos quibus domina-
tur excęcat.Nido hirundinum supposi
tus dormit:qui leuitati lasciuiæ, ac su Abac.3.
perbiæ,se incautus subiicit. Hæc cæci-
tas populo Israel imminẽte domini ad
uentu in carne,maxime pręualuit,cum
Romanæ seruitutis iugo laboraret, &
diuinæ legis præcepta male viuendo N
violaret. Thob.3.
Contigit vt Sara filia Raguelis in
ciuitate Medorum vt & ipsa audi
ret improperium ab vna ex ancillis pa-
tris sui : quoniam tradita fuerat septẽ
viris,& dęmon nomine Asmodeus oc-
ciderat eos:mox vt ingressi fuissent ad
eam.Sara,turbam nationum significat:
cuius doctores cuncti, vitã tantũ hui⁹
seculi(quæ septem dierũ numero vol-
uitur)nouerant:æternam nesciebant.
Ideo a diabolo rapti,quasi idololatriæ
mãcipati occidebãt,donec venit Chri-
stus verus sponsus,qui eam in fide sibi
desponsauit,hoste superato:sicut Tho-
bias Saram alligato diabolo , præsente
& cooperante angelo:in quo saluatoris
diuinitas:sicut in Thobia significatur
humanitas.Nec mirandum ꝙ per duas
personas angeli & hominis vnam Chri
sti figurari personam dicimus : qui in
expositionibus patrum,legimus vnam
personam eius in Isaac & ariete figura
tam , qui in humanitate occiditur vt
ouis: in diuinitate cum patre perma-
net impassibilis , sicut Isaac cum Abra
ham domum reuertitur incolumis.
Si & enim aries Christi humanitatem,
Isaac significat diuinitatem : cur non
aptius , homo humanitatem , angelus

O deitatē. Exauditę sunt orationes amborū Thobiæ & Saræ, in cōspectu gloriæ sūmi dei: & missus est āgelus Raphael vt curaret eos ambos. Raphael interpretatur medicina dei, & significat Christum, qui de seipso ait. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus: qui & populū Iudaicū a tenebris perfidię, & gētilem liberauit ab idololatriæ seruitute, de quo scriptū est. Vocabitur nomen eius magni consilii angelus.

Ibidem. Matt. 9. Baruch tertio.

P Apparuit angelus Thobiæ & sociū se prębuit: & filius dei hominē assumpsit, & visibiliter cū hominibus cōuersatus, humanum genus saluauit. Introduxit Thobias angelum ad patrē, & dominus per miracula quæ in carne fecit, populo Iudęorum ex quo carnem accepit, ostendit q ipse est filius dei, & angelus. i. nuncius paternę voluntatis, cui & gaudium perpetuę salutis prędicauit dicens, pœnitētiam agite. appropinquabit enim regnū cælorum. Et desperantibus de lumine cæli. Ego sum inquit lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. Promittit angelus Thobiæ ducere filium suū in ciuitatē Medorum, & reducere. promittit Christus credētibus Iudæis (quis plures sunt cęcati) q incarnationis suę sacramēta gētibus aperiat & in fine temporum populo Iudæorum latius pādat: comitante & cooperante diuinitatis suę fide. De ducendo ad Medos dicit: alias oues habeo q non sunt ex hoc ouili. De reducendo dicit apostolus: donec plenitudo gentium intraret, & sic oīs Israel saluus fieret. Interrogauit Thobias angelū quis & vnde esset. Ego sum (inquit) Azarias Ananiæ magni filius. Azarias interpretatur adiutor: Ananias dei gratia. Christus se fidelibus suis indicat, q ipse est de quo dicitur. Adiutor meus & liberator meus es tu dñe: ne moreris. Et vidimus gloriā eius quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Paratis omnibus q erāt in via portanda secum, Thobias vale patri suo & matri dixit: & ambulauerunt ambo simul. Sic apparēte domino, parata sunt omnia quæ ad redemptionem nostram erant necessaria: quibus ecclesiæ fides & vita nutriatur, & cōfirmetur: donec huius seculi via finiatur, id est virtutes, eius doctrīa, tētatio, passio, resurrectio, ascēsio, spiritus sancti missio, fides credētiū, persecutio infidelium. His in Iudęa peractis, mediator dei & hominum per apostolos Iudæis cōtribulibus suis, & gentibus gaudia supernæ salutis & pacis prędicauit, & his qui credere & accipere volebant per seipsum donauit, & sic per apostolos ad salutem gentium peruenit. Q

Thob. 5. Matt. 3. Ioan. 8. Ioan. 10. Roma. 11. Psal. 69. Ioan. 1.

Profectus est Thobias, & canis sequutus est eum. sic domino veniēte ad saluandas gētes, prædicatores vestigia eius sequuti sunt: quia quod iussit impleuerunt. Vnde scriptum est. Euntes docete omēs gētes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. domum quoque Cornelii primo ipse dominus per se impleuit spiritu sancto & sic eum Petrus aqua perfudit. Canes vocantur prędicatores, quia dei domum, & eius substātiam, et oues spirituales a furibus bestialibus spiritibus & hæreticis defendunt. Profectus est Thobias & mansit iuxta fluuium cui nomen Tigris, & Christus veniens in mundū, mansit iuxta fluuium mortalitatis. Exiuit Thobias vt lauaret pedes suos, & Christus exiuit a patre, vt sordibus peccatorū ablueret electos suos. Voluit piscis Thobiam deuorare, & diabolus conatus est per satellites suos Christum extinguere. Et timuit Thobias piscē, & Christus pro īfirmitate carnis timuit mortem, per suggestionem, & cooperationē diabolicam, a Iudęis sibi imminentem. Apprehendit Thobias piscem, & traxit in siccum: & Christus sua potentia superauit diabolum & tenet ligatū. Thobias piscem exenterauit: & Christus occultam nequitiam diaboli, cunctis electis manifestauit. Thobias cor piscis & fel & iecur ad diuersa medicamenta vtilia sibi reposuit: & Christus malitiam diaboli, & furorem eius & diuersa consilia, ad vtilitatem legentium scribi fecit. Thobias quicquid de pisce sumpsit assauit: et Christus electos quos prædicatione a corpore diaboli separat, spiritus sancti gratia accendere non desistit. R

Thob. 6. Matt. 26. Actu. 10.

S Thob.7. DIxit Thobias ad Raguelem. Hic ego hodie nõ mãducabo neq; bibã nisi prius petitionẽ meã confirmes, et promittas mihi dare Saram filiã tuã. Quo audito Raguel expauit, sciens qd euenerit illis septẽ viris, et timere cœpit: ne forte accidat et huic similiter. Sic audiẽs populus gẽtium verbum dei, et ammonitus ab apostolis vt de sua stirpe Christo daret vxorem, nõ sine timore vel exploratione potuit nouæ fidei iura suscipere: quia cũ multos doctores habuit, qui oẽs quasi septenario numero comphensi, hanc tm̃ vitam nouerãt: de æterna nihil dicebant certũ: et ideo sine spe immortalis vitæ, interitus ęterne mortis eos rapuit: docẽte aũt intrinsecus veritate, et foris p doctorũ ora sonante, tãdẽ intellexit qđ iustũ esset, vt qui stulta dicerent, stulte perirent.

T Thob.8. INtroductus Thobias ad cubiculum protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitq; sup carbones viuos. Tunc Raphael angelus apphendit dęmoniũ, et ligauit illud ĩ deserto supioris Ægypti &c. Dominus accepturus ecclesiam de gentibus, in desponsationis initio, iubet eam abrenunciare diabolo et omnibus pompis eius, et confiteri fidem trinitatis in remissionem peccatorum: quod est ĩtima viscera piscis, viuis cremare carbonibus. desertum & Ægyptus, corda infidelium significant quę a deo deserta sunt: quia eius est habitatione indigna, et iuxta interpretationem Ægypti, perfidiæ suæ tenebris obscurata. Merito autem qui a deo deseritur, a dęmonio repletur. Angelus vero dæmonem qui Thobiam occidere volebat in deserto ligauit, quia cohibitum diabolum a fidelibus qui sunt membra Christi, in infidelibus tm̃ dominari permisit: in quibus tenet eum ligatum, quia nec ipsos tantum lędere permittitur, quantum conatur. Factum est circa cãtum pullorum, accersiri fecit Raguel seruos suos: et abierũt cum eo pariter vt foderent sepulchrum. Timebat enĩ ne similiter euenisset ei: quod cæteris aliis septem qui ingressi sunt ad eam.

Ibidem. Cumq; parassent fossam: reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei. Mitte vnam ex ancillis vt videat an mortuus est, vt sepeliam eum anteq̃ illucescat. Et misit vnã ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculũ: inuenit eos saluos & incolumes securiter dormiẽtes &c. Cãtus pullorum, sonus est prædicatorũ, q post tenebras errorum, diem lucis annunciant futuram. Erant in gentibus, qui dubitabãt an deus vere vicisset antiquum hostem, & ideo fidem nominis eius obstruere atq; abscondere satius existimabant: sed postmodum agnita veritatis luce, quasi aurora pręeunte & crebrescente cantu. i. voce prędicatorũ, veraciter Christum hoste superato, sponsum esse sanctæ ecclesiæ cognouerunt. Lętatur Raguel de vita Thobiæ, & de coniũctione filiæ. Occidit duas vaccas, quatuor arietes, parat epulas omnibus vicinis & amicis. Lætatur populus gẽtiũ de fide Christi, & de vocatione suę gentis in domini fide pficiẽtis, vt etiã de ipsis doctores fierent, qui postmodũ martyres existerent. Hi vaccę sunt, qui iugum euangelii portauerunt, & eos q portarent prædicando genuerũt. Arietes, sunt tanq̃ patres & duces populorum. Vnde scriptum est: Afferte domino filii dei afferte filios arietum. Sunt Psal.28. crassi, gratia supernæ dilectiõis refecti: vnde dicitur. Sicut adipe & pinguedine repleat aĩa mea. Adiurauit Raguel Psal.62. Thobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud ipm. Sic & nos oremus Christum, vt maneat nobiscum, donec perfectionem quietis per spiritus sancti gratiam consequamur: et a peccatis in opere, et a prauis cogitationibus in mente liberemur.

Thob.9. MIttit Thobias ad Gabelum, et inuitat eum ad nuptias suas, q inuitatus venit. Sic nouus populus, quotidie in ecclesia colligitur. Potest tamen de his specialiter intelligi, qui literã legis per. 70. interptes accepũt, et ideo fidem citius susceperunt.

V Thob.10. TRadidit Raguel Thobiæ Sarã, et dimidiam partem omnis substantiæ suæ, in pueris, in puellis, in camelis, in pecudibus, in vaccis, in pecunia multa, et saluum atq; gaudentem remisit eum ad patrem suum. Sic doctor eo

clesiæ in fine remittet Christũ cũ ipa ec
clesia virtutum diuitiis plena, ad fidẽ
illustrandam, bonorum operum substã
X tiã ditandam, in Iudęorum gentem:ex
Thob.11. qua dei filius assumpsit carnem.

DIxit angelus ad Thobiam. *Si pla
cet tibi,pręcedamus:& lento gra
du sequatur iter nostrum familia. Sic*
postq̃ illuminatus est populus gentiũ,
præcedit diuina gratia ad illuminan=
dam cęcitatem Iudæorum:vt in libris
suis cognoscant Christum verum ho=
minem & verũ deum : & sic tãdẽ quasi
viso angelo & filio suo:quos diu nõ vi
derant,multum gaudeant, tandẽq; ec=
clesię de gentibus cõgregatæ mysterio
rum se cõmunione coniungant.Præcu
currit canis qui simul fuerat in via: &
quasi blandimẽto suę caudę gaudebat.
Sic gaudent doctores de effectu sui ope
ris:cum Iudęam a dño recolligendã in
telligunt.Gaudent de præmio vitæ æ=
ternę:& tunc cũctis electis eodem præ
mio corda exhilaranda prædicãt:& sta
Ibidem. tim aduenturam spiritus sancti gratiã
ostendunt.Exurgẽs cæcus pater cœpit
offendens pedibus currere : Sic audito
verbo salutis a doctoribus, exurget &
populus Iudęorũ de perfidię suæ longa
cæcitate,& amore curret ad dominum
sed offendens gressibus operum donec
ipse renatus fuerit & instructus ĩ Chri
sto:fidei & operationis lucem percipi=
at.Sumens Thobias de felle piscis lini
uit patris sui oculos, & quasi dimidiã
horam sustinuit, & cœpit albugo ex
oculis eius quasi membrana oui egre=
di:quã apprehẽdens Thobias traxit ab
oculis sui. Statimq; visum recepit : &
glorificabãt deum ipse scilicet & vxor
eius,& omnes qui sciebãt eũ.dicebatq;
Thobias. Benedico te dñe deus Israel:
quia tu castigasti me & tu saluasti me.
Sic populus Iudęorũ postq̃ amarissimã
antiqui hostis malitiam cognouerit:a=
missam recipiet lucẽ.Albugo: designat
Roma.x stultitiam iudaici populi sibi placẽtis:
Ibidem. habentis zelum dei sed non secundum
scientiam.De quibus dicitur.Suam iu
stitiam volentes cõstituere,iustitię dei
non sunt subiecti. Pupilla enim nigra,
videt:alba,tenebrosa est. Et qui sibi sa=
pientes vident,&dicunt:nunqd & nos Ioan.9.
cæci sumus:in eis veritas non est. Et q
ignorantiæ conscii,dicunt,domine de⁹ Psal.17.
illumina tenebras meas: a domino illu
minatur. Habet igitur populus Iudęo
rum velamẽ adhuc ante faciem cordis
vt nec intelligat gratiam Christi : ha=
bet albuginẽ : quia candidus & iustus
sibi videtur. Quasi mẽbranã oui: quia
cæcitatem mẽtis sustinet:sub spe stultis
sima Christi adhuc nascituri,Iudęos li
beraturi,& imperiũ magnũ daturi.Cũ
aũt velamen ablatum fuerit : agnoscẽt
q; Christus iam venit,& mũdũ sangui=
ne suo redemit: vnde sequitur : q; visu
recepto, glorificabant deum Thobias
cum vxore sua.

Y
EGo sum Raphael angelus, vn⁹ ex Thob.12
septem angelis qui astamus ante
deum. Tempus est vt reuertar ad eum
qui me misit.Regressur⁹ angelus in cæ
lum apertius quis esset,& quare vene=
rit,& quo regressur⁹ sit exponit:Chri=
stus eidem populo latius proficiẽti na
turam suam patefecit:ostendens q; ipe
in patre & pater in ipo sit. Angelus re
dit ad dominũ:Thobias remansit apud
patrem suũ. & Christ⁹ a fidelibus suis
intelligitur diuinitate patri æqualis:
humanitate consubstantialis hoĩbus.

APeriens Thebias os suum:benedi Thob.13.
xit deum:& confessus eius est ve
ritatem & misericordiam,docens bene
ficia dei semper prędicare: & flagella ti
mere.repletusq; spiritu prophetiæ : de
superna Hierusalem multa decantat.
Populus quoq; Iudęorum in fine secu=
li conuersus multos doctores habebit
& prophetas: qui mentes populorũ ad
superna desideria accẽdant cælestis pa
trię gaudia prædicando.

Z
FActum est autem post obitum pa= Tho.14.
tris & matris Thobias recessit ex
Niniue ciuitate:& reuersus est ad soce
ros suos,& inuenit eos incolumes in se
nectute bona. Hoc quotidie facit Chri
stus : cum malis relictis ad bonorum
corda illustranda conuertitur, qui in=
ueniuntur in senectute bona: quia in
bonis operibus diu studuerunt. Alios
autem præterit: qui diu viuentes, nec
consilio sunt maturi nec canitie bonæ

V

actionis venerãdi: sed peccatorum mo
Esaię.65 le incurui. vnde Esaias. Puer centũ an-
norũ morietur: & peccator centũ anno
rum maledictus erit: qui scilicet diu vi
uens leuitatem animi non deserit. Se-
pelierũt Thobiã iuniorẽ omnis cogna-
tio eius & omnis generatio eius. Sepul
tura Thobię: finem mũdi designat, quo
dominus noster cũ corpore suo (qđ est
ecclesia) in requiẽ intrabit: angelis de
societate hominũ gratulantibus, & sin
gulos per diuersas mansiones ꝑ diuer
sitate meritorum collocantibus.

¶De mysteriis quæ cõtinẽtur in libro
A Iudith. Cap. III.

Iudith.1 NAbuchodono
sor rex Assyri
orũ, qui regna
bat in Niniue
ciuitate ma-
gna: pugna-
bat cõtra Ar-
phaxat. & ob-
tinuit eũ ĩ cã-
po magno, qui
appellatur Ragau. Tunc exaltatum est
regnum Nabuchodonosor: & cor eius
eleuatũ est &c. Quando diabolus ꝑdi
torum multitudinẽ suæ voluntati sub
iecit, eleuatur cor eius. Qđ propriæ as
signans virtuti, nõ diuinę ꝑmissioni,
& eo magis ardescit ad plurimorũ ꝑdi
torꝫ destructionẽ: quo se ãpliꝰ credit ꝑ-
ualere, per prauã suggestionẽ. Vñ sequi
tur. Et misit ad omnes qui erant in Ci
licia, & Damasco, & Libano: & ad gẽtes
quæ sunt in Carmelo & Cedar, & inha
bitantes Galilææ in campo magno Es-
drelon: & ad omnes qui habitant in Sa
maria, & trans flumẽ Iordanẽ vsqꝫ Hie
rusalem: & oẽm terrã Iesse, quousqꝫ ꝑ
ueniatur ad montes Æthiopię. Diabo-
lus per diuersas prouincias legatos mit
tit: cum turbas malignorum spirituũ
ad seducẽdas gentes per totum orbem
dispergit: nec parcit dignitati nec ho-
nori: omnes enĩ ad gehennã trahere cu
pit, & facere socios perditionis. Fideles
quoqꝫ securos esse non patitur: q̃ p Ior
danis nomẽ & Hierusalẽ signãtur. Nec
satis est Ethnicos absorbere: nisi etiam
Christianos possit deuorare. Vnde Iob.
Absorbebit fluuium, & non mirabitur: Iob.40.
& habebit fiduciam q́ influat Iorda-
nis in os suum, & escę eius electę. Sed q̃
uis multos superet: a multis tamen cõ
temnitur. Vnde dicit. Omnes vno ore
contradixerunt. B

TVnc indignatus Nabuchodono- Iudit.2
sor vocauit Holofernẽ principem
militię suę: & præcepit ei vt oẽm terrã
suo subiugaret imperio. Holofernes iste
significat principes gentiũ qui ecclesiã
persequunt: aut antichristum filiũ per
ditionis, in quem totꝰ sathanas introi-
bit, vt faciat quę patres sui nõ fecerũt:
& deum patrum suorũ non reputabit.
qui aduersus omnia regna consurget.
Et veniet cum magna multitudine vt
conterat & interficiat: & tabernaculũ
suum super montem inclytũ & sanctũ
ponat vbi diuinitus cõtritus corruat.
Hic est bestia (cui iuxta Apocalypsim) Apoca.
draco virtutẽ & potẽtiam suam dabit:
vt adorẽt omnes draconẽ, qui bestię ta
lem dedit potentiam. Cũ ꝑtransisset „
Holofernes fines Assyriorum: venit ad „
magnos montes angæ, qui sunt a sini- „
stris Cilicię: ascenditqꝫ oĩa castella eo „
rum, & obtinuit munitionem oẽm. Ef- „
fregit autẽ potentissimam ciuitatẽ Me „
lothi: prædauitqꝫ omnes filios Tharsis. „
Diuersæ prouinciæ & nomina locorũ
quę in historia continent: personarũ di
stinctiones & graduum dignitates desi
gnãt: ex quibus vendicat sibi diabolus
magnam partem, nec pugnæ formidat
difficultatem: sed grãdis potentię grã
dem certat efficere ruinam. C

TVnc miserũt legatos suos vniuer Iudith.3
sarum vrbium & prouinciarũ, re-
ges ac principes, scilicet Mesopotamiæ,
& Syriæ, & Sobal, & Libyę, atqꝫ Cilicię,
qui veniẽtes ad Holofernẽ dixerũt de-
sinat indignatio tua circa nos. Melius
est vt viuamus, & seruiamꝰ Nabucho-
donosor regi magno, & subditi simꝰ ti
bi: q̃ morientes cũ interitu nostro, ser-
uitutis nostrę damna † patiamur. Meso †faciamus
potamia, ĩterpretat̃ eleuatio. Syria, sub
limis. Sobal, vanũ. Libya, intrantes. Cili
cia, cœtus, vel luctus. Principes ĩgit̃ re-
gionũ illarũ, q̃ legatos suos ad Holofer
nẽ pro pace miserũt: signãt carnales, q̃

reconciliati persecutoribus,student vt mortis periculũ & voluptatis detrimẽtum euadere possint:de quib⁹ dicitur.
Iacob.4. Qui vult amicus huius seculi esse:inimicus dei constituit.In his enĩ sollicitudo huius seculi,& fallacia diuitiarũ suffocat verbũ,& fructum nõ facit. Hi enim ferunt nomina prouinciarũ: q superbia extollunt,& vanitatẽ sequũtur.
Iob.24. Terrã duab⁹ viis ingrediunt: & cœtui lugentiũ,vel luxuriẽ suę pœnas luẽtiũ
Esa.66. in inferno sociabunt: vbi ad calorẽ nimiũ:trãsferent ab aqs niuiũ: & vermis
D
Iudit.4. eorũ nõ moriet:& ignis nõ extinguet.

TVnc audiẽtes hęc filii Israel q habitabãt terrã Iuda timuerunt valde a facie ei⁹. Sic tẽpore psecutionis timent sancti, ne diabolus & psecutores ab eo directi,faciãt hoc ecclesię & fidelibus eius:qđ faciũt cęteris gẽtibus.Timent ne ecclesia in infirmiori parte expugnet:& sic aliqđ sui detrimẽtũ patiatur.Mittũt in Samariã.i.in eos q custodire se debẽt & alios,monita salutis:ne p aditũ prauę delectationis,pbeãt hostibus ingressum ad ĩtima cordis.Per circuitum mittũt: vt ex omĩ parte se diligenter pparẽt & custodiãt.Pręoccupãt vertices montiũ:dũ cõscendunt & muniunt subtilitatẽ ingeniorũ, & sensuũ spiritualiũ.Muris circũdãt vicos:dum fide & virtutibus confirmant sibi fideles cõmissos. Frumẽta cõgregãt in pręparatione pugnæ:dũ studiosius intendũt oĩbus lectionibus, & meditationibus sacrę scripturę.Sacerdosquoq; dñi Eliachim scribit ad vniuersos:dũ spũalis platus oẽs erudit,vt obtineãt ascensus montiũ.i.arduitatẽ virtutũ,& angustũ iter custodiãt.i. subtiles aĩæ sensus diligenter obseruent.Filii autẽ Israel oĩa q̃ sibi sunt imperata faciũt: dũ electi pręceptis maiorũ obœdiunt.
E
Iudit.5.

AVdiens Holofernes q̃ filii Israel præparẽt se ad resistendũ:vocauit oẽs principes Moab,& duces Ammon, & dixit eis.Dicite mihi,qs sit populus iste:qui montana obsidet?Sic q̃rere solent persecutores abinuicẽ:q sunt tãtę constantię fideles,qui sibi verbo vel facto resistere pręsumunt. Tunc Achior dux oĩm filiorũ Ammon,respõdẽs ait.
» Si digneris audire me domine:dicã veritatem de populo isto in cõspectu tuo. »

Per Achior hæretici designãtur qui licet p omnia viã veritatis non teneant: tamẽ in doctrina sua multa vera prędicant:quę fidei nostrę concordãt. Hi cõtra ecclesiam pugnãt: sed ratione superati,veritatẽ oĩno non celant.Hęretici enĩ bona malis permiscent:qa semp falsa si dicerent latere non possent. Sicut qui veneni potũ porrigit:labrum calicis melle tangit: vt qđ dulce est primũ tangat:ne qđ mortiferũ est timeatur.
F
Iudit.6.

TVnc Holofernes præcepit seruis suis vt comprehenderẽt Achior, & ducerẽt eũ in Bethuliã &c.Sic summi principes seculi psecutorib⁹ fideliũ sibi subiectis pcipiunt:vt quoslibet cõfessores Christi,pcones veritatis cõprehendãt, vt in manũ filiorũ Israel.i.electorũ tradant: quos ipsi pdẽdos putãt. Et ducentes vadunt per cãpestria:quia cupiunt tales trahere per illicita desideria,in viã latã quæ ducit ad mortẽ. Cõtra quos fundibularii.i.sancti prędicatores in montanis.i.in arduitate vię quę ducit ad vitã consistentes,p manifestam prędicationẽ exeũt: & sacrę scripturę verba iaciũt. Sed illi Achior dimittẽtes ad arborẽ ligãt:qa p diuersas tribulationes cõsortes Christi passiõis faciũt.Et reuersi sũt ductores ad dominũ suũ:qa psecutores fideliũ, augmẽto scelerũ suorũ deteriores semp fiũt.Porro filii Israel descẽdentes de Bethulia, venerũt ad Achior quẽ soluẽtes duxerũt ad Bethuliã . Sic doctores ecclesiæ ad arborẽ ligatũ soluũt:cũ catechuminos suos,nec psecutorẽ nec mortẽ timere docent:quasi ad arborem ligatũ soluunt:cũ a formidine crucis mentẽ pauidam eruunt,& ad patiẽdũ ĩstruunt. Hoc aũt melius fit,si exemplo Ozię & Charmi principũ,qui confortantes Achior, preces deuotas cũ omni populo effuderunt,magistri ecclesię cũ cęteris fidelibus auditores suos deuotis precibus dño cõmendauerint:vt eius dono habeãt qđ humana infirmitas non meret.Tunc Ozias sumpto consilio,suscepit eum in domum suam:& fecit ei cœnam magnã. Et vocatis oĩbus presby-

teris expleto simul ieiunio refecerunt. Cœnã magnã expleto ieiunio facit: q diu animã languidã, & pane verbi dei ieiunã, euangelica doctrina, & dapibus virtutũ in cõuiuio reficit. Hinc simul aduocanť oẽs presbyteri: vt eorꝫ exhortationibus & exemplis, corroborentur ad fidem percipiendam & obseruandã neophiti.

G
Iudit. 7.

POrro dum Holofernes circuiret ꝑ gyrum reperit ꝙ fons q influebat aquęductum illorũ a parte australi extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquęductum eorũ. Sic doctrinam euangelii quã ex viuo fonte procedentem, doctores spiritus sancti gratia illuminati, per oris sui fistulã in sanctæ ecclesiæ ciuitatem introducunt, persecutores fideliũ prohibendo, & mortẽ minando auferunt: vt potus spiritualis indigentia occidant. Tũc secundo Ozias congregauit omnes: sed viri, fœminæqꝫ, iuuenes, & paruuli, simul oẽs vna voce dixerunt. Iudicet deus inter nos & te: quoniam fecisti in nos mala, nolẽs loqui pacifice cum Assyriis: & propter hoc vendidit nos deus in manib⁹ eorum. Isti signant carnales: qui dicũt, dñe dñe: cor aũt eorum lõge est a deo. Sũt ergo in sagena domini mali pisces vsqꝫ ad litt⁹ futuri iudicii: qui præsentis vitę incõmoda grauiter ferẽtes, eligunt præsentibus vti deliciis magis q̃ cælestia bona in futuro sibi reseruari, q magistros suos importunis querimoniis affligunt: & sibi ad luxum sęculi assentire cogũt. Vnde sequitur. Et cũ fatigati his clamoribus, & his fletib⁹ lassati essent: exurgens Ozias infusus lachrymis ait. Æquo animo estote fratres: & hos quinqꝫ dies expectem⁹ a domino misericordiam. Sic quinqꝫ sensus corporis quibus præsens ducitur vita: quasi quinqꝫ dierum inducias iners doctor expetit. qui corporale solatiũ auditoribus suis indiscrete promittit: quasi ĩ potestate sua sit summi datoris munificentia: cum magis quidem tribuendi modus in dantis q̃ in accipiẽtis potestate consistat. Si autem præsentis vitę negatur solatium, subditos deserũt: vt cedentes persecutoribus, corporale deuitent suppplicium.

H
Iudit. 8.

HAnc conuentionem, Iudith, id est ecclesia respuit & contemnit. Iudith enim quæ interpretatur confitẽs vel laudans: ecclesiã significat: quę deũ vera fide confitetur: & in omnibus operibus eius laudare non desinit. Et vir eius Manasses fuit: qui mortuus est in diebus messis ordeaceæ. Christus ecclesiæ spõsus, bene Manasses. i. obliuiosus, vel qui oblitus est dicitur: quia nos facit obliuisci calamitatis pristinę, ꝑ consolationem vitæ futuræ. Hic in diebus messis ordeacę: id est electionis plębis Iudaicæ cõmittit: & apostolos suos prędicare & manipulos credentium congregare. Venit ęstus ꝑsecutionis super caput, id est diuinitatem. Caput enim Christi, deus. Inde enim maxime scandalizantur Iudęi ꝙ se esse filium dei dicebat. Vnde scriptum est. Facis teipm deum. Huius sponsa, ablato sponso, ieiunio & orationi operã dat vsqꝫ ad cõsummationem seculi: nec erroribus hæreticorum dignatur pollui. Cui vir su⁹ diuiserat diuitias spiritualis sapientię & virtutis, & familiam in gẽtium multitudinem congregauit. Dixit Iudith ad presbyteros. Quod est verbũ in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatẽ Assyriis: si intra quinqꝫ dies non venerit nobis adiutorium? Et qui estis vos qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed poti⁹ iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitriũ vestrũ constituistis ei? Nec tẽpus, nec modũ domino præscribere debemus: sed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. Vnde quidam patrum in oratione dixisse legiť. Fili dei, sicut vis, & sicut scis: miserere mei. Regnũ dei tantũ quęrere debem⁹: & cætera adiicienť nobis. Pręsens vita fidelibus sit in vsu: futura in fructu. Sit res temporalis in itinere: æterna desideretur in peruentione.

1. Cori. 11.
Ioan. 10.

I
Iudit. 9.

ORatorium Iudith, quod ad orandum ĩgressa est: secretum cordis designat, quod cum dominum oramus intrare debemus. Cilicum, asperitatem designat pœnitentię. Cinis, memoriam

k fragilitatis & mortis. Prostratio, effe-
ctum humilitatis.

Iudit. x. PVlchritudo Iudith, spiritalẽ san-
ctæ ecclesiæ pulchritudinem figu
rat: & ornatus eius, ornatum ecclesiæ
sanctæ: quã habet per virtutum exerci
tationem, & bonorũ operum exhibitio
L nem denunciat.

Iudit. 12. EXarsit Holofernes in concupiscẽ
tia Iudith: & voluit eam per libi-
dinem suam violare: & persecutores ec
clesię, integritatem eius concupiscunt
corrumpere. Iudith, in castris Holofer
nis non est polluta escis gentilibus: &
sancta ecclesia inter paganos habitans
non contaminatur idolorum sordib⁹.
Iudith gladio Holofernis caput illius
M abscidit, & sancta ecclesia hostes suos p
Iudit. 13. propriam eorum malitiam perimit.

IVdith post victoriam cum suis cele
brauit lætitiam: & ecclesia sancta su
peratis vitiis cum hostibus suis lętitiã
celebrabit cũ angelis. Fugatio siue per-
emptio hostium: destructionem & da-
mnationem designat impiorũ. Abra Iu
dith, fideles adolescẽtulas figurat: quę
famulantur ecclesię sanctæ. Benedictus
dominus qui creauit cælum & terram
qui te direxit in vulnera capitis princi
pis inimicorum nostrorum: quia hodie
nomen tuũ ita magnificauit: vt non re
cedat laus tua de ore hominũ, qui me-
mores fuerint virtutis domini in ęter
num. Laus ecclesiæ non recedet de ore
hominũ: qui memores sunt eius: quæ p
dilectionẽ dei & proximi præsentes tri
bulationes secura sustinet: fide plena
& spe firma, & eminentiam attendens
N cælestium pręmiorum: vbi sociabit bea
Iudit. 16 titudini angelorum.

POst victoriam omnis populus ve-
nit Hierusalem adorare dominũ:
& mox vt purificati sunt, obtulerunt
omnes holocausta & vota & repromis-
siones suas. Adepta victoria de hostib⁹
suis, quisq; electus ab omni labe purga
tus ingredi properat in supernã dei ci-
uitatem: vbi visio vera pacis, vbi red-
dat vota sua conditori.

¶De mysteriis quæ continentur in li-
bro Maccabęorum. Cap. IIII.

ET factũ est post O
q̃ pcussisset A Macca. 1.
lexander Phi-
lippi Macedo
qui prim⁹ re-
gnauit in Gręcia,
egressus de
terra Cethim,
Darium regẽ
Persarum atq;
Medorũ, cõstituit prælia multa, & oĩm
obtinuit regiones: & interfecit reges
terræ, & pertransiit vsq; ad fines terræ,
& accepit spolia multitudinis gentiũ,
& siluit terra in conspectu eius, & con
gregauit virtutem exercituũ fortẽ ni-
mis, & exaltatum est cor eius & eleua-
tum, & obtinuit regiones gentiũ, & ty
rãnos, & facti sunt illis in tributum. Et
post hęc decidit in lectũ, & cognouit ꝙ
moreret: & vocauit pueros suos nobi-
les q secũ erant nutriti a iuuentute: &
dimisit illis regnũ, dũ adhuc viueret.
Et regnauit Alexãder duodecim ãnis:
& mortuus est: & obtinuerũt pueri ei⁹
regnũ vnusquisq; in loco suo: & ĩposue
rũt sibi oẽs diademata post mortẽ ei⁹,
& filii eorum post eos annis multis, &
multiplicata sunt mala in terra. Et exi
uit ex eis radix peccati Antioch⁹ illu-
stris: fili⁹ Antiochi regis, q fuerat obses
Romę: & regnauit in anno cẽtesimotri
cesimoseptimo regni Gręcoꝶ. In dieb⁹
illis exierũt de Israel viri iniqui: & per
suaserũt multis dicẽtes. Eam⁹ & dispo
namus testamẽtũ cũ gẽtib⁹ q̃ circa nos
sunt: qa ex quo recessim⁹ ab eis, inuene
rũt nos mala multa. Et bonus visus est
sermo in oculis eorũ. Et destinauerunt
aliqui de populo: & abierũt ad regẽ, &
dedit illis potestatẽ vt facerẽt iustitias
gẽtiũ: & ędificauerũt gymnasiũ in Hie
rusalẽ secũdũ leges nationũ: & fecerũt
sibi præputia, & recesserunt a testamẽ-
to sancto, & iuncti sunt nationibus, &
vęnundati sunt vt facerent malum. Et
ascendit Antiochus ad Israel, & ascen-
dit Hierosolymã ĩ multitudine graui.
¶Maccabæorũ fratrũ felicia bella: silen P
tio non sunt relinquẽda. Ipsorum nãq;
certamina gloriosa: sanctorũ designant
agones contra spirituales hostes eorũ.

Quis eñ per Alexandrũ Magnũ qui to
tũ pene mũdũ subiugauit imperio suo,
cui tãta erat donata dominãdi libido:
vt nulli inquãtum potuit parceret re-
gno: Quis inquã p illum significat, nisi
Esa.14. diabolus q dixit, In cęlum conscẽdam:
super astra dei exaltabo soliũ meũ, sede
bo in monte testamenti in laterib⁹ Aq
lonis, ascẽdam super altitudinẽ nubiũ,
ero similis altissimo? Hic quippe p suã
superbiam & calliditatem, & multitu-
dines angelorũ secum superbiẽtium: &
progeniẽ humani generis in primo pa
rente sibi subiecit. Alexander moriens
imperiũ suũ satellitibus suis dimisit: &
diabolus in aduentu mediatoris dei &
hoim hominis Christi Iesu suũ domi-
niũ minui vidẽs, impiis principib⁹ pręs
sentis seculi suã malignitatẽ ad perse-
Q quendum credentes inspirauit. Ex qb⁹
exibit radix peccati rex Antiochus fi-
lius perditionis Antichrist⁹: q quanto
erit potentior tanto erit ad persequen
dum perniciosior. Ad istius impii regis
famulatum, pertinẽt falsi christiani, hæ
retici, & psecutores ecclesię q quotidie
ipsam persequunt. Falsi nãq christiani
ipsi sunt q disponunt testamentũ cum
gentibus: qa suis sceleribus concordãt
gẽtibus: & suis prauitatibus repugnãt
tus,& oratio eius fiet in peccatū.Pater
noster qui es ī cęlis. Qui dicit pater:ca
ptat beneuolentiam,qui dicit noster:ex
cludit superbiam,qui dicit qui es in cę
lis:exhibet reuerentiam.Qui dicit pa=
ter,captat beneuolentiam: quia piū cla
mat. Qui dicit noster,superbiam exclu
dit,qa non sibi arrogat propriū aut spe
O cialem,sed etiam aliis esse cōmunē de=
nuuciat.Qui dicit,qui es in cælis,reue
rentiam exhibet: quia non solum in in
Nomina fimis,sed etiam in summis eum pręsidē
p̄dicat p fidē.Sāctificeť nomē tuū.Mul
ta sunt noīa diuina:qđ ergo nomen pe
timus sanctificari cum dicimus , nomē
tuum sanctificetur?Nomen dei fides ē:
per quam credentibus innotescit.San=
Obiectio ctificetur nomen tuum.i.fides tua:quę
est tui notitia.Sed tu inquis.nomē dei
non est sanctificatum sed sanctum ? oēs
enim scripturæ clamant,oēs resonāt: Psal.110.
sanctum est nomen tuū.Nomen dei fra Solutio.
tres sanctum est:sed adhuc in cordibus
quorūdam potest amplius sanctificari.
Potest nāq; sanctificari in cordibus pa=
ganorum: in quibus nondum est sancti
ficatum per fidem.Potest sanctificari ī
cordibus Iudæorum:in quibus non est
sanctificatū per fidei consummationē.
Potest sanctificari in cordibꝰ falsorum
Christianoꝝ:in quibus nondum est san
ctificatum per dilectionem.Potest etiā
amplius sanctificari in cordibus electo
rum:per maiorem fidei consummatio=
nem,& maiorem dei & ꝓximi dilectio=
nem.Quanto enim perfectius deum di
ligit & credit electus: tanto ampliꝰ no
men patris in se sanctificat, & sanctifi=
catū demōstrat.Dicamꝰ igiť.Pater no=
ster q es in cælis sanctificeť nomen tuū
in cordibus Paganoꝝ,sanctificeť in cor
dibus Iudęoꝝ:vt illi in te credāt,& isti
perfectius in te credant,& te vtriq; di=
ligant.Sanctificeť in cordibꝰ falsorum
Christianoꝝ,vt sicut habent per fidem
tui cognitionem:sic quoq; habeant per
affectum dilectionem.Sanctificetur ad=
huc in cordibꝰ electoꝝ per maiorē cla=
ritatem cognitionis, & maiorem suaui
tatem dilectiōis.Ergo pater noster qui
es in cælis sanctificetur nomen tuum.
¶SECVNDA Petitio. ¶Adueniat re P
gnum tuum. Quid est qđ petimꝰ dum Secūda.
dicimus:adueniat regnū tuū? Nūquid Quæstio
nō habet regnum deus:nunquid nō est
rex deus?Si deus nō est rex,aut nō ha=
bet regnū : qd est ꝙ Psalmista dicit,rex Psal.46.
omnis terræ deus psallite sapiēter?Er=
go rex est deus & regnū habet deꝰ:qua
re ergo petimus vt adueniat regnū eiꝰ?
Non petimꝰ vt adueniat in hoc qđ iā Rñsio.
est , sed in hoc ꝙ nondum manifestum
est. Adhuc eñ nasciturí sūt multi,qui
ad regnū eius sunt prædestinati,necdū
tñ sunt de regno eius esse oībus mani=
festati. Adueniat ergo regnū tuū O pa
ter cælestis:vt p naturam carnis gene=
renť ad regnū tuum prædestinati, & p
gratiam baptismi regenerenť & fiāt iu
sti:& p caritatē iustitię oībꝰ manifestē=
tur esse filii regni tui. Adueniat quoq;
regnū tuū vt in fine seculi,in die iudi=

Matt.13. cii,in resurrectione generali, separetur
Matt.25. grana a paleis, pisces a colubris, agni ab hœdis,frumentum a zizaniis. Et ecclesia tua quæ est regnum tuũ,de p̄ssura seculi præsentis te vocante transeat in gloriam patriæ cælestis. Item adueniat regnum tuum, vt sicut regnas in iustificatis:ita regnes in iustificãdis:& sicut regnas in illis qui sũt boni:sic expulsa potestate dæmonum regnes & in illis q sunt adhuc mali. Adueniat igit̃ regnum tuum.

Q

Tertia. Questio ¶TERTIA Petitio.¶Fiat volũtas tua sicut in cælo & ĩ terra. Scimus ꝙ ĩ cęlo nullus sanctorum vel angelorum a voluntate dei deuiat, nemo illi cõtradicit: quomodo ergo fieri poterit vt voluntas dei ita in terra sicut in cælo fiat?vt videlicet in terra nemo vel per ignorantiam vel per fragilitatẽ humanam delinquat: cum infans vnius diei non sit sine peccato super terram, & in multis offendamus omẽs? Verum sciendũ est ꝙ pticula sicut nõ est quãtitatis sed q̃litatis & siĩtudinẽ ĩsinuat nõ ęq̃litatẽ. Si quis enim ædificaret domum paruã secundum formam & dispositionẽ domus maioris: non diceremus de parua domo,tanta est ista, quanta & illa maior:sed diceremus,talis est ista qualis illa,talis similitudine, non tanta quantitate. Fiat ergo O pater,voluntas tua sicut in cęlo per angelos & per sanctos & per primam stolam iam glorificatos:ita & in terra per homines iustificãdos & glorificandos. vt sicut illi voluntatem tuam faciunt in cælo:ita isti faciant eã in terra,etsi non secundum ęqualitatẽ: tamen secundum similitudinẽ.i.si non secundum illorum perfectionem: tamẽ secundum perfectionis eorum imitationem. Fiat voluntas tua nõ solũ in electis p bonoꝝ operum exhibitionem: verũetiam in reprobis per malorũ dispositionem. Quis enim malorum non sis author, es tamen malorum dispositor: & q̃uis sub potestate tua mĩta sint mala:nulla tamen relinquis inordinata:& sic fit in omnibus volũtas tua:in bonis per actionem,in malis per ordinationẽ. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & ĩ terra,vt sicut in cęlo faciunt volũtatẽ tuã

Iob.25, ac.3.

Solutio.

R

cherubim & seraphim, throni & dominationes,virtutes,principatus, angeli, archãgeli,patriarchæ,& prophetę: apostoli,& martyres,confessores,virgines, & omnes animæ electæ a vinculis corporum suorum solutę,coram te glorificatę:sic secundum gratiam a te sibi cõcessam:& secũdũ possibilitatem suã faciant eam in terra,oẽs episcopi, presbyteri,& omnis clerus:oẽs reges,prĩcipes, & vniuersus populus,masculi & fœminę:magni & pusilli:boni, & mali quoq; de malo ad bonum conuersi. Fiat volũtas tua non solum in creaturis rationalib9 per tui cognitionem & dilectionẽ: sed etiam in creaturis irrationalib9 per earum existentiã & multiplicationem. Fiat voluntas tua non tm̃ in rebus sensibilibus per fœcunditatẽ ꝑpagationis: sed & in rebus insensibilibus & viuentibus,fiat inquã per vegetationem germinationis. Fiat deniq; volũtas tua nõ solum in rebus quolibet modo viuentibus:verũ etiã in rebus quolibet modo sedtibi placito subsistẽtib9. Itẽ fiat volũtas tua sicut ĩ cælo & in terra.i.sicut fit in iustificatis iam: sic fiat in adhuc iustificãdis. Item fiat volũtas tua sicut in cęlo & in terra.i.sicut ratio per gratiam tuam adiuta faciendum dictat:sic & caro sine cõtradictione & defectu dictata perficiat. Fiat ergo volũtas tua sicut in cælo & in terra.

S

¶QVATA Petitio.¶Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Fecit de9 hominem ex substantia duplici:corporali scilicet & spũali, quia ergo compositus est ex duabus substantiis,necessarius est ei duplex panis, vn9 corpori alter spiritui. corpori panis corporalis: spiritui spiritualis.corpus pascit agrestis annona:spiritũ pascit sacra doctrina. Corporalem panem a deo petimus, quia nisi dederit deus pluuiam & fecerit terram germinare, nõ possem9 hũc panem habere. Spiritualẽ a deo petim9 panem, quia & ipsum nisi dederit de9: nõ haberemus. Panẽ corporalẽ dispẽsare debent filiis suis patres carnales: panem spiritualẽ dispensare debẽt patres spũales prælati.s.& doctores. hinc quęrit iã inter dispẽsatores vt fidelis quis Quarta. 1.Cori.4

Matt.24. inueniat.Quis em̃ est nostris temporibus fidelis seruus & prudens, quẽ constituit dñs sup familiã suã? vt det illis cibum in tẽpore:qui panẽ doctrinę cõmunicet fideliter & prudẽter?fideliter quantum ad deũ,prudẽter quãtum ad hoĩes?Fideliter quantũ ad deũ:vt videlicet eũ tanta fide, tanto timore,tanta sollicitudine,tanta instantia,tanta diligentia quẽadmodũ præcepit deus, verbum dei dispenset? Prudẽter quãtũ ad homines:vt secundũ capacitatẽ vniuscuiusq̃ singulos erudiat? Sed (qđ sine graui luctu recordãdũ nõ est)sicut ait beatus Gregorius , mũdus sacerdotib⁹ plenus est, & tñ si sit qui bonũ libenter audiat,non est qui dicat. Quid facturi, quid dicturi sũt quidã nostri temporis sacerdotes,in die iudicii, in die calamitatis de longe veniẽtis?Qui ordinẽ sacerdotalem susceperunt, sed inordinate viuere nõ erubescũt. Qui diligũt cũ vulgo sibi cõmisso,prorsus indocto,prauis morib⁹ corrupto,in quadriuiis sedere:verba inutilia,vel etiã pniciosa dicere & audire:supbe iurare,& non solũ viuis,sed & mortuis detrahere?Redditus ecclesiarũ sibi cõmissarũ opportune & importune requirũt:oblatiões toto cordis hiatu cõcupiscunt:ore nõnũ q̃ impudẽter exigũt:aduenientes vtraq̃ manu recipiũt. Quidã aũt cõmessationibus & cõpotationibus intẽdũt:cubilibus & impudicitiis sese inuoluunt:& multa q̃ ab eis in occulto fiũt (sicut dicit apostolus)turpe est & dicere. Lanis dñici gregis vestiunt̃, lacteq̃ pascũtur: & oues præ pœnuria & fame verbi dei moriunt̃. Decurrit tp̃s,transit anni circulus:nec vnũ verbũ de ore eorũ egredit̃,quo grex illis cõmissus erudiatur, de malo corripiatur , ad bonũ reuocet̃, & in ipso confirmet̃:cottidie tñ se obsequiũ præstare deo arbitrantes,verba diuinæ laudis hululant,aut certe sibilãt: & audientes & intuentes,sono vocis& motu corporis scandalizant non ædificant . Pasce igit̃ dñe, pasce tuipse oues tuas.Vnctio tua doceat eas de oĩb⁹, vt spũs tuus per internam inspirationem illis doctrinã infundat,quã taliũ sacerdotũ os mutũ nõ dispẽsat.Cogitare debent tales sacerdotes aĩaduersiones ꝓpheticas aduersum se esse prolatas,qb⁹ dicit̃:Erit sicut popul⁹ sic sacerdos. Et itẽ.Sacerdotes nõ dixerũt vbi ẽ dñs.Et tenẽtes legẽ,nescierũt me. Et in alio loco de huiusmodi scriptũ est.Canes muti,nõ valẽtes latrare. Et canes impudẽtissimi nesciert̃ saturitatẽ. Nemo itaq̃ ab hmõi sacerdotib⁹ expectet sibi panẽ sacrę doctrinę dari: quia tales sacerdotes docere vel nesciũt, vel erubescunt, vel cõtemnũt.Quid igit̃ faciẽt oues illis cõmissę? Cõsiderare debent aliis ĩ locis esse sacerdotes doctos sancteq̃ viuẽtes,& illos adire,& p illos se doceri cõsiliũ aĩarũ sua suppliciter postulare. Sũt etiã quidã falsi pdicatores, qui sicut zizania ĩ agro dñico a diabolo sunt seminati: qui totũ mũdũ ĩ suis philacteriis peragrant:& vulgus indoctũ, & diuersis peccatis oneratũ, verbis mendacib⁹ beatificant , dicẽtes pax,pax,cũ non sit pax.Sed qđ dicit scriptura?Popule me⁹ qui te beatificant,ipsi te seducũt,& viã gressuũ tuorũ dissipãt.Et itẽ. Erũt qui beatificãt,& q beatificant̃ pcipitati.Itaq̃ Panẽ nostrũ cotidianũ da nobis hodie:Panẽ corporalẽ & panẽ spũalẽ. Panẽ corporalem:vt facias terrã germinare,fructũ suũ facere & consũmare.panẽ spiritalẽ vt inspires prælatis & doctoribus ecclesiæ tuæ, vt doctrinã suã sibi traditam nobis studeãt fideliter & prudenter dispensare. & si illi istũ frangere nobis panẽ non curãt:tuipse nos pasce per occultam sancti spiritus tui inspirationem . Vt intus per te capiam⁹ panem quo foris fraudamur per illorũ taciturnitatem. Panem ergo nostrũ cotidianum da nobis hodie.

Margin notes (left): In sacerdotes malos. — Ephe.v. — 1.Ioan.2.

Margin notes (right): Esa.24. — Hiere.2 — Ibidem. — Esa.56. — Ibidem. — Hiere.8. — Esa.3. — Esa.9.

T

Quinta. ¶QVINTA Petitio.¶Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris . Q̃ multis timẽda & periculosa est fratres ista oratio?multis enĩ plus cõfert detrimẽti q̃ augmẽti,plus damni q̃ lucri. Sunt nãq̃ quidã q p magnã & lõgã malignitatẽ & odiorũ malitiã obdurati : illos q per aliquã iniuriam eis facti sunt debitores,manibus suis iugulare aut trucidare & oĩb⁹ modis lędere cõcupiscũt, nec p timore dei nec p pcib⁹ hominũ satisfactionem

recipere vel concordiam facere volunt.
Deut.32. De talibus scriptum est. Vua eorum vua fellis & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum, & venenũ aspidũ insanabile: q cũ tales sint secure tamen ad ecclesiã cõfluunt, & corã deo & altari eius orãtes dicunt. Pater noster dimitte nobis debita nr̃a: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sed o misera ĩsipiẽtia, o infelix p̃sumptio, irã dei aduersum se p̃cibus ꝓuocare dr̃, cũ
Eccli. 28 hõ homini seruat irã, & a deo q̃rit misericordiã. Sunt autẽ qdam imperfecti: quorũ imperfectioni (sicut dicit beatus
Augustinus. Augustinus) diuina miseratio cõdescẽdens concedit vt saltem tunc debitoribus suis debita dimittant: cum ipsi debitores ĩdulgẽtiã ab eis sibi dari postulauerint: sicut dñs seruo suo nequã fe
Matt.18. cisse legit: quẽadmodũ scriptũ est. Serue nequam omne debitum dimisi tibi,
V quoniam rogasti me. Quicũq; aũt rogatus a debitore, debitum cuiuslibet iniuriæ dimittere contemnit: inuanũ sibi a dño dimitti debitum peccati sui petit. quinimmo magis illud corã oculis iudicis aggrauat q̃ alleuet. Quis vero ĩperfectis cõcedat sua posse requirere, satisfactionem de ĩiuria sibi illata recipere, & a debitoribus de indulgẽtia rogari: debent tñ, si contingat nihil horum fieri, omnibus irã ꝓprii cordis refrenare: & de semetipsis tenebras odiorum pel
Iaco.1. lere: memores illi⁹ qđ scriptum est. Ira
1.Ioan.3. viri iustitiã dei nõ operat. & item. Qui odit fratrem suum homicida est: & oĩs homicida non habet partem in regno Christi & dei. Perfectorum aũt est puro corde omnia oĩbus vultu iocũdo sine restauratione rerũ, sine satisfactione iniuriarum, & sine vllis p̃cibus, debitoribus suis indulgere: insuper & sua tribuere & obsequia charitatis exhibere. Prouideat ergo vnusquisq; sibi in orone ista, dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, vt qualem indulgentiam a deo cupit accipere: talem studeat aliis facere. Sinautẽ, scđm consilium meũ taceat, & istam orationem minime dicat: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dimitte ergo nobis o pater debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & si per aliquam fragilitatem vel etiam perniciẽ nos videas non dimittere sicut debemus, da nobis gratiã vt secundum tuam voluntatẽ dimittamus, & sic tuam indulgentiã consequamur. Da vt sic diligam⁹ homines, vt eorum non diligamus errores: vt sic in eis diligamus naturam: vt non diligam⁹ culpam: vt sic diligamus qđ sunt, vt nõ diligamus qđ male faciunt. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

qui non dimittit & primo iniurias sibi illatas melius facit Sino petat adeo dimitti si vult peccatum q ipse commisit deo / sed certe bonum est oratio[n]em ... semper ut deus ... det nobis dimittere q omnibus opus sit ... est

X ℭSEXTA Petitio. ℭEt ne nos ĩducas Sexta.
in tentationem. Cum scriptum sit, de⁹ Iacobi.1.
intentator malorum est, ipse neminem tentat, vnusquisq; enim tentatur a cõcupiscentia sua abstractus & illect⁹: qđ Quæstio
est quod petimus cũ dicimus, & ne nos inducas in tentationem? Est igitur sen Rñsio.
sus: ne nos inducas in tentationem, nõ vt nunq̃ nos permittas a tẽtationibus infestari: sed da vt per tentationes probemur nec reprobemur. Multum prosunt tentationes electis: qui per tentationis victoriam pertingũt ad coronã; sicut Iacobus apostolus testatur dicẽs. Iacobi.1.
Beatus vir qui suffert tentationẽ: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit deus diligentibus se. Et in principio eiusdẽ epistolæ, Omne gaudiũ existimate fratres cum in varias tentationes incideritis: scientes ꝙ probatio fidei vestræ (quę p tentationes fit) patientiã operatur. Et Lucę.21.
de patientia scriptum est. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Tentationum autem quatuor sunt species siue modi: sicut in alio loco iã dixim⁹. Tẽtatio nãq; alia leuis, alia occulta, alia grauis, alia manifesta. Tria autẽ sunt q̃ nos tentant, caro nostra, mũdus, diabolus. Caro nos tentat per gulam & luxuriam: mundus tentat nos per prospera & aduersa, per prospera vt decipiat, per aduersa vt frangat: diabolus omnibus modis nos aggreditur: & ad omnẽ nequitiam nos adducere conat. Itaq; pater noster ne nos inducas ĩ tẽtationẽ. i. 1.Cori.10.
Ne nos permittas tẽtari supra id quod possumus, sed da cum tẽtatione etiam

prouentum vt possimus sustinere. Ne
nos ergo inducas in tentationem.
Y
Septima ¶SEPTIMA Petitio. ¶Libera nos a
malo. Multa sunt mala quibꝰ humana
subiacet conditio,quorum periculũ per
se minime euadere valet quæ generali
ter considerata sex modis distinguere
possumꝰ.Malũ aliud est corporis,aliud
animæ. Item aliud est malum quod est
culpa:aliud est malum quod est pœna.
Item aliud est malum præsentis seculi:
aliud malum futuri. Ab omnibus istis
& ab aliis (quę per ista comprehẽdunt,
& sub istis continentur) petimus libe-
rari:quando oramus dicẽtes,libera nos
a malo:quasi diceremus, libera nos pa-
ter ab omni malo:qa nisi tu liberes nos
non poterimus sine te liberari nec ab
vno nec a mľtis:nec a magno nec a mi-
Z
Conclusio. nimo.Libera nos ergo tu pater a malo.
¶PRÆDICTARVM petitionum cõ
clusio. ¶Amen interpretatur vere aut
fideliter fiat.& concludit prædictas o-
mnes petitiões, Amen,quasi dicamꝰ.O
pater noster qui es in cælis,vere fiãt o-
mnia in nobis & in aliis: q̃ supra postu
lauimus.Vere sanctificetur nomẽ tuũ.
Vere adueniat regnum tuũ. Vere fiat
voluntas tua sicut in cælo & in terra.
Vere panem nostrum quotidianum da
nobis hodie. Vere dimitte nobis debi-
ta nostra sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris.Vere ne nos inducas ĩ
tentationem. Vere libera nos a malo.
...onis ...ifice ex ...lẽtia. Ista est fratres iugiter dicenda oratio:
vtpote quã ipse saluator docuit,& qua
nobis pater iugiter orare pcepit. Nul-
la est enim sublimior ista:nulla vtilior.
Sunt quidam qui sicut Ethnici gloriã-
tur se multa verba fundere,multa psal
teria legere, diuersas horas decantare,
prolixas orationes continuare:quũ ore
Esa.29. domino loquuntur,corde nonnunq̃ in
extremis terrę finibus vagãtur. Memi
nerint tales,scripturæ quæ dicit.Popu
lus iste labiis me honorat:cor autẽ eo-
rũ longe est a me.Nec ista dicentes san
ctæ orationis solertiam & perseueran-
tem deuotionem culpamus:quam mul
tum laudamus, dum prolixitatem ora
tionis comitatur feruor etiam internę
dilectionis.

SEQVItur Eiusdem Magistri Hugonis altera
orationis dominicæ expositio aliunde
huc apposita.

¶De septẽ peccatis mortalibꝰ cõtra q̃
valẽt orationis dñicę petitiões.Ca.III.

SEptem sunt vi A
tia principalia
q̃ rationalẽ na
turã ĩficiũt: &
eius integrita
tẽ quasi quodã
suę admixtiõis
fermẽto corrũ
põt. Vitiũ aũt Vitium
ẽ corruptio na
turalis affectꝰ:
pter ordinẽ & extra mẽsurã. Hoc vero
cũ p cõsensum recipit,peccatũ est:senti
re aũt solũ sine consensu:pœna est non
culpa.Sane in nõ regeneratis:vitiũ oĩ-
no excusationẽ non habet.vbi etsi con
sensus non sequitur:solũ hoc dãnatio-
ni debitũ est φ pter rationẽ mouet: p-
pter qđ ait apľus.Iam nihil damnatio- Roma. 8
nis est iis qui sunt in Christo Iesu. Pri
mũ vitiũ est supbia, secũdũ inuidia,ter
tiũ ira,quartũ acidia,quintũ auaritia,
sextum gula,septimũ luxuria.Superbia B
est amor proprię excellẽtię. Inuidia est Vitiorũ
liuor alienę felicitatis.Ira est irrationa descri-
bilis perturbatio mentis. Acidia est fa- ptiones.
stidium interni boni. Auaritia est im-
moderata habendi cupiditas.Gula est
nimius edendi appetitus.Luxuria est ĩ-
moderatum desiderium explendæ libi-
dinis.Hęc ergo sunt vitia septem:de q
bus vniuersa rationalis animæ corru-
ptio manat.Omne enim quod integri-
tatem corrũpit,vitium est. Sed est alia C
integritas corporeæ naturę:alia natu-
rę incorporeę.Rursum corporea natu-
ra quædã statum habet,sensum nõ ha-
bet: quędam vero sensum habet & sta-
tum.In illa ergo quę sensu caret,corru
ptio accedens violat vnitatem: ad illã
autem quæ sensum habet corruptio ĩ-
grediens,lędit sanitatẽ.Spiritalis autẽ
naturæ integritas in veritate & boni-
tate constat.in veritate, cũ cognoscit:ĩ
bonitate,cũ amatur. Corrupta ergo co

gnitio per ignorantiam,animę rationa
li quasi quãdã fœditatem ingerit: cor-
ruptus vero amor per concupiscentiã:
animę turpitudo est:sinceritas vero di
D lectionis,sanitas illius. Propterea maiꝰ
vitium est nõ amare bonum,q̃ verum
nescire.qđ enim voluntatem sequitur,
iuste pro culpa deputatur. Scire autẽ
& nescire potes nolẽs:amare & nõ ama
re non potes nisi volens. Idcirco id qđ
secundum voluntatem est, solum pro
merito imputatur, siue ad bonum si re
ctum est,siue ad malũ si peruersum est.
Propter hoc in affectu omne meritum
constat:neq; iustitia vel culpa nisi ĩ af-
fectu rationalis volũtatis inueniri põt.

Scire et nescire potest homo nolens amare aut non nisi volens

¶Q; hæc tria peccata superbia,in
uidia,& ira:diuinę bonitati potis
simum repugnant. Cap.IIII.

E Hvius ergo affectionis
corruptiones sunt se-
ptem.Prima est super-
bia.i.amor proprię ex
cellentiæ:quæ ipsũ af-
fectum deformat,quia
dum eum ad partem detrahit,a toto ꝓ
cidit.Omne nãq; bonum a summo bo-
no est,& minus in se est, q̃ in illo a quo
est. Quisquis ergo extra summum bo-
num in aliquo bono delectatur: dũ per
uerse partem eligit, iuste totum amit-
Supbia. tit. Superbia ergo quasi partem a toto
præcidens,rationali affectui tollit pul
chritudinem:cætera vero obsequentia
vitia ingerunt dolorem.In omnibꝰ eñ
reliquis pœna primi vitii constat,quia
qđ in superbia præeũte delinquit:in cę
teris post superbiam subsequentibꝰ pu-
nitur.In illa quippe bonum ad ꝓprieta
tem amatur.gaudet enim se habere qđ
alius non habet,vel vt habeat qđ alius
non habet.propterea igitur quia excel
lentiam ad proprietatẽ amat: amor ꝓ-
priæ excellentiæ vocatur.In eo eñ q; ꝓ
F prietatem amat: odit cõmunionem, &
Inuidia. nascitur inuidia filia superbię. Inuidia
quippe odium est felicitatis alienę:quę
de superbia nascitur.Nõ enim tibi dis-
plicere poterat id alium habere:nisi qđ
tu prius solus habere voluisti.Propter
ea lædit te & grauis est tibi aliena feli-
citas:quia in ea tibi tuus ostendit defe
ctus.Et ex ea argueris non esse, qđ vel
esse gaudebas vel concupieras vt esses.
In superbia igitur iniuste delectaris:in
inuidia iuste cruciaris.In superbia per
uerse tibi placet qđ tu es:in inuidia ii
que tibi displicet qđ alius est. Propter
ea læsio superbiæ tãto perniciosius cor-
rumpit,quanto minus malitia illiꝰ sen
tiri potest:& quo suauius intrat,eo ꝓ-
fundius penetrat.Inuidia autem quo-
niam cum læsione sua etiam dolorẽ ha
bet,in eo ipso nõnunq̃ mala esse cogno
scitur:quo non solum peruersa sed etiã
amara esse sentitur.In hoc non nihil iu
stitiæ ĩuidia habere cognoscitur:q; qui G
iniuste agit,iuste punit. Post hanc seq- Ira.
tur ira:hoc est irrationabilis perturba-
tio mentis,quę & ipsa pœnam suam se
cum habet. Nã si dolorem facit aliena
felicitas cum cernitur: multo magis fa
cit cum aduersatur. Hæc est ergo irra
tionabilis perturbatio mẽtis quę ira di
citur:cum malum illatũ pati dedigna- Ira duplex.
ris.Ideoq; turbaris impatientia agita-
tus:quia non sustines aduersitatẽ. Est
autem bona ira qua dedignaris malum
facere:mala vero qua dedignaris malũ
pati.illa respuit culpam,ista non susci-
pit iustitiam. Propter hoc,mala ira ex
aduersitate occurrente turbatur:& im
patientia quietem mentis exagitat.Ne
q; stare iam vult animus ad tolerantiã
pœnę quæ iusta est: quemadmodũ priꝰ
stare noluit per continentiam culpæ q̃
iniusta est.Auget ergo miseriam: dum
cruciatum carnis suscipit ad dolorem H
mentis. Hæc igitur vitia.i.superbia,in
uidia,ira,maxime deo aduersantur.Su
perbia nãq; deum negat,inuidia accu-
sat,ira fugat.Qui enim de singularita-
te gloriatur,superiorem negat.qui ve-
ro alienis bonis inuidet: largitorem ac
cusat:qui autem in corde suo perturba
tionem recipit,pacis amatorem expel-
lit:simul vero omnia blasphemant.Su-
perbia quippe dicit deum non bonũ es-
se:Inuidia & Ira dicunt non benefecis-
se.Illa,quia alii bonum contulit:ista,qa
sibi malũ intulit.Sic tria hæc vitia spe-
cialiter ad iniuriam dei spectare viden
tur:in quibus bonum suum qđ deꝰ est
mẽs rationalis peruerse deserit,Per su-

perbiam introrsum ab illo se diuidens. Per inuidiam, exterius visum pie nõ requirens. Per iram, ipsam etiam memoriam illiꝰ a recordatione sui propellẽs.

¶ Qꝫ reliq̃ q̃tuor vitia Acidia, auaritia, gula, & luxuria: iniuriæ deo a nobis illatę sunt vltricia. Ca. V.

I DEinde sequuntur quatuor alia vitia, quibus suam deus in hominẽ iniuriam vlciscit̃: qa peccatrix anima a deo deserta, his quasi ad vindictam subsequentibus punitur. Acidia. In his igitur quatuor vitiis prima est acidia, id est tædium animi qđ de fastidio itineris boni nascitur. in qua animus amisso bono suo solitarius & desertus manẽs: sibiipsi in amaritudinẽ & dolorem cõmutatur. Auaritia. Deĩde sequitur auaritia. i. immoderata habendi cupiditas: quæ animum interno bono carentem & sibi nõ sufficientem ad exteriora appetẽda cõpellit. Acidia igitur, animæ dolorem facit: auaritia laborem, quia illa per tristitiam afficit: ista per varia desideria sciñdẽs in laboriosos conatus extẽdit. Gula. Post auaritiam sequitur gula. Mens etenim per appetitum exteriorum fusa, primũ a gula excipitur, quæ necessitatem prętendens, familiarius blanditur. Quę qa post necessitatem, superfluitatem inducit: vitium est, quoniam appetitũ & deformat extra mensuram trahens: & affligit, per immoderatum desideriũ tendens: & polluit, turpi delectatione inficiens. k Luxuria. Nouissime succedit luxuria. Caro siquidem inflammata per crapulam, continuo ad libidinem efferuet, in qua similiter turpitudo est: quantum mensuram transgreditur, & maior turpitudo: quantum eius actio nulla necessitate excusatur, ꝙ appetitus edendi aliqñ natura est: motus luxuriæ semper culpa. Sine cibo natura subsistere non potest, sed sine concubitu potest. Propterea appetitum edendi ex natura ortum ne malus sit: ratio subsequens moderatur. Appetitus autem concũbendi etiã si ab actione refrenetur: in eo ipso tamẽ vitium est ꝙ ex ratione pręcedente nõ oritur. Propterea quidem illi oriri natura est: modum transire, vitium: huiꝰ autem & ortus vitium est, vbi actio eiꝰ rationabilis non est: quod vitiũ in nobis ex fomite peccati sine ratione orit̃: per rationem refrenatur, per gratiã excusatur, sicut scriptũ est. Iam nihil damnatiõis est iis qui sunt in Christo Iesu. Roma. 8 L Est tamen omnino peccatum qđ cõtra iustitiam mouetur, sed non damnabile, qđ per gratiam excusatur. Propter hoc dei filius naturam nostram cũ pœna sine culpa assumpsit. famẽ aliquãdo sustinuisse legitur: sed nullam omnino in eadem natura ex peccati fomite vnq̃ titillationem sensisse verissime affirmatur. Cuiꝰ enim actio non rationabilis esse potuisset: eius desideriũ sine vitio omnino nõ fuisset, quod in eo prorsus non esse debuit: qui peccatum non suscipere sed tollere venit. Itaq; appetitus edendi in eo quidem quod appetitus est, natura est: in eo vero quod inordinatum est, vitium esse. Appetitꝰ vero concũbendi in eo ipso quod est etiã iuste arguitur: nisi ratione pręeunte & gratia subsequẽte excusetur. Ratio autem nulla præcedere ostenditur: nisi rationabilis actio subsequat̃, quia qđ pręter necessitatem naturę est: qm̃ non debet fieri, non debet etiam concupisci.

Qꝫ superbia per luxuriam retunditur: & ꝙ dictis septem peccatis totidem opponuntur petitiones in oratione dominica. Cap. VI.

M IN his ergo vitiis sicut prima superbia animã a summis detrahit: ita nouissima luxuria in infimis defigit: sicut scriptum est. Infixus sum in limo profundi: & non est substãtia. Psal. 68. Recte ergo contra gloriam superbię opponitur immunditia luxuriæ: & vbi præcedit spiritꝰ elatio, sequitur carnis turpitudo: vt qui in se peruerse cõsiderat vnde gloriatur: in se etiam iuste inueniat vnde confundatur. Hæc sunt septem vitia quæ vniuersam animæ integritatem corrumpunt: contra quæ sananda, opponuntur septem dona spiritussancti quasi septem antidota specialia: quæ tamen septiformi petitione p̃-

missa impetratur. Primum enim homi
ni condito quædam bona dederat deus
gratis nō rogatus: sed quia homo ingra
tus hæc abiecit: dignum est vt secunda
bona non accipiat, donec humiliatus hęc
desiderando & supplicādo requirat. Id
circo præcedit petitio: vt sequat̃ largi=
N tio eius qđ voluntas requirit. Hę autē
septem petitiones in oratione dñica cō
tinentur: singulæ singulis vitiis oppo=
nendæ. Cōtra superbiam opponitur pri
ma petitio: sanctificetur nomen tuum.
contra inuidiam opponitur secūda pe=
titio: fiat voluntas tua sicut in cælo &
in terra. contra acidiam opponit̃ quar=
ta petitio: panem nostrum cottidianū
da nobis hodie. contra auaritiam oppo
nitur quinta petitio: dimitte nobis de=
bita nostra sicut & nos dimittimus de
bitoribus nostris. contra gulam oppo=
nitur sexta petitio: & ne nos inducas ī
tentationem. contra luxuriam opponi
tur septima petitio: libera nos a malo.

¶De captatione beneuolentiæ in principio orationis dominicæ. Cap. VII.

O Sed notandum est q̄ in
hac dominica oratio=
ne ante ipsas petitio=
nes quasi captatio be=
neuolentiæ quædā p̄=
mittitur, cū dicitur.
Pater noster qui es in cælis. Captat nā
q̄ oraturus pietatem a prælatis: in pa=
tre. Si enim pater est: amat filios, & pie
tate mouetur vt exaudiat clamātes ad
se, & præstet qđ petitur. Igitur qui di=
cit pater: fidutiam significat exauditio
nis. qui vero dicit noster: humilitatem
ostendit, non singulariter præsumēs de
bono quod in communi datum est. qui
autem dicit qui es in cælis: audit quid
debeat postulare, ne forte non petenda
requirens: aures pietatis offendat. Cur
enim terrena petat: qui se patrem in cę
lis habere testatur? Illic namq̄ quæren
da sunt: vbi habitat pater. dic ergo pa=
ter: vt in petendo confidas. dic noster:
ne de cōmuni bono singulariter te ex=
tollas. dic qui es in cęlis: vt quid tibi pe
tendum sit intelligas. Habes deum pa=
trem, habes hominem fratrem: vt ad il
lum tendens, non diuidaris ab isto. tra
hat te ad illum dilectio: non diuidat te
ab isto elatio. Idcirco clamas pater no= P
ster: vt intelligas q̄ fratres habes, neq̄
solus es in hoc bono, quod per gratiam
datum est omnibus. Vnus homo dixit:
pater meus, qui vtiq̄ hoc non dixisset: Ioan. 5.
si plus q̄ homo non fuisset. Vbi enim
homo fuit: dicere habuit, pater noster:
vbi deus fuit, dicere habuit: pater meus.
Vbi enim deus fuit: solus fuit, vnus, vni
genitus: ideo dixit pater meus. Vbi au
tem homo fuit: fratres habuit, neq̄ so=
lus fuit. Propterea hic dixit: pater no=
ster, & alibi. Ite nūciate fratribus meis. Ioan. 20.
Et iterum. Narrabo nomen tuum fra= Psal. 21.
tribus meis. Propterea pater noster qui
es in cælis. Pater in cælis pius & altus,
diligens & potens. si pater es, prodesse
vis: si in cælis, potes. Ergo vis & po=
tes. propterea petentes nihil hæsitamus Q
vis & potes. Pater noster qui es in cæ=
lis, indulge quod postulamus: quia re=
ctum est quod petimus. Primum qđ ad
honorem tuum: postea quod ad salutē
nostram. Quod ad honorem tuum: san
ctificetur nomen tuum, adueniat re=
gnum tuum, fiat voluntas tua sicut in
cælo & in terra. Quod ad salutem no=
stram: Panem nostrum cottidianum da
nobis hodie, Et dimitte nobis debita
nostra sicut & nos dimittimus debito=
ribus nostris, Et ne nos inducas in ten= R
tationem. Sed libera nos a malo. Pro= Ioan. 16.
pterea exaudi quia tu dixisti. Si quid
petieritis in nomine meo dabitur vo=
bis. Nos enim petimus in nomine tuo:
petimus qđ ad honorē sit tuum, petimus
quod ad salutem nostram. Primū pro
te, postea pro nobis. Tu enim dominus
es: & idcirco iure causa tua primū vbi
q̄ locum habere debet. Propterea debi
tum reuerētię soluimus supplicātes, vt
salus nostra apud clementiam tuam ef
ficacior existat: quæ se honori tuo eti=
am pro se agens postponere non cūcta=
tur. Nihil nostra petitio affert qđ au=
ribus tuæ maiestatis debeat displicere:
nostræ commoditati honorem dei præ
ponimus, salutem proximi sociamus.
Ne ergo repellas orationem nostram:
quam tibi & dei & proximi caritas cō=

mendat.In qua non singulare sed com=
mune bonum postulantes:proximũ di=
ligimus sicut nos,& tuam gloriam prę
ferentes : te deum nostrum supra nos.
Hæc pro commendatione captationis
beneuolentiæ dicta sunt.

¶De prima petitione oratiõis do
minicæ contra superbiam.
Cap.VIII.

S SAnctificet nomen tu=
um.Hæc est prima pe=
titio qua petimus vt
nomen dei sanctifice=
tur:primum in nobis,
postea per nos . Quod
est nomen dei? forte cogitas vel cogitã
dam putas vocem aliquam:cum audis
nomen dei.si ergo vox sanctificãda est:
qualis vox cogitanda est,quę digna sit
vt sibi singulariter vsurpet sãctificatio
nem?cum multa sint nomina quibꝰ no
minatur deus a nobis:sicut multis mo
dis innotescere dignatus est nobis. An
forte omnia hęc nomina vnum nomen
continent:quod deus nominatur ĩ no=
bis?Hoc est vnam notitiam, vnã cogni
tionem,vnam fidem: qua reuelatus est
T nobis,& cognoscit a nobis?Hoc est no=
men quo nominatur & innotescit deꝰ:
fama eius,notitia eius,fides eiꝰ.Sic eñ
dicimus:magni nominis est homo ille,
& ille homo magnum nomen habet in
populo.magni nominis,magnæ famæ.
Psal.75. Notus in Iudæa deus: in Israel magnũ
nomen eius. Ergo in ipsa notitia ipsum
est nomen, ibi enim nominatus vbi no
tus. Quid enim petis cũ dicis deo:san=
ctificetur nomen tuum? Iam enim no=
minatus est tibi deus:nomen eius ad te
vsq; peruenit.tecũ enim est nomẽ eius.
Gen.1. modo cum intrasti ecclesiam:audiuisti
scripturam clamantẽ.In principio crea=
uit deus cælum & terram.Nominatus
Psal.72. est tibi deꝰ : & cognouisti ꝙ creator o=
mnium ipse est.Audi iterum. Q̃ bonꝰ
Psal.145. Israel deꝰ iis qui recto sunt corde.quo=
modo bonus?Beatus cuius deus Iacob
adiutor eius , spes eius in domino deo
ipsius qui fecit cælum & terram,mare
& omnia quæ in eis sunt. Ergo deꝰ qui
creauit cælum & terram : ipse est deus
Israel & deus Iacob: nam Israel ipse est
& Iacob . Si ergo deus Iacob fecit cælũ
& terram,mare & oĩa quæ in eis sũt:
ergo qui in principio fecit cælũ & ter=
rã,deus est Israel & deus Iacob ibi crea
tor:hic adiutor:ibi magnus , hic bonꝰ .
Q̃ bonus?Beatus cuius deus Iacob ad
iutor eius.Bonus ad tantum bonũ: bo
nus ad beatitudinem: ergo summe bo=
nus , quia ad summum bonum bonus.
Sed forte soli Israel bonus: & solus Ia= V
cob beatus,cuius deus adiutor eiꝰ.Au
di iterum. Beati omnes qui timent do Psal.127.
minum,qui ambulant in viis eius. Er=
go idem deus qui in pricipio cælum &
terram fecit,& idem ipse qui postea le=
gem dedit: vnus & idem ipse est qui in
nouissimo adueniens gratiam cõtulit.
Primum creauit:postea reparauit,in fi
ne beatificauit. Nõ alius & alius,q̃uis
aliud & aliud. In omnibus his nomina
tus est tibi deus: & personuit nomẽ eiꝰ
in auribus tuis,& celebris facta est apd
te fama illius.Non te deinceps de igna
uia excusare potes:audisti nomen eius.
sed hoc caue:ne nomẽ dei tui accipias
in vanum.¶Quid est nomen dei in va= X
num accipere?Audire & cõtẽnere,agno
scere & non reuereri,scire & non ama=
re.Ergo ora vt sanctificetur nomẽ eius
apud te: nam in se sanctum est semper.
Quicquid de illo dici potest, totũ san=
ctum est:sed tibi non est,si non diligis,
si non revereris. Nam in tua existima=
tione sanctus non est:si tu illum sanctũ
esse non putas. Si ergo audis & despi=
cis:non sanctificatur nomen eius apud
te.Tollis illi sanctitatem tuam: tollis ĩ
te qui non potes in ipso. Quantum po
tes,facis:& si plus posses,plꝰ faceres.Iu
dicabit ergo deus affectum malignita=
tis tuæ:superbus eñ es,& resistis quan
tum potes , & obfirmas animam tuam
vt non timeas aut verearis illum : cu=
ius etsi non suscipis bonitatem,non ta
mẽ effugis potestatem. Ergo ora illum
vt ad sui reuerentiam cor tuum incli=
net , & sicut illuminauit ad cognitio=
nem, sic excitet ad dilectionem:vt hu=
milieris sub potenti manu illius: qua=
tinus & verearis magnũ,& diligas bo=
num.Sic humilitate superueniente su=
perbia cadet:ita vt iam lætus & mãsue

Psal.9. tus deo canere incipias.Domine clama
Y uí ad te,& sanasti me. Postq̃ autem de⁹
in te sanctificauerit,& te sanctificare fe
cerit nomen sanctum suum:non hic si=
stas,non tibi sufficiat salus tua.Exten=
de affectum caritatis,& pro aliis clama
ad illum,sanctificetur nomen tuũ. Ab
omnibus sanctificetur & ab om̃ib⁹glo=
rificetur : vt secundum nomen tuũ,sic
Psal.47. & laus tua vsq; in fines terræ. sic ergo
Psal.113. sanctificetur nomen tuum. Non nobis
(inquit) domine non nobis:sed nomi=
ni tuo da gloriã. Hoc est,sanctificetur
nomen tuum. Sanctificatur enim cum
glorificaẽ.Sanctificetur nomen tuum.

¶De Secunda petitione contra in
uidiam. Cap.IX.

Z ADueniat regnum tuũ.
Hæc est secũda petitio,
quæ contra vitium in
uidiæ opponitur:ĩ qua
desiderium fraternę sa
lutis commẽdaẽ.Quid
enim est regnũ dei nisi salus hominũ?
Non enim regnum hic illud significa=
tur,quo cũctis deus potestate pręsidet:
& nutu potentiæ suæ vniuersa ad arbi
trium suæ voluntatis intorquet. Hoc
enim regnum nec per profectum adue=
nit:nec per defectum recedit: quia diui
na potestas nec augeri potest, quia ple
na est:nec minui,quia æterna est. Illud
vero regnum quo piis mẽtibus p amo
rem subiectis pręsidet:tantum aduenit
quantũ salus hominũ crescit. In quib⁹
videlicet mentibus dũ id quod contra
iustitiã male nitebaẽ,ad nutum diuinę
voluntatis per gratiam aspirantẽ cõpo
nit:tunc nimirũ in eis deo aduenienti
regnũ p̃paraẽ,vt in ipsis habitet.Nunc
omnẽ motum illarum ad iustitiã diri=
gens, postea vero finito mutabilitatis
huius cursu,omne desiderium earũ so=
pita omni contradictione ad pacẽ ęter=
næ tranquillitatis componens. Regnũ
ergo dei est quo interius per gratiã p̃si
dẽs,fluctuãtes mentes hoĩm regit:& ad
leges æternæ iustitiæ sequendas nõ vi
sed amore inflectit,vt sub ip̃o per deuo
tionem,& post ipsum per imitationem,
dirigãtur ad ipsum per glorificationẽ.
Sicut ergo in prima petitiõe gloriam
dei postulamus:sic in secunda salutem
p̃ximi flagitamus.Illud contra sup̃biã:
hoc contra inuidiam. Ibi nos per humi
litatem superiori subiecimus: hic p ca=
ritatem proximo sociamus.Sanctifice=
tur nomẽ tuum.Adueniat regnũ tuũ.

¶De Tertia petitione contra Irã.
Cap.X.

FIat voluntas tua sicut ĩ A
cælo & in terra.Hæc est
tertia petitio: quę cõtra
vitium iræ opponitur.
Qui enim voluntati di=
uinæ annuit:nõ vult cõ
tendere,sed humiliter subiicit se dispo
sitioni iustæ:vt in eo etiã qđ contra vo
luntatem suam agiẽ:aduersus iudicem
suum nullo impatiẽtię siue murmura=
tionis vitio moueaẽ.Quia em̃ agnoscit
se perpetrasse mala prohibita:patienter
sustinet mala illata.In quibus toleran=
dis etsi caro per impatientiam murmu
ris,perturbationẽ suscipit:ratio tñ per
considerationem iustitiæ tranquilla p=
manens,ad obœdientiam se componit.
Voluntas quippe sp̃ũs diuinę volunta
ti per iustitiã conformata,hoc qđ ĩ sua
carne contra veritatem moueri sentit,
improbat:& vt ipsum quoq; ad cõsen=
sum veritatis trãquilletur, exoptat di
cens.Fiat voluntas tua sicut in cælo &
in terra.Hoc quippe cælum,id est ratio
per amorem iustitiæ cælestibus confor=
mata:in nullo contra dei voluntatẽ ni
titur,& quod in contrariũ moueri sen
tit:per vigorem eiusdem iustitię ne ef=
fluat,moderatur.sicut scriptũ est.Non Lucę.22.
mea volũtas sed tua fiat.Sicut em̃ hu= B
manitas in homine deo secundum pro
prietatem naturę mortalis quã porta=
bat,aliud inferius per carnis affectũ na
turaliter pœnã fugientis voluit, aliud
superius per iudiciũ rõnis iustitiã amã
tis approbauit: sic nos qđ ĩ nobis ex vi
tio cõtra iustitiã dei moueri cernim⁹,
iudicio rationis cohibere debemus di=
cẽtes:dñe non nr̃a volũtas fiat sed tua.
Nostra enim voluntas,est volũtas car=
nis nostrę:quę siue ex infirmitate natu
rę moueaẽ,nr̃a est,quia in nobis:siue ex
vitio culpæ, nostra est,qa ex nobis.illa
nostra est, quia portamus, hæc nostra;

quia fecimus.Fecimus enim culpā:portamus naturā.Ideo qđ mouetur ex natura,etsi aliquando cohibetur,nunq̄ imputatur.In eo autē quod moueť ex culpa,& reprehēsibile est quo oritur, & cohibendum est ne operetur.Idcirco autē qđ secundum infirmitatem naturæ appetimus:etsi culpa non sit,aliqñ tamen cohibere debemus:quia cū aliud iustitia dei exigit ad puniendā culpā,aliud infirmitas ad fouendam naturā:patiēter sustinere debemus lęsionem naturę propter impletionem iustitiæ.Qđ autem ex vitio appetimus: & plangēdum est quia oritur,& cohibendum ne perficiatur: vt fiat quod scriptum est.nō regnet peccatum in vestro mortali corpore. Propterea vt in terra quoq; carnis nostrę,regnum peccati destruatur & regnum dei adueniat: orandum vt sicut in cælo,sic & in terra voluntas ei⁹ fiat, quia tunc etiam in terra regnum eius aduenit:si motus qui ex iustitia nō est, subiectus rationi non dominať sed seruit.Cū autem homo cælum animę suę & terram carnis suæ regno dei subiecerit: tunc affectu caritatis in anteriora se extēdēs,orare debet, vt qđ in se gratia operante agitur: eadem gratia largiente exterius compleatur. Fiat volūtas tua sicut in cælo & in terra. Sicut angeli in cœlo obœdiunt:sic obœdiant homines in terra.Et si qui in terra homines per gratiam cęlū facti sunt,& ad cælū mente subleuati sunt:vt in eis voluntas tua fiat,imitentur illos qui adhuc animo terræ inhęrent,& terra sūt: & præcedunt corde,quo secuturi sunt corpore. Sic ergo fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.Ecce domine cōcedimus vt fiat voluntas tua sicut ī cęlo & in terra. Non resistimus,non renitimur,nō reluctamur.nos quidē hactenus aliud facere voluimus,aliud perficere cogitauimus:consideramus modo quia oīpotēs voluntas tua est:& idcirco si nitimur contra illam: aut potestate tua corrigemur, ne quod male volumus perficiamus:aut patiētia tua sinemur vt pereamus.Idcirco dñe nō cōtēdimus tecū:fiat volūtas tua.Scim⁹ dñe quia siue volumus siue nolumus, volūtas tua fiet.Ideo fiat volūtas tua.Cōcedimus qđ ꝓhibere oīno nō possum⁹ ne forte si aliud velim⁹, nō deť effectus,& damneť affectus. Ideo adiūgimus volūtatē vt remuneres pietatē:quia laudamus & amam⁹ tuā potestatē. vt facias oramus:qđ te posse non dubitamus,vt tua bona volūtate prauas nostras volūtates cōprimas:& qđ male volum⁹ nos, tu aūt bñ nō vis:fieri nō ꝑmittas. Qđ & si fieret:volūtas tua minus potēs nō esset,nostra plus misera esset. Ideo dñe fiat volūtas tua sicut in cælo & in terra.Intantū enim iā de bonitate tua cōfidimus : vt de nobis plus tibi q̄ nobis credamus. propterea fiat volūtas tua. Nos enim & malum nostrū velle possumus:tu non potes, quē nec ignorantia decipit:nec malitia corrumpit. Idcirco domine fiat voluntas tua, sicut in cęlo & in terra.

Roma.6 (margin, beside "est quia oritur")

C (margin, beside "giente exterius compleatur")

D (margin, beside "mur vt pereamus")

ℭDe Quarta petitione contra Acidiam. Cap.XI.

Panem nostrum cottidianū da nobis hodie. Hæc est quarta petitio q̄ contra acidię vitium opponitur. hic eñ petitur panis vitæ ab esurientibus iustitiā.Panis refectio est.da panē:da refectionē.Panē nostrū cottidianū da nobis hodie:panē nostrū,panē tuū.tuū,qa das,nostrū:qa accipim⁹.tuū: quia a te, nostrū:quia nobis a te oriť,ideo tuum: nobis cōcediť,ideo nostrū. Tu es enim terra illa viuētiū de qua oriť panis vitę:qui cōfirmat cor hoīs.Idcirco o terra da panē,da refectionē, pasce habitatores.Si habitamus in te : pascamur ex te.Iā cœpim⁹ manere, iā cœpim⁹ qescere:quia iam cœpim⁹ acquiescere. Ecce nō resilim⁹ ꝑ cōtradictionē aliquā:cātauim⁹,fiat volūtas tua.Ecce igiť maneamus:vt sit hęc requies nr̄a in seculū seculi.Manere aūt nō possum⁹,nisi comedam⁹.Da ergo nobis panē.Panē nostrū cottidianū da nobis hodie. Ecce nō solliciti sum⁹ de crastino:hodiernā tm̄ stypē ꝑtim⁹.Panē nr̄m cottidianū da nobis hodie.Nolum⁹ vt apđ nos māna tuū putrescat.Colligim⁹ quantū sufficit:& nos āpli⁹ nō colligim⁹ nisi q̄to vti possu

E (margin, beside "Panem nostrum cottidia")

Psal.103. (margin, beside "nobis cōcediť,ideo nostrū")

Psal.131. (margin, beside "mus:vt sit hęc requies")

F (margin, beside "culi.Manere aūt")

mus. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. secũdum præsentem illuminationem, prębe refectionem. Quantum illuminasti, tantũ refice: quãtũ dedisti scire, tantũ da diligere. Nolum⁹ vt apud nos dilectio tua sine sciẽtia excedat: quia qđ secundum scientiã nõ agitur, reprehensibile est, etiã si ex zelo iu
Roma.x stitiæ oriri videatur. propterea arguũtur qui zelum habuerũt non secũdum scientiam: qui vltra illuminationem ꝑtrahere voluerunt refectionem. Nocte comederunt cibum: qui non nisi in die sumẽdus fuerat. Ideo errauerũt & ebrii facti sunt: vt non intelligerent quid facerent. Propter hoc panem nostrũ cottidianum da nobis hodie. da panem, da refectionem: verbum tuum refectio ani
Matt.4. mæ est. Nõ enim in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Ergo pascit verbũ sicut pascit panis: quoniam ipsum verbũ est panis. Da ergo verbum tuum, vt reficias animas nostras. Quid est verbum tuũ? veritas. Mitte veritatem tuam in cor nostrum, vt reficias nos. Mitte veritatem: & cum veritate caritatem. Veniat filius: veniat cum filio spiritussanct⁹. ambo veniant: vt refectio sit plena. illuminet veritas, reficiat caritas. Nam ipsa
G dilectio: ipsa est refectio. Panem nostrũ cottidianũ da nobis hodie. Videte qđ dicat: panem nostrum cottidianum da nobis hodie. In die præsenti refectionẽ quærit. Dies enim hodiernus præsens est: sicut hesternus præteritus, crastin⁹ futurus. Quære diem intus: si intus refectionẽ agnoscis: int⁹ habes panẽ, int⁹ diem. Nam de exteriori pane & de exteriori die (q̃uis & illi a deo sint: & a deo pꝫtendi sint) nunc siletur: propter intentionem melioris. Quære ergo intus diem, quære intus panem. Nã si ille qui reficitur intus est: intus est quo reficitur, intus est quando reficiť. Clamat hic esuriẽs: & quærit refectionem sui ne deficiat. Clamat anima, ipsa est esuriens, & vtinam esuriat, & hoc esuriat, quod cum plene pꝫrcepit, amplius
H non esuriat. Ergo anima esurit. Quid est esurire? desiderare. Esurit anima, desiderat anima. Quid desiderat? panem. Quem panem? veritatem. Iste est panis eius: hunc panem alia creatura sumere non potest nisi sola rationalis. ꝓpterea ait, panem nostrum. Ad hũc facti sumus: ad hunc creati sumus. Propterea inquit, da: quia creasti nos, vt sine pane isto non viuamus. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. Quid est hodie? In die pręsenti. Intendite. anima rationalis ita creata fuerat vt a veritate illuminaretur: & lumen ipsius veritatis in ea nunq̃ obscuraretur. si ergo stetisset in lumine veritatis: vnus illi dies esset, & ille dies æternus esset, non habens hesternum vel crastinum. Nũc autem quia a veritate deficit: recedit ab ea lumen veritatis, & non stat cum ea sempꝫr. Propterea dies eius transeunt: & succedunt post lumen tenebræ, quãdo per culpam veritas relinquitur. & post tenebras rursum redit lux: quando anima in pꝫccato iacẽs per gratiam visitať. Quando ergo adest gratia, dies est: quia illuminatur quando visitatur. hic est hodiernus quando refectio quæritur: quia præuenta pꝫr gratiam anima ad desiderium excitatur. Et nota ꝙ panis hic cottidianus dicitur: quia secundum numerũ spiritualium illuminationum refectio internæ dulcedinis multiplicatur. Considerandũ vero: quo I
modo hæc petitio pro vitio acidiæ sanando supplicare dicitur, in qua nõ fastidiens: sed esuriens & desiderans orare memoratur. Sed sciendum est ꝙ nisi mens orantis prius pꝫr gratiam ad desiderium boni excitata esset: nũq̃ ad pꝫrsequendum malum suum conualesceret. & idcirco eo desiderio quo ꝑ gratiam contra malum suum accenditur: eodem postmodum pro malo desiderio sanando orat. quia nisi aliquatenus qđ perdidit sentiret: quod patitur non doleret. Itaqꝫ nec contra supꝫrbiam orare potest: nisi qui vel in desiderio humilitatem habet. nec contra inuidiam, nisi qui saltem in affectu benignitatẽ possidet. sic mãsuetudine contra irã, sic desiderio cõtra acidiã supplicamus. contra auaritiã orãtes: ĩdulgẽdi desiderio accẽdimur. cõtra gulã supplicãtes: cõtinẽtię appꝫtitu inflãmamur. Postrẽo nisi

amor castitatis in desiderio esset:nemo contra turpes luxuriç delectatiões orationem funderet.prius ergo excitamur
Psal.118. vt velimus: postea oramus vt amplius possimus,sicut scriptum est. Concupiuit anima mea desiderare iustificatio-
k nes tuas in omni tempore.Sic ergo panem nostrum cottidianũ da nobis hodie.da,nã de præterito gratias agim⁹: de presenti supplicamus. Quomodo futura eueniant:non nostrum est quærere,sed tuum est prouidere. Itaq; nõ rogamus pro crastino: qui vtrũ nobis cõcedẽdus sit, ignoramus :speram⁹ tamẽ, quoniam nec in illo nobis largitio tua
Hebr.13. deerit: si voluntas tua fuerit vt ad illũ perueniamus. Scriptum quippe est. Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.Igitur panem nostrum cottidianũ da nobis hodie:qui creasti,pasce: q dedisti initium,præsta nutrimentum.Nã si tu deseris:ad quẽ respiciem⁹?Itaq; panẽ nostrũ cottidianũ da nobishodie.

¶De Quinta petitione cõtra auaritiã, Cap.XII.

L Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostris.Hæc est quinta petitio:quæ contra vitium auaritię opponitur.Conceperat enim spiritu desiderium indulgendi:qui tam fideliter cõditionẽ proponit,dimitte sicut dimittimus.Nos enim parati sumus dimittere:ideo secure conditionem suscipim⁹. Tu gratia tua iam corda nostra tetigisti:vt indulgentiam diligamus. Idcirco sentimus bonam misericordiã & cupimus adiuuari:vt implere possim⁹ qđ probamus.Animus nãq; desiderio virtutis pronus est ad parcendum, & propterea desiderat & affectat cupiens indulgere,vt indulgeat & sibi.Propterea & pronum se offert ad cõditionem:nõ presumptiõe virtutis sed desiderio bonitatis. Hic enim desiderium orationẽ mouet:in quo virtus indulgentię concepta est, & ipso conatu pietatis flagi-
M tat vt adiuuetur ad perfectionem.propterea clamat,sicut dimittim⁹.Nos(inquit) domine tua gratia largiente qđ nostrũ est offerimus:tu qđ tuum est adiunge.scimus enim q nullum bonũ sine tua cooperatione perficitur: ideo qđ iam accepimus libenter offerimus desiderium:vt tu quem nondum accepim⁹ sed desideramus & desiderãdo oram⁹, virtutis pstes affectum.Idcirco cum dicimus tibi,nos dimittimus: non iactamus virtutis plenitudinem, sed gratulamur propter desiderii boni inchoationem. Propterea ecce dimittimus, parati sumus dimittere, parati sumus indulgere. Dimittimus vt non repetamus: dimittimus vt non succenseamus.Tibi enĩ domine cor loquitur:tibi animus confitetur. Ideo ex corde dimittimus, quia tu gratum nõ haberes quicquid extrinsecus fieret:si quod lingua dicit, id etiam conscientia non approbaret. Ideo dimittimus debitorib⁹ nostris: dimittimus vt non requiram⁹ ad vindictam,dimittimus vt non retineamus ad malitiam. Propterea tu dimitte sicut dimittimus nos.dimitte vt non retineas ad odium: dimitte vt nõ exigas ad tormentum.Parum est enim nobis non puniri: nisi mereamur & diligi.Idcirco nos etiam inimicos diligimus,q omnes inimici tui fuimus q̃ diu dileximus iniquitatem,& tuam nõ custodiuimus voluntatem.Propterea domine quia timemus iustã irã tuam:cõfugimus ad benignã conditionẽ tuam. N
Tu enim dixisti: dimittite & dimittetẽ vobis. Ideo dñe tenemus te conditione tua: qua te nobis congratuito obligare voluisti,quia vitam nostram magis q̃ mortem dilexisti.Idcirco spõte ꝓmisisti(ad quod nullo debito exigebaris)dimissurum te debita nostra:si nos ad repetendos debitores nostros auari non essemus. Propterea domine nos viscera misericordiæ tuæ affluentia cõsiderantes:non audemus tantam negligere pietatẽ.Vrges enim ex omni parte malitiam nostram: hinc gratuita bonitate,qua indulgentibus spondes veniam: hinc debita indignatione, qua non indulgentibus intonas iram. Propterea domine ecce vincit nos pietas tua: qua dignaris tam benigne tuo iuri cedere propter nos. Quid enim est Matt.11.

O

omne quod homo contra hominem facere poteſt, tuæ iniuriæ comparatum? Nam quid magnum eſt: ſi malus malũ offendit? Vbi vero pietas ipſa læditur, bonitas exacerbat: hæc maior eſt iniquitas. Propterea peccatũ hominis aduerſus hominem, nõ oĩno peccatũ eſt: quia qđ malus vnus iniuſte agit, alter mal9 iuſte patitur. Quando autem peccam9 in te domine: cumulatur iniquitas noſtra: quia qđ nos facimus ex malitia, tu pateris ſine culpa. Idcirco debita noſtra aduerſum te omnino modum excedunt: nec cõparari poteſt, id in quo homo ab homine offendit, culpæ noſtræ: in qua noſtra ſuperbia contra tuam pietatem damnabili præſumptione graſſatur. Tamẽ domine tu gratuita benignitate maiora dimittis: vt nos prouoces ad dimittendum minora nec tamen ſic immerito. Tu eñ magn9 es, nos parui, & idcirco magna operaris: vt excellentem bonitatem quo poſſumus emulemur. Propterea dimittimus debitori-
P bus noſtris. Non ſumus cupidi ad repetendum, nec auari ad retinendum. Dimittimus debitoribus noſtris, dimittimus nõ ſolum tibi vindictam, ſed illis malitiam. Tibi dimittimus vindictam, vt tamen eos puniamus: illis dimittimus malitiam, vt non odiamus. Propterea igitur dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Prius panem noſtrũ cottidianum da nobis hodie: poſtea dimitte nobis debita noſtra. Prius da panẽ: poſtea dimitte debita. Prius refectionẽ: poſtea remiſſionem. Si enim expectas de refectione donec rogari non oporteat de remiſſione, & differatur cibus quouſq; deſinat morbus: non conualeſcũt ægro
Matt.15. ti tui. Idcirco domine q̃uis bonum nõ ſit panem filiorum canibus mittere: ta
Pſal.35. men quia homines & iumenta ſaluas, quemadmodũ multiplicaſti miſericordiam tuam deus: reſpice miſeros, & reſice languidos, vt nutrimento tuo pri9 conualeſcamus ad veniam: poſtea ſanati & iuſtificati tua refectione proficia-
Q mus ad gloriam. Idcirco iterũ nũc panem noſtrum cottidianum da nobis hodie, & poſtea dimitte nobis debita noſtra: vt gratia aſpirante accẽdamur ad dilectionem, & per delectionem renouemur ad remiſſionem, ſicut ſcriptũ eſt. Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Lucæ.7. Idcirco prius da panem, da refectionem: infunde dilectionem, & indulge remiſſionem. Da panem cottidianum vt ægrotis: quem ſempiternũ præbiturus es ſanis. modo da vt ſæpe repetatur: poſtea daturus vt nunq̃ intermittatur. modo da paulatim ad ſuſtentationem: poſtea daturus iugiter ad repletionem. modo da ad medicinã: poſtea ad gloriam. Sic ergo prius panẽ noſtrum cottidianum da nobis hodie: & poſt dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitorib9 noſtris.

¶De Sexta petitione contra gulam.
Cap. XIII.

R
ET ne nos inducas in tentationẽ. Hæc eſt ſexta petitio: q̃ contra vitium gulę opponitur. Orat enim vt non inducatur in tentationem, neq; ſeducatur ab illecebra blãdiẽte: quę ſub velamento neceſſitatis familiarius accedens, e vicino pulſat mẽtis conſtantiam: & blãde prouocat: irritãs in exceſſum ſuperfluitatis. Nã & idcirco ſpecialiter hæc peſtis tẽtatio appellatur: qa cætera vitia lõge a natura ſunt humana, & ob hoc quanto minus rationis pręferunt: tanto minus tentationis adducunt. Tentare etẽ eſt callide experiri: & quaſi blãdis quibuſdam conatibus præmiſſis, ante violentam impulſionem probare: quid exiſtimari poſſit de illo quod dubium eſt. Vbi ergo idiſſimulata violentia eſt: non tam tẽtatio q̃ oppreſſio eſt, ſi præualet: ĩuaſio nominatur. S Appetitus itaq; edendi quia per inſitam neceſſitatem dominatur, tanto efficacius quicqd adducit ingerit: quãto minus repelli poteſt, etiam tũc cum propter id quod illi reprehenſibile ineſt: probari non poteſt. Nam & quando ſuperflua ſuadet, q̃uis per rationem ab exceſſu cohibeatur: nõ tamen ab eo qđ debitum eſt neceſſitati cõpeſcitur. Itaq; & tunc illi ad ſuſtentationẽ naturæ ex

temptare est cali de ex periri et quasi blandis conatibus premissis ante violentam impulsionem probare quid existimari possit de illo quod dubium est

necessitate seruimus:quando illũ p immoderatum desiderii feruorem, metas necessitatis trãsire velle cognouimus. Propterea quia per debitum necessitati obsequium suscipitur: e vicino pulsans cũ eo qđ dulce est infirmitati, blãde suggerit etiam id qđ concessum nõ est necessitati. Hęc est tentatio: quã falsa ratio nititur comprobare:vt quia id qđ necessitati debitum est,rationabiliter suscipitur: hoc quoq; quod merito superfluitati deputandũ est, non caueatur. itaq; tentat vitium blande per necessitatem tangẽs: si forte per ipsam necessitatem,emollire animũ possit ad superfluitatem. Hæc est tẽtatio secũdum proprietatem.Cætera vitia dum impugnant,grauare possunt: sed quia a natura,faciendi rationem nõ habẽt:quasi tentare nõ possunt. propter hoc specialiter tentatio nominata est: quia callide persuadet qđ licitum non est.ad quã quia per naturalem necessitatem ineuitabiliter acceditur:nõ rogat qđ impossibile est,vt ad illam non veniat: sed tãtũmodo vt in illam non inducatur.Ne nos(inquit)inducas in tentationẽ.Tu es enim ductor noster in via hac qua currimus ad te, non enim perueniem[9] ad te:nisi ducamur a te. Ergo dux noster es tu,duc bene:quia veritas es,duc ad bonum:quia vita es,si erramus te sequentes:reprehenderis tu, qui ducatũ prębere debes. multa occurrunt in via vitę huius quę seducere conantur:sed tuum est dirigere ne seducamur, sicut tuũ est defendere ne opprimamur. Vide ergo domine : vt impleas quod tuũ est.Tu ducatum spopondisti currentibus ad te. Duc igitur & dirige nos: ne forte error tentationis nostræ hic tibi ascribatur,si nos per superfluitatem excedere permittis in illam:qui necessitate ducis ad illam.Idcirco domine ne inducas nos in tentationem:tibi em̃ imputabimus si fieri permiseris. Habem[9] hic aliqd quod opponamus aduersum te:si derelinquimur a te.Idcirco hic ad uersus tuam maiestatem amplius aliquid pręsumimus:qui sic fecisti nos vt sine illo viuere non possimus,cum quo securi esse non possumus. propterea si socias illi,custodi ab illo. Alioquin domine ĩducis nos tu: si decipimur ab eo qđ nec repellere possumus propter te, nec cauere sine te.Si ergo domine ĩducis nos tu, & decens non erit bonitati tuę,si perditio nostra in tuam causationem conuertatur: propterea ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. vtrũq; enim petimus, vt & a futuris custodias quæ cauere non possumus sine te: & a præteritis liberes quæ non fecimus per te. Itaq; ne nos inducas in tẽtationẽ:sed libera nos a malo.

De septima petitione contra luxuriam. Cap.XIIII.

Libera nos a malo. Hæc est septima petitio quæ contra vitiũ luxuriæ opponitur. præcedens crapula,subsequẽtis libidinis fomes est.Itaq; post gulã recte contra luxuriam ad orationẽ cõuertimur. libera nos à malo.Nos em̃ captiui tenemur,nec possumus exire a violẽta manu vitiorum & a seruitute peccati:nisi tu eripias.libera nos.Ecce ad quem finẽ venit superbia nostra.Tu fecisti nos vt omni creaturę tuę dominaremur:tibi soli domino creaturarũ oĩm nos subiecisti. Venit autẽ superbia & persuasit nobis vt ceruicẽ erigerem[9] aduersum te:sic recessimus a te domino:& ecce soli sine te facti sumus serui vitiorũ: qui seruire noluim[9] domino omniũ.Sic ergo domine stultitia nostra iniuriã tuã vlcisciť:nostris miseriis de nobis vindicaris.libera ergo nos a malo.Ecce ad te clamamus captiui:qui te contempsim[9] liberi. ecce qualem dominũ contempsimus : ecce quali tyranno seruiuimus! Turpitudo captiuos nos tenet: vt confundatur pręsumptio nostra.libera ergo nos domine a malo. Gloria tua est miseria nostra.tales facti sumus:qui te dominũ omniũ reliquimus. Ecce clamamus ad te : quia malis nostris docti sum[9] nihil nos posse sine te. Ideo libera nos tu domine:qui solus potes, libera nos a malo. malũ est hoc domine: & non est sicut cętera mala.crudelius persequitur, profundius nocet, efficacius lędit:blãditur vt fallat, lenocinatur vt

perimat, mentitur dulcedinem vt amaritudinem infundat. Ideo domine difficilius vincitur, tardius extirpatur: qa nostris desideriis aduersum nos pugnat, & ad mortem blandiente dulcedine ipsam etiam voluntatem penetrat: & vt postmodum toti naturæ dominetur: ipsam (quę totum regit) rationem violenta quadam pestiferæ dilectionis
Z persuasione inclinat. Propterea malum est, libera nos a malo. Ipsum enim, bonum se esse mẽtitur dum delectat: nos autem malitiam ei⁹ experti, malum agnoscimus. Idcirco libera nos a malo. Si ira est: vexat, si inuidia: tabefacit, & singula quæq; vitia malitiam suam nõ abscondunt: facile enim cognoscuntur noxia: dum sentiuntur amara. Propterea dum hoc vel illud dicitur: intelligatur ꝙ est ipsum malũ. In se quippe habet vnũquodq;: vnde non possit abscondi. Hoc vero non intelligit: nisi eo quo est ipsum, amplius aliquid dicatur. Propterea dicimus ꝙ malum est: quoniam forte non sentiretur nisi diceretur. Sẽsus quippe in eo fallax experimentum habet: & decipitur in se, nisi doceatur extra se: propterea discat malum audiẽdo: qui æstimare forte poterat bonum esse sentiendo. libera nos a malo. Scim⁹ iam malum esse: idcirco liberari flagitamus, quia malum est: libera nos. Sciẽtia quippe illuminata est vt agnoscat: sed fortitudo nondũ roborata vt vincat. Quantum ergo dominabatur quãdo adhuc ignorabatur: qđ iam non potest celari, nec potest tamen superari! Audi igitur confitentes, & adiuua impotentes: libera nos a malo.

Secũdæ expositionis orationis dominicæ Hugonis de Sancto Victore FINIS.

SEQVI

tur propter materiæ conformitatem, alterum Eiusdem M. Hugonis opusculum de quinq; septenis seu septenariis.

¶Quænam sint quinq; septena, in sacra scriptura contenta. Cap. I. & huius libri Cap. XV.

Vinq; septena A in sacra scriptura frater inueni: quę volo (si possum) sicut postulas prius sigillatim enumerando, abinuicem distinguere: Postea vero quã inter se habeãt cõueniẽtiam, eadem per singula sibi conferẽdo demõstrare. Primo loco ponũtur septem vitia, id est primũ superbia, secundũ inuidia, tertium ira, quartũ tristitia, quintũ auaritia, sextum gula, septimũ luxuria. ¶Contra hęc secundo loco constituũtur septem petitiones: quę in dominica oratione cõtinent. Prima qua dicitur deo: Sanctificetur nomen tuum. Secunda qua dicitur: Adueniat regnũ tum. Tertia qua dicitur: Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Quarta qua dicitur: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quinta qua dicitur: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sexta qua dicitur: Et ne nos ĩducas in tentationem. Septima qua dici- B tur: Libera nos a malo. ¶Postea tertio loco sequitur septẽ dona spiritussancti. Primũ spirit⁹ timoris domini, secũdũ spiritus pietatis: tertiũ spirit⁹ sciẽtię: quartum spiritus fortitudinis: qntum spiritus cõsilii: sextum spirit⁹ intellectus: septimũ spiritus sapiẽtię. Deinde quarto loco succedunt septẽ virtutes. Prima paupertas spũs. i. humilitas: secũda mãsuetudo siue benignitas: tertia cõpũctio siue dolor: quarta esuries iustitię siue desiderium bonũ: quinta misericordia: sexta cordis munditia septima pax. Nouissime qnto loco disponuntur septem beatitudines. Prima regnum cælorum: secũda possessio terræ viuentium: tertia consolatio: quarta iustitiæ satietas: quinta misericordia: sexta visio dei: septima filiatio dei. Hæc ita primo loco distingue: vt itelligas ipsa vitia quasi quosdam animæ lãguores siue vulnera interioris hominis: ipsum vero hominem quasi ægro-

Septem vitia.

Septẽ petitiones orõnis dñicæ.

Septẽ dona spũs.

Septem virtutes beatificãtes.

Septẽ beatitudines.

tum,medicum deum, dona sancti spiri tus antidotum,virtutes sanitatẽ,beati tudines felicitatis gaudium.

ℭQuantam perniciem homini in ferant septem vitia mortalia. Cap.II.quod est. XVI.

C SVnt ergo septem vitia capitalia siue principa lia : & ex his vniuersa mala oriũtur. Hi sunt fontes & abyssi tene brosę: de quibus flumi na babylonis exeunt : & in omnẽ terrã deducta,stillicidia iniqtatis diffundũt. De quibus fluminibus Psalmista in per (Psal.136.) sona populi fidelis cecinit dicens. Su per flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus:dum recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra.De his septem vitiis va statorib⁹, & vniuersam naturę integri tatem corrumpentibus, simulq; malo rum omniũ germina producentibus: quantũ ad præsens negocium explicã dum sufficere putamus,loquemur.Se ptem ergo sunt : & ex his tria hominẽ expoliãt.quartum,expoliatũ flagellat. quintum,flagellatum eiicit. sextũ,eie ctum seducit.septimũ, eductũ seruitu ti subiicit.Superbia enim aufert homi ni deum.Inuidia aufert ei proximũ.Ira aufert ei seipsum.Tristitia spoliatũ fla gellat.Auaritia flagellatum eiicit. Gu la eiectum seducit. Luxuria seductum D (Supbia.) seruituti subiicit.Nunc reuertẽtes sin gula per ordinẽ explanemus.Diximus ꝙ superbia aufert homini deum.super bia nãq; est amor propriæ excellentiæ: quando mens bonũ qđ habet, singula riter diligit,id est sine eo a quo bonum accipit. O pestifera supbia qd agis? cur suades riuulo,vt se a fõte diuidat? cur suades radio : vt se a sole auertat?cur, nisi vt & ille dum infundi desinit,are scat: & iste dum ab illuminante auerti tur,tenebrosus fiat.vterq; vero dũ acci pere cessat id qđ necdũ habet: cõtinuo illud etiam qđ habet amittat.Hoc pro fecto tu agis:cum doces dona extra da torem diligere : vt q partẽ boni qđ ab illo datum est peruerse sibi vẽdicat:to tum bonum quod in illo est amittat.

sicq; fiat vt nec id qđ habet,vtiliter ha bere possit: dũ illud in eo a quo habet non diligit. Sicut enim omne bonũ ve raciter a deo est:ita nullum bonũ extra deum vtiliter haberi potest.Immo ve ro per hoc id ipsum qđ habet amittit: ꝙ in eo & cum eo a quo habetur , non amatur.Nã si quisq̃ non nouit nisi hoc quod habet bonum in semetipso dili gere: necesse est vt dum in altero bonũ qđ non habet aspexerit, tanto amarius sua eum imperfectio torqueat: quantũ eum in quo omne bonum consistit, nõ amat. Et idcirco superbiam semper in uidia sequitur.quia qui illic amorẽ nõ figit vbi omne bonum est : quanto de suo peruersius extollitur,tãto grauius de bono alieno torquetur. Sua igit ela tioni iustissime pœna deputata est:ipsa quam de se gignit,inuidia:quę quia cõ mune omniũ bonum diligere noluit: recte nunc boni alieni liuore tabescit. Quã profecto alienę felicitatis succes sus non vreret: si illum in quo om̃e bo num est,per amorẽ possideret. Nec em̃ alienum a se iudicaret bonum alteri⁹: si suũ ibi diligeret,vbi & suũ & alteri⁹ bonũ simul possideret. Nunc ergo quã tum se per elationem contra creatorẽ extollit: tantũ p liuorem sub proximo cadit: & quantum ibi fallaciter erigit, tantũ hic veraciter præcipitatur. Sed neq; hic sistere potest semel cœpta cor ruptio.mox enim vt de superbia, inui dia nata fuerit : iram ipsa de se parit: quia miser animus propterea iam sibi ipsi de sua imperfectiõe irascit: quia de bono alterius per charitatem non lęta tur.Atq; ideo id etiã qđ habet,ipsi dis plicere incipit:quoniã in alio id qđ ha bere non potest,agnoscit.Qui ergo per charitatem in deo totũ habere potuit: id etiam qđ per elationem extra deum habere conabatur, per inuidiam & irã amittit, quia postq̃ per superbiam deũ amittit per inuidiam perdit proximũ, & per iram semetipsum.Quia igit om̃i bus amissis nihil superest:vnde gaude at infelix conscientia: per tristitiam in semetipsa collidit:& quę de alieno bo no pie lętari noluit : de suo malo iuste cruciatur. Post superbiam ergo & inui

(E Inuidia.) (F Ira.) (G Acidia.)

diam & iram quę hominē spoliant:con
tinuo tristitia sequitur, quę nudatum
Auaritia. flagellat. Cui deinde succedit auaritia
quę flagellatū eiicit: quia interno gau
dio amisso, foris consolationē quærere
Gula. cōpellitur. Postea accedit gula quæ eie
ctum seducit:quia animū exterioribus
inhiantem hoc vitiū imprimis quasi e
vicino tentans:per ipsum naturalē ap-
H petitū ad excessum illicit. Postremo su
Luxuria peruenit luxuria quæ seductū violēter
seruituti subiicit: quia postq̄ caro per
crapulam inflāmata est: ardorē libidi-
nis superuenietem emollitus atq; ener
uiter resolutus animus vincere nō po
test. Seruit igitur sęuissimę dominatio
ni mens turpiter subacta: & nisi exora
ta subueniat saluatoris pietas, nō erit
iam vnde captiuæ seruienti amissa re-
stituatur libertas.

¶Quibus sancti spiritus donis tres pri
mę dominicę oratiōis petitiones respō
deant:& quibus vitiis medeantur.

Cap. XVII.

I Sequuntur itaq; septē
petitiones contra se-
ptem vitia:qb⁹ ille ora
Lucę. xi. tur vt subueniat, qui
nos orare docuit:& q
oratibus spiritū bonū
ad sananda vulnera nostra & ad soluē
dū iugum captiuitatis nostrę daturus
esset, repromisit. Sed nos anteq̄ ad ex-
planationē harū veniamus:prius volu
mus alia adhuc similitudine demōstra
re, quantam in nobis corruptionem su
pradicta vitia generēt: vt quanto peri-
culosior languor ostenditur: tanto ma
gis necessaria medicina cōprobet. Per
superbiam igitur cor inflatur, per inui
diam arescit, per iram crepat, per tristi-
tiam conteritur & quasi in puluerē re
digitur, per auaritiam dispergitur, per
gulam inficitur & quasi humectatur, p
luxuriā cōculcat, & in lutū redigit:ita
Psal. 68. vt iam miser dicere possit:Infixus sum
in limo profundi, & non est substantia.
Veni in altitudinē maris: & tempestas
demersit me. Cumq; huic limo pfundi
animus fuerit īfixus, & luto coinquina
tionis & immūditię obuolutus: euelli
nequaq̄ potest nisi ad illū clamet, & ei⁹

auxilium postulet:de quo Psalmista lo
quitur dicens. Expectans expectaui do- Psal. 39.
minū & intēdit mihi. Et exaudiuit pre
ces meas, & eduxit me de miseria & de
luto fęcis. Propterea ergo ipse nos ora
re docuit: vt totū bonū nostrū ab ipso
sit, vt & qđ petimus & qđ petentes acci K
pimus:eius donū non nostrū meritum Petitio.
esse intelligam⁹. Prima ergo petitio cō
tra superbiam est, qua deo dicimus:san
ctificetur nomē tuū. Hoc em̄ petim⁹ vt
det nobis timere & venerari nomē suū
quatinus ei per humilitatem subiecti si
mus, qui per superbiā rebelles & cōtu-
maces extitim⁹. Huic petitioni datur
donū spirit⁹ timoris domini:vt ille ad
cor veniens virtutē in eo creet humili
tatis, quę superbię morbū sanet. quati-
nus ad regnū cælorū, qđ angelus sup-
bus per elationē perdidit:homo humi Secūda.
lis puenire possit. Secūda petitio est cō
tra inuidiam, qua dicitur. Adueniat re
gnum tuū. Regnum siquidem dei est sa
lus hoīm. quia tunc deus in hoībus re
gnare dicit:quādo ipsi hoēs deo subii
ciunt, & modo ei adhęrēdo per fidem:
& post inhęrēdo p speciem. Qui ergo
petit vt regnū dei adueniat, ille profe-
cto salutē quærit hominū: ac p hoc dū
pro cōmuni oīm salute postulat: liuo-
ris vitiū se reprobare demōstrat. Huic
petitiōi datur spūs pietatis:vt ipse ad
cor veniēs ad benignitatem illud accē
dat, quatinus ad eādē homo ęternę hæ
reditatis possessionē, ad quā alios pue- Tertia.
nire cupit, ipse perueniat. Tertia peti-
tio est cōtra irā, qua dicit:Fiat volūtas
tua sicut in cælo & in terra. Non enim
vult contendere qui dicit:Fiat volun-
tas tua:sed sibi placere indicat, quicqđ
voluntas dei siue in se, siue in aliis se-
cundum arbitrium suę dignatiōis dis-
pensat. huic ergo petitioni datur spiri
tus scientię:vt ipse ad cor veniens eru
diat illud, & salubriter compungat. vt
sciat homo malū quod patitur, ex sua
culpa prouenire:si quid autem boni ha
buerit ex misericordia dei procedere:
ac p hoc discat siue in malis quę susti-
net, siue in bonis quæ non habet, con-
tra creatorem non irasci: sed per oīa
patientiam exhibere. Optime ergo per

cõpunctionẽ cordis (quæ spiritu scien tię operãte,interius ex humilitate na- scitur) ira & indignatio animi mitiga tur:qa ecõuerso stultũ ira interficit:qñ in aduersis p impatiẽtiæ vitiũ agitat⁹, atq; cęcatus, vel malũ qđ patiť se me- ruisse,vel bonũ qđ habet p gratiã acce pisse non agnoscit. Hanc virtutẽ.i.cõ- punctionẽ siue dolorẽ prẽmiũ consola tiõis sequiť : vt q se hic sponte coram deo p lamẽta affligit,illic verũ gaudiũ & lætitiam inuenire mereatur.

¶Quibus itẽ donis quatuor postremæ petitiones accõmodenť: & quibus ma- lis remedium præstent. Cap. IIII.
L quod est.XVIII.

Quarta

QVarta petitio est contra tristitiã qua diciť: Panẽ nostrũ cotidianũ da no- bis hodie. Tristitia nãq; tædiũ est animi cũ mœ- rore: qñ mẽs quodãmo- do tabefacta & vitio suo amaricata,in- terna bona nõ appetit:atq; omi vigore emortuo, nullo spũalis refectionis desi derio hilarescit: propterea ad sanandũ hoc vitiũ deprecari nos oportet mise- ricordiã dñi:vt ipse solita pietate, aĩæ tędio suo lãguenti,internæ refectionis pabulũ admoueat:vt qđ ipsa absens ne scit appetere:gustu pñtis ammonita, incipiat amare.Dať ergo huic petitio- ni spũs fortitudinis vt fatiscẽtẽ aĩam erigat: quatin⁹ illa pristini vigoris vir tute recepta:a defectu sui tędii ad desi deriũ interni saporis conualescat. Cre at ergo spũs fortitudinis ĩ corde famẽ iustitię:vt dum hic per desiderium pie tatis fortiter accenditur:illic pro prę- mio plenam beatitudinis satietatẽ cõ-

Quinta.

sequatur. Quinta petitio est cõtra aua ritiam qua dicitur: Dimitte nobis de- bita nostra:sicut & nos dimittimus de bitoribus nostris.Iustũ eñ est vt in red dendo debito non debeat esse anxius,q in exigendo noluerit esse auarus : atq; ideo cum a nobis per dei gratiam vitiũ auaritiæ tolliť: qualiter a nostro debi- to absolui debeamus,ex proposita salu tis conditione docetur.Huic ergo peti tioni datur spiritus cõsilii: qui doceat nos in hoc seculo libenter peccantibus in nos misericordiam impendere,quati nus in futuro cum pro peccatis nostris rationem reddituri sumus: mereamur M
misericordiam inuenire. Sexta petitio Sexta.
est contra gulam, qua dicitur: Ne nos inducas, id est induci permittas in ten tationem.Hęc est tentatio:qua nos ille cebra carnis sępe per naturalem appeti- tum ad excessum trahere nititur: & la tenter voluptatem subiicit:dum mani feste nobis de necessitate blanditur. In quã profecto tẽtationem tunc nequaq̃ inducimur,si sic studemus secundũ mẽ suram necessitatis naturę subsidiũ im- pendere:vt tamẽ semper meminerimus appetitũ ab illecebra voluptatis coer- cere:qđ vt implere valeamus:datur no bis petẽtibus spiritus intelligentiæ. vt interna refectio verbi dei appetitũ ex- teriorem cohibeat:& mentem spiritali cibo roboratam nec valeat corporalis egestas frãgere,nec carnis voluptas su perare.Propterea nãq; & ipse dominus tentatori suo,dũ esurienti sibi fraudu- lentam de exterioris panis refectione Matt.4.
suggestionẽ faceret,respõdit dicẽs.Nõ in solo pane viuit hõ:sed in omni ver- bo qđ procedit ab ore dei.Vt aperte de monstraret q; cũ mẽs illo interius pa- ne reficiť,non magnopere curat si foris ad tẽpus famẽ carnis patiatur . Datur ergo cõtra gulã spiritus intelligẽtiæ: sed ille ad cor veniens, emundat illud atq; purificat: & illum interiorem ocu lum cognitione verbi dei quasi quo- dam collirio sanãs, eousq; luminosum atq; serenum efficit:vt ad ipsam etiam deitatis claritatem contemplandã per spicax fiat.Contra vitium gulæ igitur remedium apponitur spiritus intelli- gentiæ:ex spiritu autem intelligentiæ munditia cordis nascitur:munditia ve ro cordis visionem dei promeretur:si- N
cut scriptum est. Beati mundo corde: Matt. 5.
quoniam ipsi deum videbunt. Septi- Septima
ma petitio est contra luxuriam qua di citur . Libera nos a malo. Conuenien- ter sane seruus libertatem petit : & idcirco huic petitioni datur spiritus sa pientię: qui amissam captiuo libertatẽ restituat,& iugum iniquę dominatio-

nis qđ suis viribus ille non valuit: per gratiã adiutus euadat. Sapientia nãq; a sapore dicitur: cum mẽs gustu internæ dulcedinis tacta, totam se per desideriũ intus colligit: nec foris iam euidẽter in carnis voluptate dissoluitur: quia totum intus possidet in quo delectatur. Congrue igitur contra exteriorem voluptatem interior dulcedo opponit: vt quanto ista plus sapere & placere inceperit: tanto liberius atq; libẽtius illa contemnatur. tandemq; in semetipsa mens pacificata, dum nihil est qđ foris appetat: tota per amorem ĩtus requiescat. Spiritus ergo sapientię cor sua dulcedine tangens, & foris concupiscentiæ ardorem temperat: & sopita concupiscentia intus pacem creat. quatinus dum mens tota ad internũ gaudiũ colligitur, plene ac perfecte homo ad imaginem dei reformetur: sicut scri-

Matt. 5. ptũ est. Beati pacifici, quoniã ipsi deũ videbunt. Ecce frater petitionem tuam nõ qualiter debui: sed qualiter interim potui, adimpleui. Accipe munusculum de quinq; septenis qđ postulasti. & cũ illud respexeris: memento mei. gratia dei sit tecum. Amen.

O ¶De septem donis spiritussancti, seorsum. Cap. V. quod est. XIX.

Lucæ. 11. SCriptũ est. Si enim vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cęlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Ergo spiritum dabit pater cælestis filiis petentibus se. Qui enim filii sunt: non aliud quęrunt, qui aliud quęrunt: mercẽnarii sunt serui, non filii: q argentũ quęrunt, qui aurum quærunt, qui transitoria quęrunt, qui non æterna quærunt: quęrunt ministeriũ seruitutis non spiritum libertatis. Qđ quærit, datur: si quęris corporalia: nõ plus q̃ quęris accipis. Si quæris spiritualia: quod quæris datur, & qđ non quæris adiicitur: spiritualia dantur, carnalia adiiciuntur. Quęrite primũ regnũ dei, & hęc omnia adiicientur vobis. Igitur

Matt. 6.

patrem rogaturus & patrem qui in cælis est: cælestia dona quære non terrena: non substantiã corporalẽ, sed gratiã spiritalem. Dabit enim spiritũ bonũ petentibus se: dabit spiritum suum: vt sanet spiritum tuũ: spiritum sanctũ dabit, & spiritum peccatorẽ sanabit. Hic ægrotus est, ille medicina. Si ergo vis sanari istum: quære illum. Si petis pro spiritu, spiritum pete. Noli timere morbo medicinam apponere: morbus medicinã non corrũpit, sed morbũ medicina disrũpit. Nõ illam inficit, sed ex illa deficit. Igitur noli timere spiritum dei sanctũ ad spiritũ tuũ peccatorẽ inuitare, quia peccator es & indignus consortio illius: Non enim hoc fit qa dignus P es, sed vt dignus fias. Veniat ad te vt mansionem faciat in te. Non enim inueniet quando veniet: sed veniet vt faciat. Prius ædificabit, postea habitabit. Primũ sanabit: postea illuminabit. Primũ ad sanitatem, postea ad iucunditatem. Si ergo filius es & patrem petis, cõfide ne timeas. deus audit, pater exaudit. Sicut non potest non audire quia deus est: sic nõ potest non exaudire qa pius est. Dabit ergo tibi qđ petis: si recte petis: & nõ ibit oratio tua in vanũ: si digna fuerit exaudiri. Pro morbo sanando postulasti: medicinam accipies. Vitia tua, morbus tuus: spiritus dei, sanitas tua. Contra morbũ superbiæ dabit tibi medicina spũs timoris: vt sanet corruptionẽ elationẽ, & restauret sanitatẽ humilitatẽ. Singula vitia singulas medicinas habẽt. septẽ vitia: septẽ spũs. quot morbi: tot medicinæ. Quid sunt septẽ spũs? septẽ sunt dona spũs: & dona sunt spiritus, & spiritus sunt dona: donũ spũs: spiritus est. seipsum dat spiritus: vn⁹ spũs septiformiter se tribuit. Propterea vnus spũs, septẽ spiritus: qa septiformiter dat⁹, & septiformiter aspirat⁹. Septẽ aspirationes & spũs vn⁹: vna medicina septẽ morbos curat. Propterea vna, septẽ. vna natura: opera septẽ. substãtia vna: septiformis effectus. Primus spũs est spũs timoris, secundus est spũs pietatis, terti⁹ est spũs sciẽtiæ, quart⁹ spũs, est spũs fortitudinis, quintus spũs, est spiritus cõsilii, sextus spũs est spũs intellectus, septim⁹ spiritus est spiritus sapientię. Hęc aũt omnia ope-

Q Spũs timoris.

R Septuplex spiritus.

corporalia petenti solum dantur que petit si aliqua dantur spiritalia autem postulanti illa et corporalia [illegible] ti nuns regnum dei hec omnia adiicientur nobis

Cor.12. ratur vnus atq; idem spiritus : ipse est timor,ipse est pietas,ipse scientia, ipse est fortitudo,ipse est consilium,ipse est intellectus,ipse est sapientia.Om̄ia hęc tibi sit:qui sibi vnus est. accipiendo illum qui diuersus nõ est: tu ad diuersa formaris. Propterea multiplicatur in te:qui in se vnus est semper & idẽ. Qui enim est amor tuus:ipse est timor tu9. Gen.31. Iurauit Iacob Laban per timorẽ patris sui Ysaac.qui enim consummat:ipse & inchoat.Primũ ad te venit,vt faciat timentem:nouissime vt faciat diligentẽ. Idem lumen est qđ oculos lippientes pũgit,& claros demulcet: diuersa facit quia diuersa inuenit.tamẽ ipsum in se vnum est : & in te quoq; vnũ esset,si te vnum inueniret. Si sanum oculum habes:percipis lumen sine pœna. Si autẽ S æger est oculus: molestus fit aduentus illius. Expedit tamen vt vel sic veniat: quia si non cruciaris,non illuminaris. Pugnãt duo cõtraria,medicina & morbus.Medicina propter te, morbus contra te.Si morbo nõ resisteretur,sanitas nõ seqret.Si medicinę nõ resisteret,pœna nõ sentiret.Pugna contrariorũ pœna est tua:nõ tñ causeris medicinã, sed morbũ.dolorem quẽ duo inferunt,vni imputa:medicina prodesse vult,morb9 lædere intendit. Propterea solus morbus pacem habet:nõ salutem.Sola medicina salutem habet: pœnam non habet. Quando autẽ simul sunt:pœna est conflictatio contrariorum., alterius q; venire vult vt conferat:alteri9 q; abire non vult vt noceat. In hac autẽ pœna morbus quidẽ accusandus est,nõ medicina:qa quod cruciat,ex morbo est.qui si nõ esset: salus esset & pœna nulla esset.Sic itaq; venit spiritus, & aspirans infundit se tibi: tu ex eo qđ cõtrarium illi portas,non statim acquiescis ad illum : sed facis contradictionem illi ne pacifice ingrediatur ad te.Venit tamẽ & illuminat te:vt videas in te quod & prius habebas sed non videbas: & ideo non videbas quia non attendebas. Illo veniente illuminaris & viuificaris. illuminaris vt videas: viuificaris vt sentias.sentis enim & præsentis:vides enĩ & præuides.Aliud vides,aliud præuides,aliud sentis,aliud pręsentis.Vides T malum,& præuides malũ. Præsens vides malũ,futurum præuides. Culpam sentis:pœnam pręsentis.Priusq̃ autem spiritus sanctus ad te veniret:nec videbas cæcus,nec sentiebas mortuus:& ꝓpterea non videbas:quia non respiciebas,nec sentiebas: quia nõ attendebas. Postq̃ vero bonum rediit: ex ei9 gustu excitatus es & illuminatus vt malum agnosceres. Prius malũ qđ patiebaris, id est culpã: deĩde etiã malũ qđ ex illo & ꝓ illo merebaris,id est pœnã.Vtrũq; docuit bonum adueniens:vt & malum præsens sentiretur,& malũ futurũ præuideretur. Exinde pœna illa medicinalis exoritur : cum sensificatus de malo quod pateris, dolere incipis vt corrigas : & illuminatus de malo qđ mereris,timere incipis vt caueas.Nisi enim doleres,non corrigeres:& nisi timeres, non caueres.Prius ergo illuminaris ad culpam:vt eam videas. deinde ad pœnam:vt eam timeas.Vt postremo timore sensificatus,ꝓ culpa doleas & eã corrigas: quia forte non doleres nisi times res.Nisi enim pœna videretur quæ ti- V meretur:nemo doleret ꝓ culpa q̃ placeret. Ideo ostenditur tibi pœna secutura post culpam: vt ipsa culpa quę in experientia placet,saltem in tribulatione displiceat. vt attendere incipias q; malum est id etiam qđ in ea dulce videt: cum tam malum sit qđ ex ea & post eã amarum percipitur. Illuminaris ergo & affligeris quia vides qđ terret, & habes quod dolet. Si non illuminareris, non cruciareris: quia nõ videres quod timeres. Rursum si nõ esset in te quod flammis deberetur:ignis sine pœna videretur:& reciperes illuminationẽ, vt non sentires afflictionem.Pœna terret, culpa timet:qđ totum ex lumine fit superueniẽte: quo pœna demõstrat vt videat, culpa sensificat vt agnoscat. Tamẽ aliud est quo vides:aliud qđ vides. aliud est quo illuminaris : aliud est ad qđ illuminaris. Illud quo illuminaris, fouet : illud ad qđ illuminaris, terret. Tamẽ terror quasi lumini imputatur: quia priusq̃ illuminabaris,non terrebaris.expedit tamen vt terror veniat: qa

nisi terreat pœna:nõ corrigitur culpa.
Propterea lumen tibi benefacit dũ ostẽ
dit quod cruciat : quia per illud corri-
git quod male delectat. Sic ergo illumi
X naris vt terrearis. Primũ lumen terri-
bile est:immo tenebrę terribiles quę vi
dentur per lumen. quia videri non po-
test sine terrore:qđ sentiri nõ potest si-
ne dolore:præsertim ab illo, qui se me-
ruisse agnoscit vt sentiat qđ imminere
Y videt:& vitare non valet. Hinc igit̃ ti-
mor nascitur: cum periculum præuide
tur : qui pœnam habet in hoc malum
ꝙ cruciat : non in hoc malũ ꝙ liberat:
malũ inquã non malum. Omnis enim
pœna malum est: sed non omnis pœna
mala est. Qđ enim cõfert & prodest ad
aliquid:bonum est, etiã si in semetipso
nõ est. Quapropter venit pœna minor
vt maior pœna vitetur: & hoc bonum
est, tamen ex eo quod bonum non est.
Per pœnam enim liberamur a pœna, &
expedit ad tempus sentire quod mole
stum sit:ne semper sentire oporteat qđ
Z intolerabile sit. Hoc autem bonũ tuũ
operatur ex eo qđ non est bonũ tuum,
ille qui est verum bonum tuum:opera
turus postmodum aliud bonum tuum
qđ nõ solum per ipsum fit:sed ex ipso.
Primũ eñ ex pœna tua operatur libera
tionẽ tui : postmodũ ex dulcedine sua
operatur gaudium tuum. Tamen vtro
biꝗ vnus & idem ipse hinc qui opera-
tur:illinc & qui operat̃ & ex quo opat̃.

FINIS. Opusculorum addititio-
rũ:nũc ad Allegorias circa euan-
geliũ Matthæi redeundum.

¶De viro prudente & audiente verbũ
A dei. Cap. XX.

Matt. 7. OMnis qui audit verba
mea & facit ea:assimi-
labit̃ viro prudẽti qui
ędificauit domũ suam
super petram. Vir sapi
ens, Christus: q est dei
virtus, & dei sapientia: qui ædificauit
domũ suã super petrã:qa super semet-
ipsum ędificauit ecclesiam suam. Sic q
verba dei audit & facit ea, ædificat do-
mũ suam super petrã:quia ædificat su-
per firmitatem fidei, virtutũ & bono-
rum operum structurã. Descendit plu-
uia. i. aerię tẽpestatis impugnatio:veni
unt fulmina. i. humana potẽtia & perse
cutio: & flant venti. i. dęmonũ & malo
rũ hominũ suggestio puersa : & irruũt
in domũ illam p importunã tentatio-
nem, sed illa minime cadit : p alicuius
praui consensus deliberationem. Stul-
tus super harenam ædificat:quia contẽ
ptis cælestibus, terrenis inhiare nõ ces
sat. Veniunt supradicta mala, & quati-
tur fabrica eius per inopinatam tenta-
tionem:& cadit per cuiuslibet culpę p-
petrationem : & fit ruina eius magna:
quia concussa per tentationẽ, pręcipita
tur de tentatione in delectationem:de
delectatione, in deliberationem:de deli
beratione, in operationem: de operatio
ne, in consuetudinem:de consuetudine
in desperationem:de desperatione, in æ
ternam damnationẽ. Sunt aũt tria ge- B
nera hominũ ædificantium. Sunt qui
amant solum deum: hi ędificant aurũ,
argentum, lapides preciosos. In amore
virtutis, aurum: in cognitione verita-
tis, argentum:in cooperatione boni ope
ris, lapides preciosos. Sunt alii q amãt
aliquid pręter deũ:tamẽ nil cõtra deũ,
nec aliquid plusꝗ deum. In his funda-
mentum quidem manet, quia amor dei
non destruitur:sed tamẽ ex affectu eo-
rũ quę pariter amantur, quia quædam
corruptio cõtrahitur: lignum & fœnũ
& stipula superædificãtur. In ligno, pec
catum illiciti operis: in fœno, sine ope-
re peccatũ prauę dilectationis: in stipu
la, peccatum illicitæ cogitationis. Sunt
alii qui amant quędam cõtra deum: &
in his fundamẽtum omnino destruit̃,
quia amor dei esse non potest vbi non
est vel solus vel summus. Igitur ad pri
mos pertinet saluari & laudari:ad secũ
dos, corripi & liberari : ad tertios, ar-
gui & damnari.

¶De leproso mundato. Cap. XXI. C
Matt. 8.
CVm descendisset Iesus
de mõte: sequutæ sunt
eũ turbę, & ecce lepro-
sus veniẽs adorabat eũ
dicens. Domine, si vis,
potes me mundare. Et
extendens manũ tetigit eũ dicens. vo-
lo:mundare. Et confestim mundata est

lepra eius. Mons in hoc loco, significat sublimitatẽ diuinę maiestatis. Campestria vero: humilitatem incarnationis. Vnigenitus naq; dei ante incarnationem fuit in monte. nostram autem carnẽ assumens: ad ima descẽdit. in monte
D manens in forma dei: in cãpestribus apparens in forma serui. ¶Leprosus quẽ dñs sanauit in planitie campi: gen⁹ designat humanũ, dispersum p planitiẽ mũdi. Qđ vere fuit leprosum: quia nõ solũ originali culpa, verũ etiã multis actualibus extitit cõtaminatũ. Erat. n. diuersis pollutũ cultib⁹ idololatrię: erat fœdatũ multis flagitiorũ criminib⁹. Dñs aũt leprosum tetigit: qñ diuinitatẽ suam hũanę fragilitati sociauit. Et leprosum mundauit: qñ in cruce culpã generis humani moriens expiauit. Leprã tetigit, & mũdus pmansit: qa verã humanitatis formã sumpsit, & culpã non cõtraxit. Leprosus iste est genus humanũ qđ q̃diu fuit leprosum: a deo fuit, & a ciuitate dei. i. Hierusalem (quę sursum est mater nostra) separatum & lõge remotũ. Sed dñs (sicut supra dictum est) leprosum curauit: & ciuem suę ciuitatis fecit. Hoc idẽ dñs quoq; miraculum per suã gratiã, quotidie facere nõ dedignaẽ. Sunt etenim multi intra ambitũ sanctę ecclesię vitiorũ lepra fœdi: & peccatorum contagio quasi lepra polluti. Oẽs em imũdi, fornicarii, cõcubinarii, incestuosi, adulteri, auari, fœneratores, falsi testes, periuri, q etiã dicũt fratri fatue, & qui vidẽt mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã, & quicũq; etsi nõ opere tamẽ mali sunt volũtate: oẽs inquam tales qui per culpã sunt a deo separati, a sacerdotibus legẽ dei scientibus & custodientibus, iudicantur esse leprosi: & a cœtu fidelium & si non corporaliter tamen spiritualiter segregati. Quotiẽscũq; igitur dñs aliquẽ hmõi impiũ iustificat: recte leprosum mũdat. Quãdiu aũt homo est impius, tãdiu est leprosus: quando vero iustificaẽ, tũc mũdaẽ. Quicũq; mõ est a cœtu sanctorũ segregat⁹ p culpã: nisi interim mũdeẽ p gratiã, lõgius in futuro remouebiẽ p pœnã. Sicut aũt p leprã peccata dãnabilia: sic p scabiem peccata venialia designaẽ: sicut est inutilis cogitatio, ociosus aliqñ sermo, risus & huiusmodi. ¶Et notãdũ q nemo
E ppter scabiẽ de ciuitate pellitẽ, nemo a ciuib⁹ segregandus iudicaẽ: qa & si qñ p nostra fragilitate venialia cõmittimus, nequaq̃ p huiusmodi a consortio fideliũ separamur. debemus tñ istã scabiẽ curare: debem⁹ etiã venialia peccata (q̃uis nõnullis videanẽ esse tã leuia, vt non cẽseanẽ curanda) debem⁹ inquã in quantũ valem⁹ & dñs adiuuerit, ea de nobis propulsare. Quodlibet. n. pctm̃ licet hoĩb⁹ videaẽ esse minimũ: si nõ displiceat, potest apud iustũ fieri magnũ. Dicit naq; sicut ab aliis audiuim⁹, beatus Augustin⁹. Nullũ peccatũ criminale dũ displicet: nullũ veniale dũ placet. Studeam⁹ igiẽ nõ solũ magna, sed & minima vitare peccata: ne si minima contẽnim⁹, paulatim ĩ mortalia defluam⁹.

¶De transitu discipulorum per sata.

Cap. XXII.

F Matt. 12.

FActũ est aũt, dũ pambularet Iesus p sata: discipuli eius cœperũt pgredi & vellere spicas. Discipuli p sata trãseũt: dũ prælati subdito pia sollicitudine circũspiciunt, & qualiter quęq; ad regnũ cælorũ pertrahãt sedulo perpendunt: & dũ eos ad beatitudinẽ trahere cõcupiscũt, quasi salutẽ eorũ esuriunt: spicas vellũt, cũ mẽtes audiẽtiũ, p prædicationẽ ab amore tẽporaliũ diuidũt. Spicas fricãt, cũ eos paleis vitę veteris expoliant: grana mãducãt, dũ eos super fluitate & asperitate purgatos veritati sanctę ecclesię sociant, & eidẽ incorporãt. Et hoc sabbato faciunt: qa a terrenis actibus quiescentes, & deo vacantes, requiem cęlestem & operando quęrunt, & prędicando pmittunt. Aliter. Per sata ambulant, quia sacra eloquia inuestigant. Esuriunt dum in eis sentẽtias meliores discere cõcupiscunt. Spicas vellũt, dũ ea in scripturis quæ sibi vtiliora videnẽ, colligũt. Collectas fricant: dũ sub paleis literæ reqrũt grana spũalis intelligentię. Grana vero manducant: dũ p spũalẽ intelligẽtiã, virtutes & opa roborant. Et hoc sabbato fa-

B

ciunt:qa vacant vt videant:qm̃ domi-
nus ipe est deus.Hoc dñs sabbati ꝓbat:
sed stulti defensores sabbati reprobãt:
quia solã supficiẽ literę diligũt:mentis
refectionẽ nesciũt,regẽ aĩarũ nõ norũt.

¶De immundo spiritu exeunte ab ho
G mine. Cap.XXIIII.

Matt.12. CVm imũdus spũs exie-
rit ab hoĩe,ambulat per
loca arida quærens re-
quiẽ,& nõ inuenit. Spi
ritus immũdus,diabo-
lus est.Spiritus, p natu
rã:immũdus p culpã:spiritusp cõditio
nẽ.immũdus p iniquitatẽ. Exit spirit⁹
immundus ab hoĩe: cũ p gratiã ab ipso
fugat̃ in baptismate. Exiens ab hoĩe,lo
ca arida requiẽ quærẽs perambulat: dũ
ab aliquo p exorcismũ aut baptismũ fu
gatus,corda quorũlibet fideliũ a molli
tie & humore fluxæ cogitationis pur-
gata:ad inhabitãdũ explorat. Sed in lo
cis aridis requiẽ sibi minime inuenit:
quia cor cuiuslibet fidelis animæ a bo-
no cogitando,loquendo,operando nũq̃
quiescit. Tũc dixit. Reuertar in domũ
meã vnde exiui : & venit & inuenit eã
vacantẽ,scopis mundatã,& ornatã.Va
cantem.i.a bono opere cessantẽ: scopis
mundatam.i.exorcismo & aqua bapti-
smi a vitiis purgatam : ornatam,id est
simulatis virtutibus palliatã. Tunc va
dit & assumit alios septẽ spiritus nequio
res se:& ingressi habitant ibi.Septẽ spi
ritus,dęmonũ significant vniuersitatẽ:
q per septẽ vitia principalia iniquos in
habitãt: & eos trahũt ad damnationẽ.
Immũdus aũt spiritus cũ septẽ nequio
ribus se spiritibus,domũ suam vacan-
tẽ,scopis mundatam,& ornatam reuer
tens inhabitat: dum diabolus cum vni
uersitate vitiorum, animã baptizatam
quondã suam a bono opere ociosam,si-
mulatis virtutibus palliatam per cul-
pam iterum intrat. Qui ingredit̃ bene
cum spiritibus nequioribus se:dũ ani-
mã per baptismũ sibi ablatã & per cul-
pam recuperatã, nequius q̃ ante bapti-
smũ retentare & grauioribus scelerib⁹
fœdare conatur. Et sunt nouissima ho
minis illius peiora peioribus:quia p cõ
temptũ gratię quã de se male viuendo
pellit,deteriora supplicia meretur.

¶De forti & vasis eius. Cap.XXIIII. H

NEmo potest vasa fortis ĩ Matt.12.
gressus domũ eius diri-
pere: nisi prius fortẽ alli
get. Fortis est diabolus:
fortior supueniẽs,Chri-
stus:domus fortis, mun
dus:vasa,hoĩes:fortis alligatio,diaboli
refrenatio,ne tentet nos vltra vires no
stras.Direptio vasorũ, conuersio homi
nũ ad fidẽ veniẽtiũ.Fortior fortem,do
mũ eius intrãs,alligauit,& vasa illi⁹ di
ripuit:cũ Christ⁹ p carnẽ in mundũ ve
niens,& diabolum a sententia tẽtatio-
num cohibens,homines a diabolo pos-
sessos ad fidem suam conuertit.

¶De seminatore & semine. Ca.XXV. I

EXiit qui seminat semi- Matt.13.
nare semen suũ . Semen
est verbum dei : Sator,
Christus: ager, mũdus:
via,est cor freq̃nti mala
rũ cogitationũ transitu
attritũ & arefactum,ne verbi semẽ pos
sit excipere vel germinare. Volucres a
quibus semen rapitur:dęmones sunt,p
quos verbum ne fructificet auferẽ.Qui
ideo volucres cæli dicunt̃, quia cœle-
stis & spũalis sunt naturę,vel quia per
aera discurrũt. Petra,est indomitũ cor
& durũ, nullo vomere verę fidei pene-
tratum: in quo nõ est verus amor,aut
pseuerantia virtutis. Spinę,sunt diui-
tię:quę p multas curas cor lacerant,&
semen verbi suffocant. Terra bona,cor
mite & docile : qđ vere fructũ facit:cũ
in ipso pfecta bonorũ operum plenitu-
do crescit.Fructus seminis,iustificatio
est hominis.

¶De inimico qui superseminauit zi- K
zania. Cap.XXVI. Matt.13.

SImile est regnũ cęlorũ
homini : q semẽ bonũ
seminauit ĩ agro suo.
Cũ aũt dormirẽt ho-
mines venit inimicus
ei⁹:& supseminauit zi
zania. In his verbis dñicis q̃ cęteris fa
ciliora sũt & magis manifesta,nõ mul-
tũ morãdũ esse, sed succicte esse trãseũ
dũ decernim⁹. Hõ iste q bonũ semen se

minauit,Christus est. Ager,mundus:se mē,verbū dei.Inimicus,diabolus:zizania,hæreticorū dogmata, siue quęlibet peccata.Cū aūt dormirent hoīes: venit inimicus & supseminauit zizania.Dormitio hoīm: mortē significat apostolorū,siue torporē prælatorū. Post mortē nimirū apostolorū,emerserūt hęretici: q diabolo cooperāte dogma prauū sparserunt p agrū mūdi.Dormiētib⁹ quoq p torporem prę latis:surgūt dæmones, surgunt & puerſi hoīes, & sup bonorū corda iaciūt semina malarū cogitationum vel suggestionū. Super alios seminant luxuriā: sup alios auaritiā: & diuersa peccatorꝝ semina diuersis iniiciunt. Et ex malis seminibus.i.ex malis suggestionibus:crescūt malę segetes.i. mali hoīes. Vis (inquiūt serui) eamus & colligemus ea? Et ait:non. Ne forte colligētes zizania:eradicetis & triticū. Spūales viri vidētes hęreticos siue per uersos quosq in agro dñico germinasse & creuisse: si scirent apud deum esse beneplacitū, vellent eos auferre de medio iustorū:eo q iustis in qbusdā obesse videant. Sed cōsulta diuina iustitia an hoc facere debeant, & an deus hoc velit, & an hoc sit officiū hoīm malos auferre de terra: animaduertūt nō nosse hoīem in hac vita quales futuri sint q modo mali sunt,& qd error eorū bonis cōferat:& ideo nō esse tollendos:ne boni interficiantur qd forte futuri illi sunt,vel ne bonis ablatio eorū obsit,qbus prosunt. Tūc vero aīaduertūt opportune malos auferri cū iā non est tēpus cōmutandę vitę vel pficiēdi aliis: & ita p angelos, nō per hoīes eos auferēdos esse.In tēpore messis dicā messorib⁹.Colligite primū zizania & alligate ea p fasciculos ad cōburēdū : triticū aūt congregate in horreū meū. Tēpus messis,est dies resurrectionis: qñ messores angeli ligabūt fasciculos de malis ad cōburendū, ligātes immūdos cū immūdis, auaros cū auaris, & sic impios cū suis filīb⁹:vt q socii fuerūt in culpa simul torqueanť in pœna.Triticū autē colligēt in horreū:qa distribuēt bonis beatas mansionū cælestium sedes.

¶De grano sinapis. Cap.XXVII.

Simile est regnū cęlorū grano sinapis: qd accipiens hō seminauit in agro suo.Homo iste significat deū: ager,mūdū:granū sinapis,fidē, quę modica videť ppter scandalū crucis:sed feruida est ppter calorē dilectionis.Istud granū.i. fides catholica fit arbor magna,& habet stipitem,p spem:& ramos exaltatos,p dilectionē dei:& dilatatos, p charitatē pximi.habitant in ramis eius volucres cæli.s.sancti:q pēnis virtutū volant ad pmia cælestium bonorū.Sic & electus qsq granum sinapis seminat in agro:dū pdicationē diuinā ppter scandalū crucis reprobis minimā recōdit in corde suo.Quę crescit in arborē magnā : dū robur accipit per exercitationē virtutis,& ramos p multiplicationē boni operis: in cui⁹ ramis volucres cęli habitationē recte constituunt:dū sensus spūales in ipsa per bonę cōsciētię sublimitatem requirunt. L Matt. 13.

¶ De fermento abscondito in trib⁹ satis farinę. Cap.XXVIII. M Mat.13.

Simile est regnū cælorꝝ fermēto:qd acceptum mulier abscōdit in farinę trib⁹ satis, donec totum esset fermentatū.Superi⁹ de fide,hic agit de caritate. Mulier, significat sapientiam diuinā:fermētū,charitatē:farina,corda:tria sata, tria genera hoīm: hoīes naturalis legis, legis scriptę homines,& hoīes gratię.Mulier ergo fermentū in tribus satis farinæ abscōdit: donec fermentetur totū: qa sapiētia diuina intra corda triū generū hominū caritatē recondit: totū autē fermentabiť, dū numerus electorꝝ in fine seculi cōplebiť. Aliqñ fermentū significat bonū:aliqñ malū. Bonū,vt in hoc loco:simile est regnū cælorū fermento: malū, vt expurgate vetus fermentū.Possum⁹ p mulierē istā,accipere aīam:p tria sata tres virtutes aīę,rationē,irā,cōcupiscētiā.p farinā,cogitationē:p fermētum sicut supra,caritatē. ¶Mulier itaq fermētū in trib⁹ satis farinę donec totum fermēteť abscondit:dū quęlibet fidelis 1.Cori.5.

aĩa feruorẽ caritatis in cogitatiõe triũ naturaliũ virtutũ reponit. Totũ ergo fermentat̃:dũ virtutũ triũ triplex cogitatio in saporẽ & feruorẽ caritatis conuertit̃.& possidem⁹ p rõnẽ: discretionẽ bonorũ & malorũ:p irã,odiũ vitiorũ:p concupiscentiam, amorem virtutum.

N ¶De thesauro abscondito in agro. Cap.XXIX.

Matt.13. Simile est regnũ cælorꝶ thesauro abscõdito in agro:quẽ q̃ iuenit homo abscõdit,& p̃ gaudio illius vadit,& vendit vniuersa q̃ habet: & emit agrũ illum.Ager, est scriptura. thesaur⁹.cognitio diuina: inuẽtio thesauri,reuelatio boni:abscõsio thesauri, occultatio boni a notitia diaboli, & ab appetitu fauoris humani. Oĩa aũt vendit & agrum emit:q̃sq̃s sacrę scripturę causa, & verę cognitionis,& dilectiõis diuinæ,q̃ in ea cõtinet̃:cętera oĩa q̃ illi sunt cõtraria & aliena,derelinquit.

O ¶De homine negociatore quęrente bonas margaritas. Cap.XXX.

Matt.13. Simile est regnũ cælorꝶ homini negociatori:q̃rẽti bonas margaritas: inuẽta aũt vna p̃ciosa margarita : abiit & vendidit oĩa q̃ habuit & emit eã.Bonę margaritæ,lex & ꝓphetę:vna p̃ciosa:saluatoris scientia. Oĩa vero vẽdit & istã emit:q(sicut Paulus) veterib⁹ obseruationib⁹ renũciat, vt Christum lucrifaciat.Itẽ oĩa vendit & p̃ciosam margaritam emit, q ꝓ amore cęlestiũ terrena contemnit.

P ¶De sagena missa in mare. Cap.XXXI.

Matt.13. Simile est regnũ cælorũ sagenæ missæ in mare, & ex oĩ gñe piscium cõgreganti: quã cũ impleta esset educẽtes & secus littus sedẽtes elegerũt bonos in vasa sua, malos autẽ foras miserũt.Sagena ista:prædicatio est euangelica. quę in mare.i.in fluctuatione & amaritudinẽ p̃sentis seculi demissa, cõgregat multitudinẽ piscium.i.ex oĩ gñe hoĩm, trahit ad litt⁹ maris.i. ad finẽ p̃sentis seculi.Impletio sagenæ: cõsummatio p̃dicationis euãgelicę.Cõgregat ex oĩ gñe hoĩm:qa ex Iudæis, q̃bus p̃dicauit Christus:& ex Romanis q̃bus p̃dicauerũt Petrus & Paulus: Et ex Indis,quibus Thomas:ex Persis,quibus prædicauerũt Simõ & Iudas. & ex hoĩbus minoris Indię, q̃bus Barptolemęus:ex Syriis,q̃b⁹ Philippus: ex Asianis,q̃bus p̃dicauit Ioãnes:ex Achaicis, q̃bus Andreas:ex Æthiopibus, quibus Matthæus:& ex Alexãdrinis,q̃b⁹ Marcus: & sic ex aliis nationibus: ad quas siue p apl'os, siue p apostolorũ discipulos & successores, puenit sonus p̃dicationis. In oẽm em̃ terrã exiuit son⁹ eorũ.In eo nãq; q̃d p̃dicatio euãgelica ex omnibus nationibus assumit: ex omni genere pisciũ trahit. ¶Aliter.Congregat ex oĩ gñe pisciũ: quia congregat ex oĩ gñe pccatorꝶ. Cõgregat immũdos pccatores,fornicatores,adulteros incestuosos,fœneratores: & ex omnib⁹ aliis, q minorib⁹ vel maiorib⁹ pccatis sunt a deo diuisi,& p multas iniq̃tates dispersi. Et ex oĩbus congregat & congregatos iustificat: & neminẽ expellit, qui,ipsa audita,eã intrare voluerit.Cõtinet autẽ sagena ista,pisces multos & diuersos, bonos & malos : sed interim dũ sagena ad littus trahit̃: isti in illos freq̃uẽter cõmutant̃.Bonietem̃ nõnũq̃ mali fiunt p culpã : & mali aliq̃n boni fiunt p gratiã.& nondũ potest iudicari q in vasa sint eligendi:q foras p̃iiciẽdi,cũ ad littus.i. ad finẽ seculi vẽtũ fuerit:tũc iudiciũ verũ secernẽdorꝶ bonorꝶ & malorꝶ patebit:qa angeli eligẽt bonos in vasa.i.in ęterna tabernacula: & malos foras mittẽt in æterna tormẽta.Oẽs aũt q fidẽ Christianã recepturi non sunt:extra sagenam istam sunt:sicut Iudæi & Pagani. Et tales iam iudicati sunt , non solum iudicio secundum præscientiam, & iudicio secundum causam: sed etiam iudicio secundum operationem,deinceps iudicandi iudicio secundum retributionem. Est autem iudicium secundũ præscientiã quo iudicati sum⁹ anteq̃ essemus.Iudi

Psal.18. Q R Iudiciũ quadruplex.

ciũ secundũ causam:quo iudicamur ex quo boni & mali sum⁹. Iudiciũ secũdũ opatione: quo iudicamur p manifestã actionẽ esse boni & mali, q prius secundũ causam eramus occulti. Iudiciũ secundũ retributionẽ:est quo recipimus in pmio secundũ qđ fuim⁹ & fecim⁹ in merito.Ex his q̃tuor iudiciis,duo sunt occulta,duo manifesta. Occulta,iudicium secundũ pscientiã,& iudiciũ secũdũ causam.Manifesta,iudicium secundũ retributionẽ,& iudiciũ secũdũ operationẽ.Duo quoq; ptinẽt ad deũ:iudiciũ videlicet secundũ prescientiam, & iudiciũ secundũ retributionẽ. Duo ad hoĩem:iudiciũ secundũ causam, & iudiciũ secundũ operationẽ. Sed q fidem christianam prorsus respuũt: iã tribus precedẽtibus iudiciis,videlicet iudicio secundũ pscientiam,iudicio secundum causam,& iudicio secundum operationem sunt iudicati: iudicio autem secũdum retributionem iudicandi.

S ¶De chananea & filia eius sanata. Matt.15.

Cap.XXXII.

SEcessit Iesus ĩ partes Tyri & Sydonis.Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa, clamabat dicẽs.Miserere mei dñe fili Dauid. Mulier gẽtilis sed fide ad dñm veniẽs, gẽtiũ designat ecclesiã:que rogat p filia demoniaca.i. p gente sua nondũ saluata: vt diaboli fraudibus absoluta,verę diuinitati seruiat liberata. Fines Tyri & Sydonis,in q̃bus mulier dñm rogat:duorũ populorum Iudeorũ & gentiũ ad Christũ conuersorum,fidẽ vnanimẽ designant.Sed mulier ista secundũ Matthæũ bene de finibus Tyri egressa,secundũ Marcum domũ ingressa,ad deũ atq; ad pedes ei⁹ pcidisse dicit: vt ex vtroq; colligat: q soli fideliter & recte pro errãtib⁹ orãt, q priscas pfidię suę mãsiones reliquũt, & in domũ dñi.i. in ecclesiã humili ac pia sese deuotiõe trãsferũt. Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ & mittere canibus.Mẽsa est scriptura:panis, sciẽtia.filii,Iudei:canes,gẽtiles:q̃si diceret,Non est bonũ,vt beneficiũ miraculorũ quod cõuenit pplo Iudeorũ q habẽt cognitionẽ dei,impendat filię tuę gẽtili,quę nõ habet notitiã dei. Sed mulier gentilis: p responsum humilitatis meruit filiæ suę beneficium sanitatis.

Marc.7.

quod Christi dii estis et filii excelsi et etiam spl. et dedit terram eorum eu ditatem eu ditatem populo suo israel

¶De lunatico a demone liberato.

T Cap.XXXIII. Matt.17.

ACcessit ad Iesũ hõ, genib⁹ puolut⁹ ãte eũ dicẽs:Dñe miserere filio meo qa lunatic⁹ est, & male patit. Lunaticus est q p horarũ momẽta de vitiis ad vitia mutat,nec pstat ĩ cœpto sed decrescit a bono & crescit ĩ malo:& nunc in ignẽ libidinis vel irę fert: nũc in aquã fluctuãtis cupiditatis precipitat.Marcus de isto sic ait.Et cũ vidisset illũ statim spũs turbauit eũ:& elisus ĩ terrã volutabat spumãs.Dũ puer ad dñm accedit elidit:qa cõuersi ad dominũ plerũq; a demonio graui⁹ pulsãt, vt vel ad vitia reducant, vel de sua expulsione se vindicet diabolus.Sicut in principio nascẽtis eccl'ię, multa & grauia opposuit certamina illis quos suo regno subtrahi videbat. Mar.9.

¶De rege qui posuit rationẽ cum seruis suis. Cap.XXXIIII.

V Matt.18.

SImile est regnũ cælorũ homini regi: q voluit rationẽ ponere cũ seruis suis.Homo iste est de⁹: q habet seruos.i. hoĩes q ad imaginem, & similitudinẽ illi⁹ conditi ei debẽt famulari.Positio rationis: distributio est diuini examinis.debitũ,peccatũ:debitores,peccatores. Quãto q̃sq; plus peccauit:tãto amplius debet.Et q min⁹ peccauit:min⁹ debet.Seruus q debebat decẽ milia talẽta:est ille q trãsgressus est decẽ legalia pcepta. Qui nõ habet vnde reddat:qa nõ habet a semetipso vnde iustus fiat & pcepta legis impleat. Dñs aũt eũ & vxorẽ eius & filios venũ dari pcepit,cũ oĩb⁹ quę habet: cũ eũ p iniqua volũtate sua & nefandis opib⁹, cũ oĩbus adinuẽtionib⁹ suis pœnas soluere iubet.Qđ precauẽs aliq̃n debitor id est peccator: pcidit p humiliationẽ, & rogat p supplicẽ orationẽ,vt habeat erga se patiẽtia p diuinã miserationẽ:

& spōdet ꝙ oīa reddet ꝑ pœnitētię satisfactionem. In quo facto dñs dimittit ei debitū:qa dimittit ei ꝑeccatum. Sed iste cui dñs mittit tantū debitū,cōseruum ꝑ centū denariis in carcerē retrudit:dū aliū q verbo vel facto ipsum leuiter offendit, ꝑenitus ab omni misera
X tione repellit. Vnde iuste irat⁹ dñs tradit eū tortoribus,donec reddat vniuersum debitū: quia pœnas æternas quas prius pro transgressione legis meruerat,eū subire cōpellit. Sic & pater me⁹ cælestis faciet vobis: si non remiseritis vnusqsq; fratri suo de cordibus vestris. Quidā dimittere nolūt oīno: qa & malitiā seruāt in corde,& vindictam dum possunt exercēt in opere. Alii etsi remittunt quātū ad vindictā,reseruāt tñ cōceptū odiū quātū ad malitiā. Sed qsqs sibi a dño dimitti desiderat:oportet vt vtroq; mō fratri remittat: vt nec opere exerceat vindictam:nec corde reseruet malitiam.

Y
Matt.20 ℂDe operariis in vinea. Cap. XXXV.

Simile est regnū cęlorū hoī patrifamilias, qui exiit primo mane conducere oparios in vineā suā. Hō paterfamilias est de⁹:vinea,ecclesia: oparii,ꝑlati: horę diei, ætas seculi. Conductio operarioꝝ:cōstitutio ꝑlatorū,vel emissio prędicatotū. ferū diei,finis seculi. merces denarii,retributio regni cęlestis. Itē paterfamilias est deus: vinea,aīa. operarii,nostri sensus: Instantia operis,exercitiū virtutis:horę diei, ętates hoīs:vesper,finis vitę. Retributio ęterna btītudo. De hui⁹ vineę cultorib⁹ & retributiōe:qdā versificator ait.
Vinea culta fuit:cultores ꝑmia qrūt.
Nō labor ęqualis ęqualia dona fuerūt.
Qui venit extrem⁹ dispēsatore vocāte,
Tātūdē recipit: quātū q venerat ante.
Sic de⁹ ostēdit,si quandocūq; velimus,
Aggrediamur op⁹,certi de mūere sim⁹.

ℂDe filio q vineam intrare recusauit
Z Cap. XXXVI.
Matt.21.

Homo qdā habebat duos filios,& accedēs ad primū dixit:fili,vade hodie opare in vineā meā. Ille aūt respondēs ait, Nolo:postea aūt pœnitētia duct⁹,abiit. Accedēs aūt ad alterū. dixit silr. At ille respōdens ait: eo dñe & nō iuit. Quis ex duob⁹ fecit volūtatē patris? Filius q vineā patris sui intrare recusauit:gētilis populus est,q primū seruire deo cōtēpsit. Fili⁹ aūt q intrare se spopondit:est populus iudaicus,q deo primū seruitiū suum vouit. Sed q prius renuit, postea intrauit: qa populus gētilis pœnitētia duct⁹,prędicantibus apl'is seruitio dei colla submisit. Et prior filius qđ spopōdit non impleuit:quia populus iudaicus in seruitio dei non ꝑmansit.

ℂDe rege qui fecit nuptias filio suo. A
Cap. XXXVII. Matt.22

Simile factū est regnum cælorū homini regi, q fecit nuptias filio suo: Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias:& nolebant venire. Regnū cælorū est ꝑsens ecclesia. quę est iustorū cōgregatio. Rex. est de⁹ pater,qui oīa regit. Nuptię filii,incarnatio verbi. Inuitati,iudei. Serui propter inuitatos missi,prophetę & apl'i. Tauri mei & altilia occisa sūt, & oīa parata: venite ad nuptias. Tauri sūt patres & bellatores veteris testamēti: q cornib⁹ concessę sibi potestatis, hostes fugabāt de finib⁹ suis. Altilia: sunt noui testamēti pręcones,spiritualis gratiæ plenitudine pingues, pennis cōtemplatiōis superna gaudia petentes. Occisa:vel ab eo qđ fuerant vel ꝑ mortē carnis in requie posita. Tauri & altilia:qa & prius prophetæ,& post apostoli ab infidelib⁹ passi sunt:qui nobis modo sunt in exēplum quid nobis credendum. Illi autē negligentes abierunt:alius in villā suā alius in negociationē suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius:& contumeliis affectos occiderunt. Illi qui ad nuptias venire noluerunt:significant eos q ex iudęis in Christum credere noluerunt vel cōtēpserunt. Quoꝝ alii in villā abierūt:dū intendūt operationi terrenę:alii in negociationem suam:dum student auaritiæ. Illi vero qui seruos regis occiderūt:illos ex iudęis figurāt

qui pphetas & apostolos,& aliospdica tores sunt psecuti. Rex aũt cũ vidisset occisionẽ seruorũ suorum:iratus est.& missis exercitibus suis romanis.s.Tito & Vespasiano, pdidit homicidas illos id est Iudęos, & ciuitatẽ eorũ.s.Hierusalẽ succendit.Ite ad exitus viarũ.Exi-
B
tus viarũ sunt errores gentiũ:qui sunt extra fidẽ,spem,charitatẽ,quę sunt viæ ad patriã ducẽtes. Et quoscũq; inueneritis.i.cuiuscunq; conditionis : vocate per prędicationẽ,ad nuptias.i.ad dominicæ incarnationis fidẽ. Et egressi serui.i.apostoli de iudęa in vias.i. gentiũ sectas,congregauerunt in vnitatẽ credulitatis malos.i. falsos christianos, & bonos.i.electos,& implete sunt nuptiæ discumbentiũ.i.intrauerunt catholicæ fidei professionẽ, quotquot erãt vocati p prædicationẽ.Intrauit autẽ rex vt videret discũbẽtes.Rex nuptias intrat vt discũbẽtes videat:qñ deus in pręsenti conscientias eorũ,qui Christiano nomine cẽsent illustrat, & qd vnusquisq; faciat subtiliter pensat & diiudicat.Et vidit ibi hominẽ non vestitũ veste nuptiali. Vestis nuptialis, opus charitatis.Quã vestẽ q nõ habet:ligatis manibus & pedibus.i.ablata penitus potestate bene operandi, proiicit in tenebras exteriores,quę sunt infernales obscuritates. Et qd ibi sustinebit qui hic bene viuere contempsit,addit dicẽs.Ibi erit fletus.s.oculorũ in vanitate mũdi modo vagantium:& stridor dentiũ,in edacitate mõ gaudentiũ. Multi sunt vocati p prędicationẽ:sed pauci electi ad regnũ p bonæ vitę sanctitatem.

C ¶De die iudicii. Cap.XXXVIII. Mat.24. Luce.17.

Sicut factum est in diebus Noe, ita erit in die filii hoĩs : Edebãt & bibebãt: vxores ducebãt,& dabãtur ad nuptias vsq; ĩ diẽ qua intrauit Noe in arcam:& venit diluuium& perdidit oẽs. Noe Arcam ædificat: cũ dñs fideles in ecclesiam cõgregat.Quã cõsummatam ingredietur:cũ hanc in die iudicii præsentia sua illustrabit.Sed dum ędificat arca,iniqui luxuriant:& dũ intrat,ęterna dñatione plectũtur . Similiter factũ est in diebus Loth: edebant & bibebãt: emebãt & vendebãt:plantabant & ędificabant. Qua die aũt exiit Loth e Sodomis:pluit de⁹ ignẽ & sulphur de cælo,& pdidit oẽs.Loth q interpretat declinans,est populus electorũ:q dũ in Sodomis.i.inter reprobos, vt aduena,moraẽ: quãtũ valet scelera eorũ declinat. Exeunte Loth Sodoma periit : quia in Matt.13. consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis.

¶De decem virginibus.Cap.XXXIX. D

Simile est regnũ cęlorũ Matt.25. decẽ virginib⁹: quę accipiẽtes lãpades suas exierunt obuiã spõso & sponsæ.Decẽ virgines:sunt vniuersi credẽtes,bona opera exhibentes:Lãpades, opera:oleum,gratia siue bona conscientia. Quinq; fatuæ virgines,significant illos,qui in bonis quæ faciunt non bonã conscientiã, sed laudem humanam quęrunt.Sapiẽtes virgines sunt,qui in bonis quę faciunt non quærũt laudem humanã sed conscientiã bonam. Mora sponsi,dilatio est iudicii:dormitio virginũ,mors hominũ,mediũ noctis insperatus euẽtus resurrectionis:clamor ad ueniẽtis sponsi,tuba angelica in die iudicii: præparatio lampadũ, recordatio & numeratio operum.Sed lampades fatuarum extinguuntur:quia in aduentu iudicii intus obscurantur,& nõ habent mercedem : quia receperũt laudẽ. Date nobis de oleo vestro, id est testimonium dicite de operibus nostris.Ite potius ad vendentes:non dant consilium,sed ex obliquo cõmemorant crimẽ earum:ite ad vendentes,id est modo vidibitis quid vos adiuuent q vobis laudes vendere consueuerunt . Venditores sunt adulatores: qui dant laudẽ vt E accipiant aliquam mercedem.Sed virginibus fatuis tarde bonã cõscientiam quærentibus, intrant sapientes cũ spõso ad nuptias: quia reprobis eiectis a damnationẽ,electi cũ Christo intrabũt ad beatitudinẽ.Et clausa est ianua.i.adit⁹ regni cælorũ.Dñe dñe aperi nobis. Post serã pœnitentiã,post infructuosas

lachrymas:frustra pulsant foris relictę. Amen dico vobis nescio vos. Quasi dicat:ideo vos desero:qa p vitę meritum nõ agnosco. Ecce quãta seueritas post iudiciũ eiꝰ,cuiꝰ est ante ineffabilis misericordia. Vigilate itaqꝫ: quia nescitis diẽ neqꝫ horã. Ecce quo tẽdit parabola. Ad hoc namqꝫ tendit:vt ad futura oculos cordis aperiamus : mala euadamus deserendo culpam:bona promereamur sectando iustitiam.

¶De homine qui tradidit seruis suis bona sua. Cap.XL.

F Matt.25. Homo quidã peregre proficiscens vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua. Hõ iste,Christꝰ: serui,christiani:pfectio, ascẽsio:bona sunt dona: quinqꝫ talenta,exterior scientia,quinqꝫ sensibus acquisita:duo talenta,intellectus & bona operatio.vnum talentum, intellectus tm̃.Multiplicatio talẽtorũ, exercitatio virtutũ,& exhibitio bonorum operũ ad iustificationẽ ppriam,& ad vtilitatẽ alienã.Seruus qui pecuniã domini sui in terram abscondit: falsos significat Christianos, qui acceperunt ingenium & in rebus terrenis & transitoriis expẽdunt,altioris vitæ vias arripere metuunt, acceptam diuinitus sapientiam vel scientiã prædicãdo multiplicare paruipendunt, erubescũt vel contemnunt.Meto qđ nõ seminaui: & congrego vbi nõ sparsi. Quasi diceret. Non solum ab illis quibus gratiã operandi & prædicãdi tribui,fructum operationis & prædicationis requiro : sed & illos qbꝰ nil gratiæ tribui,pro infructuositate & sterilitate condẽno.Serue male & piger.serue, quia mihi seruire debuisses operando & prædicando: male,malum faciendo:piger:a bono cessando. Oportuit te cõmittere pecuniam

G meã nũmulariis:& ego veniẽs qđ meũ est recepissem cum vsura. Nũmularii: sunt qui audita prædicatione, facto & verbo quæ audierũt multiplicare satagunt:acsi diceret.Accepta gratia mea, bonę operationi & pdicationi intẽdere debuisses.Qđ si fecisses:non solũ te, sed & alios multos,exemplo tuo & verbo mihi lucrifecisses. Sed qa p pigritiã tuã qua a bono cessasti,& p malitiã tuã qua malũ fecisti: damnũ mihi non solũ iustificationis tuę,sed & alienę intulisti:ideo de malitia & pigritia tua,te iuste arguo & cõdemno. Tollite ab eo talentũ: & date ei q habet decem talẽta. Omni eñ habenti dabit : & abundabit &c.Habenti meritũ,dabit prẽmiũ.Dabitur,quãtũ ad remunerationẽ:abũdabit,quantũ ad beatitudinẽ.Ei aũt q nõ habet,etiã id qđ habere videtur auferetur ab eo. Quia falsus quisqꝫ christianus:in damnatione nec nomẽ christianitatis pmittet habere.Et sicut nũc nudus est a sacramentorũ interiori veritate:sic tũc foris nudabit exteriori obumbratione.Prouideat itaqꝫ sibi humana conscientia nunc in tẽpore, vt post modũ de prẽmio gaudeat ĩ ęternitate. Sic talẽtũ doni cælestis expẽdat: vt nõ damnationẽ,sed saluationẽ in fine recipiat.Nemo dicat,sufficit,mihi ipsi attẽdere,mihi soli puidere, de me redditurus sum rationẽ: nolo salutẽ alteriꝰ q̃rens periclitari:nõ sum eruditꝰ in scripturis, nec expeditꝰ in verbis: modicũ scio : nunq̃ p tãtillo si nõ pdicet deus, quẽq̃ accusabit vl' dãnabit.Quot etẽm H hoĩbus quisqꝫ(quãtũ ad se ptinet) prodesse põt verbo:de tot deo damnũ fecit ex silẽtio,& de tot nõ iniuste redditurꝰ est rõnẽ in iudicio.Qui igit multa nouit,multa dicat:& q pauca nouit,pauca dicat:& quãtũ qsqꝫ nouit.tãtũ dicat q scit vel vnũ euãgeliũ,vel vnũ virtutis exẽplũ:qcqd accepit p cognitionem aliis tribuat p pdicationẽ. Nõ cõsideret sexũ,ętatẽ,psonã,tẽpus,locũ:sed pdicet oĩbꝰ,semp,vbiqꝫ:masculis,fœminis, senibꝰ,iuuenibꝰ,diuitibꝰ,pauperibꝰ, in psperitate,in aduersitate,die,nocte,mane,meridie,vespere:in eccl'ia,in platea, in via,in agro,in terra:in mari,in oĩbꝰ semp vbiqꝫ bonum quod nouit dicat: si adsit qui audire possit. Sunt namqꝫ multi, q his in oĩbus spectabiliora considerãt semper,& his oppositis prędicare recusant, quasi dñs deꝰ altiora pspiceret:& inferiora nõ curaret:cũ nõnũq̃ quę hoĩbꝰ vident infima, apud deũ habeant summa.Sunt etiam qui numero

siori populo prædicant, paucis vero lo
qui nõ curãt:& qui maiori culpa apud
deum se obligãt: quia verbum dei siue
prę pudore,siue prę superbia & pompa
diuitiarũ penit⁹ referre recusant. Qui
igitur talentum cogniti boni prędicã=
do expendit, largitori talenti lucrũ fa=
cit:& si non in alio,tamen in semetipso:
quia q̃uis ille qui audit,malũ nõ dere=
linquat,bonumq; non faciat:ille tamen
in eo q loquitur animam suam liberat
& audientem ignorantia nõ excusat:&
ideo illum diuina sententia iustius da=
l mnat.Nemo autem est qui se possit ab
hac talenti erogatione excusare:qa ne=
mo est qui nõ valeat ad meliora aliquẽ
verbo suo prouocare. Qz autem multi
qui ad ministeriũ prædicationis signa=
ti sunt, & eiusdem ministerii sumptus
sumunt,& de eis delicate viuunt, & lu
xuriose,q inquã diuinas scripturas ne
sciunt: de torpore & ignauia siue con=
temptu arguendi sunt, quia cum eccle
siæ,bibliothecis homiliariis,expositio=
nibus tractatib⁹ repletæ sint:ipsi lectio
ni vel meditationi scripturarũ studiũ
nullum impendũt. Erubescãt ergo qua
rundam ecclesiarum ministri inutiles,
inscii & ignari:torporem excutiant:li=
bros legant,talentum expendant,redi=
mant tempus:quoniam dies mali sunt.
Omnibus deniq; modis quibus possu=
mus nosipsos emendare, vel alios adiu
uare debemus talentum dominicũ ero
gare,& erogando multiplicare: vtpote
de quo in stricto iudicio reddituri su=
mus rationem.

FINIS Lib.II.qui est Allegoriarũ
in euangeliũ Matthæi.

Sequitur Lib.III.qui cõtinet Alle
gorias euangelii scd̃m Marcum.

k ¶De hoĩe habẽte manũ aridam.Cap.I.
Marci.3. INtrauit Iesus
ĩ synagogã: &
erat ibi homo
manum habẽs
aridã,cui ait.
Extẽde manũ
tuam. Hõ iste
designat gen⁹
humanũ:p cul
pam origina=
lem ab omni actione bona impeditum.
Cui⁹ manum dñs sanauit:dum ei gra=
tiam bene operandi tribuit. Quasi em̃
manum aridam extẽdit: dum amissum
boni operis munus accepit.Aliter. Ho
mo iste : significat auaros qui nolentes
dare volunt accipere. Quibus dicit,vt
extendant manum:vt qui furatur iam Ephe.4.
non furetur,magis autem laboret ope=
rando:vt habeat vnde tribuat necessi=
tatem patienti.

¶De dæmoniaco possesso a legio=
ne. Cap.II. L

SXeũte Iesu de naui, oc Marc.4.
currit de monumentis
homo in spiritu immũ
do: qui domicilium ha
bebat in monumentis.
Dæmoniac⁹ iste quem
legio possidebat: populum gentium ab
vniuersitate dæmonum diu possessum
designat.Populus nãq; gentilis ab om̃i
bus possessus dęmonibus tãdiu teneba
tur : q̃diu per multiplicem idololatriæ
cultum,omnibus famulabatur. Genti=
les & enim(sicut ait apostolus) muta= Roma.1.
uerunt gloriam incorruptibilis dei: in
similitudinem imaginis corruptibilis
hominis & volucrum, & quadrupedũ,
& serpentium:quia commutauerũt ve=
ritatem dei in mendacium,& coluerũt
& seruierunt creaturæ potius q̃ creato
ri qui est benedict⁹ in secula,amen.Ca=
tenæ vel cõpedes quib⁹ ligabat, quasq;
frangebat:naturalis legis pręcepta,siue
gentilium legum decreta:quibus a ma
lo refrenari debuerant:significant.Sed
catenas & compedes dęmoniacus liga=
tus frangebat:qa gẽtilis populus,quã=
to amplius his aut illis præceptis liga
bat per malorum prohibitionem:tanto
furiosius ea rumpebat per transgressio=
nem. Et habitabat in monumentis : qa
conuersabat in mortuis & fœtidis ope
ribus. De hac ruptione catenarũ & cõ
pedum hoc modo Paulus intulit dicẽs.
Fœminæ eorum mutauerunt natura= Roma.1.
lem vsum in eum qui est cõtra naturã.
Similiter autem & masculi relicto na=
turali vsu fœminę:exarserũt in deside=
riis suis inuicem, masculi in masculos
turpitudinem operantes,& mercedem

quam oportuit erroris sui,ĩ semetipsis recipientes. Et sicut non ꝓbauerũt deũ habere in notitia: sic tradidit illos de⁹ in reprobum sensum, vt faciant ea quę non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, neqtia: plenos inuidia, homicidio, cõtẽtione, dolo, malignitate: susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, supbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obœdientes, insipientes, incõpositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Ecce quomodo legio possidebat hominẽ: quomodo catenas & compedes rumpebat: quomodo ĩ monumentis habitabat. Qui bene nocte & die in monumentis & mõtibus clamasse, & lapidibus se cõscidisse dicit: qa & in aduersis & ꝓsperis, populus gẽtium in fœda actione impudenter se esse propalabat: & lapideorũ deorũ cultura semetipsum lacerabat. Grex porcorũ qui iuxta montem pascebat & quẽ legio ab hoĩe pulsa intrauit, & in mare præcipitauit: multitudinem infidelium & quorũlibet immundoꝝ exprimit hominũ. Qui recte iuxta montem pascunt: dum per superbiam elati, similitudine porcorum ad ima curui superna nesciunt, & solis trãsitoriis bestialiter se ĩmergũt. & dum se inquinamẽto carnis aut spiritus polluunt: mole porcorum in luto pastum quęrunt. M Heu q̃ multiplex est grex iste porcorum: hominum scilicet turpiter & bestialiter viuẽtium, & porcos qui in infimis totum bonũ suũ quęrunt, imitantiũ. Vt enim de Iudęis & Paganis taceamus: qs numerare posset multitudinẽ falsorum Christianoꝝ qui q̃uis baptismum perceperint: spiritui gratiæ tñ contumeliã facientes male viuendo eũ de semetipsis expulerũt: & se horrẽdis sceleribꝰ polluerũt! Qui tñ duo milia figuraliter eẽ dici possũt. duo: quia diuersi a bono. milia: quia pfecti sunt ĩ malo. Legio ergo ab hoĩe pulsa, porcos ingreditur: quia dęmones ab illis qui ad vitã æternam prædestinati sunt per gratiã redẽptoris fugati, malis male viuentibus, & terrenis intendentibus dominantur. Qđ tamẽ nõ faciũt nisi Iesus cõcedat: quia nec malos tẽtare pręsumunt, nisi potentia diuina permittat. Grex vero porcoꝝ a legione in mare p̃cipitat: dum per dæmones malorum vniuersitas ad infernalem amaritudinem perducit. Viderunt hoĩes ciuitatis illius a legione liberatũ, sedere ad pedes Iesu, vestitum & sanę mentis: & timuerũt. Sessio ad pedes domini, significat humilitatem: & bonorum operum imitationem. Vestitus, bonã actionem. sanitas mẽtis, iustificationem. Et rogauerunt Iesum vt discederet a finibus eorũ. Sicut Petrus fragilitatis suæ memor ait. Exi a me domine, qa homo peccator sum. *Lucæ.5.* Et sic adhuc isti ĩfirmi timuerũt eum: & vt a finibus suis discederet, rogauerunt. Ait Iesus liberato. Vade in domum tuam ad tuos: & nuncia illis quanta dominus tibi fecerit & misertus est tui. N Hoc exemplo docetur quisq; suis primo salutem sibi factam p̃dicare: & eos ad eandem salutem percipiendam prouocare: quia & ipse eis ꝓpter carnis cognationẽ debitor magis tenetur: & illi forsitan citius q̃ alieno credent. Sed q̃ multi intra ambitum ecclesiæ continent, qui hoc exemplũ minime sequuntur! Q̃ multi sunt qui de suis parentibus inquirunt, an corpore sint sani an habeãt victũ, siue vestitum, domos, agros, equos, greges, armẽta, aurum, argentum, pacem temporalem, an gratiam potentum & diuitũ possideãt, & sic de his quę ad corpora ptinẽt circa amicos suos solliciti sunt: de his vero q̃ ad salutem animarũ pertinẽt sollicitudinem nullam gerunt! Timendum est autem ne tales ad antiqua vitia relapsi sint: & ꝙ ipsi salute iã careãt quã nec suis prædicare curant. Qui namq; spirituales sunt: ea quæ sunt spũs quęrunt. de suis diligenter ingrũt: an sint a vitiis puri, a peccatis liberi, virtutibꝰ ditati, bonis operibus pleni: an pacẽ dei habeant cum oĩbꝰ: an bonum ad oẽs operent, maxĩe ad domesticos fidei. *Gala.6.* Isti enim, liberatũ istũ imitant: qui ad vocẽ dñi salutẽ in se factã aliis studuit nũciare, & p decapolim p̃dicare. Decapolis q̃ est regio decẽ ciuitatũ sanctam ecclesiã significat q̃ decalogum legis seruat, Et in decapoli salutẽ sibi factã p̃di

cat:qui sanctæ ecclesiæ fidelibus,a dia-
bolo se liberatũ esse verbis & operibus
bonis demonstrat. Studeamus & nos si
nōdũ liberati sum⁹: a diabolo liberari.
Et si iã nos liberatos eẽ cognoscim⁹: sa
Lucę.12. lutẽ aliis pdicemus:quã obtinuisse nos
gaudem⁹,memores qđ scriptũ est. Qui
non est mecum cõtra me est:& qui non
Apo.22. collígit mecum dispergit. Et iterum.
Qui audit dicat veni.

O ℂDe discipulis requiescentib⁹ in
Mar.6. deserto. Cap.III.

Dixit Iesus discipulis
suis. Venite seorsum
in desertũ locũ: & re-
quiescite pusillũ.Duę
sunt vitę:actiua & cõ
tẽplatiua.Actiua,est ĩ
labore:cõtẽplatiua,in requie.Actiua,in
publico:cõtẽplatiua,in deserto. Actiua
in necessitate proximi:contẽplatiua,in
visione dei. Monemur itaq; in his dñi-
cis verbis:vt aliquãdo ab actione qesca
mus,& ad secretũ contẽplationis trans
eamus. Quę contemplatio recte deser-
tum dicit:quia a ml'tis deserit,& a pau
cis inhabitat.In qua requiescimus pu-
sillum:cum pro nostra fragilitate diui-
næ visioni diu non valeamus inhęrere
nec p necessitate pximi,curã illius diu
ptermittere. Erant eñ qui veniebãt &
redibãt multi: nec spatium manducan
di habebant.Sic nostris dieb⁹ multi ve
niunt,multi redeunt.Multi veniũt per
credulitatem:sed multi redeunt p ini-
quitatẽ.Venit latro,recessit Iudas. Et
spatium nõ habemus manducandi: dũ
vel bonis vel malis per prædicationem
vel per qđlibet ministerium intenti spa
tium non habemus scripturas legendi
& meditandi. Aliquando ergo cũ apo-
stolis nauẽ ascẽdentes in desertũ abea-
mus:vt a verbo & ministratione cessan
tes,p fidẽ quã habemus in deũ,fluctua-
tiones mũdiales trãsfretãtes:tñ lectio-
ni,& meditationi,orationi,& diuinę cõ
templationi saltẽ ad modicũ intenda-
mus.Nemo namq;(sicut in libris beati
Gregorii legimus) debet propter con-
templationem dei, oĩno postponere ne
cessitatẽ pximi:nec propter necessitatẽ
pximi contẽnere cõtẽplationem dei.

ℂDe naui in mari. Cap.IIII. P

Cum sero esset, erat na Mar.6.
uis in medio maris:&
Iesus solus in terra.Se
ro,significat vitę psen
tis ignorãtiam: nauis,
sanctam ecclesiam: ma
re,huius seculi inconstantiã:terra,soli-
ditatem supnã:quarta vigilia,quatuor
euangeliorum scientiã:labor discipulo
rum in remigando,laborem iustorũ in
bene operando:ventus est diabolus: cõ
trarietas venti,tentationes diaboli.Ie-
sus autem supra mare ambulat:cum se
culi pręsentis tumorẽ calcat,deprimit,
& humiliat.Et labores discipulorũ re-
spicit: cũ multiplices tribulationes iu-
storum in medio misericorditer atten-
dit. Et volebat pręterire eos,vt scilicet
ad horã turbati sed continuo post libe
rati,plus liberationis suę miraculũ stu
perẽt,& liberatori suo maiorẽ gratiam
referrent:sicut sępe videt diuina pietas
fideles in tribulatione & tẽtatione de-
serere. Vnde scriptum est.Quare me re Psal.42.
pulisti? quare tristis incedo dũ affligit
me inimicus?Sed continuo adest domi
nus,& dicit. Confidite:ego sum,nolite
timere.De hac cõsolatione dictum est.
Cum transieris per aquã:tecum ero, &
flumima non operiẽt te. In nauim ad il
los ascendit:qñ sanctã ecclesiam p gra-
tiam intrans,fideles cõtra quælibet ad
uersa munit.

ℂDe surdo & muto sanato. Cap.V. Q

Exiẽs Iesus de finib⁹ ty Mar.7.
ri:venit ad Sydonẽ per
medios fines Decapole
os. Et adducũt ei sur-
dũ & mutũ:& depcabã
tur eum,vt imponeret
ei manum.Genus humanum tanq̃ vn⁹
homo varia peste in protoplasto depra
uatum amisit lumẽ,dum perdidit diui
næ contemplationis claritatem:amisit
auditum,dum perdidit obœdiẽtiæ vir
tutem:amisit olfactũ, dum perdidit dis
cretionis virtutem:amisit gustum, dũ
perdidit internę dulcedinis saporẽ:ami
sit tactũ,dũ pdidit lenitatẽ internę sua
uitatis:amisit loquelam,dum perdidit
confessionẽ diuinitatis:amisit manũ,dũ

perdidit exhibitionẽ boni operis:& qua si singulorũ sensuum & membrorũ officia amisit,dũ oĩm virtutũ exercitationẽ & bonoꝝ operum exhibitionẽ,ꝑ peccatum originale perdidit.Incuruat̃:dũ summis derelictis ad ima flectitur. Infunditur hydropisi : dum exteriorum bonorum cupiditate distẽditur:repletur dæmonio:dum se palam tradit dęmonum obsequio.Diuersę aũt operationes miraculoꝝ : diuersarũ virtutũ & actuũ in hũano genere designãt restaurationes. ℭExiens Iesus de finibꝰ tyri. Tyrus interpretat̃ angustia, & significat Iudæã:cui dñs per ꝓphetam ait,in-

Esaię.28. nuens ꝙ eã esset derelicturus. Coangustatũ est stratũ:ita vt alter decidat.Sydon interp̃tat̃ venatio:& significat gẽtiũ ferocitatẽ & gẽtiliũ nationum.Regio Decapoleos:propter numerũ denariũ,decẽ diuinę legis pręcepta figurat.

R Mare Galileę q̃ interpretat̃ trãsmigratio facta:fluctuosam volubilitatem nationũ,q̃ de malo ad bonũ ꝑ idololatriæ desertionem pfecte trãsmigrauerãt,designat.Iesus ergo de finibus Tyri & Sydonis exiens ꝑ Sydonẽ ad mare Galileę inter medios fines Decapoleos , surdũ & mutum sanauit: qñ angustias infidelis Iudęæ deserens, ferocitatem gentiũ cõprimẽs,& fluctuositatem sedans in p̃dicatiõe decalogi,noxiam taciturnitatẽ & surditatẽ curauit generis humani.Manumq; illi imposuit: qñ illi donauit facultatẽ suis obœdiẽdi p̃ceptis, & fidẽ catholicã confitendi.Adductores, sunt apostoli & prędicatores:qui ꝓ sanando infirmo totiẽs rogant,quotiens ꝓ saluandis infidelibꝰ suppliciter orãt. Sanãdũ vero infirmũ dñs de turba ducit seorsum: quando quẽlibet impiũ iustificãs,de societate & cõmunitate in fidelium & male viuentiũ diuidit. Digitosq; in auriculas sanandi mittit & exspuens linguam tãgit:qñ ei per spiritũ sanctum præceptis suis obœdiendi gratiam , & confitẽdi & p̃dicãdi sapientiã tribuit.Q₂ aũt ĩgemuit: nobis tãtũmodo exemplũ gemẽdi pro aliis dedit.Aures deniq; infirmi ad audiendũ aperiũtur,& lingua ad loquendum soluit̃: dũ homo per gratiam iustificatꝰ,præcepta diuina auribus cordis auscultat,& cognita confitetur & prædicat. Hoc igiẗ exemplo docemur:vt quoslibet peccatores quotidie per prædicationem nostrã ad dominum adducere studeamꝰ,& illum pro illis iugiter oremus.

ℭDe septẽ panibꝰ & paucis pisciculis & quatuor milibus hominũ satiatis. Cap.VI. S Mar.8.& Matt.15.

LEgimus in euãgelio: ꝙ dominus quatuor milia hominum de septẽ panibus & paucis pisciculis satiauit. In quo loco per septem panes, septẽ dona spũs sancti figurant̃:per pisciculos vero,exempla patrũ antiquoꝝ qui sub naturali lege vł scripta fuerũt, designantur. Comedentes quatuor milia fuisse describuntur:propter quatuor euangeliorũ perfectionem: vel propter quatuor cardinaliũ virtutũ exercitationẽ.Dominꝰ ergo satiat quatuor milia hoĩm ex septem panibus & paucis pisciculis:qñ per septiformis spiritꝰ dona,& ꝑ præcedẽtiũ patrũ exẽpla,qui de fluctibus huius seculi erepti & diuina bñdictione consecrati: refectionẽ nobis ne in huius seculi cursu deficiamꝰ prębent.Quatuor inquã milia hominũ satiat: quando electos credulitate quatuor euangelioꝝ cõphẽsos, quatuor principalibus virtutibꝰ exercitatos,donis spiritualibus & exemplis patrũ perficit,docet & iustificat.Et notãdũ ꝙ dicunt̃ pisciculi pauci:qa valde rari fuerunt iusti antiqui.Triduo autem dñm sustinent:quia in fide sanctę trinitatis cõstituti,spũalem a deo desiderãt pastũ accipere.Quidã ex eis de lõge venerũt. Qui eñ nihil carnalis expertus corruptionis ad seruitium dñi festinat:de longinquo non venit. Qui etiã nulla ĩpudicitia,nullis flagitiis ĩquinatꝰ, solum aũt cõiugiũ expertus est:nõ venit de lõginquo.Qui vero multis & magnis flagitiis semetipos polluũt,& post hoc ad deũ redeũt:de lõgiquo veniũt.Et si dimisero eos ieiunos:deficiẽt in via.Conuersi nãq; peccatores in pñtis vitæ via deficiant:si in sua cõsciẽtia sine pabulo doctrinæ dimittant̃. Septem sportę de

fragmentis ĩpletę:ſpũales viri ſũt,qui
ſublimiora quæ capacitatẽ minorũ ſu-
perãt,& colligũt & cuſtodiunt.Et dimi
ſit eos.dñs refectos dimittit : cũ ſpũali
doctrina eruditos vt cognita pficiant,
in pprio & liber o arbitrio dereliquit:
nec aliquẽ eorꝝ ad ſeruiẽdũ ſibi cogit.

T ¶De fermẽto phariſeorum & He
Marc.8. rodis. Cap.VII.

Cauete a fermẽto pha-
riſeorꝝ : & a fermento
Herodis. Fermentum
phariſeorũ: eſt ſimula
tio religionis, tenaci-
tas auaritię,intẽperã-
tia cupiditatis,Fermẽtum Herodis,eſt
homicidiũ,adulteriũ,temeritas iurãdi.
A fermento aũt phariſeorꝝ & Herodis
minime cauet:quicunq; prauitatem il-
lorum ſuis operibus miſcet.

V ¶De manu & pede ſcandalizante
Mar.9. hominem. Cap.VIII.

Matt.18. SI man⁹ tua vel pes tu⁹
ſcãdaliſat te, abſcinde
eũ & piice abs te &c.
Debemus accipe actio
nẽ p manũ. Per pedem
corporis motionẽ.Per
Prou.9. oculũ cordis intẽtionẽ.Multi ſũt quos
manus ſua male ſcandalizat.Qui enim
lætant̃ cũ male fecerint & exultant in
rebus peſſimis : quia delectant̃ in vitiis
& operib⁹ malis:iſtos manus ſua miſe-
rabiliter ſcãdalizat & ab ĩtroitu regni
cęleſtis tardat. Sũt etiã qui ĩ motu cor
poris & vagatione delectant̃.ciuitates,
caſtella,oppida,vicos peragrant,& ter-
rã circũeunt & pambulãt,nunq̃ in vno
loco ſunt vel cõſiſtũt,nunq̃ pedes ab ex
curſu & diſcurſu comprimere valẽtes.
Vñ de tali curſore qdã verſificator ait.
Dũ fuit in mũdo p mũdũ vixit eundo:
Hic poſtrema dies,hic quoq; pria qes.
Quid igitur tales qui non gratia ora-
tionis,aut tẽporalis neceſſitatis, ſed ſo
lius cauſa curioſitatis regiones peruo-
lant:quid niſi p hũc pedẽ.i.per hanc va
gationẽ q̃ multũ placet: quid inquã ni
ſi ſcãdalũ patiunt̃,& ab ingreſſu vitę ĩ-
pediunt̃? Illos quoq; oculus ſcãdalizat:
qui in iis q̃ faciunt,non deo placere,nõ
aĩab⁹ intẽdũt pdeſſe:ſed vel ſemetipſos,
vel amicos carnales ſuos ſecũdũ vani-
tatẽ pręſentis ſeculi exaltare:& ſibi aut
ſuis aliquid tranſitorium emolumentũ
ſtudent quęrere. Sed talis oculus.i.in- X
tentio iſta quæ vanam iocũditatẽ pręs-
ſtat:non niſi impedimentũ ad aditũ re
gni cęleſtis parat.Hanc ergo manum.i.
actionem,& pedem.i.motionem, & ocu
lum.i.intentionem,abſcindamus, erua
mus,& piiciamus a nobis.Melius enim
eſt vt cum ſola bona actione, motione,
intẽtiõe,intrem⁹ ad vitã:q̃ bona malis
cõmiſcẽtes,qſi duas manus,duos pedes
& duos oclos hñtes,ĩtrem⁹ in gehẽnã.

¶De paralytico demiſſo per tegu
las ante Ieſum. Cap.IX. Y

Venerunt ad Ieſum re- Mar.12.
ferentes paralyticũ: q Luce.15.
a quatuor ferebat.Pa-
ralytic⁹ iſte, ſignificat
aĩam a vitiis reſolutã
& ĩ mollitie carnis tor
pente. Quatuor ferẽtes,ſunt doctores:
qui talẽ aĩam ſurſum eleuãt & portãt:
dum illi doctrinã quatuor euangeliorꝝ
vel prædicationẽ quatuor principaliũ
virtutum amminiſtrant. Domus ĩ qua
Ieſus hoſpitabatur: tutelam & ſublimi
tatem ſacræ ſcripturæ deſignat.Turba
quæ paralyticũ introduci non ſinebat:
multitudinem inutiliũ cogitationũ fi
gurat,quæ animæ peccatrici aſpectum
dei negat. Sed tectũ nudatur:dũ ſubli-
mis & myſticus ſenſus ĩ ſcriptura ape-
ritur. Et paralyticus coram Ieſu intro
ducitur.Ibi deniq; vbi culpa ei remitti
tur,filius appellatur,tollere grabatum
& abire iubet̃: quia poſtq̃ homo ad co-
gnitionem dei vere redit,de⁹ illum ſa-
nat per gratiam ab om̃i quod deliquit:
& vocat per adoptionem filium : & iu-
bet tollere grabatum per carnis ſubie-
ctionem : & ire per bonam operationẽ.
Surge,inquit,tolle grabatum tuum: &
vade in domum tuã. Quaſi diceret:eri
gere a carnalibus deſideriis per pœnitẽ
tiam,dominare carni tuæ per continẽ-
tiam : & vade per bonam operationem
in domũ tuam:cõuerſationẽ.ſ.honeſtã.
Quinq; de cauſis affligunt̃ hoĩes mole Z
ſtiis carnis:aut ppter merita augẽda,vt
Iob:aut ad hũilitatẽ cõſeruãdã,vt Pau

lus ab angelo Sathanæ: aut ob peccata corrigenda vel intelligenda, vt Maria soror Moysi,& hic paralyticus, qui nõ nisi dimissis peccatis potuit curari:aut ad gloriam dei manifestãdam,sicut cæ-
Ioan.9. cus de quo dicit. neq; hic peccauit neq; parentes eius:sed vt manifestent opera
Ioan.ii. dei in illo.& Lazarus cuius infirmitas nõ fuit ad mortem : sed pro gloria dei: aut ad initium æternę damnationis,vt Herodes.

FINIS LIB.III.

SEQVItur Liber.IIII. De Allegoriis mysteriorũ euangelii secundũ Lucam : cui præmittitur sequens opusculum.

M.HVGOnis de Sancto Victore In Canticũ beatæ Mariæ semper virginis Prologus.

A MAximam hanc ĩ scripturis diuinis difficultatem ĩuenio: q; vbi magna quædã & sublimia nonnunq̃ requirere nos causa circunstans cogit:ibi nihil pręter solitum & qđ dictu nõ difficile sit, pretendere litera videat. Neq; eñ hoc ego tã laboriosum existimo,vt aĩus legentis ad ea quę noua & miranda proponuntur, q̃libet sint fortia & verborũ figuris obumbrata,cõprehendẽda prævaleat q̃ vt ea quæ modica & humilia primo ĩgressu reppererit, ad sublimem
B intelligentiam promoueat. Ecce eñ cãticum Mariæ,quod tam celebri & assidua,immo quotidiana recitatione sancta per orbem frequentat ecclesia , quis ignoret maxima spiritualis intelligentiæ mysteria continere? Vt enim pretermittamus,qđ vel solum ad eius authoritatem commendandam sufficere potuisset,videlicet non sine magna & valde rationabili causa consuetudinem ecclesiasticam hoc præ cæteris omnib⁹cãticis,quæ in sacra scriptura reperiunt, in tanta veneratione retentasse. Vt in quã hoc prętermittamus:quis dubitet beatam Mariam recens spiritus sancti in se superuenientis tanta plenitudine & gratia repletam non potuisse paruũ aliquid,& qđ supra terrenarũ mẽtium capacitatem non esset,in laudem saluatoris sui proferre? Constat ergo de tanta plenitudine eructantem,tantaq; deuotione nouum illud & humanis mentibus insolitum gaudium Iesu suo iubilantem,noua laude & singulari præconio nouam lætitiam in nouo aduentu æterni domini prędicasse.Et tamen ipsam eius cantici seriem textumq; percurrentes, quædam prima facie narrationis eo modo proposita inuenim⁹ vt amplius his nihil in eo quærendum videatur:cum tamen licet hæc ipsa & vera sint,tantis mysteriis tãtisq; sacramẽtis an forte sufficiant, dubitari possit. C
Vnde magis pertimesco in eius expositione ne vel aliena ĩducam aliqua , vel propria prætermittam:& sic vel negligentiæ vel temeritatis reatu astrictus pro gratia apđ vos offensæ periculum incurram,q̃uis ipsi poposceritis . Nonnulla eidem explanationi ex latere adiũxi:quæ si interserta fuerint,poterunt fortasse alicui minus apte conducta videri. Sed ego noui causam idoneã qua vos id postulare decuerit: meq; poscentium desiderio,quantũ possibilitas supperet obsecũdare non disconueniat.

Explicitus est Prologus.

SEQVItur explanatio Eiusdem.

D Lucæ.i.

MAgnificat anĩma mea dominum.

¶Si circunstantiam rei gestæ perpendere velimus:quãta cõsideratione verba ista digna sint luce clarius patescat. Sacra namq; interpretatio tunc commodius ad euidentiam elicitur,cum notũ fuerit vel p

quē relatio mystica allata sit, vel qua ipse relator causa ĩpulsus talia aut valuit narrare, aut voluit. Videamus ita ꝙ beata Maria quemadmodum ad hęc quæ proposita sunt dicenda accesserit. Legitur in euangelio Lucæ ꝙ angelus Gabriel a deo missus sit in ciuitatē Galileę Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomē virginis Maria: vt nouū in carnē filii dei aduentū prędicaret. Qui ingressus nouo salutationis obsequio virginem venerat̄ dicēs. Aue gratia plena dn̄s tecum. Benedicta tu ĩ mulieribus. Quę cū audisset Maria, nō sine grandi miraculo turbata est in sermone angeli: & cogitabat qualis eēt illa salutatio. Angelus vero talis salutationis tantæꝗ venerationis causam exponens cōfortabat virginē sacrā. i. dulcibus demulcebat alloquiis dicens. Ne timeas Maria. Inuenisti em̄ gratiā apđ dn̄m. Ecce concipies in vtero & paries filium & vocabis nomē ei⁹ Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabit̄: & dabitur illi sedes Dauid patris sui & regnabit in domo Iacob inæternum: & regni eius nō erit finis. Et Maria. Quo modo, inquit, fiet istud: qm̄ virum non cognosco? Cui statim angelus causam modūꝗ tam ineffabilis sacramenti exponēs. Sp̄us sanctus (ait) superueniet ĩ te & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoꝗ & quod nascet̄ ex te sanctum, vocabitur filius dei: & vt omnis credendi ambiguitas tolleretur, alio adiūcto miraculo mirabili, tn̄ dispari diuinę potestatis efficaciā manifestat dicens. Et ecce Helisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mēsis est sextus illi, quæ vocat̄ sterilis: quā nō erit impossibile apud deum oē verbū. Mox adhæc virgo fide & exultatione plena, cum magna gratulatione respondit dicēs. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Statim ergo adueniente spiritu sancto in virginē & omniū gratia virtutū sacrosanctum habitaculum in aduentu filii dei replente: dubium non est quin cælestiū gaudiorum & æternę dulcedinis mirā atꝗ inenarrabilem suauitatē virgo ipsa

[Lucæ. i.] [E] [F]

conceperit, quando illud æternum lumen cum toto maiestatis suæ fulgore ĩ eam descendit: & qđ nō capit mundus, totū se ĩtra viscera virginis collocauit. Tali ergo ac tāta diuinitatis p̄ntia plena, quid viderit aut quid senserit qs dicere pōt? Audacter p̄nūcio, ꝙ nec ipsa plene explicare potuit q̄đ cape potuit. In tantis ergo mirabilibus quō lingua humana tacere potuisset nisi idem ip̄e spiritus qui virginem repleuerat torrētem suę affluentię ĩpetū, suauissimo moderaret̄ amplexu? Clamauit eminus iā tūc sapiētia dei in illa beata anima. Spirit⁹ vbi vult spirat, & vocē eius audis sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Tu em̄ (inquit) ingrediētem in te spiritum sanctū subito accepisti: nec scientia tua aduētū eius p̄uenisti vt aut vēturū quęreres, aut veniētem diligeres, aut ingredienti aperires. Subito tibi illapsus est: gratis se obtulit: non quęsit⁹ venit: improuisus se ĩfundit. Infusionē percipis: sed ad fontem immēsitatis ei⁹ te non extendis. Et ideo nescis vnde veniat quia quantū tibi datum est sentire potes: sed ex quanto datum sit inuestigare nō potes. Si ergo præcedere nō potuisti venientem in te, ne præsumas anteire p̄cessurum per te: quia nescis quo vadat sicut ignoras vnde veniat. Serua secretum, custodi commissum, absconde creditum. Non est tuum nosse tempora vel momenta quę pater posuit in sua potestate. Ipse nouit quando & quibus vel quemadmodum magnificentiæ suæ arcana reuelet: tu tm̄ parata esto iubenti obtemperare, præcipienti officium exhibere. Tali ergo cōsideratione se temperans Maria prudēter interim tacere elegit, quousꝗ largitor muneris sua sapientia author fieri dignaretur reuelationis. Sed quia eodem spiritu sancto docente didicerat sicut sua per humilitatem tegere, sic alienis bonis per caritatem cōgaudere: surgit mox & cum affluentia tantę gratię ad inferioris properat epulatura cōuiuiū. Conscendit in montem Iudeę videre & congratulari Helisabeth: vt quod de ipsa audierat credula in ip̄a pręsens videret, & condigna exultatione exci-

[G] [Ioan. 3.] [Actu. i.] [H]

I peret. Sed quæ ad aliena bona prędicā- da iam deuota cucurrit, merito sua ab aliis prædicari audire debuit: vt ex eo quoq gloria eius cresceret q exaltatio ni alterius non inuideret. Vnde Helisa beth spū sancto repleta qualis ac quan ta esset q̄ ad se venerat agnouit: & quā tum se indignam eius visitatione iudi

Lucę.1. caret, aperuit dicens. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ec ce enim vt facta est vox salutatiōis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio ī- fans in vtero meo. Et beata quæ credi- disti quoniam perficientur in te quę di cta sunt tibi a domino. Tūc ait Maria.

Magnificat anima mea dominum.

K ¶Non ergo amplius potuit se contine re cum spū̄m, quē intra cordis sui secre ta tanta plenitudine redūdantē sentie bat, p alieni oris claustra cerneret eru- pisse. Tunc igitur ad manifestationem spūs aperuit os suum, & verbum bonū qđ conceperat eructans in laudem sal- uatoris exclamauit dicens. Magnificat anima mea dominum. Nemo igit̃ ver- ba ista leuiter æstimanda putet: Quæ enim de tam profunda conceptione p lata sunt sine profunda inuestigatione digne penetrari non possunt. Et vtinā contingat nobis eorum arcana quærē- tibus illo spiritu ducēte incedere quo repleta Maria verbum patris concipere & patrē verbi meruit verbo exultatio- nis magnificare. Ait ergo. Magnificat anima mea dominum.

Et exultauit spiritus meus in deo sa lutari meo.

L ¶Vere dilecta & vnica, & in illam cel- lam vinariā a rege spōso tuo introdu- cta, ab vbertate dom⁹ eius inebriata, & fonte vitæ (qui apud ipsum est) pota- ta memoriā abundantiæ suauitatis ei⁹ eructasti: & in iustitia ei⁹ exultasti. Vi- disti & gustasti: vidisti maiestatem, gu- stasti suauitatem. Ideoq qđ intus hau- seras foras propinasti. Magnificat ani- ma mea dominū. Videte quid ait. Ma- gnificat (inquit) anima mea. Et exulta uit spirit⁹ meus. Duo & duo, anima & spiritus, magnificat & exultauit. Ani- ma magnificat spiritus exultat: & ite- rū duo dn̄s & salutaris: verba duo, res vna: & tn̄ duo dn̄s & salutaris: dn̄s po- tētiam notat, salutaris misericordiam. Videamus itaq verborum distinctio- nem. Primum anima magnificat dn̄m: deinde spiritus exultat in salutari. Nō dixit anima exultat: nec dixit spiritus magnificat: sed anima (inquit) magnifi cat, & spiritus exultat. Nec ait magnifi cat salutarē & exultat in dn̄o: sed ma- gnificat dominū & exultat in salutari suo. Primum discernamus quare disti- cte posuit magnificat & exultat: vel q̄- re prius magnificat postea exultat. Ni hil em̄ ratione caret: quia omne qđ di- ctum est ab illa ītima summæ veritatis luce (cui mens virginis excellenter in hæserat) emanauit. Nec potuit aliud dicere quæ meditādo locuta nō est sed gustando: quā nō docuit per varia dis- currēs cogitatio, sed vni inhęrens fon- ti sapientiæ per contemplationem mē- tis deuotio. Magnificat anima mea do- minum (inquit) & exultauit spūs me⁹. M

Duo quippe sunt quę beati angelorum & hominū spūs in illo fonte boni ęter- na contemplatione hauriunt. Incomp- hensibilis videlicet maiestas dei, & inef fabilis bonitas: quorum alterum castū timorem generat, alterum dilectionem parit. Pro maiestate em̄ venerant̃ deū & pro bonitate amāt: ne vel dilectio si- ne reuerentia dissoluta sit, vel reueren tia sine dilectione pœnalis. Admirātes em̄ diligunt & diligentes admirantur: vt inextinguibiliter p admirationē ar- deat dilectio & suauiter ī dilectiōe fer- ueat admiratio. Propter hanc reueren tiā dictū est q columnæ cæli ante ipm contremiscunt: quia nimirū etiam vir tutes cęlorum tantam maiestatem sine N admiratione intueri non possunt. Tre- mor autem beatorum spirituum cōcus sio non est tranquillitatis, sed incessabi lis & viuifica intētio perpetuæ cōtem- plationis. Nam quia eum quem vidēt, perfecte nunq̄ comphendere sufficiūt, semper supra se conspiciūt: in quo qua- si per admirationem euigilant, ne eo q comprehendere nunq̄ valēt torpescāt. Quanto autem perspicacius intuētur, tanto ardentius amant: quia ipsum vi-

dere sapere est,& qđ videt̃ dulcedo est. Vera autem dulcedo quanto perfecti⁹ sentit̃ tãto desiderabilius appetit̃: quia si vere dulce est qđ percipit̃: & hoc dulcius esse necesse est si amplius percipiatur. O Ad hanc ergo contemplationis lucem mens Marię subleuata fuerat,quæ cælestis patrię dulcedinẽ in verbis suis tã mirabiliter expressit q̃ ineffabiliter comprehendit. Nam quum se dominũ magnificare perhibuit,venerandam illam reuerendamq; vniuersis æterni numinis maiestatem interna visione contueri se manifeste declarauit. Quũ vero se in suo salutari exultare asseruit: gustũ se internæ dulcedinis percepisse ostendit. Vñ vtrũq; professa est,& dñm videlicet & saluatorem:vt pro potestate qua omni creaturę suæ dñat̃ etiã iis a quibus non diligit̃ iure metuendum ostẽderet: Pro bonitate vero quia misericorditer quosdam saluat dignũ dilectione demonstraret. P Sane quia vniuersę vię dñi misericordia & veritas sũt:p fecta laus est dñm & saluatorem confiteri:cum veritas in dño,& in saluatore misericordia cõmẽdet̃. Veritas enim ad dñm pertinet:& ad saluatorẽ misericordia. Nam quia cuncta opera sua tãta & tam perfecta iustitia gubernat, vt id etiam qđ in eis præter iustitiã factũ inuenitur, inordinatum non reliquat: & quoniam factum perperam nec ei⁹ iudiciũ potest euadere,nec ęternę dispositionis legibus cõtraire in veritate seruat tenorem iustitię. Quia aũt quædã errantia gratuito ad vitam colligit & reparat ad saluationem in iudicio suo iustitiam moderatur per lenitatem misericordiæ. Propterea magnificam⁹ dominum,& in salutari exultam⁹:qa cuilibet reuerenda est iustitia dñi & exultanter obseruanda misericordia saluatoris. Q Ideoq; inquit Maria,Magnificat anima mea dominum: Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quare aĩa magnificat & spũs exultat? Idẽ fortasse alio verbo repetitũ est. Nã aĩa & spiritus in homine idem est:q̃uis aliud anima & aliud spiritus notet. Nam spiritus ad substantiam dicitur:anima ad viuificationem. Verũtamen quia occasio se obtulit:errorem quorundam hic cõmemorare non ab re puto. Nã sunt qui in vnoquoq; homine duas animas esse contendũt: vnam rationalẽ & vnã sensualem rationis expertem, quales sunt animæ brutorum animaliũ. Hanc autem opinionẽ rationib⁹ quibusdam & authoritatib⁹ firmare conant̃. R Aiũt enim animam rationalẽ nõ nisi in vulua formato corpori infundi: queadmodum legit̃ in primo hoĩe corpus prius formatum,ac deinde spiraculum vitæ inspiratum. Et Moyses ĩ lege dicit. Q; si quis percusserit mulierem p̃gnãtem & illa abortiuum fecerit: si formatum fuerit abortiuum,percussor animam p anima reddat:si autem formatum non fuerit,mulctetur pecunia. Exod.21. Quidam etiã sanctorum patrũ in suis tractatib⁹ hoc asseruisse inueniũtur. Et propterea cũ constet animã rationalem non nisi formato corpori dari,& iterũ materiã, sicut ipsum corpus, prius q̃ humanã formã accipiat moueri & crescere & ipso vitali motu qui ipsi inest ad hanc ipsã formam perduci,sine cõtradictione aliqua concedendum putant q; anteq̃ rationalem animam accipiat corpus humanum, animam habeat sensualẽ qua viuat & vegetetur & incremẽtũ formã q; percipiat: intantũ vt si concepto semini & formato rationalis aĩa nõ daretur cum illa aĩa quã a prima cõceptione habet irrationalem,in humana forma de hoĩe aĩal brutũ nasceretur nihil a cæteris irrationalibus distans, excepto q; de humano semine substantiam contraxisset. S Nam cum brutorum animalium semini hoc naturaliter ĩsit vt a semetipso tpe adueniente viuificationem accipiat:indignũ videt̃ hoc hũano semini, qđ in sua natura excellẽti⁹ esse constat,denegare. Post hęc omnia illud etiam in testimoniũ assertiõis adducũt q; in scripturis catholicis frequenter inuenim⁹,in vna persona geminato vocabulo animam & spiritum nominari: & in precibus ecclesiæ quotidie sine aliqua erroris suspicione cum fideliũ funeri obsequium reddimus animam & spiritum defuncti domino commendamus. Hac ergo ratione probare volunt

fun da menta ponentiũ in homine duas animas vnam rationalem alteram sensitivam & cum distinctam realiter a rationali

C

vnũquẽq; duas animas habere,alteram
qua viuit,alteram qua sapit:& vtrãq; ĩ
futuro in electis beatificãdã:alterã.i.ra
tionalẽ p visionẽ creatoris , alteram,id
est sensualẽ per ĩcorruptionẽ corporis.
Similiter ĩ reprobis vtrãq; cruciãdã: al
T terã per ignẽ,alterã p cõscientiã malã.
Decisio. ¶Sed fides catholica eiusmodi assertio
nẽ nõ recipit:sed vnã eãdẽq; aĩam eẽ ve
rissime testat̃ q̃ in hoĩe & corpori vitã
ꝓbet per sensum,& in semetipsa viuit p
intellectũ. Neq; si humano corpori ra
tionalis aĩa ante formationem non da
tur,licet moueat̃ & crescat priusq̃ for
mam humanam accipiat,idcirco neces
se est vt hoc p aĩam aliquam fieri dica
mus : cum manifeste videamꝰ virgulta
& hęrbas sine aĩa moueri & incremẽtũ
habere.Nisi forte ipsam vegetationẽ &
motum naturalẽ aĩam qs appellare ve
lit.Sed hęc vis licet scd̃m aliqd aĩa dici
possit,sensualis tñ & q̃ aĩal faciat, nul
lomodo dicẽda est.Ridiculũ eñ & prę
ter rationẽ oĩno est vt humanũ corpus
sine aĩa rationali bestiam nasci dicamꝰ,
& nõ potius nec viuere nec nasci si aĩa
rõnali viuificatum non fuerit. Nam il
lud qđ dicunt:indignũ esse vt semẽ hu
manũ secũdum naturalem conceptum
cęteroꝝ animaliũ seminibꝰ ad viuifica
tionem infirmius esse credat̃ & minus
efficax, q̃ nullius põderis sit manifestũ
est:cum videamus fere oĩa bruta aĩa
lia vigore sentiendi hoĩem ꝓcedere: im
mo ex hoc ipso veri similius probet̃ se
men non nisi ex aĩa rõnali viuificari &
V sensum percipere:quia profecto iustum
erat vt brutis aĩalibus quibus nihil dã
dum erat in intellectu,aliquid amplius
daret̃ in sensu:& ecõtrario,tãto maior
necessitas hoĩ indiceret̃ exercẽdę ratio
nis,quanto maiorẽ in sensibꝰ corporeis
defectum pateretur.Sed & illud ꝙ ĩ sa
cra scriptura aliquotiẽs circa vnã & eã
dem personam designandam spiritũ &
animã vocabula inuenimus:non ꝓpter
diuersas essentias significandas factum
est,sed propter eiusdem essentię diuer
sam proprietatem. Nam vnus & idem
spiritus ad seipsum spiritus dicitur:&
X ad corpus anima.Vnde & illi spiritus
qui primum conditi sunt, vt in sua pu
ritate persisterent neq; miscerẽtur cor
poribus spiritꝰ dici possunt, animæ nõ
possunt:quia naturam spiritualem ha
bent animationem corporalem non ha
bent.Brutorum autem animaliũ spiri
tus quia essentialiter corpus sunt & ex
tra viuificationem corpoream esse non
habent:magis proprie animę dicuntur
q̃ spiritus.Anima autem humana quia
& in corpore esse habet & extra corpꝰ:
proprie & anima voatur & spiritꝰ. Sed
anima dicitur inquantum est vita cor
poris:spiritus autem inquãtum est ra Y
tione prædita substãtia spiritualis.Pro
pterea in hac vita aĩa perditur vt spiri
tus saluus fiet:cũ hęc vita propter deũ
despicitur vt postmodum a deo ęterna
vita tribuatur. Sed quia id quod perdi
mus quantum ad essentiã idem ipm est
quod recipimus:propterea dñs in euã
gelio nequaq̃ nos animam perdere præ
cepit vt spiritum saluum reciperemus:
sed eandem ipsam animam hic perden
dam esse dixit,vt in futuro salua recipe
retur:Hoc profecto significans ꝙ quis
quis propter deum hãc vitam q̃ nunc
corporis viuificatione ex anima tẽpo
raliter mortalis constat,libenter despe
xerit,in futuro etiam eandem corporis
(non solum animæ)vitam æternam &
immortalẽ recipiet.Vnde & sancta ec
clesia quæ carnis resurrectionẽ fidelissi
me credit, non solum pro spiritibꝰ sed
etiam pro aĩabꝰ fidelium suorum orat:
hoc vtiq; petens vt in visitatione iusto
rum cum illa beatitudine quæ ex visio
ne dei mundis cordibꝰ erit,hoc etiam
ad gloriam vitæ æternæ immortale &
incorruptibile per resurrectionem car
nis recipiant qđ nunc per mortem car
nis corruptibile deponunt.Et hęc qui
dem de differentia animæ & spiritus,ꝓ
ter rem sed forte nõ præter vtilitatem
dixerimus.Nunc ad ordinẽ narratiõis Z
nostrę(vt cœpimus)recurramus. Quę
rimus ergo quid sibi velit talis distin
ctio verborum:vtrum ne aliquid nobis
innuat ꝙ non spiritum sed animã dñm
magnificare dicit, & spũm nõ animam
in salutari suo exultare testatur.Et for
te aliquis curiositati magis q̃ diligẽtię
ascribendum putet ita singula queq; p

scrutari & nec minima etiam sine propria cōsideratione preterire. Noui ego multa ad hūc modū ꝓpter affectus cōmouendos in scripturis vel p expſſionē dicta vel p inculcationem repetita. Qđ etiā in hoc factū similiter si quis dicat, nihil incōuenientis est. Sic em̄ dictum est. Aīa mea magnificat & spūs exultat: Quasi diceretur. Ego ex aīa mea & spū meo.i.ex toto corde & ex tota voluntate deū laudo: & de eius saluatione quā generi humano pparari nūc video totis pcordiis exulto.
A Nunc em̄ video de me assumi qđ credo ꝓ me debere offerri. Sed tn̄ vt saluatorē meū confitear:q etsi ad hunc hostiā carnis suæ nō obtulit,carnem tn̄ quā adueniente tempore in hostiam offerat iam assumpsit. Ergo & nunc saluator:& nō solū nūc, sed ab æterno saluator:qui iam per carnem assumptā ad saluādū aduenit:sed eā quā suotempore exhibebit saluationem ab æterno dare disposuit. Vel certe scđm verborū distinctionem,cōuenienter aīa magnificare deū dicit:& spūs in saluta
B ri suo exultare perhibet. Sępe nāq; ī scripturis per aīam affect⁹ quidam & teneritudo mētis designari solet: & idcirco dū se ex aīa magnificare asserit nequaq̄ timore seruili sed dilectiōis affectu deū se venerari ostendit. Et rursum cū spm suum ī salutari suo exultare perhibet: manifeste declarat nō esse saluationem hanc de qua caro gaudeat,sed ęternam potius,& in bonis inuisibilibus pparatā:de qua spūs exultat. Quia ergo beata illa aīa casti timoris suauitatē cōceperat:ideo non seruili formidine sed filiali dilectione dn̄m se magnificare dicebat. In aīa quippe (sicut dictum est) affectus & deuotio amantis exprimitur: quia nihil aliud est ex aīa laudare q̄ ex affectu venerari & reuereri ex dilectione. Sed qa rursum ęternæ saluatiōis ex
C illo pietatis fōte certitudinē hauserat: ideo spū in suo salutari exultabat. Nec tacite ptereūdū est ꝙ cū dn̄m nominaret,nihil addidit:cum vero saluatorem diceret non simpliciter saluatorem,sed suum saluatorem nominauit. Omnipotens enim deus potestate qua vniuersę creaturæ suę dominatur dominus oīm est:sed pietate qua quosdam tm̄ & non omnes ad vitam reparat,saluator non omnium est. Nā dominatio eius ad oēs ęqualiter respicit:bonitas vero quosdā tm̄ ad saluationem discernit. Et idcirco dominium ad nullum specialiter dicitur:de saluatiōe vero quæ ab ipso est electi tm̄ (quasi de proprio dono) merito singulariter gloriantur. Hoc est qđ ī sacra scriptura quorūdā specialiter deū se appellari voluit: quia qui cunctis vt essent tribuit, bonis tm̄ vt beati essent D
semetipsum in pmiū dedit. Ego sum (inquit) deus Abrahā,deus Isaac, deus Iacob:quia cum cæteri vt sint tm̄,habeāt a me, isti per gratiā electi vt beate sint qđ sunt a quo esse habent : hoc est memetipsum illis dedi : & ꝓpterea ipsorū deus appellari volo:quia ipsorū sū quē acceperunt vel receperunt per gratiam: quem non potuerunt per naturam,nec meruerūt per culpā. Nūc aūt possident me & ecce ego hæreditas illorum,sum deus illoꝝ & saluator deus Abraham, deus Isaac,deus Iacob. Merito igit̄ beata virgo quæ se singulariter electam videbat,quia singulariter gratiā acceperat, quasi priuilegio quodā electiōis diuinę cōfirmata fiducialiter ipm̄ quē ꝓ salute mūdi filiū cōceperat,suū etiā cū lętitia & exultatiōe saluatorē vocat. Exod.3.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

E ¶Hęc est causa exultatiōis: qa respexit humilitatē ancillę suę. Ac si dicat. Merito in ipso exulto, qa ab ipso est ꝙ exulto:& quia eius dona ꝓpter ipsum diligo,ideo in ipso exulto. Distingam⁹ hęc duo. Quidam neq; a deo exultant neq; in deo:nā qui in carnis voluptate exultant,aut qui scđm Salomonē Lętantur cū malefecerint,& q exultāt in reb⁹ pessimis:isti nec a deo nec in deo exultāt. Prou.2. Nam quia malū est vnde exultant: patet pfecto ꝙ a deo nō est vnde exultāt. Et quia rursum de malo ad malum exultāt & suū gaudiū in malignitate cōstituunt:ideo in deo minime exultant. Sunt alii qui acceptis donis gratię abutuntur,& ea quę propter salutem animæ data sunt ad carnis vsum & gloriā

seculi conuertunt. Accceptis dei donis
lętanť & gaudent se habere qđ deus cõ
tulit:non vt per hoc adiuuenť ad ipm
pertingere, sed vt alios in gratiæ per-
F ceptione monstrentur anteire. Isti etsi
habere a deo videantur vnde gaudent:
nequaq̃ tñ in deo gaudent:quia nec in
deo nec ꝓpter deum diligunt qđ a deo
perceperũt. Qui aũt gratia percepta ad
amorem dei idipsum cõuertunt qđ ab
ipso accipiũt:isti profecto & a deo & in
deo exultare probanť. Quapropter sol-
licite nobis considerandũ est, dũ mentẽ
nostram aliqua forte lętitia tangi senti
mus, ne idipsum qđ mẽtem per gaudiũ
subleuat, aut a malo oriatur, aut a bo-
no ortum ad malũ per intẽtionẽ animũ
impellat. Maria ergo vt suũ gaudiũ so-
lidũ esse demõstraret, illud neq; a vani
tate exortum, neq; ad vanitatem cõuer
sum ostendit:sed dei se dona in deũ di-
ligere & pro respectu gratiæ qua pręuẽ
ta erat, in suo se salutari exultare perhi
buit dicens. Exultauit spũs meus ĩ deo
salutari meo: quia respexit humilitatẽ
G ancillæ suæ. Sane respectus dei in sacra
scriptura tribus modis accipi solet:vi-
delicet secundum cognitionem, secun-
dũ gratiam, scđm iudiciũ. De respectu
Hebr.4. cognitiõis diuinæ dicit apostolus. Oĩa
nuda & aperta sunt oculis eius. Ergo p
cognitionem deus omnia respicit: sed
per gratiam non omnes respicit. Nam
Psal.33. de respectu gratiæ dictum est. Oculi do
mini super iustos:& aures eius in pre-
ces eorum. Quem videlicet respectum
illi non merentur quibus in fine dice-
Matt.25. tur. Nescio vos. De respectu iudicii di-
Prou.15. ctum est. Oculi dñi contemplantur bo
Prou.5. nos & malos. Et iterum. †Oculi eiꝰ su
†Respicit dñs oẽm. per oẽm viã filioꝝ hominis:& oẽs gres-
sus eoꝝ considerat. Non sunt tenebræ
& non est vmbra mortis vt ibi abscon-
H dantur qui operanť iniquitatem. Ergo
videre deo p cognitionem est nihil eo-
rum quę sunt ignorare. Videre per gra
tiam, dona misericordię impendere. Vi
dere per iudiciũ, vnũquẽq; secũdũ ope-
ra sua vel ad pœnã vel ad gloriã desti-
I nare. Sed qa de respectu gratiæ ĩ hoc lo
co agiť, diligentius adhuc qualiter per
gratiã deꝰ hoiem respiciat cõsideremꝰ.

tri plici est inspectio oculorum dei cognitionis s. et gratie et iudicii

Nã ipm vocabulũ respectꝰ quãdã expſ-
sionẽ notat vt plus aliquid esse videať
respicere q̃ videre. Quasi em̃ respicere Respicere.
est prius abiectos & derelictos visitare.
Nam quasi auerti ab hoĩe tũc deus dr,
cum per districtionẽ iudicii gratiæ suæ
dona subtrahit. Cum vero placatus per
mĩam subtracta restituit:rursũ p respe-
K ctum gratiæ ad eũ se conuertit. Bñ er-
go Maria solam ĩ se humilitatem dñm
respexisse testatur:quia diuinitatis ꝓ-
pitiationem quã humana natura ĩ pri
mis parẽtibus per superbiam perdidit,
in Maria per humilitatem recuperauit.
Nam quia in ea verbum patris carnis
substantiam, quã sibi veniret assumpsit
quasi ad eam quam prius abiecerat na
turam sublimãdam per misericordiam
respexit. Respexit ergo humilitatẽ Ma-
riæ deus:cui propter humilitatis meri
tum dedit vt filium suum in carne sua
cõciperet & de sua carne verum deum
& hominem omnium hominum (quan
tum in ipso est) saluatorem generaret.
L Cuius humilitatis virtutẽ mox deter-
minans subiungit ancillæ suæ. Nam qa
humiliter se quod erat ancillam cogno
uit ideo quod non erat sublimiter ma-
ter esse meruit. Sed quia in eo φ se an-
cillam nominauit virtutem humilita-
tis exprimi diximus, vt appareat quali
ter hoc dictum humilitatem cõmẽdet,
Seruitutis modi. seruitutis genera distinguere debemꝰ.
Seruitus em̃ quatuor modis variať se-
cundum conditionem, secũdum neces-
sitatem, secundũ timorem, secũdũ dile-
ctionẽ. Secũdũ cõditionem oĩa diuinæ
seruituti debent esse obnoxia: qa opus
factori suo hoc ex cõditione sui debet
vt eius dispositionibus obtẽperet & in-
stituta sequatur:vt sicut ab ipo factum
M est ita non nisi sub ipso & secundũ ipm
incedat. Secũdum necessitatem autem
deo seruire dicuntur prauæ volunta-
tes quę cum eius iussionibus contraire
nitantur, per ineffabilem tamen eiꝰ dis
positionem arctantur, vt nihil sine ipsi-
us nutu ad effectum perducere queãt.
Seruiunt nolẽtes eius dispositioni, qui
volentes subiecti non sunt ipsius pręce
ptioni. Sequitur tertia seruitus quę fit
timore:quando diuina præcepta nõ ex

dilectione implemus sed ex formidine. Quarta aũt seruitus est qñ voluntarie iussionibus illius obtemperam⁹:qa ipm qui iubet diligimus,nec aliud ĩ nr̃a ser uitute extra ipsum cõmodum q̃rim⁹ q̃ vt scdm eũ ambulantes ad ipsum ptin gere valeam⁹.Hoc est em̃ propter ipm facere qd ipse iubet:propter ipsum adi piscẽdũ facere qd iubet. Sed ex his qua tuor seruitutib⁹ illa mihi pcipue ĩ hoc loco cõmendari videt̃ q̃ est scdm condi tionẽ.Hãc siquidẽ parẽtes nr̃i in paradiso conditori exhibere noluerunt: qñ in superbiam elati despexerunt esse sub illo a quo fuerant conditi, & voluerũt peruerse cũ illo esse in maiestate consimiles,qui non erãt in natura æquales. Conuenienter ergo gratia culpę respõ det. Eua per superbiam,creaturã dei se esse & opus dei,non cõsiderans ideo pa rificari voluit : Maria autẽ suo factori humiliter se subdẽs,ancillã se nominauit:& idcirco illa abiecta, & ista electa est.Superbã despexit & humilem respexit:& qd superba perdidit humilis rece pit.Ideo ait,Respexit humilitatẽ ancillę suę.Respexit humilitatẽ,respexit humiliationẽ.Humilitatẽ respexit humilẽ remunerans:humiliationem respexit humiliatam exaltans.Duo sunt humilitas & humiliatio:humilitas est intus in virtute mentis: humiliatio foris est in abiectione hũanę opinionis.Sed serui dei aliqñ cũ humilitate etiã humiliationem habẽt.Aliqñ humilitatẽ hñt humiliationem non habẽt.Nunq̃ vero humiliationẽ sine humilitate hñt.Humilitatẽ cũ humiliatione habẽt q & co rã deo hũiles sunt,& corã hoĩb⁹ despicabiles.Humilitatẽ sine hũiliatione ha bẽt q licet corã hoĩbus foris despicabiles non appareãt intus tñ humilitatis meritũ corã deo inuiolatũ cõseruant. Illis mũd⁹ crucifix⁹ est & ipsi mũdo:qa p humilitatẽ mũdũ cõtẽnũt,& p humiliationẽ a mũdo cõtemnunt̃. Istis vero mũd⁹ qdẽ crucifixus nõ est:ipsi tñ mũdo sũt crucifixi:qa gloriã hũanã quam foris non quęsitam accipiũt,int⁹ p virtutẽ humilitatis oblatam contemnũt. Ergo Maria q̃ apd deũ humilis erat, & apud hoĩes pp̃ter deũ abiecta,in vtroq̃

humilitas nomen est virtutis humiliatio nomen exterioris apparentie ab illa q rodentis

se a deo respectam esse testat̃:qa & ei⁹ hu militas apd deum acceptabilis facta est, & eius hũiliatio apud hoĩes in gloriã cõmutata. Vnde sequitur.

Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

¶Vsq̃ ad illud nãq̃ apud hoĩes opprobrium sterilitatis portauerat:qa ĩtegri tatem virginitatis thoro maritali pręponebat.Sed vnde in priori generatione carnali quasi maledictionis sentẽtiã sustinuit:inde nũc ab omni generatione merita benedictiõe collaudatur: cui hoc inter oẽs fœminas soli concessũ est vt & fructũ fœcunditatis haberet & in tegritatem virginitatis nõ amitteret. Respexit enim deus humilitatem eius, & abstulit humiliationem eius:& ideo (inquit) ex hoc beatã me dicẽt omnes generationes. Om̃es generationes quæ amissam beatitudinem per fructũ vteri mei recuperabunt,qua per fructũ vetiti ligni priuatæ sunt.Oẽs beatã me dicẽt vt parũ iam sit in pręterita generatione sustinuisse sterilitatis opprobrium, quę ab omni generatione futura p̄ fru ctu fœcũditatis meę beata vocabor. Ex hoc inquit. Ac si diceret Helisabeth.Ex quo per os tuum sua magnalia, quæ in me operatus est: aperuit ex hoc eadẽ in omnes generationes manifestando magnificabit.

Quia fecit mihi magna q potẽs est: & sanctum nomen eius.

¶Magnum fuit vt virgo sine virili semine filium conciperet. Magnum fuit vt dei patris verbum carne sua indutũ vtero gestaret. Magnũ fuit vt dũ se an cillam confessa est,mater fieret sui plasmatoris. Sed hæc omnia si magna sunt impossibilia tamen nõ sunt ei a quo facta sunt,quia potẽs est.Et ideo fecit mihi magna quia potens est,& singulariter magna quia singulariter potẽs. Pro pterea non ait,hoc vel hoc põt:sed potens(inquit) est.vt omnipotentem intelligas qui absolute potens dicit̃,quia omnia potest. Potentem ergo confessa est,nec amplius dixit:quia credi potest eius potentia,qa est:sed quanta sit, aut qualis comprehendi nõ potest. Idcirco

Magna ĩ Maria facta.

solum confessa est,potentiam discutere
non p̄sumpsit quia sciri nō pōt quanta
est:de qua verissime scitur quia īmensa
T est.Eāt ergo nūc & de suo sensu glorię̄
tur qui opera diuina ratione se putant
discutere,& eius potentiam sub mensu
ra coarctare.Cū em̄ dicunt hucusq̄ po
test & non amplius:quid hoc est aliud
q̄ eius potentiam(quæ infinita est)cō-
cludere & restringere ad mēsurā! Aiūt
enim,Non potest de⁹ aliud facere q̄ fa-
cit:nec melius facere q̄ fecit.Si em̄ aliđ
potest facere q̄ facit:potest facere quod
non præuidit:& si potest facere qđ non
præuidit,potest sine prouidētia opera-
ri deus,quia omne qđ p̄uidit se facturū
facit,nec facit aliquid qđ nō præuidit.
V Si ergo nō potest prouidentia eius aut
mutari vt aliud fiat q̄ præuisū est: aut
cassari vt hoc nō fiat qđ præuisum est:
necesse est totū fieri qđ prçuisum est,&
nihil fieri qđ p̄uisum nō est. Porro qc-
quid est præuisum,esse constat:ei quic-
quid p̄uisum est fieri dubiū nō est. Q-
si præter prouidentiam fieri aliquid ī-
possibile est(omne aūt qđ prouisum est
esse fieri necesse est)aliđ fieri q̄ fit nul-
la ratione potest.Amplius.Quicqd fa-
cit deus si melius pōt facere q̄ facit in
hoc ipso nō benefacit,ꝙ optime qdē nō
facit qđ facit:melius em̄ faceret si qđ fa
cit meli⁹ faceret.Facere quippe & nolle
melius facere:etiam bonū facientis ma
lū est facere.Sed hęc pia mens in deum
dici nō sustinet.Et ob hoc ꝓximum vi-
det & cōsequēs ꝙ melius facere nō po-
test q̄ facit:qa sic facit vt nō faciat ma-
X le ī eo qđ sic facit.¶Eiusmodi causis at
ꝙ rōnib⁹ quidā inducunt vt dicāt deū
suorꝫ operū mensura ac lege ita astrictū
atq̄ alligatū vt præter q̄ facit nec aliđ
quicq̄ facere possit nec meli⁹.Ac p hoc
plane infinitam illam atq̄ immensā di
uinitatis potentiā sub termino ac men
sura alligare cōuincunt,qui vsq̄ ad ali
quid qđ vere finem ipsum habet eā ex-
tendunt,& vltra negāt procedere.Cer
tum est em̄ ꝙ omne qđ factū est in nu-
mero & pondere & mēsura,legitimum
terminū & finē suū habet: & idcirco si
ad operis mēsurā creatoris potētia mo
dumq̄ cōponitur,ipsa ꝓculdubio & fi-

ꝙ deus neq̄ plura q̄ facit neq̄ melius ea facere possit q̄ facit mo tiva

ne & mensura terminari declarat.Qua Y
propter ne vel his quę videntur ratio-
nes, sine causa assensum negare videa-
mur,vel hominū creduli sine considera
tione falsum pro vero recipere:oportet
pro cōpendio p̄senti breuiter ad ea quę
dicta sunt respōdere. Primum cōsiderā
dum est vtrū de⁹ vlla ratione neq̄ mu-
tata neq̄ cassata sua prouidētia aliđ fa
cere possit q̄ facit. Constat em̄ ꝙ oē qđ
fit ab æterno p̄uisum est futurum esse:
quia ab æterno futurū est qđ ipsum tn̄
ab ę terno non est:& dicimus ꝙ possibi-
le est nō fieri qđ futurū est.Et si nō fie-
ret qđ fiet,& non fieri possibile est:nūq̄
futurū fuisset nec p̄uisum. Qđ qa fiet,
& futurū semp est & p̄uisum est.Nulla
ergo mutatio hic aut cassatio ꝓuidētię Z Obiectio
apparet:qa sicut p̄uisum est & fiet sic si
p̄uisū non esset nō fieret.Sed iā inqunt
p̄uisum est.Bn̄ p̄uisum est qa futurū ē:
& dicūt.Sed ꝓuidentia nec mutari po-
test nec cassari:euētus aūt impediri pōt
vt nō fiat qđ futurū est:si aūt impedire
tur euētus rei(qđ fieri pōt)mutaretur A
vel cassaret̄ ꝓuidētia,qđ fieri oīno non Rn̄sio.
pōt.Sed nos ad hæc respōdem⁹, quia si
mutaret̄ euētus(qđ fieri pōt)nec mu-
taret̄ nec cassaret̄ ꝓuidentia qa hoc oī-
no fieri nō pōt. Sed poti⁹ nunq̄ fuisset
p̄uisum qđ nunq̄ fuerat futurū: & con
staret ꝓuidētia in eo vt nō fieret sicut
modo ī eo cōsistit vt fieret:nō mutata,
vt post aliā alia eēt sed vt nunq̄ alia es
set.Ergo de⁹aliud pōt facere q̄ fecit:sic
tn̄ vt ipse aliud faciēdo ali⁹ non fit:sed
siue idē siue aliud faciat ipse tn̄ semper B
idē sit.Nūc illud restat vt discutiamus
vtrū ne meli⁹aliqd facere possit q̄ facit
deus.Hic illi nostri scrutatores q defe-
cerunt scrutātes scrutationes nouū ali
quid & vere nouū nec tā verū q̄ nouū
afferre se dicūt. Et dicunt singulas qui
dē creaturas p se cōsideratas a perfectō
minus habere:vniuersitatē aūt rerū o-
mniū in tāta cōsummatione boni exp̄s
sam,vt non possit esse melior q̄ est. Vbi
mihi primum responderi expostulo cū
dicunt vniuersitatē rerū omniū nō pos
se meliorem esse q̄ est: qualiter id acci-
piendū sit qđ dicunt meliorē eā esse nō
posse:Siue ideo nō pōt esse melior quia

bona ratio ꝙ totalis machina mundi pot fieri melior q̄ sit quam sit

summe bona est ita vt nulla omino boni perfectio ei desit: siue ideo nō potest esse melior qa mai⁹ bonū qđ ei deest ca-C pere ipsa nō potest. Sed si ita summe bona est vt nulla ei bona perfectio desit: iā opus suo plane creatori ęquatur & vel extra metam extendit, qđ infra est: vel intra immensitatē coarctatur qđ summū est: qđ vtrūq; pari incōuenientia īpossibile est. Si vero ideo nō potest melior esse quia bonū amplius qđ ei deest capere ipsa nō pōt: iam hoc ipm nō posse defectionis est nō cōsummationis: & pōt melior esse si fiat capax maioris boni, qa & hoc ipse q fecit pōt. Ergo in se nō pōt, in deo pōt: qa ipsa non pōt sed deus potest: & quātū ipse pōt dici non potest, ergo ipse melior esse nō pōt: sed omne qđ fecit melius esse pōt, si tamen ipse voluerit q pōt. Et ipse qđ fecit melius esse pōt: non tamen corrigens malefactum sed benefactū pmouēs in melius, non vt ipse quātū ad se melius faciat: sed vt qđ fecit (ipso idētidem operante & in eodem perseuerāte) melius D fiat. Ergo summe potens est qui potest omne qđ possibile est: nec ideo min⁹ potest quia impossibilia non potest, quia impossibilia posse nō esset posse: sed nō posse. Propterea inquit Maria. Quia fecit mihi magna qui potēs est & sanctū nomen eius. Non ait per me, aut in me fecit magna: sed mihi (īquit) fecit. Qđ enim ī ea ad omniū salutē factū est: hoc priuilegio electionis ad eius gloriā singulariter ē ordinatū. Et ideo dicit magna, nec addidit qualia: quia cū omnia dei opera hūani sensus capacitatē exuperent. præcipue sactamentum redemptionis verbi mysteriū super omnia ineffabile esse constat. Nihil em vnq̄ magis mirum factum est: q̄ vt deus homo fieret: & natura incōprehensibilis corporis substantiā ita sibi vniret, vt nec minus in ea esset, quia in se erat immē-E sa: nec minor ī se existeret qa in illa fuerat tota. Hæc ergo sunt magna & ineffabiliter magna, q̄ in Maria facta sūt ad omniū salutē, & Marię facta sūt ad gloriam singularē. Propterea ait. Quia fecit mihi magna qui potēs est & sanctū nomen eius. Sanctū est in se: & in nobis sanctificatur nomen eius dum nos san- F ctificamur in nomine eius. Quid est nomen eius? fama eius. Nomē eius: cognitio eius. Fides eius: nomē eius. Hoc nomen cum sanctis sanctum est, quia glorificatur a sanctis & benedicitur: a peruersis blasphematur. Et nomen dei per vos blasphematur in gētibus. Ergo qa magna fecit sanctificatū est nomē eius: quia dum verbum in carne mirabiliter nascitur, gloria dei per verbū in hominibus declaratur. Pater (inquit) manifestaui nomē tuum hominibus: & ego te clarificaui sup terrā. Et iō fecit magna qui potens est: & sanctū nomen ei⁹.

Nomen dei. Roma. 2 Ioan. 17.

Et misericordia eius in progenies & progenies timentibus eum.

G Mihi inquit fecit, non tamen soli singulariter, sed vni excellenter. Verūtamen mīa eius in pgenies & pgenies timentibus eū. Nemo a gr̄a excludit: sed in omni gente qui timet deū & operat iustitiam accept⁹ est illi. In pgenies & pgenies: hoc est in oēs pgenies. In hac gratia nihil discernit hoīem nisi timor dei. Grec⁹ sit, barbarus sit, scitha sit: masculus sit, fœmina sit, liber sit, seruus sit: timorem dei habeat & saluus erit. Misericordia eius in progenies & proge-H nies timētib⁹ eū. Et hic rursum p̄terire nō debemus q̄ de timore dicenda sunt. Quatuor timores sacra scriptura discernit: seruilē, mūdanū, initialem, filialem. Seruilis timor ē p euitāda pœna abstinere a malo, retenta volūtate mala. Mūdanus timor est p euitāda pœna abstinere a bono retenta volūtate bona. Initialis timor est pro euitāda pœna cum peruerso opere etiam prauas cogitationes resecare. Filialis timor est bono firmiter adhærere, quia illud amittere no-I lis. Ex his quatuor timoribus duo mali sunt, id est seruilis & mundanus: duo vero boni, id est initialis & filialis. Seruilis timor pœnam quæ ab hominibus infertur metuit, & idcirco ei sufficit cessare a malo opere: quia ad oculum famulatur & reatum conscientiæ nō metuit, hominibus placere volens. Mundanus vero timor hominibus placere non quęrens tamen displicere metuēs,

Timores quatuor.

& ipse fingit qđ non est: tam mēdax in neganda veritate q̄ fallax alter in falsitate tegenda, & vterq; in veritate offēdit. Alter quia timide negat qđ est: alter quia peruerse simulat quod non est. Initialis vero timor quia eam quā de⁹ comminatur pœnam declinare satagit nequaq̄ sibi sufficere videt vt ab illicita se operatione contineat: quia ei qui cor intuetur non est satis ad probationem si innocens fuerit actio, nisi etiam ipsa cordis cogitatio ante eius oculos
L sincera atq; impolluta appareat. Quia ergo illi displicere metuit qui videt totum, ad perfectam innocentiam coram eo necesse esse consideret vt mūdet totum: & ideo iste timor initialis dicitur quia sub hoc per bonam volūtatem & virtus initium capit & vitiū finē. Nec dum tamen perfectio est: quia dū aliud agitur & aliud intēditur ipsum adhuc propter se bonum non amatur. Tum accedit caritas, & intrat per timorem istum: qui dum monstrat qđ fugere debeamus periculum, quodammodo appetere & desiderare facit præsidium. Cōuertit ergo cor ad deum vt quodāmodo de ipso fugiat ad ipsum: hoc est dū cauens habere iratum studet habere p
M pitium. Hunc sequitur timor filialis q ex succedente caritate nascitur: vt ipm timere nihil aliud sit q̄ degustatum in caritate bonum iam nolle amittere. Et hic quidem timor aliquid pœnæ adiūctum habet, dum in ĩcerto ambulam⁹: & potest in vtraq; adhuc partem declinare status vitę mutabilis. Sed cū mutabilitas nulla erit tunc nulla ex incerto suspicionis pœna ĩerit: & tūc timor quodāmodo sine timore erit, vbi & de stabilitate certi erimus: & tamen reuerentiam creatori exhibere non desistemus. Ergo misericordia eius in proge-
N nies & progenies timentibus eum. Nec solū timētibus pfecta caritate: sed etiā timere incipientibus & per inchoātem sapientiā se conuertētib⁹, misericordia eius in pgenies & pgenies timentibus eū. Et incipit deinde mīam istam q̄ deū timētibus pstat, latius explicare, & ipm redemptionis humanæ ordinē modūq; manifesta narratione cōtexere dicens.

Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

¶Hęc est illa mīa quā se timētib⁹ exhibuit deus: qa verbū suū p assumptā carnē in hunc mūdū misit: vt p ipm aerias potestates potēti virtute debellaret, & genus humanū ab earū potestate redimeret. Ipsi enim superbi sunt: quos dispersit eiiciens eos foras a cordib⁹ hominū, atq; spolia eoꝝ diripiens. Nam qua prius in hominibus principabātur virtutem dissipauit. Fecit (ĩquit) potētiā in brachio suo: quia per humilitatem filii sui diabolū vicit, ideo fecit potentiā in brachio suo. Brachiū eius, filius ei⁹ est. Potentiā in brachio fecit: qa p id qđ factū est ĩ ipso, redemptū est qđ factum est ab ipso. Fecit potētiā, fecit ĩfirmitatē, & ipsa infirmitas potētia fuit: quia per illā victus est diabolus, & hō de ei⁹ potestate ereptus. Fecit potentiā ĩ brachio suo: dispersit supbos mēte cordis sui. Quid est mēte cordis sui? Mēte cordis sui dispersit eos, pfundo cōsilio suo dispersit eos. Profundū erat consiliū vt p hoīe deus homo fieret: & paterec innocēs, vt redimeret nocēs: & in his oībus pfundū erat cōsiliū: nec poterat illis diabolus præuidere. Sed captus est hamo Leuiathan: & prudentia dei percussit superbum. Mysterii (inquit apostolus) ęternis tēporibus taciti soli deo cogniti qđ nemo principū huius seculi agnouit: qa Si cognouissent nunq̄ dominū glorię crucifixissent. Hoc est mēte cordis sui: hoc ĩ corde suo de⁹ voluebat, immo nō voluebat sed habebat, & diabolus nesciebat. Stulti prĩcipes Thaneos, sapientes consiliarii Pharaoni dederūt consiliū insipiens: Vbi sunt nunc sapiētes tui? annuncient tibi & indicēt quid cogitauerit dñs exercituū sup ægyptum. Stulti facti sunt prĩcipes Thaneos, emarcuerunt principes Mēpheos: deceperunt Ægyptum angulū populorū eius. Dñs miscuit in medio ei⁹ spūm vertiginis. Et ibi dispersit supbos mēte cordis sui: & fecit potētiam in brachio suo. Quia p incarnationē filii sui & potēter dęmones deuicit, & prudēter supplantauit. Fecit potētiā in brachio suo

Marginalia (right): O; P; Q; Ro. 16.; 1. Cori. 9.; Esa. 19.; Ibidem.; R

& dispsit supbos mēte cordis sui. Possumus etiam non inconuenienter superbos iudæos intelligere, qui gloriabantur se esse de genere Abraham : & in sua iustitia præsumebant: & propterea iustitiæ dei non erant subiecti. Istos ergo superbos facta potentia in brachio suo dispersit deus mente cordis sui: qa per filium suū in carne venientem ex operibus legis neminē iustificari posse docuit: sed per fidem quę ex deo est. Iudęos aūt qui opera legis contra dei iustitiam defendere conati sunt, & humilē Christi aduentum superbe contēpserunt, a gratia sua in qua stare videbantur, abiecit: & gentes peccata sua humiliter confitentes, deiq; iustitiam præferentes assumpsit. Vnde conuenienter adiungitur.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

S Potentes enim de sede deposuit, qa iudęos qui filii regni videbant̃, abiecit: & humiles, scilicet homines gentiles exaltauit: qa gentes quæ abiectæ erant, per humilem confessionem in consortium regni atq; in filiorū adoptionē assumpsit. Vel secundū superiorē expositionem, potentes de sede deposuit: qa malignos spirit⁹ a cordibus hoīm eiecit: & hūiles exaltauit, ipsos videlicet homines quos prius ꝓpter superbiā abiecerat, humiliatos reparauit. Ergo fecit potentiā in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui: deposuit potētes de sede & exaltauit hūiles. Sed video adhuc aliqd esse qđ adiicere possimus his quæ de superborū dispersione

T dicta sunt. Nam qđ ait, Mēte cordis sui si secundū priorem sententiā exponamus, liquet ꝙ alto & inuestigabili consilio dei factū est: vt Iudæi q primū electi fuerūt postmodū reprobarentur: & gentiles qui prius erāt reprobi, postea assumerent̃. Hoc itaq; profundo & inscrutabili cōsilio factum est, vt oīa sub peccato concluderet deus vti oīm misereret̃. Et ideo apostolus in consideratione huius profunditatis obstupescēs exclamauit. O altitudo diuitiarū sapiētię & sciētiæ dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ ei⁹! Hoc ergo cōsiderare possum⁹ in eo qđ dictum est, Mente cordis sui. Et si aliam adhuc expositionem accōmodare velimus erit non contemnēda sententia. Mens etem̄ cordis dei est viuax illa & pmanēs dispositio internę occultęq; pdestinationis. Ipse est liber vitæ ī quo scripta sunt nomina eorū qui salui fiunt & scripti in vita in Hierusalē. Idē ergo mens est qđ liber: & quasi in libro permansurū scribit̃ qđ in mente p memoriam retentū non deletur. Qđ itaq; in hoc loco dictū est: Dispersit supbos mēte cordis sui: hoc idē psalmista aliis verbis expressit dicens. Deleant̃ de libro viuentiū. Sed quia pręscientia prædestinationis diuinę nō mutat̃: & inde deleri vel dispergi non est ibi esse desinere, sed nunq̄ fuisse, recte adiunxit dicens. Et cum iustis non scribent̃. Sciendū est ꝙ tribus modis in libro vitæ aliqs scribi phibetur: secundū præsciētiā, secundū causam, & secūdū operationē. Secūdū pręsciētiā scripti sunt in libro vitę q prędestinati sunt ad vitam, q nō delentur vnq̄: quia ex his qui præuisi sunt ad salutem nemo perire finitur. Licet ad tēpus quasi periturus a via veritatis errare permittatur. Secūdum causam scripti sunt in libro vitę q ad tempus in iustitia ambulant: & tales aliqn̄ sunt qui digni saluatione existerent, si tales vsq; in finem permanerent. Isti autem delentur cum iustitiam cœptā deserunt, & a via veritatis p quā incedere cœperant ad errores declinando recedunt. Secūdū operationē aut potius secundū humanā existimationem scripti dicunt̃ in libro vitę quorū opera secundū humanū iudiciū talia apparent propter quę digni videant̃ scribi in libro vitę: qui rursum cum ea quę agere bona videbant̃ deserūt, quasi a libro vitæ deleri iudicantur. Qui ergo sic a libro vitę delentur vt rursum in eo non mereantur ascribi, etsi ad tempus, vel secundū causam iustitię, vel secundum iudiciū existimationis humanę scripti visi sunt: nunq̄ tamen secundū præsciētiam fuerūt. Quia ergo creatura rationalis in angelis & hoīb⁹ ad titulū cęle

Rom. xi

Ibidem.

V

Psal. 68.

X

Liber vitę & ī eo scribēdi.

triplex modus predestinationis l. scribendi in libro vite

Y

ſtis patrię & hęreditatis ſupnę in libro vitę p conditionē aſcripta fuerat:ſed p elationē qua ſe ī vtraqȝ ſuo cōditori p uerſę cōparare voluit,abiecta eſt,& honore ſuo priuata:iā tūc qdē a mēte cordis ſui ſupbos diſpſit, qñ eos q circa ſe tumuerūt ab interna ſtabilitate ꝓiiciens, foris p deſideria terrena fluctuare pmiſit.Diſpſit ſupbos mēte cordis ſui: Depoſuit potētes de ſede & exaltauit humiles.Prius angelum de cælo,& hominē de paradiſo ſupbiētē proiecit: & poſtea hominē p pœnitentiā humiliatū ad priſtinā gloriā reparauit. Sed & quotidie ſupbos quoſqȝ ſubtrahēdo gratiā ſuā deponit & humiliat: & poſtea eoſdē humiliatos gratiā priorem reſtaurās exaltat.De quo etiam illud eſt quod ſequitur.

Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.

X Eſuriētes vocat eos q ſe vero bono īdigere cognoſcunt:diuites intelligi vult eos q ſupbi ſunt & elati, & ſe prę aliis ī donis gratiarū abūdare exiſtimāt. Ergo ſicut hūiles modica de ſe ſentiēdo, maiorē gratiā merenť accipere: ita ſuperbi & elati de ſe pręſumendo, etiā ea quę acceperunt,amittunt.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum:

Y Suſcepit ſicut medicus ęgrū,Iſrael puerū ſuū,populū videlicet ſuū:Iſrael puerū.i.humilē & innoſcētē ſuſcepit: vt ſanaret infirmū,vt redimeret captiuum, vt iuſtificaret impiū,vt ſaluaret iuſtū. Suſcepit Iſrael quem nō inuenit Iſrael ſed vt faceret Iſrael, Suſcepit Iſrael puerum ſuum.

Recordatus miſericordiæ ſuæ.

Quā olim promiſerat: ſed diu diſtulerat tandem exhibebat.

Sicut locutꝰ eſt pr̄ibus nr̄is,Abrahā & ſemini eius in ſecula.

Z Miſericors in ꝓmittēdo, verax in exhibendo:quia ſine debito promiſit:& ſine dolo exhibuit. Sicut locutꝰ eſt patribꝰ noſtris Abraam & ſemini eiꝰ in ſecula.

Explicitꝰ eſt cōmētariꝰ Magiſtri Hugonis de San. Victore ſup Magnificat. Nunc ad Allegorias Euangelii b.Lucę accedimus.

¶De viro & muliere curatis. Cap.II. A Lucę.4.

Egimꝰ in euāgelio ꝙ dominus ſpiritū immūdū expulit de viro:& continuo fœminā a febribꝰ,ſocrū ſcilicet Petri curauit. Moraliter virū a dæmonio liberatū,animū ab immūda cogitatione purgatum intelligimus: fœminam vero a febribus conſequenter curatam carnē a concupiſcentiæ feruore per continentię præcepta frenatam. Et mulier ſanata domino miniſtrat:cum membra carnis quę prius ſeruierant immunditiæ, iuſtitiæ famulantur.

¶De commiſſura & veſtimento nouo & de vtribus & vino. Cap.III. B Lucæ.5.

Nemo cōmiſſuram a veſtimento nouo, immittit in veſtimentum vetus, alioquin & nouū rūpit & veteri nō conuenit cōmiſſura a nouo.Nouū veſtimentū opus bonum eſt: Vetus veſtimentū,peccatū.Quicūqȝ autem quodlibet opus bonū & peccatum in quo manet coniūgit:hoc quod facit amittit,& maior ſciſſura fit:qa melius erat ei non cognouiſſe viam iuſtitię: ꝙ poſt agnitam retrorſum cōuerti ab eo qđ traditū illi erat ſancto mandato.Et nemo mittit vinū nouū in vtres veteres: alioquin rumpit vinū nouū vtres & ipſum effundet & vtres peribūt.Sed vinum nouū in vtres nouos mittendū eſt:& vtraqȝ cōſeruantur. Vtres veteres: ſunt hoīes peccatores veterē hominē cū actibus ſuis imitantes. Vtres noui: ſunt homines per gratiam innouati, noui hominis imitatores qui ſecundū deū creatus eſt.i.Chriſti. Vetus vinum,culpa:nouū vinum,gratia. Quandoqȝ ergo vinū nouū in vtres veteres poniť:& vtres rumpunť, & vinū effundiť:qa qui gratiam dei accipiūt & poſt acceptā gratiā ſicut priꝰ peccato deſeruire volūt: & ipſi ꝓ cōtēptu gratiæ de 2.Pet.2. C

teriores qui prius erant, efficiuntur, & gratia eis aufertur. Aliter. Nemo mittit nouum vinũ in vtres veteres.i.de⁹ gratiam non tribuit peccatoribus, nisi prius a vetustate renouent. Alioquin vinũ rumpit vtres, & ipsum effundit .i.si ipsi peccatores sacramenta in qbus gratia continetur & confertur, accipere presumpserint: & ipsi de psumptione deteriores efficiunt & gratia eis minime adesse permittitur. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittendũ est, & sic vtraq; conseruant: quia dũ bono homini gratia tribuitur: & ipsam acceptam gratiam conseruat, & gratia conseruata eum iustificat. Et nemo bibens vet⁹ statim vult nouũ: dicit enim, vetus melius est. Nemini em̃ q̃diu delectatur in culpa: placet gratia. Sed postq̃ vinũ nouum.i.iocũditatem gratiæ bene gustauerit: veteri nouum, id est culpæ gratiam anteponit, quam largitur immutabiliter & summe bonus deus.

D Lucæ.6.

¶De electione duodecim apostolorum Cap.IIII.

Elegit dominus duodecim aplos: qui sacre mysteria fidei cæteris manifestando prædicarẽt. Duodecim constant ex quater trib⁹: & ter quatuor. Ad hoc ergo elegit dñs apostolos duodecim: vt p quatuor mũdi partes fidem sancte trinitatis predicarẽt, & credentes ad supernæ beatitudinis gloriã conuocarent.

E Lucæ.6.

¶De arbore & eius fructu. Cap.V.

Non est arbor bona quæ facit fruct⁹ malos: neq; arbor mala faciens bonos fructus. Arbor est anima: arbor bona, anima iusta: arbor mala, aĩa praua: fruct⁹, opus: fructus iusti, iustitia: fructus impii, culpa: cognitio arboris ex fructu, cognitio hominis ex actu: succisio male arboris, dãnatio peccatoris: securis, Christus: Manubrium, humanitas: ferrum, diuinitas: acumen securis, iudicium diuine potestatis.

¶De seruo Centurionis. Cap.VI.

F Lucæ.7.

Intrauit Iesus in Capharnaum. Centurionis aũt cuiusdam seruus male habens erat moritur⁹: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de Iesu: misit ad eum seniores Iudeorum, rogans vt veniret, & sanaret seruũ eius. Centurio, significat gentilitatem: seruus Cẽturionis, populũ gẽtilem: missi seniores Iudeorũ, cœtũ apostolorum, vel aliorũ fidelium ex Iudeis ad fidem conuersorum pro iustificatione gentium intercedentiũ. Accessus & humiliatio Centurionis, est conuersio & humilitas gentilitatis: effectus sanitatis, gratia iustificationis. Et bene ait dominus de Centurione: nõ inueni tãtam fidẽ in Israel: quia pauci ex Israel crediderunt in eum: & multi ex gentibus fidem illius susceperunt.

¶De muliere & Simone Leproso. Cap.VII.

G Lucæ.7.

Rogabat Iesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Phariseus de sua iustitia superbus, populus est Iudaic⁹. Maria Magdalene que erat mulier peccatrix: ecclesia gentilis dedita idolis. Effusio lachrymarum: confessio criminum. Extersio, satisfactio. Vnguentum, boni operis opinio. Dispersio odoris: dilatatio bone opinionis.

H Lucæ.7.

¶De duobus debitoribus. Cap.VIII.

Dvo debitores erãt cuidam fœneratori. Vn⁹ debebat denarios qngentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq;. Duo debitores: duo populi sunt, qui deo creatori debent nũmũ.i.aĩam suã regis imagine insignitã, ad seruandũ sibi cõmissam. Vtriusq; populi debitũ p qnariũ multiplicat: quia quinq; sunt sensus corporis qbus in hac vita vtimur, qbus imaginẽ cõditoris quã accepimus excolere debemus. Sed minus debet Iudæus, cui decalog⁹ legis p seruũ dat: plus debet Christianus: cui p filiũ gratia vitæ

cõmittitur.Ideo Iudęi p denariũ:Chri ſtiani p centenariũ numerũ fœnus ac= cumulat.Sed qa neuter ſuis virib⁹:ſed dei gratia p fidẽ ſaluat,recte dicit.non habentibus illis vnde redderẽt : dona= uit vtriſq;.Plus ergo diligit eccleſia de gentibus q̃ iudęus:quia ſecundũ p̃ſen= tẽ ſtatũ maior ei gratia cõfert:ſed & ſe cũdũ pręteritũ de maiori fœditate ex= trahit.Plus debet qui plus accipit.

I ¶De Iairo Archiſynagogo & Æmor= rhoiſſa. Cap.IX.

Lucæ. 8. ERat qdã de Archiſyna= gogis noĩe Iairus : & vidẽs Ieſum ꝓcidit ad pedes ei⁹, & deprecaba tur eum dicẽs:qm̃ filia mea in extremis eſt,ve ni impone manũ ſuper eã, vt ſana ſit & viuat.Iairus interpretat illuminat⁹:& ſignificat iudaicũ populũ in antiqs pa trib⁹ ꝓphetis,Moyſe, Samuele,Dauid, & aliis illuminatũ. Archiſynagogi fi= lia eſt ſynagoga legali inſtitutione diſ poſita quaſi vnica Moyſi nata.Hęc.xii. anno.i. tempore pubertatis appropin= quãte quandõ ſpiritualẽ ꝓlẽ deo gene rare debuit moriebat:ſubito languore

K cõſternata. Sed ꝓgente dño ad filiã Ar chiſynagogi : morboſa mulier patiens fluxũ ſanguinis p̃ripit ſalutẽ: qa ſic diſ

Romanu. pẽſata eſt ſalus humani gñis:vt primo aliqui ex Iſrael,deinde plenitudo gen= tiũ intraret: & ſic oĩs Iſrael ſaluus fie= ret.Mulier ergo ſanguinaria a deo cu= rata: eccleſia eſt de gẽtib⁹ ingẽti carna liũ delectationũ fluxu polluta,& a cœ= tu fideliũ ſegregata. hęc cũ Chriſt⁹ Iu dæã ſaluare decerneret:ad iã paratam aliis ſalutẽ ſpe certa pręuenit. & mul= ta expẽderat in medicis.i.in theologis, prophetis, legũ ſeculariũ doctoribus:q ſe vtilia viuẽdi p̃cepta dare promitte= bãt.Dęmones quoq; quaſi hoĩbus con= ſulẽdo:ſe vt deos colẽdos dicebãt.Qui bus audiẽdis q̃tomagis naturalis indu ſtriæ vires expendebãt : tãto minus ſa= nari poterãt. Sed cũ audiſſent Iudaicũ populũ ęgrotare,& verũ medicũ de cæ

L lo veniſſe:cœperũt languoris ſui & ſpe rare & inqrere remediũ. ¶Et notandũ ꝙ puella duodẽnis fuit:& mulier ãnis xii.ſanguinis fluxum paſſa eſt.i.qñ hęc nata fuit,illa infirmari cœpit.Vna eñ eadẽq; ſeculi ætate & ſynagoga in pa= triarchis naſci:& gentes fœdari idolo= latria cœperunt. Vnde retro in turba acceſſit,& tetigit veſtimẽta eius: & cõ feſtim ceſſauit fluxus ſanguinis ei⁹.Gẽ tium eccleſia venit retro:quia deum in carne non vidit pręſentem:ſed poſt ad fidei & ad agnitionis gratiã ꝑuenit: & tactu veſtimentorũ.i.participatione ſacramentorũ eius,meruit ſanari a ꝑc catis.Fluxus quippe ſanguinis,originẽ Matt.10 ꝑcati & primordiũ immũdæ cogita= tionis ſignificat: ex quo omne ꝑccatũ naſcitur. Sed dñs non ſolũ opera ſed & verba mala,& cogitationes prauas,ſa= cramentis euangelicis quaſi ſuis veſti mentis a fonte obſcœnitatis emundat. Q; turba dicit qdẽ opprimere, & vna ſanata eſt:ſignificat ꝙ Multi ſunt voca ti,pauci electi. Muliere ſanata nuncia= tur puella mortua: qa eccleſia gẽtiũ la be vitiorũ exuta:cõtinuo ſynagoga eſt ꝑfidiæ inuidię́q; leto reſoluta. Perfi= dię quidẽ,qa in Chriſtũ credere noluit īuidię vero, qa eccleſiã credere doluit. Reſuſcitabit puella: cũ poſtq̃ plenitu= Ro.11 do gẽtium intrauerit, oĩs Iſrael ſaluus fiet.Dñs dũ ſuſcitaret puellã paucis re tentis alios eiecit: quia infidelibus nõ ſunt reuelãda myſteria diuina,nec irri ſoribus miracula diuina. ¶Secundum moralẽ ſẽſum, dñs quotidie mulierẽ ſa nat:cũ aĩam diuerſis vitiis corruptã ꝑ gratiã curat.Turba quoq; eiicit,vt pu= ella ſuſcitet:qa niſi ſeculariũ curarum multitudo eiiciat a corde,aĩa intus ia cens mortua nõ ſuſcitat. Dũ.n.ſeſe ꝑr multas cogitationes ſpargit:ad cõſide rationẽ ſalutis nullatenus ſe colligit.

¶De tribus mortuis quos ſuſcitauit dominus. Cap.X. M

LEgimus in verbis euã= gelii, ꝙ dñs tres mor= Lucæ.8. tuos ſuſcitauit: puellã Lucæ.7. ĩ domo,iuuenẽ ĩ agro, Ioan.11. Lazarũ in monumẽto. Tres mortui : tria gña deſignãt ꝑccatoꝝ.Mortui nãq; ſunt in domo:q ſine demõſtratione opis cõce= ptã nequitiã adhuc in corde ſeruãt.In

agro mortui sunt: q culpam p consensum conceptā in sensuū ꝑpatulo p operationē demōstrāt.in monumēto mortui sunt: q diu praua cōsuetudine fœdati p infamiā suā etiā alios deprauāt. Resuscitatio mortuorū,iustificatio est peccatorū. Et tāto leuius resuscitatur qsq̃ p gratiā:quāto minus mortificat⁹ est p culpā. Tātoq̃ minori purgaꝰ pœnitētię satisfactione: quāto minori deprauatus extitit iniquitate. Vnde dn̄s paucis arbitris adhibitis solo verbo puellam in domo iacentem recenter mortuam suscitasse legiꝰ. Resuscitando vero lazarū in monumēto quatriduanū: fremuisse,turbatus fuisse,lachrymasse, & voce magna clamasse perhibeꝰ:nō q̃ dn̄o tā facilis nō fuerit resuscitatio Lazari q̃ puellæ: sed q̃ domini facta aliarum rerum sunt exempla.

N ¶De septuaginta duobus discipulis. Cap.XI.

Lucæ.x. Designauit dn̄s & alios septuaginta duos.Sicut in ap̄lis forma est pōtificū:ita in septuaginta duobus discipulis forma est presbyterorū secundi ordinis.Septuagintaduo mittunꝰ:q linguarū totidē gentib⁹ euāgeliū prædicarent : vt sicut primo.xii. apostoli ꝑpter.xii.trib⁹ Israel: ita & hi ꝑpter cæteras gētes destinēꝰ imbuendas. Per hoc q̃ binos mittit : innuiꝰ q̃ nemo p̄dicationis officiū debet suscipere,q erga aliū charitatē nō habet. Ante faciem suā,in oēm ciuitatē & locū:quo erat ipse venturus mittit:qa vbi verba prædicationis p̄currunt, venit dn̄s ad mētis habitaculū.Et dicebat illis. Messis quidem multa, operarii vero pauci. Messis est turba credētiū: operarii,ap̄li & sequaces eorū.Et licet hęc messis verbo dei sit sata:tn̄ culturę laborē & sollicitum munus operarii reqrit, ne aues cæli sparsa semina dissipēt. Sed qa pauci sunt oparii.i.p̄dicatores: rogandum est iugiter, vt dn̄s det gratiam prædicandi fidelibus, & mittat eos in ꝓcurationē messis suę.Vnde subiungiꝰ. Ro- Rom.x. gate ergo dn̄m messis: vt mittat operarios in messem. Quomodo enim p̄dica

būt:nisi mittanꝰ? Item. Ecce ego mitto vos sicut oues:inter lupos . Sicut insidianꝰ lupi ouib⁹:sic hęretici fidelibus. Matt.10. Et sicut lupus nocte ouile circuit non audēs intrare,canis somnum, pastoris absentiā,vt desidiā explorās: sic hęreticus nocte suę tentationis fideles decipere conaꝰ, ecclesiā incaute nō intrās: & pastores vel desides necare, vel in exiliū mittere intēdit.Lupus vero corporis rigidi se facile nō flectere pōt: sic O hęreticus duri intētione cordis non solet ab errore reuocari. Vnde Ap̄s.Hæreticū hoiem: post primā & secundam Tit.3. correctionē deuita.Lupus suo impetu ferꝰ:& ideo sępe ludiꝰ.Sic hęreticus impetū facit, & sępe remanet inanis cū nocere nō possit. Lupus si prior aliquē viderit,vocē illi quadā vi naturę eripit, si homo illū prior viderit exagitat:Sic quē versuta disputatione hęretic⁹ p̄uenit:mutū reddit, ne confiteaꝰ verbum dei.Sed si qs cōmēta fraudis ei⁹ cognouerit: patiꝰ iacturā vocis. Sicut lupus sic hęreticus primū qa inuadit guttur, vterq̃ vitalibus vulnus infligit.Possumus etiam p lupos, ꝑsecutores quosq̃ designare:q more luporū fideles lacerare conanꝰ. ¶Nolite portare sacculum, neq̃ perā,neq̃ calciamenta.Tota fiducia p̄dicatoris in deo debet esse : vt p̄sentis vitę sumpt⁹,& si nō ꝓuideat sibi tn̄ nō defituros certissime sciat: ne dū occupaꝰ mēs eius ad tēporalia, minus p̄dicet ęterna.Et ideo sacculū non portet.Secūdū aūt mysticum sensum,pecunia in sacculo clausa, sapiētia est occulta,q̃ ꝓ Christo nō erogaꝰ. Per perā,onera seculi:p calciamēta, mortuorū operū exēpla figuranꝰ. Et p̄dicator on⁹ secularium negociorū nō portet: nec stultorū operū exēpla cōspiciat:ne sua opa q̃si ex mortuis pellibus credat munire, P Et neminē in via salutaueritis.Qui nō amore ęternę patrię, sed p̄mioꝝ ābitu, salutē audiētib⁹ p̄dicat: q̃si ī itinere salutat:qa ex occasione nō intētione, salutē audiētib⁹ exoptat . Oīs eīn q ī via salutat,ex occasione itinerissalutat nō ex intentione habendę salutis.

¶De homine qui incidit in latrones. Cap.XII.

Q Lucæ.x. HOmo quidam descẽde
bat ab Hierusalem in
Hierico. Homo iste q
de Hierusalẽ in Hieri-
co descendit, & ĩ latro
nes incidit: sicut in ho
miliis legimus, genus designat huma-
nũ. Quod in primis parẽtibus supernã
ciuitatẽ deserens, in huius seculi & exi
lii miseriam p culpã corruẽs: p antiqui
hostis fraudulentiam veste immortali
tatis & innocẽtię est spoliatũ, & origi-
nalis culpæ vitiis grauiter vulneratũ.
Fecerat deus (sicut alio loco diximus)
hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ su-
am. Ad imaginẽ, secundũ rationẽ: ad si
militudinẽ, secũdum dilectionẽ: vt per
vtrũq; deo inhęreret, & inhęrendo bea
tus esset. Sed diabolus humanæ beati-
tudini inuidens: contra duo bona præ
dicta, duo principalia mala intulit ho-
mini in originali culpa. In eo nãq; q fa
ctus erat ad imaginẽ dei secũdũ ratio-
nẽ: vulnerauit eũ p ignorantiam boni.
In eo vero q factus est ad similitudinẽ
dei: vulnerauit eum p concupiscẽtiam
R mali. Homo aũt spoliatus est, vulnera-
tus est, semiuiuus est relictus: qa in hu
mana natura: etsi possit diuina simili-
tudo, quę est in dilectione, penitus cor-
rũpi: diuina tamen imago, quę est in ra
tione, non potest penitus deleri. Quis
enim tanta malitia possit affici, vt ni-
hil diligat boni: non tamen ignorantia
tãta excęcari potest vt nihil cognoscat
veri. Recte ergo semiuiuus est relictus:
quia & si ppter primordialia peccata
magna ex parte fuerit corruptus, nõ ta-
men est penitus cęcatus. In eo nãq; etiã
post vulnera vixit: quo ipsi qualiscũq;
scintillula sensus remansit. Hostilis er
go gladius hominẽ penitus non extin
xit: dum in eo naturalis boni dignita-
tem omnino delere nõ potuit: & de hu
Psal. 50. ius ratiõe sentẽtię, psalmista taliter in
tulit dicens. Cor mũdũ crea in me deus:
& spiritũ rectum innoua in visceribus
meis. Per cor enim mundũ: in se diuinam
designat similitudinẽ. Per spiritũ rectũ
diuinã imaginẽ. Dũ cor mũdũ in se cre
ari, spm vero rectum innouari postula
uit: cõuenienter insinuauit, & diuinã si
militudinẽ in toto posse corrumpi, &
diuinã imaginẽ nequaq̃ prorsus posse
deleri. Ibi nãq; vbi nil boni remãsit, bo
num si tamen restauratur creatur: at vbi
aliqd boni superest renouatur. Est autem S
cordis mũditia: in perfecta dei dilectio
ne: rectitudo vero spũs in sana ratiõe.
Quæ aũt secundũ pręcedentes distinctio
nes, diuina in nobis imago & diuina si
militudo possunt accipi: doctores in al
terius cuiusdã versiculi expositiõe de- Psal. 4.
clarant: vbi scriptũ est. Signatum est su
per nos lumen vultus tui domine: de-
disti lætitiam in corde meo. Per lumẽ
enim qd super nos, siue in nobis signa-
tũ est: distinguũt in nobis diuinã ima-
ginem: quã assignant in discretione ra
tionis. Et per lętitiam: diuinã similitu-
dinẽ quã determinant in iocũditate di
lectionis. Sacerdos & leuita q viso spo-
liato & vulnerato transierũt: patres an
tiquos exprimunt qui vitę pñtis sta-
tum tũc sancte viuendo trãsierunt: sed
humanũ genus per culpam vulneratũ T
minime sanauerunt. Samaritanus per-
transiit: dum Christus per humanita-
tem, vitę huius momẽta cucurrit: qui
homini vulnerato vinũ & oleum infu
dit: dum per prędicationẽ suam, illi &
blandam consolationẽ & austeram in-
crepationẽ exhibuit. Alligans vulnera
eius in iumentũ suũ leuauit: dũ p car-
nẽ assumptã in cruce suspensus, morte
sua culpã illius expiauit. In stabulũ du
xit: dũ intra sanctã ecclesiã collocauit.
Stabulũ aũt ecclesiã significat: quia si-
cut iumẽta in stabulo suas imunditias
dimittũt: sic peccatores q bestialiter an
tea vixerũt, p cõfessionẽ & satisfactionẽ
in sancta ecclesia peccata sua deponũt.
Altera die protulit duos denarios sta-
bulario, & vt curã eius ageret dedit: qñ
peracto mysterio redẽptionis, omnibus
qui ecclesiã gubernare debent, vtriusq;
testamẽti scientiã & prædicãdi gratiã
distribuit. Et quodcũq; superogaueris: V
ego cũ rediero reddã tibi. Debet pręla
ti in cura ęgroti aliqd supererogare, vt
nõ solũ ea q̃ in duobus testamẽtis cõti
nentur studeãt prędicare: sed & alia mul
ta secũdũ ea quę scripta sunt, laborent
excogitare: & aliis prędicatione mani-

festare. In die aũt iudicii cum domin⁹ redierit:secundũ meritũ reddet pmiũ. Sed cũ dñs in cura ista exigat etiã nostra:qd dicturi,quid facturi sumus,qui raro vel nunq̃ expendimus ea quę sunt illius? si nãq; illis qbus doctrinã debemus,nunq̃ literam simplicẽ narramus: quid de nobis erit, qui etiam innumerabiles sententias adiuuante gratia p ñostrum studium & laborem excogitatas vel saltem ab aliis auditas, & diligentissime in corde nostro †dispositas, incessanter eis pdicare deberem⁹? Possum⁹ itaq; dicere q in hac figura. Hierusalem est contemplatio superna: homo quidã, humana natura: Hiericho, miseria mundana:latrones, dæmones: descẽsus,culpa:vestes, immortalitas & innocentia: vulnera,vitia:leuita & sacerdos,patres antiqui,siue ministri veteris sacerdotii.Samaritanus,Christ⁹: iumentũ,caro:oleum, blanda consolatio:vinũ, austera increpatio: eleuatio, redẽptio:stabulum, ecclesia:stabularii, prælati : duo denarii, scientia vtriusq; testamenti.

†depositas

De Martha & Maria sororibus Lazari. Cap.XIII.

X Lucæ.x.

INtrauit Iesus in quod dam castellum: & mulier quędã Martha nomine excepit illum in domũ suam. Per istas duas sorores:duę significantur vitæ spirituales.Per Marthã, operis actuosa deuotio, qua proximo in caritate sociamur: per Mariam,religiosa mẽtis intentio, amore iuncta dei verbo,qua ĩ dei amore suspiram⁹. Actiua,vel panem corporalem esuriẽti, vel doctrinam ignoranti tribuit:errantem corrigit,superbũ ad humilitatem reuocat,& quę singulis expediat dispensat. Contemplatiua,caritatem dei & proximi recinet,ab exteriori actiõe quiescit, soli cõditoris desiderio inhęret, & calcatis omnibus curis ad videndum faciem creatoris inardescit: & desiderat misceri supernis ciuib⁹,de ęterna in cõspectu dei incorruptione gaudentib⁹. Et huic erat soror nomine Maria:quæ etiã sedens secus pedes domini, audiebat verba illius.Maria sedet: quia cõtẽplatiua pacatis vitiorũ tumultibus,interna iam in Christo quiete mentis pfruitur.Martha stat:qa actiua laborioso desudat certamine. Sec⁹ pedes illi⁹. Quanto enim humilius sedet:tãto amplius capit: sicut confluit aqua ad conuallem,de tumoribus collis.Audiebat verba illius:Intẽta erat Maria quomodo pasceretur a domino:& Martha intenta erat quomodo pasceret dominũ. Hæc cõuiuiũ parat,illa in conuiuio domini iam delectatur. Domine,nõ est tibi curæ q soror mea reliquit me solam ministrare? Ex illorũ persona loquitur: qui adhuc diuinę cõtẽplationis ignari solum qd discernunt fraternę dilectionis opus,deo bñplacitũ,ducunt:Ideoq; cunctos qui Christo deuoti esse velint, huic mancipari profectuosum esse autumant.Martha Martha. Repetitio nominis,indicium est dilectionis,vel forte mouendę intentionis, vt audiret attentius. Non reprehenditur pars Marthæ,quia & ipsa bona : sed pars Mariæ laudatur.Quę quare sit optima,subinfertur:Quę non auferetur ab ea. Quia contemplatiua hic incipit,& in cęlesti patria perficitur : qa amoris ignis qui ardere hic ĩchoat : cũ ipsum quẽ amat viderit, in amorem amplius ignescet. Non ergo contemplatiua auferet̃:quæ subtracta præsentis seculi luce pficit̃: Actiua cũ corpore deficit:qa in æterna patria panẽ non porriget esurienti, qa nemo esuriet:neq; cętera misericordiæ aget opera, quia non erunt necessaria. Cum præsenti ergo seculo auferet̃ actiua.Merito ergo cõtemplationi: omniũ iustificationũ merita, vniuersa virtutum postponuntur studia.

Y

De lumborũ pręcinctione. Ca.XIIII.

Z Lucæ.12.

SInt lũbi vestri pcincti & lucernę ardẽtes in manibus vestris.Pręcinctio lũborũ: ẽ cõtinẽtia carnis. Ardor lucernarũ:exhibitio boni operis. Et vos similes hoĩb⁹ expectãtibus dominũ suũ quãdo reuertat̃ a nuptiis. Ad nuptias dñs iuit:cũ post resurrectionẽ nou⁹ homo,ãgelorũ sibi mltitudinẽ copulauit.

A quibus reuertitur: cum nobis per iudicium manifestatur. Quem reuertentem bene expectamus: dum in eius aduentum in omnibus nosmetipsos preparamus: vt cum venerit & pulsauerit confestim aperiant ei. Non vult aperire pulsanti iudici: qui timens videre iratum quem contempsit: de corpore exire metuit. Aperit, qui iudicem lætus & securus sustinet, & de propinqua morte gaudet. Beati serui illi, quos cũ venerit dominus, inuenerit vigilantes. Vigilat qui oculos apertos in vero lumine tenet: vt tenebras negligentię vitet qui etiam quod credit operatur. Amẽ dico vobis ꝙ pręcinget se, præparãs se ad retributionem, & faciet illos discũbere, in ęterna beatitudine refoueri: & transiens de iudicio ad regnũ, ministrabit illis: quia diuinitatis suę cõtẽplatione eos satiabit. Et si venerit in secũda vigilia, & si in tertia vigilia venerit & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Vigilias vocat, ad similitudinem excubãtium in nocte: quia in nocte huius mũdi, semp debemus contra hostes esse sollíciti, & expectare lucem vẽturam. i. aduentum iudicis. Prima ergo vigilia, est custodia pueritię, secunda, iuuentutis, tertia senectutis. Si quis vero in pueritia vigilare neglexit, non tamen desperet: sed in iuuentute vel saltem in senectute resipiscat: quia pius iudex moras nostras patienter expectat. Qui etiam ad excutiendam mentis desidiam, exteriorum damnorum similitudinem inducit: vt per hæc animus ad custodiam sui suscitetur. Vnde subditur. Hoc autem scitote: quia si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiq͂ & non sineret perfodi domũ suã. Nesciente patrefamilias fur domũ perfodit: qa dum a sui custodia spirit⁹ dormit, improuisa mors carnis habitaculũ irrũpit, & ad supplicia trahit. Furi autem resisteret: si vigilaret: quia aduentum iudicis venientem occulte pręcauens: pœnitẽdo occurreret. Et vos estote parati: Post similitudinem ponit exhortationem: vt omnes sine macula & ruga parati simus: quia qua hora veniat nescimus.

Vigiliæ tres.

¶De eunte in via cum aduersario.

Cap. XV.

A Luc. 12.

CVm vadis cum aduersario tuo ad principẽ in via: da operam liberari ab ipso, ne forte trahat te ad iudicẽ: & iudex tradat te exactori: & exactor mittat te ĩ carcerẽ. Aduersarius noster ĩ via, dei sermo est, cõtrarius carnalibus desideriis in pręsenti vita: a quo liberatur qui præceptis eius humiliter subditur. Alioquin ex sermone contempto reus in examine iudicis tenebitur peccator. Quem iudex exactori. i. diabolo tradet: quia permittet vt diabolus animam ei⁹ ad pœnam trahat: & ipse exactor eam retrudet in gehennam. Dico tibi non exies inde, id est nunq͂: donec etiam nouissimũ quadrantem reddas, id est pro minimis peccatis puniaris & reddas semper pœnas pro peccatis patiendo: nũq͂ veniam consequendo.

¶De ficu plantata in vinea.

Cap. XVI.

B Lucæ. 13.

ARborem fici habebat q͂dam plantatam in vinea sua: & venit fructũ q͂rere in illa, & non inuenit. Vinea ista plębs fuit Israelitica: in qua erat synagoga, quasi ficulnea plantata. Cultor vineę: Moyses & ꝓphetæ. Tres anni, tria tempora. Tempus naturalis legis, tempus scriptę legis, tempus gratię. Fossio est prædicatio: missio stercorum, recordatio peccatorum. Excisio ficulneæ, deiectio synagogæ. Secundum moralem sensum: arbor ista vnaquæq͂ anima infructuosa, per simulationem virtutum & exhibitionem bonorũ operum foliis circundata: sed a fructu veræ iustitiæ aliena. Tres anni: cognitionem sanctę trinitatis significant. Circũfossio arboris: extractionem significat terrenę cupiditatis fossorio prędicationis. Stercora exprimunt carnis peccata, quę mittuntur ad radicem arboris, quando conscientia tangitur prauitatis cognitę memoria: quæ dũ inde pœnitet: quasi per tactum stercoris, redit

ad fœcunditatē opis. Excisio infructuo-
sę arboris: iudiciū est damnatiōis. Cul-
tor istius arboris: prędicator, q semper
p tali aīa debet intercedere vt illi de⁹
concedat spatiū pœnitētiæ: & faciendi
fructum iustitię: sicut pphetę & aposto-
li, qa quosdā ex synagoga saluandos in-
tellexerunt, pro ipsa sæpius orauerūt.

C Lucæ.13. ¶De muliere spiritum infirmitatis ha-
bente decem & octo annis. Cap. XVII.

Ecce mulier quę habebat spiritū infirmitatis an-
nis decē & octo. Mulier ista, humana est natura.
spūs infirmitatis, amor terrenę cupiditatis. de-
cē & octo anni languoris, transgressio-
nē exprimūt legis, quę denario cōsum-
matur: & desperationē resurrectionis,
quę octonario significat. Quę inclinata
erat p culpā, nec oīno poterat sursum
respicere p iustitiā. Qui eñ terrena di-
ligit & cogitat: nō respicit sursum ad
cælestia. Quā cū vidisset Iesus p præde-
stinationē: vocauit eā p pdicationē, &
ait. Mulier dimissa es ab īfirmitate tua
id est absoluta es a culpa tua. Et impo-
suit illi manū p gratiā spūalē: & erecta
est p iustificationē: & glorificabat deū
p gratiarū actionē. Archisynagogus in-
dignans: populus est Iudæorū literā le-
gis zelans, nō intelligēs sabbatū obser-
uandū ab effectu operis seruilis: non a
curatione infirmitatis, nō a cessatione
diuinę laudis. Hypocritæ vnusqsq ve-
Esaiæ.1. strū sabbato nō soluit bouē suū aut asi-
nū a presepio: & ducit adaquare! Bos q
cognouit possessorē suū: & asinus pręse-
pe dñi sui, iudaicū & gentilē significāt
populū: q vterq peccati vinculis abso-
lutus, sitim ęstumq huius mundi hau-
stu dñici fontis deposuit. In his ergo
duobus aīalibus vocationē duorū po-
pulorū, aduersantibus Iudęis pronun-
ciat dominus.

D Lucæ.14. ¶De Hydropico sanato. Cap. XVIII.

Factū est cū intraret Iesus in domū cuiusdam
principis pharisęorum sabbato manducare pa-
nē: & ipsi obseruabant eū. Et ecce homo quidā
hydropicus erat ante illū. ὕδωρ hydor,
aqua. inde hydropisis, morb⁹ aquosus,
subtercutaneus, de vitio vesicę nat⁹ cū
inflatione turgēte & anhelitu fœtido.
Et est ppriū hydropici, vt quāto plus
bibit tāto plus sitiat. Vitiū aūt qd iste
habet ī corpore, pharisęi gestāt in mē-
te. Ideo corā ipsis curaī corporaliter:
vt hoc exēplo ipsi discāt curari spūali-
ter. Comparat aūt diues auarus & cu-
pidus hydropico: qa sicut hydropicus
quanto plus bibit, tāto plus sitit: sic mi-
ser auarus & cupidus quanto amplius
transitoria accumulat, tanto magis ad
ampliora aggreganda per cupiditatem
succēsus anhelat. Qui recte fœtidū an-
helitū emittit: dum suę prauitatis in-
famiā vbiq dispergit. Assimilatur etiā
quilibet carnis voluptatibus deditus,
hydropico: qa quanto magis carnalis
quisq fœtidam suauitatē concupiscen-
tiæ degustat: tāto magis ea concupiscē-
tia fœdari desiderat. Totiens ergo hy-
dropicus ab infirmitate sua sanat: quo-
tiens vel carnalis quisq a luxuria, vel
auarus a cupiditate curatur.

¶Inuitatus ad nuptias non recūbat in
primo loco. Cap. XIX. E Lucæ.14

Cvm inuitatus fueris ad nuptias: non recū-
bas in primo loco. Nuptiæ significant coniū-
ctionē Christi & ecclesię. Honoratiori post ī-
uitato locū dat, qui de longæ conuersa-
tionis suæ confidentia securior factus,
vita illorū q se in Christo secuti sunt,
agilitate pręit. Et cū rubore nouissimū
locū tenet: cum de aliis meliora cogno-
scens, quicquid de sua operatione altū
senserat, humiliat. Recūbe ergo in no-
uissimo loco, id est quanto maior es, tā-
tū te humilia in omnibus. Vt dicat ti- Eccli. 3.
bi qui te inuitauit: amice ascende supe-
rius. quia deus dat humilibus gratiā:
quam aufert superbis. Tūc erit tibi glo- Iaco. 4.
ria coram simul discumbentibus, id est
in eadem fide vel eadem beatitudine
quiescentibus.

¶De homine qui fecit cœnam magnā
& vocauit multos. Cap. XX.
D

F Lucæ.14

Omo quidam fecit cœnam magnã, & vocauit multos. Hõ iste est deus: cœna, beatitudo sup̃na. Serui, sancti prædicatores: hora cœnę, tẽp⁹ gratię: vocatio, p̃dicatio. Inuitati ad cœnã venire nolẽtes, reprobi terrenis inhęrẽtes. Ille q̃ villã emit, significat cupidos: ille qui quinq; iuga boum emit, quinq; sensus corporis rebus exteriorib⁹ intẽtos. ille q̃ vxorẽ duxit, carnis voluptatibus deditos. Sed iuga boum q̃nq; esse dicuntur: q̃a sensus corporis cũ sint in vtroq; sexu, geminãtur. Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis. Platę, sunt late patentis iniquitatis vię: vici ciuitatis, contubernia inhonestæ conuersatiõis. Pauperes, debiles, cęci, & claudi, q̃ introducunt: sunt illi qui mundi amatorib⁹ habentur viles, & iudicantur inutiles. Sed p̃ prędicationẽ vocati: p̃ gratiã iustificati: apud deũ cognoscunt esse gloriosi & sublimes. Domine factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait domin⁹ seruo. Exi in vias, & sepes: & quoscunq; inueneris compelle intrare. Isti q̃ intrare compelluntur: sunt illi qui aduersitatibus fracti a prauitatibus corriguntur, & ad amorẽ dei reducuntur. Possumus autem per primos ad cœnã venientes, electos ex Iudæis accipere: p̃ secundos vero, electos de gentibus designare: & p̃ illos q̃ venire noluerũt, illos qui ex vtrisq; pp̃lis pereũt, accipere.

G ¶De oue & drachma p̃ditis. Ca. XXI.

Lucę. 15.

Vis ex vobis homo q̃ habet centum oues: & si p̃diderit vnã ex illis, nõne dimittit nonagĩta nouẽ in deserto, & vadit ad illã quę perierat, donec ĩueniat eã! &c. Homo iste est deus: oues, creaturæ rationales. Nonagintanouem oues, nouẽ angelorum ordines: ouis centesima, humana natura: ouis centesimę req̃sitio, diuina incarnatio: ouis relatio, humana redẽptio: amici & vicini, angeli: amicorũ & vicinoꝝ de inuẽtione ouis congratulatio, angelorũ de humana salute exultatio. Quæ mulier habẽs drachmas. x. &c. Mulier, diuina sapiẽtia. Decẽ drachmę. ix. ordines angelorũ, cũ adiũctione hũanæ naturæ. Mulier. n. decẽ drachmas habuit: cũ deus homines & angelos ad imaginẽ suam creauit. Sed vnã p̃didit: cũ homo a si͂litudine creatoris recessit. Sed sapiẽtia lucernã ad quęrendũ accẽdit: cum in carne apparuit: q̃a lucerna lux est in testa. i. verbum in carne. quæ vbi inter homines claruit domũ †euertit: quia cõscientias hominũ consideratione reat⁹ sui p̃turbauit. Et sic drachma reperitur: dũ in homine similitudo cõditoris reparatur. †euerrit

¶De filio prodigo. Cap. XXII. H

Lucæ.15.

Omo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantię quę me contingit. Homo iste, deus pater habuit duos filios: quia creator est & author duarũ stirpiũ generis humani. i. Iudęorũ & gentiũ. Maior filius, qui in cultu vnius dei p̃mansit: minor qui hucusq; ad colenda idola deum deseruit. Substantia, est omne quo viuimus, sapimus, cogitamus, loq̃mur. hęc de⁹ æque dedit oĩb⁹: vnde scriptum est. Erat lux vera: quę illuminat oẽm hominẽ veniẽtẽ in hunc mundũ. Ioan.1. Huius ergo substantię portionem sibi minor petit dari: cum homo rationali suo sensu delectatus, & per liberum arbitrium se regere & a dominio creatoris q̃rit exire. Homo iste itaq;, de⁹: Duo filii, duo populi: Maior filius, populus iudaicus: minor, gentilis: substantia, naturalia bona: recessio minoris filii, error gẽtilis populi: regio longinqua, idololatria. Meretrices, carnis delectationes: dissipatio substãtię, corruptio naturę: vn⁹ ciuiũ, aliquis dæmonũ: fames filii, pœnuria verũ deum cognoscendi. Siliquę porcorũ, sordida figmenta poetarũ, & diuersis erroribus polluta dogmata philosophorũ, quę sunt cib⁹ immũdorũ spirituũ: reuersio filii, cõuersio gẽtilis populi: occursus patris, effectus diuinę miserationis. Annulus, fides stola prima, innocẽtia. Calciamẽta, p̃dicatio: vitulus saginat⁹, Christ⁹: occisio

vituli,passio Christi:epulæ, participa-
I tio gratię. Symphonia & chorus de re
ditu filii, gratiarũ actio, de cõuersione
gẽtilis populi.Filiꝰ maior in agro mo-
ratur,dũ populus iudaicus in libris ve
teris testamẽti perfectionem iustitiæ &
scientię scrutatur. Qz pater maiorẽ fi-
Rom. 11. liũ ad intrandũ inuitat:significat ꝙ cũ
plenitudo gentium intrauerit, tũc oĩs
Israel saluus fiet.Quotidie quoqꝫ deus
filium recipit reuertentẽ : dũ quẽlibet
peccatorẽ suscipit pœnitentẽ.Et oĩa su
pradicta facit:dũ gratiam quã in bapti
smo acceperat & per culpã perdiderat,
iterum illi reddit.

K Luce.16. ¶De diuite & eius villico. Ca.XXIII.

HOmo qdã erat diues, & habebat villicũ : & hic diffamatꝰ est apud illum,quasi dissipasset bona eiꝰ.Hõ diues,dicitur deꝰ pater : villa, humana natura:villicꝰ,spũs: coloni,intellectus,affectus,sensus, appetitus humani:bona diuitis, dona dñi, & ea quę habemus p naturã,& ea quæ habemus p gratiã.Multa bona posuit deus in instauramẽta istius villę:sunt in ea ædificia,p multimodã bonę conuersationis honestatẽ : vituli,per boni ĩchoationẽ: boues,per cõsummationẽ:tauri,per virtutis pcreationẽ:vaccę,p bonę volũtatis fœcunditatẽ:iuuencæ,p spiritualis integritatis incorruptionẽ:oues, p innocẽtię mãsuetudinẽ:agni,p munditię candorẽ:caprę,p cõtẽplationis arduitatẽ:apes,p gustũ internę dulcedinis.Sed & porci,q̃uis deus illorũ esum phibebat,ibi nõnunq̃ inueniunt p surreptionẽ immũdę cogitationis.Qui & ipsi eo ꝙ valẽt ad humilitatẽ mẽtis,multũ adiuuãt ad cumulũ iustificationis.Inueniũt etiã in hac villa.i.in humana natura hordeũ,p scientiã veteris testamẽti: triticũ,p sciẽtiã noui.Ibi sunt agri multi p latitudinẽ sensuũ & affectionũ : &
L aratra diuersa, p mlta virtutũ & actionũ exercitia.O q̃ bona,q̃ locuples,villa ista:in qua deus posuit tot & tanta bona!Caueat villicꝰ,ne dissipet bona eiꝰ. Dissipatio bonorũ,amissio est donorũ, corruptio virtutũ,ablatio bonorũ operũ.Notandũ ꝙ dictũ est:quasi dissipasset bona eius. Non enim vere possumꝰ dissipare bona dñi: qa & si humana natura,tãta possit affici malitia, vt nihil diligat boni: non tñ potest tãta cæcari ignorãtia vt nihil cognoscat veri. Villicatio est conuersatio. Amissio villicationis,est in morte hoĩs. Ratio de villicatione est iusta examinatio de transacta conuersatione.Loquutio diuitis cũ villico, sermo dñi cũ spiritu humano. Quid faciam inqt villicus : qa dñs meꝰ aufert a me villicationẽ! Angustia villici:timor spũs hũani. Sede cito & scri
be.Debitores serui:sunt intellectus, af M
fectus,sensus,appetitus humani p culpã deprauati.Et quãto magis ĩtellectꝰ, siue sensus, siue affectus,siue appetitus a bono dissidet:tãto ampliꝰ debet deo. Sessio debitoris est humiliatio peccatoris:scriptio debiti, cõsideratio peccati. debiti relaxatio: demissio peccati. Timeat ergo & puideat sibi villicus iste, id est spũs humanꝰ:vt debitores istos a debito peccati p pœnitẽtiã ĩterim prudẽter alleuet, vt eũ dñs ĩ fine sine fine de tali prudẽtia laudet. Amissa namqꝫ villicatione,fodere nõ valebit, & mẽdicare erubescet:qa post hãc vitã, nemini dat vel facultas operãdi, vel fidutia deũ deprecandi.Debitores quoqꝫ a debito relaxati, villicũ post villicationẽ in domo accipiũt:qñ sensus & affectꝰ a peccato p pœnitẽtiam & remissionem alleuati & cælestibꝰ prẽmiis ditati hominem in cælesti mansione iocundum reddunt.

¶De diuite epulone & Lazaro mendico. Cap.XXIIII. N Luc.16.

HOmo qdã erat diues,& induebat purpura & bisso:& epulabatur quotidie splẽdide.Diues iste Iudaicũ populum designat: q cultũ vitę exteriꝰ habuit,& acceptę legis deliciis vsus est ad nitorẽ nõ ad vtilitatẽ.Lazarꝰ vlceribꝰ plenus gẽtilẽ populũ significat: q ad deũ cõuersus peccata cõfitet. Virus nãqꝫ qd intus latebat q̃si rupta cute foras emittit:dũ occulta mala p confessionẽ pdit . Et cupiebat saturari de

micis q̃ cadebāt de mēsa diuitis,& nemo illi dabat:qa gētilē quēq̄ ad cognitionē legis admittere,sᵘpbus iudaicus populus despiciebat. Quia non ad caritatē,sed ad elationē,doctrinā legis habuit:q̃si de acceptis opibus intumuit. Et quia ei verba defluebant de sciētia: quasi micę cadebant de mensa.Sed contra,vulnera pauperis canes lingunt:qa prędicatores dū loquēdo a peccatis eripiunt,quasi tangendo vulnera ad sanitatē reducunt: sicut canis vulnera curat dū lingit. Vnde Lazarus interpretatur bene adiutus: quia ipsi hunc ad ereptionē iuuant,q eius vulnera p linguę correptionē curant.Factū est autē vt moreret̃ mēdicus: & portaret̃ ab angelis in sinū Abrahę.Sinus Abrahę,est requies bonorū pauperū, quorū est regnū cælorū,quo post hāc vitā recipiūtur.Mortuus est & diues:& sepultꝰ est in inferno.Sepultura īferni: pœnarum pfunditas est,quæ post hanc vitam superbos & īmisericordes vorat.Eleuans aūt oculos suos,cū esset in tormētis:vidit Abrahā a lōge & Lazarum in sinu eius. A longe vident infideles:dū ī imo positi ante diē iudicii fideles sup se requiescere attendūt, quorū post gaudia cōtēplari non possunt.Lōge est qđ concupiscūt: qa illuc per merita nō attingūt.Pater Abrahā miserere mei,& mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā:vt refrigeret linguā meam qa crucior in hac flāma.Infidelis populus verba legis in ore tenuit:q̄ in opere seruare cōtēpsit.Ibi ergo amplius ardebat: vbi se ostēdit scire quod facere noluit. Ab extremo digiti se tāgi desiderat: qui ęternis suppliciis datus optat opera iustorū vel vltima sibi participari.Fili recordare quia recepisti bona in vita tua:& Lazarus similiter mala. Nota φ diues iste aliqd boni fecit, ex quo bonū transitoriū in hac vita recepit:& Lazarꝰ aliqd mali fecit: sed mala Lazari purgauit ignis inopię. Fili recepisti bona in vita tua: qa omne gaudiū tuū felicitatē trāsitoriā putasti.Habēt iusti etiā bona in mūdo:sed qa in recōpēsationē nō recipiūt,sed ad ęterna sanctis desideriis ęstuant: quę adsunt minime bona vident̃.Memento fili.Ecce diuitē filiū vocāt: quē tamē a tormēto non liberat.qa prędecēdēres patres huiꝰ populi multos a sua fide deuiasse cōsiderāt: nec vlla cōpassione a tormētis eripiūt, quos tñ filios p carnem recognoscunt. Habeo enim quinq; fratres. Iudaicus populus ex magna parte iam damnatꝰ sequaces suos quos super terrā reliqt, quinq; libris Moysi carnaliter intellectis: vel quinq; sensibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliqrat exprimit: qa eos ad spiritualē intelligentiam nō assurgere nouit. Si Moysen & pphetas non audiunt, neq; siquis ex mortuis resurrexerit credent. Ex mortuis dñs resurrexit:sed qa iudaicus populus Moysi credere noluit,ei q resurrexit credere contēpsit. Et cū verba Moysi spūaliter ītelligere noluit:ad eū quē Moyses prædixerat non puenit.Vñ veritas. Si crederetis Moysi: crederetis forsitā & mihi.

Matt. 5. Ioan. 5.

¶De decē leprosis mūdatis.Ca.XXV.

Luca. 17.

FActū est dū iret Iesus in Hierusalē:trāsibat p mediā Galilæam & Samariā. Et cū ingrederet̃ quoddā castellū:occurrerūt ei decē viri leprosi. Decē leprosi significāt eos q cōtra pręcepta decalogi viuūt, & diuersis & damnabilibꝰ peccatis male agēdo semetipsos polluūt. Tales veniūt ad Iesum p fidē, ex quo ipse ingressus est castellū huiꝰ mūdi p incarnationē:& stāt a longe,p humilitatē:& exclamāt,p cordis pœnitentiā: Iesu pceptor,miserere nostri. Qui dū vadūt vt ostendāt se sacerdotibus p vocis confessionē:sananť a lepra transactę iniqtatis.Sicut scriptū est.Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam dño:& tu remisisti impietatem peccati mei.Nouem q ad agendas gratias accepta sanitate regredi neglexerunt: illos exprimūt,qui post acceptam remissionē criminū,decalogū complēdo,grates pro gratia reddere contemnūt. Vnꝰ q rediit & gratias egit: vniuersalis ecclesię vnitatē designat,quę p bñficio gratiæ grates referre non cessat.

Psal. 31.

¶De duobus in agro: quorũ vnus assumetur, & alter relinquetur. Cap. XXVI.

R Lucæ. 17

ERunt duo in agro, vn⁹ assumetur, & alter relinquetur. duę molẽtes ĩ mola: vna assumetur, & altera relinquetur. duo in lecto: vnus assumetur, & alter relinquetur. Possumus p illos qui in agro sunt, hoĩes laicos accipere in seculo libere viuentes. Sicut em̃ ille q in cãpo est habet potestatẽ quolibet diuertendi: sic laici rebus suis libere vtẽtes, potestatem habent qđ volunt faciendi. comedunt qñ volunt: bibũt qñ volũt: & sic de cęteris. Pro tanta ergo libertate sibi concessa: non inconuenienter in agro esse dici possunt. Per illas autem quę in mola molentes erũt: possum⁹ accipere eos qui rerũ ecclesiasticarũ curã gerunt. Qui recte fœminino genere designantur: eo ꝙ infirmitate & fragilitate sua, arduitatem vitæ contẽplatiuę ascẽdere non valent, & exteriora tantũ tractare negocia pmittuntur. Qui dũ oĩm sibi cõmissorũ curã gerunt: quasi p circuitũ laboris sui molã ducunt. Per eos vero qui in lecto erunt: possumus eos accipere qui ab actionibus exteriorib⁹ quiescentes solis factis cælestibus vacare & diuinæ debent contemplationi intendere. Lectus nãq; quietẽ significat. Primi sunt in agro, ꝑpter libertatẽ: secundi in molendino, ꝑpter laborẽ: tertii in lecto, ꝑpter quietẽ. Sed ex his oĩbus vn⁹ assumetur, alter relinquetur. Assumetur granũ, relinquetur palea. Assumetur frumentũ, relinquetur lolium. Assumetur agn⁹, relinquetur hœdus. Assumetur piscis, relinquetur anguis. Assumetur bon⁹ in præsenti ꝑ gratiam: relinquetur malus ꝑ culpã. Assumetur bonus in futuro ad gloriam: malus relinquetur ad pœnam. Bonus assumetur ad beatitudinẽ: malus relinquetur ad damnationẽ. Interim tamẽ dũ præsens agitur vita, in omni modo viuendi, semꝑ boni sunt malis coniuncti: & sunt in agro, in mola, in lecto bini: boni & mali. Videat igitur modo quisq; quomodo sit: & talem se faciat vt debeat assumi, non relinqui.

¶De pharisęo & publicano orãtibus. Cap. XXVII.

S Lucę. 18.

DVo hoĩes ascenderũt ĩ tẽplũ vt orarẽt: vn⁹ pharissęus, & alter publicanus. Pharissæus stans hæc apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia nõ sum sicut cæteri hominũ. Quatuor sunt tumoris ſpecies: cũ quis vel bonum qđ habet, a se habere existimat: aut si datũ a deo credit, ꝑ meritis sibi datũ putat: aut cũ se iactat habere qđ non habet: aut cũ desꝑctis cæteris, appetit singulariter videri habere qđ habet. Hac pharissęus ꝑste laborabat: q ideo non iustificatus descendit, qa merita bonorũ operũ sibi singulariter tribuẽs, publicano se prætulit dicẽs. De⁹ gratias ago tibi. Ecce pharissęus ad abstinentiã exhibendã, ad impendẽdã misericordiam, ad referendũ deo gratias oculũ habet apertũ: ad humilitatis custodiã non habet. Et quid ꝓdest si tota ciuitas custodiatur: & vnũ foramẽ p qđ hostes intrent relinquatur? Pharissæus, iudaicum populũ significat: qui ex iustificatiõis legibus extollit merita sua, & superbiendo recedit. Humiliatus publicanus, gentilem significat: qui longe a deo positus ꝑccata confitetur, & tamẽ tando propinquat deo, & exaltatur.

quatuor elativ[?] . . . spes

¶De cęco iuxta viam illuminato. Cap. XXVIII.

T Lucæ. 18.

FActũ est autẽ cũ approꝑpinquaret Iesus Hierico: cęcus qdã sedebat secus viã mendicãs. Et cũ audiret turbã prętereũtem: interrogauit quid hoc esset. Dixerũt autẽ ei: ꝙ Iesus Nazarenus transiret. Cæcus iste, significat genus humanũ, quod a superna claritate exclusum, damnationis suæ patitur tenebras: sed domino propinquante Hierico curatur. Hierico, luna interpretatur: p quã defectus nostrę mortalitatis intelligitur. Dũ ergo verbũ dei infirmitatem nostræ carnis suscepit: homo ad cognoscendum diuina redit. Cæcus sedet iuxta viam: dũ incipit in ip̃m cre

Ioan.14. dere q̄ dicit:Ego sum via veritas & vi-
ta.Mendicat,dū rogat.Vnde sequit̃: &
clamabat.Iesus trāsiens cęcū audit,stās
illuminat: qa p̄ humanitatē suam, no-
strę cęcitatis vocibus cōpatit̃: sed p̄ po
tentiam diuinitatis lumen nobis gra-
tiæ infundit.Et qui præibant increpa-
bāt eum vt taceret.Qui Iesum pręeūt,
significāt tumultus carnaliū vitiorū,
quę dissipāt hoīs cogitationes, & ptur
bāt vocis orationes:ne Iesus ad illumi
nandū venire possit cor hominis. Sed
iam credens sentiens se grauari phan-
tasmate vitiorū priorū,& vocē sute ora
tionis impediri, ne pro se orare possit:
ardēti⁹clamat.Et Iesus dixit illi.Respi
ce:fides tua te saluū fecit.Et confestim
vidit: & sequebat̃ illū magnificās deū.
Videt & sequit̃:q bonum qđ intelligit
operatur,& Iesum pretereuntē imitat̃.
Et hic talis non solum in deo proficit:
sed etiam alios ad laudem dei accēdit.
Vnde sequitur.Omnis plebs vt vidit:
V dedit laudem deo.

Lucæ.19. ¶De Zacchęo. Cap.XXIX.

E Cce vir noīe Zacchęus
& hic erat princepspu
blicanoꝝ & ipe diues.
Et quęrebat Iesum vi-
dere qs esset:& nō po-
terat prę turba qa sta-
tura pusillus erat.Zacchęus q interpre
tat̃ iustus:significat credētes ex gētib⁹
qui p̄ occupationē temporaliū depressi
erant,& minimi: sed a deo sanctificati.
Qui intrantē Hierico saluatorē videre
volunt: dū fidei quā mūdo cōtulit par
ticipare volūt.Sed turba.i.vitiorū con
suetudo,quę cęcū clamātē increpabat:
etiā Iesum suscipientē tardat.Sed sicut
cęcus amplius clamādo turbā vicit:ita
pusillus terrena relinquendo,arborem
crucis ascendēdo,turbam obstantē trā-
scēdit.clamās cū Ap̄lo. Mihi absit glo-
Gala.5. riari nisi in cruce dn̄i nostri Iesu Chri-
sti.Sicomorus est arbor similismoro fo
liis:sed altitudine p̄stans:& interpreta
tur ficus fatua.i.crux,q̄ credētes vt fi-
cus pascit:ab infidelib⁹ irridetur vt fa
tua.Quā pusillus ascendit:dū quilibet
humilis & p̄prię infirmitatis conscius
in virtute crucis gloriat̃.Et p̄ hāc lau-
dabilē fatuitatē p̄pe dn̄m cernit trāseū
tem:quia si nondū ita solide vt est:iam
tū raptim & quasi in transitu, luci sa-
pientię cælestis intēdit. Dn̄s aūt in do
mo manēs reficit̃: cū populū gentilem
ad fidē conuersum, vel quēlibet fidelē
per spiritū inhabitās bonis eius operi-
bus satiat̃.Zacchęus quoq; dimidiū bo
norū suorū dat pauperibus:cū ipse qui
ad deū cōuertit̃,ea tantū quæ necessa-
ria sunt corpori,reseruat sibi,cętera ve
ro paupib⁹ erogat. Quadruplū deniq;
pro defraudatione reddit:cū pro quali
bet culpa, quatuor euangeliorum præ
cepta complet:aut quatuor cardinales
virtutes exercet.

¶De domino flente super Hierusalem. X
Cap.XXX.

A Ppropinquauit Iesus Lucæ.19.
Hierusalē: & vidēs ci-
uitatē fleuit sup illam
dicens. Quia si cogno
uisses & tu.Qđ dn̄s se
cūdū historiā semel fe
cit: hoc quotidie per electos suos eccle
sia agit.Plus plāgit reprobos q nesciūt
cur plangantur,qa exultant in reb⁹ pes Prou.5.
simis. Qui si damnationē sui pręuide-
rent: seipsos cū electorū lachrymis plā
gerēt.Qui in puersitate sua diē suā hic
habent: in qua & pacē habent ex abun
dantia tēporaliū:& supplicia nunc abs
conduntur ab oculis eorū: qa refugiūt
vētura præuidere, quę tēporalē lętitiā
pturbāt.Sed veniēt dies qn̄ aīas exeū-
tes a corporibus dæmones inimici cir
cundabūt vallo: trahētes eas ad socie-
tatē sute damnationis.Et vndiq; circū-
dabūt & coangustabunt:qn̄ non solum
operis sed etiam locutionis, & cogita-
tionis, iniquitates ante oculos eorum
replicabūt.Et ad terram prosternētur:
cū caro in puluerē redigēt.Filii etiā ca
dēt: cū illa die peribūt oēs cogitatiōes
eorū.Quę cogitatiōes etiā p̄ lapides si-
gnant̃:cū subdit̃. Non relinquetur in
te lapis super lapidē.Peruersa.n.aīa,cū
peruersę cogitationi peruersiorem ad-
dit:quasi lapidē super lapidē struit.Sed
cū aīa ad vltionē rapit̃, talis cogitatio
nū constructio dissipatur.Et hoc ideo:
quia non cognouit tēpus visitationis

suæ. Peruersam enim animã deus aliquando visitat præcepto, aliquando flagello, aliquando miraculo. Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, ĩ extremo inimicis traditur: cum quibus in æterno iudicio damnationis societate colligatur.

Y ¶De vinea & agricolis. Cap.XXXI.

Lucæ.xx HOmo quidam plãtauit vineam & locauit eam agricolis: & ipse peregre fuit multis temporibus, & in tẽpore misit ad cultores seruum vt de fructu vineę darẽt illi. Vinea domini sabaoth, domus Israel est: coloni, operarii, qui ad excolendam vineã: hora prima, tertia, sexta, nona, sunt cõducti. Peregre fuit qui vbiq; præsens est: cum vinitoribus liberum arbitriũ dereliquit. Primus seruus qui mittitur, Moyses legislator intelligitur: qui per xl. annos fructum legis quã dederat a cultorib⁹ inquirebat. Sed cęsum dimittunt inanẽ: quia irritauerunt Moysem in castris, & Aaron sanctum domini: & vexatus est Moyses propter eos, q͞a exacerbauerunt spiritum eius. De quibus ipse ait. Vua eorum vua fellis: & botri eorũ amarissimi. Fel draconũ vinũ eorum. Alter seruus, Dauid propheta est q̃ post Moysem, vineę colonos psalmodię modulatione & citharæ dulcedine ad exercitiũ boni operis inuitabat. Sed & hunc contumeliis affectũ: dimittũt inanẽ, dicentes. Quę nobis pars in Dauid: aut quę hęreditas ĩ filio Ysai? Qui tamen pro hac vinea ne penitus extirpetur sic orat. Dñe deus virtutũ conuertere, respice de cęlo & vide & visita vineã istam. Tertius seruus, fuit chor⁹ prophetarum, qui populũ corrigebãt, & mala quæ cultoribus vineæ imminebãt, prædicebant. Sed & illos persecuti sunt: & occiderunt. Cuius vineę sterilitatẽ Hieremias deplorat, dicens. Ego plantaui te vineam electam: quomodo cõuersa es in prauũ vinea aliena? Quid faciã? mittam filiũ meum dilectũ: forsitã cũ hunc viderint, verebunt. Quẽ cũ vidissent coloni: cogitauerunt intra se dicẽtes. Hic est hæres: occidamus eum vt nostra sit hęreditas. Sic Iudęi ecclesiæ hęreditatẽ Christo pręripere volũt: dum fidem quæ p eum est extinguere conantur: iustitiæ dei non subiecti, sed suam constituere volentes. Et eiicientes eum extra vineam, occiderũt. Marcus mutat hunc ordinem dicens. Occiderunt & eiecerunt eum extra vineã: in quo pertinacia eorum notatur: qui post resurrectionẽ prædicantibus apostolis credere noluerunt: sed quasi vile cadauer proiicientes gentibus suscipiendũ dederũt. Sed dñs malos colonos male perdidit: dum incredulos Iudæos in sua incredulitate dereliquit, & per principes Romanos longe lateq; dispersit. Secundum moralem sensum vinea locatur: cũ mysteriũ baptismi fidelib⁹ ad exercendũ opere cõmittitur. Mittũtur tres serui, vt de fructu accipiãt: cũ lex, psalmodia, prophetia, ad bene agendum hortatur: sed contumeliis affecti vel cæsi eiiciuntur: cum sermo audit⁹ vel cõtemnitur vel blasphematur. Missum insuper hæredem occidit: qui filiũ dei contemnit, & spiritui quo sanctificatus est contumeliam facit. Vinea alteri datur: cũ gratia quã superbus abiicit, humilis ditatur. Scribę manũ mittere in illum quęrunt, sed timore retinentur: cũ falsus quilibet vnitatẽ ecclesiæ propter bonorũ multitudinem, vel erubescit, vel timet impugnare.

Margin notes: Deut.32 | 3Reg.12 | Psal.79 | Hiere.2 | Z | Roma.x | Marc.12. | Moral'r.

FINIS Allegoriarum M. Hugonis de Sancto Victore in quatuor euangelia.

M. HVGONIS de Sancto Victore Canonici Annotationes Elucidatoriæ in diui Ioannis euãgeliũ, Quarũ hęc duo sunt capita.

De sacræ scripturæ, & in ea noui testamenti, & in nouo testamento, euangeliorũ: & inter euangelia, euangelii sancti Ioannis excellentia. Cap.I.

Annotationum in dictum Euangeliũ beati Ioannis iam per nos in capita distinctum. Cap.II.

Quæ vero in ipsis annotationibus excellere videbuntur, in tabellis serie literaria, vt cętera indicabimus.

¶Sequitur igitur in formam prologi. Cap.I.

A INter oēs scri-
pturas, sacra
scriptura ex-
cellit: cuius ex
cellētia ex ipō
nomine mani
festatur. Sacra
em̄ dicit̄ quia
ad sc̄titatem
nos instruit.
Hęc aūt ī duo
diuisa est, in vetus testamentum & no
uum. Sed sicut sacra scriptura excellit
alias scripturas: sic & nouū testamen-
tum vetus excedit. Vetus enim appeti
tum temporaliū ingerit: nouū vero de
sideriū æternorū. Vnde & illud vetus
dicit̄, vel quia ad appetitū temporaliū
trahit: dicendo hoc & hoc facietis, &
bona terrę comedetis: p quem appeti-
tū nos veteri homini.s. Adę cōformes
efficimur: vel ideo vetus, quia nō per-
māsurum sed aliud ei successurū erat.
Leui.26. vnde dicitur. Superuenientibus nouis
vera proiicietis. Nouū vero testamen-
tum ideo nouū, quia facit desiderium
æternorū, quæ semper iocunda & dele-
ctabilia sunt, & ideo noua quæ nūq̄ ve
terascūt: vel ideo quia perduraturum
B est nec aliud ei succedere debet. ¶Si-
cut aūt sacra scriptura alias excedit, &
inter ipsas sacras nouū testamentū ve
tere digni⁹ est: sic inter scripturas noui
testamenti euangeliū excellentius est.
Vnde & hoc nomen habet. Nam pro-
pter excellentiam suam hoc nomē cō-
mune cæteris propriū possidet ꝙ euan
gelium dicitur. Est enim euangeliū bo
na annūciatio. Hæc autem annūciatio
bona in euangelica doctrina digni⁹ est
q̄ in aliis: tum propter rei completio-
nem & præsentiā, tū propter fidei ma-
nifestationē, tum propter vitæ futuræ
Esa.7. iocunditatē. Propter rei cōpletionē: qa
cū in veteri testamento dictū sit. Ecce
virgo concipiet & pariet filium: In no
Luc.2. uo hoc cōpletū esse annūciatur. vbi di
citur: Peperit filium suū primogenitū.
Propter fidei manifestationem: quia ibi
fides Christi obscure prædicata est: hic
vero aperte. Ibi enim velata facie vide-
bant in ęnigmate: hic vero reuelata &
manifeste. vnde dicitur. Multi reges & Luc.x.
prophetę voluerunt videre quę vos vi
detis & nō potuerūt. Propter vitæ æ-
ternæ iocunditatem: quia nouū testa-
mētum æterna promittit, quæ iocūda
& delectabilia sunt. Ex fide em̄ quā do
cet euangeliū peruenitur ad dilectionē C
quæ dat vitā æternam. Hæc aūt euan-
gelica doctrina: nec paucitate constrin
gitur, nec supflua multitudine dilata-
tur: quod esset si vel vn⁹ tm̄ scripsisset
vel infiniti. Nam si vnus tm̄, min⁹ cre- Deu.17.
deret̄: vnde dicitur in lege. In ore duo-
rum vel trium testium stet omne ver-
bum. Si vero infiniti, vilior haberetur,
qđ sic vulgo diffunderetur. Quare cer
to numero & congruo continet̄. Qua-
tuor enim tm̄ sunt euangelia. Qui nu
merus tamen in multis aliis, sed præci Ezech.1.
pue in Ezechiele per quatuor animalia D
p̄figuratus est. Sed inter hæc quatuor
pręcellit euangelium Ioannis: qđ & in
illis propheticis animalibus ostensum
est. Nam Ioānes aquilę, quę cæteris aui
bus altius volat, & intuitum in solē fi-
git luminibus irreuerberatis compara
tur: Cum domino ad cælum volat eius
diuinitatem altius cæteris intuendo.
Vnde dicit Augustin⁹ eū adeo alte cœ
pisse, ꝙ si altius intonuisset, nec totus
mundus eum capere potuisset: dicens
In principio erat verbū &c. Cæteri ve-
ro cum domino in terra gradiunt̄: qui E
de humanitate ei⁹ egerūt. Ex ipso etiā
ordine patet ꝙ dignius est euangeliū
ipsius q̄ aliorū. Est em̄ Ioannes nouissi
mus ordine scribēdi, & pfectiōe doctri-
nę. Scribēdi ordine qa diu sine ammini
culo scripturę fidem Christi p̄dicauit.
Sed in Pathmos insulam exilio relega-
tus a Domitiano, crebra reuelatiōe cō
solat⁹ Apocalypsim scripsit. Deīde mor
tuo Domitiano pmittēte Nerua & to-
to senatu rediit Ephesū. Sed eo absente
multę hæreses in ecclia ei⁹ pullulaue-
rāt: vn̄ rogat⁹ ab epis Asię vt cōtra hę
reses illas scriberet, euāgeliū scripsit 1
dicto triduano ieiunio. In quo non so-
lū hęreses pullulātes manifeste resecat
sed etiā q̄ ab aliis p̄termissa fuerāt sup

oppositum asserit heresis mris s. q io
hānes evangelista nō scripsit apo
calypsim s[ed] alius io hanes

plet. Legerat enĩ euangelia aliorũ, & veritatẽ historiæ approbauerat: sed quædam deesse videbat & maxime gesta domini ante incarceratiõe Ioannis quæ ipse supplet. Multę autem hęreses ĩ ecclesia illa pullulauerant. Fuerũt enim quidam qui dicebãt Christum nõ fuisse ãte Mariã: quẽ errorẽ destruit dicẽs. In principio erat verbum. Dicebãt alii ꝙ idem deus nunc pater nunc fili⁹ nũc spiritus sanctus erat, quos cassat dicẽs. Et verbum erat apud deum: sicut alius apud alium. Alii quoq; dicebãt ꝙ Christus ab æterno erat sed deus non erat: quos iterũ confundit Ioannes dicẽs: & deus erat verbum. Fuerunt item alii q dicebant Christum non verũ sed phantasticum corpus habere: quos iterũ deiicit dicens. Et verbum caro factum est.
F Est etiã nouissimus perfectione doctrinæ: quia agit de æternitate verbi. i. de
Ioan. 17. diuinitate, qđ perfectissimum est. Vnde ipse dicit. Hęc est vna ęterna, cognoscere te solum deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Humanitas enim Christi lac paruulorũ est: diuinitas vero cibus grãdium. Vnde per humanitatem ad diuinitatem gradu doctrinæ est ascendẽdũ. Habet itaq; Ioãnes cõmunẽ materiam Christum: Intentiõnẽ, fidem Christi docere. Specialem vero materiam diuinitatem ipsius: Intentionem vero hæreses pullulantes resecare: & ea addere q̃ ab aliis dimissa erant miracula Christi, & præcipue illa quæ fecit dominus ante incarcerationem Ioannis: & idẽtitatem essentiæ diuinæ & diuersitatẽ per-
G sonarũ demõstrare. ¶Modus agendi talis. primum de æternitate verbi agit, & de identitate essentiæ diuinæ, & de personarum diuersitate: deinde narrat miracula gesta ante incarcerationẽ Ioannis: postea communia etiam commemorat, donec ad sermonem domini quẽ habuit in cœna ad discipulos veniat, quẽ diligentissime & subtilissime describit. In eo enim dominus de diuinitate sua manifestissime docuit, vt de identitate essentiæ suæ cum patre, & de diuersitate personæ quem sermonem null⁹ aliorum ausus est attingere. Q; vero dicitur tũc supra pectus domini dormiuisse, & in extasi raptus intellectu ea quæ dominus dicebat comprehendisse, non nego nec affirmo: sed hoc ꝑ illud ꝙ supra pectus domini reclinasse & obdormisse dicitur, significat ꝙ altius de diuinitate Christi cæteris hausit. Deinde de passione ei⁹ & resurrectione ei⁹ agit: & sic terminat euangelium suum.

SEQVVNtur Annotationes Elucidatoriæ Eiusdem M. Hugonis in euangelium Ioannis: cuius capita e regione distĩguem⁹.

Cap. II.

H
Ioan. 1. IN pricipio erat verbum &c.

¶Ioãnes scriptur⁹ euãgelium de diuinitate verbi incepit: vt hęreses & errores q habebant vel haberi possent de diuina Christi natura tolleret & om̃ino resecaret. Sunt enim in Christo duæ naturæ: humana scilicet & diuina. Errores vero qui de humana natura ipsi⁹ haberi poterunt cęteri tres satis abstulerãt: quia de humanitate Christi sufficienter tractauerant. Q; idem vt de ipsius diuinitate fiat, dicit Ioãnes. In principio &c. In principio, hoc est in patre. Pater enĩ est principium non de principio: filius principium de principio: etsi sine prin-
I cipio. ¶Quæritur autem an possit dici Quæstio de spiritu sancto ꝙ sit principiũ de principio: & ꝙ sit in principio? Ad quod dicimus ꝙ si per hoc qđ dicitur filius est principium de principio, hoc intelligatur tm̃ ꝙ ipse est ex substãtia patris: illud idem veraciter dici potest de spiritu sancto: quia & ipse est ex substantia patris: & secundum hoc idem in patre est, quia ex ipso est. Vsum tamen huiusmodi locutionum, vt dicamus spiritus sanctus est principium de pricipio, vel est in principio, vel in patre, non habemus: & deest dictum, et si non causa dicti: & ideo non recipimus. Vel si personam notant huiusmodi verba pricipiũ de principio, esse in principio, vel in patre. vt hoc designetur ꝙ filius sit genitus a patre: tunc nullo modo hoc spiri

K tui sancto cōuenire potest. Item cum dicitur ꝙ pater gignit filium: quæritur an
Quæstio sic dici possit persona gignit personam?
Rñsio. Licet autē verus sensus in his esse possit, tamen hoc est attendēdū ꝙ hæc nomina pater, filius, ad illam generationē notandam sunt translata: persona vero nomen discretionis est: ad personalē. n. discretionem faciēdam est assumptum. Vnde per hoc improprie illa generatio demonstretur. Et est notandum ꝙ in sequentibus fili⁹ in patre essentialiter dicitur: vbi dicitur, quia pater in me est:
Ioan. 14. & ego in patre, qđ est ego & pater eiusdem prorsus sum⁹ essentiæ. Item quæ-
L Quæstio ritur quare verbū filius hic dicatur. Ver-
Rñsio. bum autē duo significat: sicut & logos græcum: cui æquipollet, scilicet mentis conceptum, & oris probationem. Mens enim prius intus concipit quod postea oris probatiōe manifestat. Sic & pater filium de substantia sua gignit, per quē omnia disponendo ipse innotuit: & eū in tempore incarnando visibilem mundo exhibuit: & sic maxime mūdo innotuit. Quoniā igitur per ipsum ab æterno omnia disposuit: & p ipsum in carne venientem mundo innotuit: cōgrue in hoc loco eum euangelista verbū no-
M minauit: Hoc verbum erat substātiuū, essentiam verbi sine motu tēporis. i. sine tēporis consignificatione vel determinatione notat. Aliquando enim tempus cōsignificat vt cum dicitur homo est: aliqñ nō cōsignificat vt cū de essentia diuina agitur sicut hic. In principio erat verbū &c. Dicitur aūt substātiuū, qa substantiā rei tm̄ & simpliciter demonstrat, nulla accidētis participatiōe. Cætera vero verba adiectiua sunt qa p ea accidens subiecto demonstratur inesse:
†subiectum. hoc vero verbum †substantiam esse simpliciter notat. Vñ etiā si qua res omnibus accidentibus spoliata tm̄modo esset: hoc verbum ei conueniret. Quare
N proprie deo competit: cui⁹ esse simplex & verum est. Erat quoq; pręteritū imperfectum melius ponitur hic q̃ est vel fuit ad generationem verbi designādā: vt per hoc ꝙ p̄teritum imperfectum inchoationem rei significat & nondū perfectionem, demonstretur generatio illa

ab æterno fuisse & nondum completa, id est terminata esse. Non tamē hoc dico quin illa generatio perfecta sit (ibi enim nihil imperfectum esse potest) sed ꝙ terminata non est. Semper enim pater plene gignit filium & fili⁹ perfecte semper gignitur a patre. Vnde & pater ab æterno pater est, & filius ab æterno filius est: neuter enim sine altero eē potest. Vnde melius dicitur secūdū Ambrosium pater gignit filiū q̃ genuit: ne generatio illa finita esse videatur. Quā & ab æterno fuisse & semper perfectam esse ostendit Augustinus referens illud.
Ego hodie genui te: ad æternā filii generationem. Dicit enim satis congrue Psal. 2. ibi poni aduerbium præsentis temporis & verbum p̄teriti: vt per hodie ęternitas generatiōis illius significetur: & eiusdem perfectio & completio per verbum præteritum demonstretur. Ex eo O itaq; ꝙ dicitur verbum fuisse in principio, ostenditur ipsum ab æterno fuisse: & ipsum principium omnium esse: & etiam aliam personam a patre esse: quæ tamen euidentius in sequentibus apparent. Ipsius autem verbi pater principium est qui & omnium principium est. Huiusmodi autem loquutio apud authores inuenitur: quare in seqūtibus dicetur an eodem modo pater principium filii dici possit, quo & aliorū principium dicitur. ¶Apud deū: tanq̃ alius apud alium. Neq; enim filius est idem qui & pater: nec pater idem qui & fili⁹, quod est contra illos qui dicebant eundem cum vult esse patrem, cum vult filium, cum vult spiritum sanctum. De⁹ P hoc nomen hic p̄sonale est. Naturę aūt cum cætera nomina personalia pręmittuntur huic vel consequuntur hoc nomen deus in designatione patris solet accipi. Sed cum supponitur: & de⁹ erat verbum idem est ac si dicatur verbum erat deus, & ponitur hoc nomen deus in prædicato in designatiōe naturę diuinæ quæ communis est toti trinitati. Qz bene licet fieri hoc modo, licet in p̄cedenti personale sit. Et contra hęreticos illos qui dicebant filiū ab ęterno esse, & deo coæternum esse, non tñ deum esse. Per hoc autem qđ dicitur ꝙ in pri

cipio hoc erat apud deum: confutãtur hæretici illi qui dicebant Christum nõ esse ante Mariam, sicut & in præcedenti: & illi qui putabant filium creaturas tm̃ dignitate præcedere non etiam existentia. Præcedit autem creaturã filius Q & dignitate & existentia. Omnia p ipm̃ facta sunt &c. Postq̃ verbi æternitatem ostendit: dicit omnia per ipsum facta esse. Sũt autem tria genera operum quæ omnia per ipsum fiunt. Sunt enim quędam quæ de nihilo creauit deus: vt elementa quatuor, non ex materia præiacenti & forma vt fingunt platonici: Creator iuxta quæ proprie creator dicitur. Creari enim proprie illa dicuntur quę de nihilo fiũt. Sunt autem alia, quæ ipse per se item ex materia & forma composuit vt in principio homines & cætera quæ Geñ. 1. de terra formata sunt animalia. Vnde dictum est in Genesi. Producãt aquę pisces & volatilia: & terrę arbores & huiusmodi. Neq; enim tunc aliqua natura fuit ex qua huiusmodi formari possent: sed tũc deus naturam inseruit vt Formator. similia ex similibus nascerentur. Iuxta hæc opera deus proprie formator dicitur. Vnde formauit Adam de limo terræ. Tertia vero opera naturæ sunt: vt ꝙ homo ex homine, canis ex cane, arbor ex arbore: quę tamen deus facit mediãte natura. Sunt etiam opera miraculorum, de quibus alias dicetur. Sũt item opera artificis imitantis naturam: quæ omnia fiunt per filium dei. Facultatem Quæstio enim huiusmodi faciendi contulit de⁹. Vnde & ipe omnium author est. Sed q̃rit̃ de mala voluntate, & de mala actione an per ipsum fiant. Qꝫ si dicatur, sic & malum & peccatũ per ipsum fieri di- Rñsio. ci posse videtur: cum & mala voluntas & mala actio peccatum sit. Nõ sunt huiusmodi verba recipienda, ꝙ malæ voluntatis vel malę actionis deus author sit: quia ecclesia huiusmodi verba damnat. Nam sensum hunc faciunt secun- R dum vsum ecclesiæ, ꝙ ex deo malitiam contrahãt: quod falsum est. Veritas tamen dici exigit ꝙ omnis essentię volũtatis & actionis. Deus author & causa est. In actu enim homicidii quid est cuius deus causa non sit? Neq; enim ꝙ leuo manum ad percutiendum aliũde est q̃ ex facultate quã deus mihi dedit: sed neq; ipsum percutere aliunde est. Si autem act⁹ iste ꝙ manum erigo ad percutiẽdum pauperem in eo quod actus est attendatur: nihil in ipso reperitur quare a deo nõ sit: magis q̃ in isto, ꝙ erigo manum ad sustentandum pauperẽ. Neq; tamen peccatũ aliquid est cuius deus author sit: ipsum enim nihil est. Vnde a quibusdam sic determinatur: per negationem quæ tollit & nihil ponit. Est enim peccatum non facere quod quis credit pro deo faciendum esse: vel non dimittere quod credit dimittẽdum esse propter deum. Alii dicunt ꝙ priuatio bona est vel priuatio debiti finis, vl' peruersitas voluntatis. Priuatio autem actio vel voluntas debito fine cum ad aliud dirigitur q̃ ad id ad quod dirigi debet. Debet enim dirigi ad honorem dei, quod cum nõ fit peruertitur & fit peccatum. Sed cum voluntas malo fine informata mala sit: & tamẽ in se, id est in eo ꝙ aliquid est, bona videtur: ꝙ eadem voluntas secundũ aliud & aliud bona & mala sit: & ita ꝙ contraria sint in eodem: qđ dicit Augustinus dicens, regulam dialecticorum hic falli cũ omne malum sit bonũ corruptum. Sed dici potest ꝙ non in qualibet acceptione bonum & malum sint cõtraria: cum enim dicitur ꝙ hæc voluntas bona est ex eo ꝙ a deo esse habet: hic dicitur ꝙ prodest vl' ꝙ similitudinem habet cum suo creatore. Vnde dicitur quodlibet de singulis a deo creatum bonum esse: & de omnibus simul ꝙ erant valde bona. Geñ. 1. Si enim in quolibet factorũ aliquid diuini decoris erat: multomagis in omnibus conueniẽtissime ordinatis pulchritudo creatoris apparebat. Vñ cum dicitur, ꝙ volũtas hoc modo bona est: & item ꝙ hoc modo mala est, id est ad malum finem directa: non sunt contraria bonum & malum: Quare nec hanc locutionem recipimus ꝙ eadem voluntas sit bona & mala: quia ex forma ipsi⁹ in contraria significatione acciperetur bonum & malum, scilicet ꝙ eadem dirigeretur ad bonum & malum: quod esse non potest. Patet itaq; deum authorem

omnium esse tanq̃ supremam causam & originem,a quo omnia emanant, siue per ipsum fiant nullo mediante,siue aliquo mediante,vel natura,vel facultate ab ipso collata.Vnde quidam hoc ꝙ dicit Euangelista : omnia per ipsum facta sunt : referunt ad opera quæ ipse facit per se vel natura mediãte. Quod vero sequitur:& sine ipso factum est nihil : ad ea referunt quæ fiunt a nobis.

T Ambrosius quoqꝫ scribens ad Gratianum episcopum, & Ioannes Chrysostomus sic distinguũt:sine ipso factum est nihil qđ factũ est: ꝑpter hereticos quosdam qui occasione horum verborum dicebant spiritum sanctum factum esse, eo ꝙ Euangelista mentione facta de patre & filio statim subiunxerit:omnia alia facta esse.Vsus tamen ecclesiæ aliã habet distinctionem.

ambrosius chrisostomus quare sic legant et sine ipso factum est nihil quod factum est / cum quo modo legendi non stabit illa oppositio / sine ipso factum est nihil. i. peccatum

V De idolo quoqꝫ dicit Apostolus ꝙ nihil est. 1.Col.8. Dicitur autem secũdum Origenem simulacrũ repræsentatio rei existẽtis,vel cuius similitudo inter res inuenitur:Idolum vero repræsentatio rei non existentis : vt hyrcocerui,chimeræ & huiusmodi.Vnde quia illud rep̃sentat quod nihil est, & ipsum nihil esse dicitur : a causa ad effectum translatum.Vel idolum dicitur illa fictio mentis qua fingimus lignum deum esse,vł illi præsidere: quod nisi falsitas non est : & ideo idolum nihil est.Iuxta quod dicitur.Destrue idolum cordis tui.Vel ibi dicitur:idolum nihil esse,id est nullius efficaciæ,vt inde cibi sanctificentur & inquinentur.

discrimen inter idolum et simulacrum et quare idolum nichil esse dicatur

X „ ℂQuod factum est in ipso vita erat.Ne quis secũdum creata deum inspiceret: vt quemadmodum mutabilitas in ipsis est, sic sit & in creante : ostendit ipsum immutabiliter omnia mutabilia creasse.Nam ad eum dicitur:Immotusqꝫ manens das cũcta moueri.Sicut em̃ dũ artifex mẽte concipit,similitudo manet, nec mutatur re mota:sic creator oĩum deus ab æterno sapientia sua omnia cõprehendit quæcunqꝫ facturus erat: sed immutabiliter. Vnde non est omnimoda similitudo inter mẽtem artificis & mentem diuinam:quia in conceptu artificis motus est,quia prius & posteri⁹: & sic variatio.In comprehensione vero diuina nullus est motus , nulla variatio:cum ipse deus sit ipsa comprehensio. Vnde dicitur ꝙ ipse disponit oĩa Sap.8. suauiter : sine motu scilicet & labore. Propter hanc itaqꝫ suauitatem:dicitur ibi: vita esse,quod factum est.

Y Habet em̃ pater vitam in semetipso: & dedit filio habere in semetipso.Vnde vita quæ in ipso est,differt a vita hominis quę anima est:& a vita animæ: cum tamen vita animæ ipsa sit: motum enim viuendi in se habet,non ab alia creatura contrahit.Sed tamẽ ipsa anima a vita quæ deus est,in tribus inferior est:& ꝙ mutabilis est,& ꝙ initium habet, & ꝙ finẽ habere potest.Vita vero dei & inuariabilis est , nec initium nec finem habet. Vnde hæc sola vera vita est. Vnde dicit Euangelista:Quod factum est in ipo vita erat:id est deus a quo oĩa, quod ab æterno prouidit immutabiliter tempore compleuit.Deus enim per sapientiam quę ipse est,omnia ab æterno disposuit : & disposita tempore cõpleuit. Vnde & a sapiẽtia dei omnia & vitam & esse habent. Vnde & bene ibi vita esse dicuntur , quia inde vitam contrahunt . Vel ibi vita fuit, quia iuxta sapientiam dei,quæ vita omnium est,factum est omne quod factum.

Z Hoc enim exemplar dei fuit,ad cuius exemplaris similitudinem totus mundus fact⁹ est: & est hic ille archetypus mũdus,ad cuius similitudinem mundus iste sensibilis factus est . Neqꝫ enim dicendum est quasdam rationes in mente diuina esse infra creatorẽ & supra creaturas cõsistentes.Nihil enim in deo est qđ deus non sit.Neqꝫ varietas proprietatum ibi potest esse,vbi nihil nisi esse est. Est em̃ deo idẽ esse & viuere. Vnde & simplex essentia est carens partibus & proprietatibus. Quæstio Quæritur an hæ locutiones recipiendæ sint.lapis in deo vita fuit: homo in deo vita fuit? Quędam enim authoritates hoc videntur velle. Rñsio. Sed non oportet huiumodi figuras loquendi extendere:licet in vero sensu dici posset,lapis in deo vita fuit , id est deus ab æterno lapidem futurum esse pręuidit.

A „ Et lux in tenebris lucet &c. Lux ista sapientia dei quæ lucet intus per cogni-

tionem,exterius per creaturarum rep-
sentationem: vnde homo siue ingredi-
atur siue egrediať pascua inuenit. Hęc
lux in tenebris lucet, id est in peccato-
Roma.1. rib9,qui tenebrosi sunt,velut dicit Pau
lus: Inuisibilia enim ipsius a creatura
mundi per ea quæ facta sunt intellecta
" conspiciuntur. Tenebræ vero eam non
" comprehenderunt. Quomodo dicitur
Quæstio ꝙ eam non comprehenderunt, cum
hoc dicat Apostolus quod iam posui-
Rñsio. mus? Et iterum.qđ notum est dei,ma-
nifestũ est in illis. Quia philosophi tri-
nitatem personarum & vnitatem essen
tiæ diuinæ comprehenderunt: Et tamē
bene dicitur ꝙ lucem illam non cōpre
henderunt: quia intus per amorem nō
incluserunt. Comprehenderunt eã igi-
tur per cognitionem,sed non cōphen
derunt per dilectionem. Comprehensio
enim huius lucis duplex est,aut cogni
Roma.1. tionis aut dilectionis.non autem dile-
xerunt,sed cum cognouissent non gra
tias egerunt,aut deum glorificauerũt,
sed euanuerũt in cogitationibus suis.
Vel ita dici potest: lux ĩ tenebris lucet
id est apparet in malis,vt in Nerone &
in aliis,quanta pœna paretur aliis eo-
Roma.1. rum sequacibus. Vnde dicit Aposto-
lus. Reuelatur ira dei de cælo super o-
mnem ĩpietatē &c. Et tñ alii eã nō cō-
" prehendunt, vt eorum exemplo ab illa
B " ira fugiant,& sibi caueant. Fuit homo
missus a deo &c. Resectis erroribus qui
habebantur de diuinitate Christi, vult
etiam Euangelista prorsus omnes hæ-
reses resecare,quæ de humanitate ipsi9
haberi possent. Dicebant enim quidam
humanam naturam in Adam sic perdi-
tam vt reparari non posset. Vñ vt hãc
& alias huiusmodi hęreses tollat euan-
gelista,ab alto volatu contemplationis
diuinæ naturæ descendit ad humilita-
tem veritatis naturæ humanæ: ad quo-
rum manifestationem dicit Ioannē Ba
ptistam missum esse. Vnde sic coniun-
gitur hoc cum superiori: Tenebræ lucē
non comprehenderunt: sed vt compre-
C henderet, fuit homo missus a deo &c.
Quidam veniunt,quidam mittuntur.
Qui veniunt,aut a se veniunt quæren-
tes quæ sua sunt, non quę dei: aut a dia
bolo mittuntur: quando instinctu dia-
boli veniunt vel ad pacem ecclesiæ dei
turbandam, vel ad errorem inducēdũ,
vel ad aliquid huiusmodi. Eorum qui
mittuntur,alii mittuntur ab homine,
alii a deo. A deo vt apostolus Paulus,q
a deo electus non ab aliis apostolis. Ab
homine,vt illi qui ab apostolis ad prę-
dicandum sunt missi: sed ꝙ ab homine
non tollit quin a deo: immo a deo eli-
guntur per homines,sicut & alii cōuer
tuntur a deo per prædicatores. Hic au
tem Ioãnes a deo missus est,non per ho
minem, sed per diuinam ĩspirationem.
Erat Ioannes. Quæ diuina dispositione " D
fiunt,potius dicuntur esse q̃ fieri. Ne-
ꝗ enim hoc nomen secundum volun-
tatem hominum est impositum,sed se-
cũdum dei dispositionē. Hic venit &c. "
Cum premissum sit, Fuit homo missus:
in quo gratia diuinæ electionis notať:
subiungit: venit: in quo liberum deno-
tatur arbitrium,quod gratia pręuenie
te motum & excitatum ipsi consentire
debet & cooperari. aliter enim meritũ
non consistit. Vt igitur euãgelista hęc
duo notaret: scilicet coniunctionē isto-
rum,& gratiæ præuentum: secundũ or
dinem præmisit missus,& supposuit ve
nit. Lumen dicitur fili9 dei,quia ĩ amo- E
re dei nos accendit, sicut verbum pro-
pter cognitionem quam nobis de patre
cōfert: Sic & vita propter creationem.
Lux vera. Est eñ lux illuminata,est &
lux illuminans. Lux illuminata,velut
apľi: de qbus dicit. Vos estis lux mũdi. Matt.5.
Lux illuminãs,q̃ ex se lucēs,q̃ & vera ē,
id est Christ9. Sed cũ Christ9 dicať lux Quęstio
illuminãs: quęriť scđm quã naturã lux
dicatur. Sicut eñ in homine duæ sunt
naturæ,scilicet corpus & anima, secun
dum quarũ vtranꝗ aliquid de ipso ho
mine dicitur: vt quod est albus secũdũ
corpus,rationalis secũdũ animã: sic &
in Christo duę sunt naturæ secundum
quas sermo solet de ipso fieri. Si vero
dicatur ꝙ lux sit illuminans secundum
ꝙ deus,hoc verum est: sed tunc non in
hoc qđ hic dicit, homo assumpt9 aliis
præfertur hominibus, secundum ꝙ ho

mo eſt. Sed tunc ſi dicatur lux illuminans ſecundum ꝙ homo, tunc ſecundum ꝙ homo, eſt deus: & ſic ſecundum ꝙ homo patri æqualis. Quod quidẽ falſum eſt: quia ſecundum ꝙ homo patre minor eſt. Eſt autem dicendum ꝙ ſecũ

Rñſio. dum ꝙ homo lux illuminãs eſt: quia ſecundum ꝙ homo plenitudinem donorum habet, de qua plenitudine nos accipimus omnes: & ſic ab ipſo illuminati ſumus. Ipſe enim ſecundum ꝙ homo de plenitudine ſua nobis confert: nõ tamen ſecundum ꝙ homo deus: neq; em̃ ſecundum illam deus, ſed homo eſt. Illuminat omnem hominem: nõ ꝙ om̃es

F ,, illuminentur, ſed quicunq; illuminatᷣ, per ipſum illuminatur. Vel hominẽ ſuperiorem naturã vocat in homine ſcilicet rationem: vel omnem hominẽ, quia de omni genere aliquem. In mundũ ve

,, nit, id eſt in carne apparuit. Et mũdus eum non cognouit. Non habuit cognitionem dilectionis, licet haberet cognitionem diſcretiõis vt ſuperius dictum eſt. In propria venit, id eſt in noſtra cõ

,, muni natura: carnem enim accepit paſſibilem mortalem immunẽ autẽ a peccato. Vel in propria ſcilicet regni filiorum Iſrael ad quẽ ſe miſſum dixit: ſed ſui eũ non receperunt, niſi pauci. Quot

,, quot autem receperunt eum dedit eis

G ,, poteſtatẽ filios dei fieri. Idem videtur eſſe eum recipere per fidem, & poteſtatem hanc habere, ſcilicet poſſe effici filios dei. Vnde quęritur quare præmiſe

Quæſtio rit receperunt, & poſtea ſubiũxit: dedit eis poteſtatem filios dei fieri: tanq̃ ipſi per ſe ex libero arbitrio fidem recipere poſſent, & poteſtatem illam non haberẽt niſi ex gratia. Ad qđ dicim⁹, ꝙ idẽ

Rñſio. eſt recipere vel habere: & poteſtatem filios dei fieri habere. Et tamen cõueniẽter præmittitur receperũt, vt liberum arbitrium valere ad promerendũ oſtendatur. Sed ne abſq; gratia præueniente ad bonum flecti poſſe puteᷣ, conuenienter ſupponitur, & dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Ex gratia enim fides & dilectio nobis datur, per quam filii dei efficimur & imitatione & beatitudinis participatione. Credere in nomine ei⁹

eſt notitiam fidei ad laudem & honorem ipſius habere. Qui non ex ſangui- H

nib⁹ &c. Determinat quomodo filii dei ,, fieri poſſint: non ſcilicet per carnalem generationem ex qua omnes corrũpuntur, ſed per ſpiritualem regenerationẽ quæ fit per fidem, Per fidem enim Chriſti innouamur & a vetuſtate exim⁹. Et

vidimus gloriam ei⁹ &c. gloriam, id eſt ,, ipſum glorioſum in carne apparentem in transfiguratione vel reſurrectionem ipſius glorioſam, vel cognitionem plenam quæ in ipſo fuit. Vnde & perfectã beatitudinem habuit: hæc eſt enim vi-

ta æterna, cognoſcere te patrem deum Ioan. 17. verum & quem miſit Ieſum Chriſtum.

Gloriam quaſi &c. Hic quaſi non eſt ſi- ,, I militudinis ſed confirmationis. Eſt em̃

reuera vnigenitus dei filius. Plenum ,,

gratiæ & veritatis: id eſt plenitudi- ,, nem gratiæ vere habentem. Erat enim in ipſo plenitudo omnium donoꝝ. Ioã

nes teſtimoniũ perhibet de ipſo. Inter- ,, ſerit euãgeliſta teſtimonia q̃bus vtraq; Chriſti natura probetur: maxime tamen pertinent ad diuinitatem Chriſti probandam. Agit autem ſatis artificio ſe nunc interponendo teſtimonia, nũc

ad narrationem reuertendo. Clamabat ,, id eſt aperte prædicabat. In lege enim quædam erat cognitio, ſed obſcura & ſub figuris velata. Ioannes vero aperte dicebat. hic eſt Chriſtus in lege pro-

miſſus. Et de plenitudine eius nos oẽs K

accepimus. De hac plenitudine quæri- Quæſtio

tur cuius ſit: ſed dubium non eſt quin Rñſio. Chriſti ſit: ſed ſecũdum quam naturã? ſecundum diuinam, eam ab æterno naturaliter habuit: ſed in tempore eã ſecundum humanam accepit. Fuit itaq; hæc plenitudo Chriſti ſecundũ huma- Quærit

nam naturam. Vnde quæritur quomo iterum. do in eo fuerit ſecundum humanitatẽ. Vtrum tantã plenitudinem habuit ſe-

cundum humanam naturam quãtã ſe- Rñdet.

cundũ diuinam. Volunt autem quidã L ex hac authoritate & ex aliis quibuſdã ꝙ anima Chriſti tantam ſcientiam habuerit quantam & deus. Dicitur enim ꝙ quicquid habuit filius dei ꝑ naturã, habuit fili⁹ virginis ꝑ gratiam. Vnde

dicunt ꝙ tantam habet anima illa sciẽtiam per gratiam, quãtam & filius dei per naturam: non tamen æqualis est ei in scientia vel in aliquo alio. Cũ aliter habeat anima, aliter deus. Deus enĩ habet illam per naturam, anima vero p gratiam. Æqualitas tamen solet considerari secundum quantitatem & nõ secundum qualitatem: vt si hic tantas diuitias habeat ex acquisitione quãtas ille ex patrimonio, ęque illi diues dici potest. Gratiam per gratiam: quia ex gratia quã dedit ad promerẽdum dabit tãdem vitam æternam: & sic totũ ex gratia est: & qđ meremur, & quod meriti M fructum consequimur. Nec tamen excludo liberum arbitrium quod gratiã oblatam non repellit: sed ei consentit. Potest quidem ex se consentire, sed nõ consentit absq; auxilio gratiæ. Vel pro gratia electionis dat gratiam dilectionis & operationis. Lex per Moysen data est: veritas per Iesum Christũ facta est. Quia qđ Moyses docuit, ipse adimplere non potuit, vnde dedit quod ipse facere non potuit. Sed Iesus Christus qđ docuit, hoc opere adimpleuit. vnde dicitur. (Actu.1.) Quæ cœpit Iesus facere & docere. In Moyse quidẽ figurę pręcesserunt: in Christo vero figurarum adimpletio vnde & veritas per ipsum facta est. N Deũ nemo vidit vnq̃. Nemo enim in carne deũ, vt est, videre potuit. Vnde p creaturas vel signa aliqua patriarchis & p phetis apparuit. Moysi quoq; quærenti (Exod.33.) vt ipsum sibi ostenderet respondit: sta in cauerna petræ & videbis posteriora mea. In cauerna petræ, hoc est in cruce Christi & videbis posteriora .i. carnẽ assumptã quæ ĩferior natura Christi est. Paulus quoq; cum raptus ad tertiũ cælum secreta illa videret quæ non vidit homo supra hoĩem fuit. Vñ & ipse dicit (2.Cor.12.): Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit. Illa vero visio qua videbitur deus facie ad faciem in futuro erit. Vnde qđ dicitur modo apparere ĩ creatura aliqua nihil aliud est nisi per subiectam aliquam creaturam voluntatem suam manifestare. Ipse enarrauit. O Prophetæ narrauerunt, sed nullus eorum enarrauit: sed ipse in carne veniẽs enarrauit. Multa enim dixit de se, quæ alii non dixerant: & euidentius dixit q̃ alii. Quod quidem ipse bene potuit cũ sit in sinu, id est in secreto patris, id est genitus de essentia patris. Vnde ipse illam generationem plene enarrare potuit: cum æqualis patri per illam generationem sit. Et verbum caro factũ est, & habitauit ĩ nobis. Quia vnio illa habitus in ipso fuit. P Ex quo enim semel assumpsit nunq̃ deposuit. Et hic est habitu inuentus vt homo. Christus hominem assumptum nunq̃ deposuit. Semper enim ex quo assumpsit eum sibi in vnam personam vnitum habuit: quia & in morte hominem vnitũ sibi habuit, id est animam & carnem. Tũc etiã deo fuit sub eodem sensu: quia humanã naturam sibi vnitam habuit. Vnde nõ est quærendum an homo mortuus tũc esset an viuus. Ego vox clamantis in &c. Q Præco domini vocem Christi se confitetur: qđ nullus præcedentium dicere potuit. Est enim vox animi interpres, q̃ sine fructu est, nisi eam verbum sequať. Sic & Ioannes vox est, id est pręco animi, id est Christi qui est sapiẽtia patris & mens: quę vox omnino inutilis esset nisi verbum eã sequeretur. Vel vox dicitur Ioannes, quod nullus aliorum dici potuit: quia quemadmodũ inter vocem & verbum nihil est, sic inter Ioannem & verbum dei nihil medium fuit. Et qui missi fuerant &c. Erant tres se- R ctæ Iudæorum, Essęi, Sadducęi, Pharisæi. Essęi nihil proprium retinebant: solem autem orientem adorabant. Sadducęi, id est iusti qui resurrectionem negabant asserentes animas simul interire cum corporibus. Pharissæi vero periti in lege, diuisi a plæbe excellentia suæ scientiæ dicebantur. hi suam iustitiam ostentabant. hi vero in multis Ioãnem audiebant, quia resurrectionem corporum S prędicabat: quã & ipsi futurã credebãt licet carnalem. Medius vestrum †stat &c. (†stetit.) Mediũ dicitur qđ distat ęque ab vtroq; extremorum: sic Christus distabat ab illis, quia sine peccato & idcirco eum non nouerunt. Vel medium commune & vile dicitur. Vnde quia dominus in cõmuni & vili natu-

ra apparebat non potuerũt eum ſcire:
vnde medius fuit Chriſtus, quia media
tor dei & hominũ: qđ non poſſit eſſe ſi
ſolum deus vel ſolũ homo eſſet: & quo
niam erat deus & homo idcirco eũ nõ
" cognouerunt. Cuius non ſum dignus
T &c. Non eſt dignus quia eius officii nõ
eſt prædicare ſed baptizare, vel nomen
ſponſi vſurpare. Tangitur legis cõſue-
tudo. Mos eñ in lege fuit ꝙ ſi quis ha-
bens vxorem moreretur non relicto ſe
mine proximus cognatione eam duce-
ret: & ſuſcitaret ſemen fratri ſuo: ꝙ ſi
nollet, alter eã duceret & ipſum ĩ por-
ta diſcalciaret & in faciem ei⁹ ſpueret
& poſtea dicebaẗ domus diſcalciati in
opprobrium illi⁹. Altera die &c. Poteſt
enim hoc relatiuum altera vł ad diem
præcedentem in quo venerũt phariſæi
ad Ioannẽ referri: vel ad illud altera qđ
V ſubſequitur. Venit vir, id eſt viriditatẽ
habẽs. vñ ſpes fruct⁹ eſſe poteſt. Vbi.n.
nulla viriditas eſt: ibi nec ſpes fruct⁹ eſ
ſe poteſt. In Chriſto vero viriditas fuit
ex qua nos omnes fructificauimus. Ba-
ptizatur Chriſtus a ſeruo ne dedignen
tur ſuperiores ab inferioribus baptiza
ri. Non aũt ſolus voluit ab ipſo bapti-
zari, ne ipſe ex Ioannis baptiſmate ali-
quid accepiſſe videretur. Neq; enim ba
ptiſmus Ioannis aliquid alicui contu-
lit, ſed morem tm̃ & conſuetudinem in
" duxit. Vidit ſpiritum deſcendẽtẽ ſicut
X " columbam &c. De hac columba quæri-
Quæſtio tur quid fuerit? Sed patet ꝙ creata tũc
Rñſio. fuit: ſed ꝑacto officio ſuo ĩ materiã il-
lã ſtatim redacta eſt de qua formata eſt
ſicut ſtella quæ ĩ natiuitate dñi Magis
apparuit. Et fuit reuera columba ſicut
& illa vera ſtella. Spiritum vero ſanctũ
deſcendiſſe nihil eſt, q̃ columbam deſcẽ
diſſe ſignificantem ſpiritum ſanctũ. Eſt
enim colũba ſimplex animal & ſine fel-
le, per quã benignitas ſpirit⁹ ſancti de-
ſignatur. Nec eſt credendum deum ali
ter fuiſſe in illa columba q̃ in aliis crea
Y Quæſtio turis. Et ego neſciebam eum &c. Quæ-
Rñſio. ritur quid intellexit Ioannes qđ prius
non intelligeret. Et dicit Auguſtin⁹: ꝙ
non intellexerat prius ꝙ poteſtatẽ ba-
ptizandi ſibi eſſet reſeruaturus & nul-
li miniſtrorum ſuorum eam collatur⁹:

columba cuius ministerio usus est spiritus sanctus in baptismo christi tunc creata fuit et statim redacta in id de quo creata ante formata fuit sicut etiam stella que magis [illegible] prebuit. tamen sicut et columba ita stella vera fuit [illegible] tamen non aliter fuit in illa columba quam fuit in alia creatura [illegible] in illa sicut [illegible] creata [illegible]

potestatem baptizandi sibi retinuit christus hoc modo quod nulli concessit quod invocatione sua s. ministri aliter baptizantis daretur sacramento efficacia remittendi peccata sed solo nomine dei invocato quod tamen bene posset posset si quidem statueret quod invocato nomine ioannis petri vel alterius conferretur efficacia sacramento sicut modo confertur nomine trinitatis invocato que non confertur nisi divina sic fuisset institutio

cũ alicui miniſtrorũ dare poſſet ſi vel-
let, ſed noluit: ne tot baptiſmi putaren
tur quot miniſtri: ſi diceret baptiſmus
Petri, Pauli, & aliorũ: & ne efficacia il- Z
lius potius homini aſcriberetur q̃ deo. Quæſtio
Sed quæ ſit iſta poteſtas quã ſeruis da-
re poſſet ſi vellet quæritur. Nunqđ poſ
ſe intĩgere eſt illa quã dare noluit? ſed
miniſtri intingunt: quare hoc poſſe nõ
eſt illa poteſtas. Si vero dicaẗ ꝙ illa ſit
poteſtas remittẽdi peccata: hãc nec ſer
uis dedit, nec dare potuit. Eſt autẽ illa Rñſio.
poteſtas quã dare poſſet ſi vellet vt in
uocatione nominis Petri vel alteri⁹ ſer
ui efficacia daretur ſacramento remit
tendi peccata: ſicut inuocatione nomi-
nis trinitatis. Hanc autem poteſtatem
Chriſtus ſibi retinuit, nec alicui ſuorũ
dare voluit, propter ſupradictas cau-
ſas. Vel prius neſciebat Ioannes ꝙ ipſe
Chriſtus ꝑ mortem propriam mũdũ
redempturus eſſet: vel neſciebat eũ, ho
minem & deum eſſe. Et manentem &c. "
Sedit columba ſuper eũ vt ꝑ hoc oſtẽ A
deretur ꝙ in eo ſemper manet plenitu
do donorum ſpiritus ſancti. Eſt autem
in aliis ſpiritus ſanctus, nũc manẽs nũc
recedens: ſed in eo ſemper fuit. Colũba
ramũ extra arcam inuẽtum ſi fructum
habet fert ad arcam: ſed quomodo viri
dis extra arcam eſſe põt? Fructum enim
fidei quis põt habere, niſi ꝑ baptiſma
in eccleſiam introducatur? Poteſt autẽ
dici ꝙ cum iam in aquis ſit baptiſmi, iã
viriditatem ex vi ſacramenti ſuſcipit.
vt in eam inducatur. Poſt ſuſceptionẽ
enim baptiſmatis ſtatim de mẽbris ec-
cleſiæ eſt. Vel multi anteq̃ ad fidem ve
niant: rem Babylonis fideliter admini-
ſtrant: & quia bene ſe habent in alieno,
merẽtur curã ſibi dari de proprio. Pro-
pter hanc itaq; bonam operationem &
bonum mentis affectũ, maius eis reue-
latur & participes eccleſiæ efficiuntur,
vt de Cornelio legiẗ: cui⁹ oratiões ex- Actu. 10.
auditæ ſunt, vt Petrus ad eum mittere
tur, & fidem ei reuelaret: nec tamẽ affe
ctum qui caritas eſt, prius habebat. Al- "
tera die: poſtq̃ phariſæi venerũt ad Ioã "
nẽ. Rabi qđ diciẗ interpratũ magiſter. " B
Quæritur quis hoc dixerit, an Euange Quæſtio
liſta, an alius? Et eſt manifeſtum ꝙ Ioan Rñſio.

nes grece scribebat. Rabi vero hebraicũ est qđ euãgelista grece interpretat⁹ est dicens qđ est iterp̃tatũ διδάσκαλε. Qđ latine dixit ille qui de græco in latinũ
C transtulit. Erat Andreas vnus duorum discipulorum qui ad Christũ venerunt imperio Ioannis. alter vero Ioãnes iste euangelista. Sed solent discipuli nomẽ suum subticere quando aliqua magna de se dicunt, ne occasionẽ extollendi se habeant: sicut econtrario nomẽ ponũt quando humilia de se dicũt. Nec est re p̃hendẽdũ ꝙ Paulus de se magna dicit,
2.Cor.11. dicẽs. Hebræi sunt & ego &c. Sed qñqꝫ stulti sunt patiendi, ne & nos impatientes esse videamur. Quandoqꝫ repellẽdi ne eis cõsentire putemur. Intuitus aũt
D eum Iesus. De hac intuitione quidã errorẽ sapiũt. Dicunt eñ ꝙ quoddã seminarium.i.quandam habilitatem a creatione datam, vnde magis aptus est iste ad credendum & obœdiendũ q̃ ille, videt deus in isto, vnde magis eligit iste q̃ ille. Veluti quędam signa futurę bonitatis apparent in hoc pullo quæ non in illo. Sed hoc esse falsum patet, tũ ex aliis multis, tum p̃cipue ex eo qđ dicit
Lucæ.10. dñs: Vęh tibi chorozaim, vęh tibi betzaida: qa si hęc q̃ in te facta sunt, p̃dicata essent ĩ tyro & sidone, dudũ sedissẽt in cinere & cilicio. Vñ apparet aptiorẽ fore terram illam ad excolendũ q̃ terrã Iudęorũ. Ex quo & illud manifestũ est, ꝙ maiorem habilitatem cordiũ non attendit deus in vocatione sua. Immo ex eo ꝙ minus apta ad se cõuertit gr̃a maior & gloriosior esse apparet: quã minorare videntur qui eã ex tali aptitudine operari asserunt. Nõ est igitur aliquid in corde quare deus eligat, sed in secreto cordis operat̃ gratia sua deus, vnde ad pœnitentiã & dilectionẽ mouet̃: vnde salutem æternã promoueret̃. Et hoc est ipsum secretũ cordis intueri, occulte per gratiã in corde opari vt ab errore ad cognoscẽdam veritatẽ moueat̃: &
E sic vita dignus fiat. A Nazareth potest aliquid boni eẽ. Viuacitas est efficacia mysterii. Nazareth interpretat̃ flos, vel germen. Sicut autem in flore tria sunt: ꝙ ab arbore sine lęsione prodit, & ad decorem arboris est, & spem fruct⁹ habet: Sic & Christ⁹ de virga Aaron.i.de beata virgine sine omni lęsione prodiit nascẽdo. Fuitqꝫ ipsi ad decorẽ: ex ipso eñ benedicta dicitur inter mulieres: & ipse speciosus forma præ filiis hominum. In quo quidẽ est nobis spes fructus vitæ æternę. In quo dolus non est. Dolus
F enim est quando aliud agitur & aliud intus simulatur: scilicet cum aliud intus cogitat̃ & aliud foris ostendit̃: quales erant Pharissęi. Iste vero Nathanael talis non erat: sed si qđ vitiũ ĩtus erat, foris cõfitebatur. Cũ esses sub ficu &c.
G Dicunt quidã ad literã sic fuisse qđ ille cum legis doctor esset ad meditandũ de redẽptione generis humani exisset, & sub aliqua ficu sedisset. Alii dicũt ꝙ hoc tm̃ ad ficũ illã de cuius foliis pizomata sibi fecerãt Adam & Eua post peccatum, referendum est. Omnes nos eñ (vt dicunt) ibi fuimus.i.in Adam. vnde & in Adam peccauimus, ibiqꝫ corrupti sumus. Sed quomodo ibi esse potuimus aut ibi corrumpi, cũ adhuc nihil prorsus essemus? Dicũt aũt ꝙ materialiter ibi fuit totum humanũ genus: & vnusqſqꝫ aliq̃ pars corporis Adæ fuit. Quod quidem esse non potest: Cum nec etiã tot atomi in Adam esse potuerint quot homines postea extiterunt. Quãlibet etiam partẽ huius corporis, vnam partem corporis Adę fuisse necesse erit secundum hanc sententiam. Nos vero dicimus hoc totum falsum esse: qa nec oẽs ibi fuim⁹: nec oẽs ibi peccauim⁹ vel corrupti sumus. Quod autẽ dicit auctoritas, verũ est ꝙ omnes peccauimus in Adam.i.omnes causam peccati inde contraximus. Et sub eodem sensu tota humana natura ibi corrupta est: ibi eñ factum est peccatũ p̃pter qđ tota posteritas corrupta est. Propagatio eñ hũani generis semper per corruptionẽ generando descendit. Omnis enim homo in corruptione generat̃. Et hoc contrahimus per Adam ex cuius origine nos omnes descendimus: ipse eñ origo no-
H stra fuit vnde & ab ipso originẽ trahimus. Qđ autem dicitur hic, cũ eẽs sub ficu vidi te: sic intelligitur, cũ esses sub vmbra legis vel mortis vidi te per dispositionem. Ab æterno enim de eius sa

lute disposuerat: vel de eius vocatiõe.
Maius his videbis &c. Quia eũ messiã
crediderunt datum est eis plus cogno-
scere de ipso. Hoc scilicet ꝙ & de⁹ erat
non tm̃ homo, quod adhuc credunt Iu
dæi de messia ꝙ purus hõ futurus sit.
I Amen, amen hebraicum verbum & so-
nat vere vel fiat, nec est ab aliquo in-
terprete mutatum, ne mutatũ vilesce-
ret: & est quasi dei iuramentum. In hoc
autem solo euangelio inuenitur dupli
catum. Videbitis cælum apertum &c.
Hoc est illud maius qđ eis promisit do
minus videndum. In hoc autem cogni
K tio demonstratur vtriusꝗ naturæ.
Ioan.2. ET tertio die nuptiæ factæ sũt &c.
Tertio. s. a primo vel a vocatione
illorum discipulorum. Quid mihi & ti
bi mulier? Non est hic negantis vel cõ
temnentis matrem, quã ipse honorare
iubet, vt dicunt hæretici: qui dicũt cor
pus phantasticum Christum habuisse:
sed est ostendentis hoc quod ipsa pete-
bat non posse fieri ex eo qđ ex ipsa ac-
ceperat: ex hũanitate scilicet sed ex di-
L uinitate tm̃. Nondum venit hora mea.
Hinc itẽ volunt habere hæretici ꝙ fa-
tali necessitati mortis subiect⁹ esset: Ita
scilicet ꝙ ex necessitate moreret. Erat
quidem hora mortis præfixa in diuina
dispositiõe, sed nulla fatali necessitate.
Quando enim voluit mortem suscepit.
Ioan.10. vnde & ipse dicit. Habeo potestatẽ po-
nendi animam meam: & iterum sumen
di eã. Et est ac si dicat. Ex eo quod a te
habeo non possum miracula facere, sed
quid habeam ex te apparebit cum ego
pendens in cruce te matrem discipulo
cõmendabo. Metretas binas vel ternas.
Quia quædam binas quedã ternas. Nõ
est enim hoc dubitantis. Metros græce
Metreta mensura dicitur. vnde μέτρητη. metrete
Archi- vel ad mysteriũ referat. Architriclin⁹.
triclini⁹ Tricliniũ dicit vbi sunt tres lecti. i. tres
ordines discumbentium, vt in refecto-
rio monachorum quorũ princeps & su
premus. i. qui illis præest Architriclin⁹
dicit. Hoc fecit initium signorũ Iesus.
M Quomodo hoc initium signorum fuis-
se dicitur, cum & ante cum esset anno-
rum duodecim sederet in templo & q̃-
reret & responderet? Et cum descendis

set in Ægyptum, omnia idola corruisse
dicant. Sed initium fuit hoc eorũ quæ
hic narrantur: vel eorũ quæ scripta sũt
in sacris scripturis. Auferte ista hic, &
nolite facere domum patris mei, domũ
negociationis. Qui sunt q eiiciẽdi sunt N
ab ecclesia: Nunqd soli ementes & ven Quæstio
dentes? Ita soli si sub illis cõprehendan nes.
tur omnes qui in ecclesia quęrunt quæ
sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sed di-
ces. Nunquid non licet mihi vsum prę
bendæ illius emere: non emo officium,
sed beneficii vsum? Sed hoc fieri nõ po
test. Qua enim ratione communicas eo
dem refectorio & cõsilio & obsequio ec
clesiastico? nunquid electiõe? an emptio
ne? Sic ergo emendo qđ desideras, emis
etiam qđ non curas: quia gratiã dei qđ O
non licet. Sic etiam nõ videtur esse ap-
probandam ꝙ aliquis cum pecunia in-
ter monachos & canonicos vel quoscũ
ꝗ religiosos recipiatur. Aut enim pecu
nia causa est aut esse videtur. Ipse autẽ
Iesus non credebat seipsum eis. Quia q
facile credit, facile recedit. vnde. Vtinã Apoc.
calidus aut frigidus esses &c. Sic tñ ca-
techuminis corporis communio & san
guinis dñi credenda nondum est.
AMen amen dico tibi: nisi qs rena- Cap.iii.
tus fuerit denuo: non potest vide
re regnum dei. Quasi diceret licet tu p P
visa signa credas, & fidẽ habeas: nõ ta-
mẽ sine susceptiõe baptismatis tibi suf Quæstio
ficit ad salutem. Vnde quæritur an ali
quis sine susceptione sacramenti huius
saluari possit? Cum dicat dominus: Ni-
si quis renatus fuerit ex aqua & spiri- Rñsio.
tu sancto &c. ¶Est autem manifestũ ꝙ
sãguinis effusio vicẽ obtinet baptisma
tis, sic & vera cordis attritio cum tem
pus suscipiendi nõ habeat. Vnde qđ di
citur. Nisi quis renat⁹ fuerit &c. sic est
intelligẽdum. Nisi quis paratus fuerit
renasci, vel nisi fidẽ baptismatis habue Quæstio
rit. Item quæritur an om̃is suscipiẽs re
nascatur? sed si omnis: tunc & iste hære
ticus & ficte accedens. Si vero renascit
spiritu sancto, tunc interius mũdatur:
& sic ei peccata delentur. Item Christ⁹
ibi baptizat, quare & ipse a Christo ba
ptizatur: & sic abluitur interius vt vi- Rñsio.
detur. Non est autem hoc verum ꝙ si-

cto & habenti fraternum odium peccata in baptismo remittatur: baptizatur tamen & Christ⁹ baptizat.i.ipse sacramentum suscipit, & Christus illud conficit dando ei vim & efficaciam, vt per ipsum peccata deleatur, nisi ille q suscipit impediat. Sub eodem sensu etiā potest dici ꝙ ille renat⁹ est ex aqua & spiritu sancto qui sacramentū suscepit exterius quo mundari posset interius. nisi ipse impediret. Nullo tamen mō hoc concedendum ꝙ renatus sit spiritus.i. interius mūdatus.

Q Quod natum est ex carne caro est: & quod ex spiritu spūs est. Id est sicut qđ ex carne nascit̄ carnis imitatur similitudinē: sic quod ex spiritu spiritum imitatur, & eius similitudinem retinet. Quemadmodum.n. spiritus sanctus inuisibilis est: sic & dona ipsius & effectus. Vnde qui ex spiritu nascitur, spiritus est. Nascitur autē anima ex spiritu: cum spiritus sanctus inuisibili gratia sua eam illustrat & in nouitatem vitę, vetustate deposita, purgat. vnde & ipsa ei vnita, nō solum spiritualis, verumetiam spiritus quodammodo efficitur: cū contemptis omnib⁹ aliis illi soli adhæret, & ei⁹ donis fruit̄. Vnde carnalis huiusmodi generationem ignorat. Quapropter ad talem dicitur.

R Et vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat. Nescit enim carnalis vnde, id est ex qua misericordia & occulta dei iustitia veniat vox spiritus, nec quo vadat, id est ad quē finem pducat. Si terrena dixi vobis &c. Terrena, id est parua sunt quæ de humanitate Christi dicuntur, ad comparationem eorū quæ de diuinitate ipsi⁹ creduntur: vt ꝙ deus est in psonis trinus, vnus in essentia. De hūanitate vero sua Christus dixerat superius. Soluite templum hoc, & in tribus dieb⁹ r̄edificabo illud. (Rexcitabo.)

Quæstio. Sed querit̄ quomodo maius sit credere personarum trinitatem, & essentiæ vnitatem, q̄ ꝙ verbum caro factū, & cætera huiusmodi: cum illa ratio suadeat? (Vnde & philosophi naturali ratione ea comprehenderunt) ista vero omnino contra rationem naturæ sint? scilicet ꝙ deus natus & mortuus sit: & huiusmodi.

Rñsio. Sed dicuntur minora ista, & quia visibilia sunt, & visibiliter cunctis exhibita. Illa vero maiora, qm̄ tm̄ intellectu sapientis comprehensibilia & paucis manifestata. Vel notat ordinem quo progrediendū est ad fidei perfectionem. Primum em̄ oportet credere Christum natum, & passum, resurrexisse, cælos ascendisse: vt sic perueniatur ad fidem trinitatis personarum, & vnitatis essentię.

S ¶Et nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo &c. Hoc dictū est secūdū illā figurā loquendi qua dicit̄: ꝙ tm̄ rex venit, vel tm̄ recipitur: cum tamen ipse cum militibus suis veniat vel recipiatur. Sic enim verum est Christum solū ascendisse, quia ipse prim⁹ & nullus nisi per ipsum. Caput enim cum corpore suo ascēdit. Vnde in ascēsione capitis intelligitur etiā ascensio corporis. Ascendit autē Christus secūdū hūanā naturā, sicut descendit scdm diuinā.

T ¶Et sicut Moyses &c. Moyses in deserto serpētē ęneū in pertica erexit: (Num.21.) quem intuētes filii Israel sanabantur læsi ab ignitis serpentib⁹, vel non læsi tuti manebant. Æneus aūt serpens in pertica erectus, Christus est in cruce leuatus: qui ęneus.i. fortis fuit ad mortem destruendā, cum in ipso nulla causa mortis esset. Item serpens æneus & nō verus fuit, sed similitudinem serpentis habens: quia nostram naturā nō peccatricem, sed habētem similitudinē carnis peccatricis: in quem intuentes.i. passionis eius fidem habentes, sanātur ab ignitis morsibus serpentium.i.a læsionibus hostium.i.dęmonum: quę sunt incentiua vitiorum.

V ¶Sic dilexit deus mundum vt daret vnigenitum filium suum. Mundum vocat hic humanā naturā propter quā cętera oīa facta sunt. Vnde propter eius dignitatē eā mūdū vocat. Sicut & alibi, omnis creatura dicit̄, ꝑpter eādem naturæ excellentiam. Hunc aūt mūdū sic de⁹ dilexit: vt filiū suū vnigenitū daret. Id est ex ꝓpriæ caritatis benignitate ab ęterno disposuit vt filiū suū incarnaret: & sic ꝑ ipsū humanū genus redimeret.

Quæstio. Sed cum deus pater filiū dedit, cui dedit? an mihi & tibi dedit? An Iudę & Iudęis dedit? An Pilato & diabolo dedit?

Rñsio. Dedit vtiq̄ eū

nobis:quos per ipm̃ ille redemit.Expo-
suit aũt eũ diabolo & volũtati Iudæorꝶ
qa pmisit vt hãc in eũ haberẽt potesta-
tẽ,vt eũ ĩterficerẽt:vt sic morte sua ho
minẽ a potestate diaboli erueret.Dedit
itaqꝫ eũ nobis ꝑ nr̃i redẽptiõe cũ a dia-
bolo ĩterfici pmisit:vel dedit.i.dare dis
,, posuit.¶Qui nõ credit iã iudicat⁹ est.
X Quõ dicit qui non credit iam iudica-
tus est:tanq̃ ipsum nõ credere damna-
tio sit? Sed est sic intelligẽdũ ꝙ ex non
credere hic, sequitur nõ cognoscere in
Quæstio futuro:quod est grauissima pœna. Sed
nunquid non erunt ibi aliæ pœnæ,nisi
Rñsio. ꝙ visione dei carebunt?Sed dicit ꝓphe
Esa.66. ta.Vermis eorum nõ morieẽ nec ignis
extinguetur.Ex quo intelligitur ꝙ ma
teriales pœnę ibi erunt.Sed tamen hoc
tm̃ ibi esse dicitur, scilicet nõ cognosce
re,quia in ista omnis terminatur: & qa
ista consummatio est omnis pœnę,me-
rito hæc sola ibi esse dicitur.Inde enim
grauissimum tormentum erit,ꝙ deside
rata nunq̃ apprehendẽt:sicut tãto gra
uius vrgetur quis fame quanto ãplius
esurit.Hęc aũt in pueris erit, sed nõ tã
ta vt dicit Augustinus, vt non malint
,, esse q̃ non esse.¶Facta est ergo quæstio
Y ,, ex discipulis Ioannis &c.De baptisma-
Quæstio te Ioannis quęstio est in quo differret a
baptismate Christi: & quã vtilitatẽ ha
beret,& quid diceret:id est quã rationẽ
prætenderet Ioannes nouum ritum in
Rñsio. ducẽdo.Est aũt manifesta differẽtia in-
ter baptisma Christi & Ioannis:qa Ioã
nes intingebat tm̃:Christus vero ipẽ i-
tingendo interius mundabat.Vnde &
baptismus Christi baptismus remissio
nis dicitur.Baptismus vero Ioãnis ba-
ptismus pœnitentiæ:Vel quia nullum
nisi pœnitentẽ admittebat,vel quia sta
Quæstio tim post baptismũ pœnitentiam iniun
Rñsio. gebat.Sed nonne Ioães minister Chri
sti fuit?Fuit vtiqꝫ.quare & p illũ Chri-
stus baptizauit,sicut & per alios : & sic
peccata ipso baptizante remisit.qđ qui-
dem verũ est sed baptismus ille quo pec
cata remissa sunt non fuit Ioannis, sed
Christi.Ex quo enim cœpit baptismus
Christi,cessauit baptismus Ioannis.Ha
buit autem hanc vtilitatem,quia indu
cebat homines in vsum baptizandi: ne

cum baptismus Christi veniret ipsi ab
horrerent.Sed quid dicebat nouum ri- Quæstio
tum inducendo? Dicebat autẽ,ꝙ in no Rñsio.
mine venturi baptizabat:non ꝙ suũ ba
ptisma a peccatis mũdaret, sed ꝙ signũ
erat baptismatis futuri,quo peccata tol
lerentur.Venturus vero Christus tũc Z
dicebat licet iã venisset,quia postea in-
notuit,ꝙ ipse Christus erat. In pauco-
rum enim notitia tunc erat:vnde & Io
annem quidam Christum esse putabãt.
Erat igitur venturus in notitiam , qui
iam venerat per natiuitatem.Sed cum Quæstio
iam Christ⁹ baptizaret,& per baptismũ
peccata tolleret: nunquid peccabãt qui
circuncidebantur,aut qui simul bapti-
zabantur & circuncidebantur?Sed est Rñsio.
sciendum ꝙ tempus quoddã quasi me-
dium fuit inter tempus legis & tẽpus
gratiæ:scilicet a prima institutione ba
ptismi Christi,vsqꝫ ad illam generalem
& manifestam,quando dictũ est. Ite ba- Matt.vl
ptizãtes eos in nomine patris & filii & timo.
spiritus sancti.In illo autem tempore si
quis tm̃ circuncidebantur:aut si reue-
latũ ipsi esset de statu baptismi, tm̃ ba-
ptizabatur,vterqꝫ saluabatur . Si vero
ipsi non reuelatum esset & vtrũqꝫ susci
peret:non peccabat. sed post manifestã
baptismi institutionem, nephas erat p
miscere. ¶Qui de †sursum venit supra †cælo.
oẽs est.Christus desursum venit, scđm ,,
vtrãqꝫ naturã . De diuina manifestũ ẽ. A
Sed quõ scđm hũanã?Ideo etiam scđm Quæstio
hũanã:qa carnẽ assũpsit nõ descẽdentẽ Rñsio.
p cõcupiscẽtiã sed absqꝫ pc̃tõ. Vñ dicit
ꝙ de altitudine hũanę naturę venit:nõ
ꝙ illa caro Christi in Adã ante pc̃m̃ &
post semp ĩcorrupta seruata fuerit: sed
sic ĩcorruptã assumpsit,sicut ĩcorrupta
fuit hũana natura añ pc̃m̃ in Adã. Vel
de altitudine hũanæ naturę ante pc̃m̃
venit:qa(vt dictũ est)ĩ Christũ nõ p cõ
cupiscẽtiã descẽdit:ꝙ de ĩtegritate hu
manę naturę ante pc̃m̃ erat,vt ꝓpaga- B
tio nõ p cõcupiscẽtiã fieret.¶Nõ.n.ad
mẽsurã dat de⁹ spm̃.Sine mẽsura dedit
de⁹ filio suo scđm hũanitatẽ spm̃:qa tã
tũ ei dedit quãtũ creaturę conferri po
tuit.Sic.n.plenitudo donorꝶ spssc̃ti hu
manę naturę collata ẽ,vt verbo ꝑsonalr̃
vnita sit:q̃ ãpli⁹ illi cõferri nihil potuit.

ego quo ppius dixit nisi quis renatus fue
rit et unt tunc qui solum cir concide
batur nisi specialem de baptismo haberet
revelationem salvavatur aut si sivi
revelatum esset quum solo baptismo sal
vavatur imo illa revelatione stante
peccaret si cir concideretur stantem
non haberet revelationem de baptismo
non peccavat utrumque suscipiendo quo
usque dictum est ite baptizantes eos et post
quo iam sine ulteriori revelatione ne
phas esset sacramenta miscere

Et ideo spiritus sine mensura ei colla-
tus est, quia totus quãtus dari potuit.
Dicit autem glossa, ꝙ sicut filium totũ
ex se toto genuit: sic totum spiritũ de-
dit filio incarnato. Nunqd & verbo as- Quæstio
sumenti dedit? Sed si ei dedit tunc ver
Rñsio. bum assumens ex eo aliquid accepit, &
sic non semper habuit. Sed est manifestũ
ꝙ verbum ab æterno habuit quicquid
& pater: vnde filio incarnato dedit, nec
tamen verbo assumenti. Totũ quoqꝫ fi-
lium ex se toto genuit pater: quia idẽ
est filius quod pater: eiusdem enim pe-
nitus essentiæ sunt pater & filius. Cari
tas enim (vt dicit Augustinus) cõsub-
stantialis cõnexio est patris & filii. Vn
de vnum sunt. Hęc autem spiritus san
ctus est: qui est amor patris & filii: sed
hoc nostram excedit intelligentiã, quo
modo scilicet connexione, & quomodo
Ioan.V. per hoc vnum sint.
C Ecce sanus factus es: iam noli pec-
care. Hic innuitur ꝙ ei peccata di
miserit dñs sanando eum: cum tñ ipse
qui sanabat, eum non cognouisset. Vn-
de videtur ꝙ quis sine fide Christi mũ
Hebr.xi. dari a peccatis, & dignus esse possit vi-
ta æterna. At ĩpossibile est sine fide pla
cere deo. Sed est dicẽdum, ꝙ languidus
iste bonum quidem affectũ habebat: vn
de meruit ab infirmitate a qua propter
culpam præcedentem detinebatur libe-
rari: qui quidẽ affectus gratia dei inspi
ratus per dei operationem melioratus
est: non tamen sufficiẽs fuit ad salutẽ,
si tunc a vita discederet. Vnde quod di
citur iam noli peccare: hoc est noli am-
D plius in peccato pseuerare. ℭPater me⁹
vsqꝫ modo operatur: & ego operor. Quo
niam Iudæi Christũ legis transgresso-
rem esse dicebant, & per hoc deo cõtra-
rium ꝙ in sabbato operabatur: cũ deus
septima die ab omni opere quod patra-
rat, requiesceret: Idcirco dñs hoc falsũ
esse demonstrat ꝙ ipsi putabant hoc. s.
ꝙ deus ab opere tunc ita cessarat vt ni
E hil amplius operaretur. Vnde videndũ
Opa dei quibus modis operetur deus. Est enim
varia. opus creatiõis est opus formationis q-
bus deus sex diebus operatus est. Est. n.
creare, proprie de non esse ad esse pdu-
cere: quomodo ĩ quatuor elemẽtis ope-
ratus est deus. Est & opus formationis,
quo formam dispositionis post creatio
nem creatis ex nihilo dedit. Ab his au
tem die septimo requieuit deus, nõ vl-
terius noua creãdo vel informãdo. Est
& opus gubernationis: est & sustẽtatio
nis: est & renouationis: est & propaga-
tionis: est & multiplicationis: qb⁹ deus
aut creata disponendo gubernat, aut
ipsa in esse cõseruãdo, ne fathiscãt, sustẽ
tat: aut vires inserẽdo renouat, aut na
tura mediante similia ex similibus pro
pagat: aut propagata sua bonitate mul
tiplicat. Operatio vero reparationis ge
neris hũani maxime filio attribuit̃: qa
filius sapientia dei est. In redemptione
siquidem generis humani sapientia dei
magis apparet q̃ potentia: & ideo cum
cætera opera patri attribuantur potẽ-
ti, hoc opus potius filio attribuitur sa
pienti. Vñ & dicit Pater meus vsqꝫ mo
do operatur. Quasi diceret hucusqꝫ in-
notuit pater per elementa & creaturas
mundi: sed nunc per me incarnatũ am-
plius mundo innotescet. Ipse eñ in car
ne & se & patrẽ, cum quo idem est, ho-
minib⁹ manifestauit. Impossibile est eñ
patrem cognosci, nisi per filium. ℭNon F
potest filius a se facere quicq̃. Fili⁹ au-
tem quæ facit, ad patrẽ refert a quo es-
se habet. Vnde & dicit, ꝙ non potest a
se facere qcq̃, ita vt non ab alio hoc ha
beat: vel a se hoĩe nihil potest. ℭItẽ nõ
põt fili⁹ facere nisi qđ viderit patrẽ fa- G
cientem. Filium videre patrẽ faciẽtem,
nihil aliud est, nisi filiũ a patre esse per
quẽ pater oĩa disponit. Qđ idẽ est, etiã
idẽ ipsum a patre audire q̃ loquit̃. Ipse
eñ filius sapiẽtia patris est, q̃ illuminat
omnem hoĩem venientem in hũc mun
dum. Per hoc aũt qđ addit̃: hæc eadẽ &
similiter facit, probat̃ esse patri coęqua
lis & cõsubstantialis. Põt eñ aliqs face
re q̃ deus facit, sed non similiter: solus
eñ filius similiter facit. Nõ eñ homo
ex se habet potestatẽ faciẽdi, sed ex deo
pater vero ex se omnia disponere & re
gere põt: sic & filius ex propria essentia
hoc habet vt oĩa possit. Ex eo eñ ꝙ fi-
lius est patris, de⁹ est: ex eo vero ꝙ de⁹
est, oĩa p se potest. Vnde cũ patre ab
æterno omnia disponit. Quare sol⁹ ea-

argumentum ꝙ quis sine fide possit deo placere et mereri vitam eternam cum ille nesciverat [illegible] et tamen videtur [illegible] ei dimissa omnia peccata / dicit [illegible] ꝙ solum fuit dispositus ad hoc ꝙ de peccatis peniteret [illegible] taliter [illegible] ꝙ si tunc decessisset salvaretur [illegible] amplius [illegible] datur intelligi ꝙ peccatum iam non haberet et ꝙ sint ei dimissa. Set precipitur ꝙ in his que habet perseveret

dem omĩa,quæ & pater similiter facit.
Similiter hoc est indifferenter. Nulla
enim differentia est in operatione filii
& patris:cum operatio filii sit operatio
H ,, patris. Item dicitur pater filio demõ-
,, strare q̃ ipse facit. Quod est qđ superiꝰ
dictum est, patrem omnia disponere &
operari per filium.demonstrat enim ei,
quia esse ei dat ipsum ex propria essen
tia gignendo,& per ipsum omnia dispo
nendo:quod est demõstrare quę ipe fa-
I ,, cit. ¶Neq; eñ pater iudicat quenq̃,sed
,, om̃e iudicium dedit filio. Querit̃ quid
Quæstio sit patrem non iudicare, sed omne iudi
cium filio dedisse? Dicet autẽ postea se
cũdum quid iudicium filio dederit, qa
filiꝰ hominis est. Dicitur autem pater
neminem iudicare:quia persona patris
in iudicio non apparebit,sed persona fi
lii. Apparebit autem filius in iudicio ĩ
humanitate assumpta.Et quoniam per
ipsum in carne apparẽtem discretio il-
la bonorum & maloꝝ fiet: idcirco da-
tum ei dicitur esse iudicium, quia filiꝰ
hominis est.Neq; eñ ex eo ꝙ homo est
hanc iudicãdi potestatem habet,sed ex
eo ꝙ deus est:nisi si dicatur ex eo ꝙ ho
mo est.i.ille qui homo est vt ex,causam
non notet. Vel ideo dicitur pater om̃e
iudicium filio dedisse: quia iudicium ĩ
discretione,quæ sapientię est,consistit.
Filius vero sapiẽtia patris est. Quoniã
igitur in iudicio faciendo magis affe-
ctus sapientiæ apparebit q̃ potentię:id
circo potius personæ filii iudicium at-
tribuitur q̃ personæ patris. Nam licet
opera trinitatis communia sint toti tri
nitati:tamen in scriptura magis solent
opera in quibus diuina eminet, poten-
tia,patri attribui: in quibus vero sapiẽ
tia,filio:in quibꝰ benignitas & amor di
uinus,spiritui sancto. Sed quia filiꝰ o-
mne quod habet a patre habet,idcirco
ei pater omne iudiciũ dedisse, vt testa-
tur ipse filius,dicitur: a quo & esse ha-
bet. Et quoniam hic sapientiæ effectus
per filium in carne apparẽte manifesta-
bitur:ideo dicit postea, quia filiꝰ homi
nis est.Per verbum enim filium dei:fit
animarum resurrectio. Per verbum fa-
ctum in carne filium hominis, fit cor-
porum resurrectio.Vel ex eo qđ in car
ne gessit meruit vt corpus suum resur
gendo glorificaretur, & vt aliis ipsum
imitantibus eadem gloria in corporibꝰ K
daretur.Quæritur quomodo dicat Au Quæstio
gustinus animarum resurrectionẽ fieri
per verbum dei filium: Corporum ve-
ro per filium hominis? Sed fit animarũ Rñsio.
resurrectio quando tenebris ignoran-
tiæ & cęcitatis expulsis, ad cognitionẽ
sui creatoris redeunt,luce sapiẽtiæ dei
illustrãte:per hominem vero assumptũ,
verbum dei mori potuit & resurgere.
Moriendo vero & resurgendo nobis fi
dem cõtulit ex qua ad resurrectionem
immortalitatis & impassibilitatis per-
uenimus:secundum qđ de resurrectio-
ne bonorum tm̃ agitur. Et secũdũ hoc
manifestum est propter quid distĩguat
filium dei & filium hominis. Nã ex eo
ꝙ filius dei est tm̃ in cordibꝰ operatur,
nõ ex eo ꝙ homo est.Ad corporum ve-
ro resurrectionem non solum secũdum
illam naturam qua deus est, sed & secũ
dum illam qua filius hominis est ope-
ratus est,moriendo,resurgendo: vt di-
ctum est.Vnde filius dei animarum,fi-
lius hominis corporũ recte resurrectio
nem facere dicitur. Vel filiꝰ dei anima
rum facit resurrectionem, quia in ani-
mabus inuisibiliter operatur,gratiã cõ
ferendo per quã resurgant:filius homi
nis vero corporum quia ipe visibiliter
in iudicio apparebit, quando commu-
niter omnes in carne resurgent siue ad ,,
gloriam siue ad pœnam. ¶Si ego testi- ,,
monium perhibeo de me: testimonium ,, L
meum non est verum.Nonne filius te-
stimonium perhibet de se,& pater de fi
lio & spiritus sanctus? Quomodo ergo
dicit:si de me testimonium perhibeo te
stimonium meum non est verum? Sed
hoc est qđ dicit, si de me homine tester
ꝙ secundum humanam naturam deus
sim:vel ꝙ mihi hoc ascribam & nõ alii,
non est verum testimonium meum. Fi
lius enim ad patrem refert quicqđ ha-
bet,vt dictum est.Ipsa opera quę ego fa ,,
cio,testimonium perhibent de me.Quo ,, M
modo per opera patebat ipsum esse fi-
lium dei?Nonne etiam alii eadem ope-
ra fecerant?Antichristus etiam cum ve
nerit mlto plura miracula forsitã faciet

quid sit prem nemin dicere quenq set omne in dici um filio dedise

Sed est manifestum ꝙ licet eadem fece-
rint alii vel facturi sint opera, non tñ si
militer: quia ipse fecit ea in virtute pa
Matt.9. tris: quod nõ posset nisi deus esset. Vn
Marc.2. de & ipse dicit. Et vt sciatis qa filius ho
minis habet potestatẽ ĩ terra dimittẽdi
peccata, dixit paralytico: tibi dico sur-
ge. Vt hoc. s. ꝙ surrexit, probatio diui-
næ sit potentiæ: ad quod probandũ ne-
mo ali⁹ hoc dicere potuit. Sathanas eñ
vel Antichrist⁹ in virtute dei nihil po
terit facere. Neq; enim ex hoc ꝙ sit de⁹
aliquid facere poterit. Nolite putare
ꝙ ego accusaturus sim vos apd̃ patrẽ.
N Est qui vos accusat Moyses: in quo vos
Quæstio speratis. Quęrit̃ quo mõ Moyses Iudęos
accuset, quo Christ⁹ eos nõ accusat? Si
eñ Moyses eos accusat qa verbis & do-
ctrinæ suę non crediderunt: eodem mo
Rñsio. do & Christus eos accusat, quia doctri
nę ipsius non crediderũt. Sed est mani-
festum ꝙ licet neutrius verbis credide
rint: tñ a Moyse rei statuuntur apd̃ pa
trem, cuius doctrinæ transgressores fa-
cti sunt: nõ a Christo, cuius doctrinam
non susceperant. Neq; eñ reus tenetur
aliquis apud alios si officium nõ susce
ptũ non exequat̃: sed legẽ Moysi susce-
perant & seruare promiserant: cuius qa
transgressores facti sunt, ab illo merito
dicuntur accusari. In Moyse vero spera
re dicuntur: quia putant carnales legis
Ioan.6. obseruantias ad iustitiam sufficere.

O Collegerũt ergo & impleuerũt duo
decim cophinos fragmentorũ &c.
Quæstio De multiplicatiõe panũ suborit̃ qstio.
Quęrit̃ enim an in se multiplicati sint,
an ex additione aliqua. Nam si ex addi
tione ita multiplicati sunt: non omnes
Rñsio. illi qui manducauerũt immo pauci ex
illis quinq; panibus saturati sunt. Qui
dam tamen hanc sententiam tenentes
dicũt idcirco qnq; illis panib⁹ oẽs refe-
ctos esse, qa sub forma illoꝝ hęc multi-
plicatio & refectio facta est. Volũt aũt
authores & doctores quidã ꝙ ĩ se mul-
tiplicati sunt: sed quomodo hoc factũ
sit nesciunt: sicut nec etiam scire se pos
se dicunt quo hęc glans in tãtam arbo
rem excrescat. Quærunt enim quidam
quomodo hoc fieri posset ꝙ panes illi ĩ
tantam magnitudinem transirent, an

ita ꝙ partes in partes, an totum in to-
tum vt tantæ quantitatis fieret. Quod
signum tu facis vt videamus & creda-
mus tibi? Quoniam Iudæi audierãt per P
Moysen manna datum esse patribus in
deserto quod maius miraculum puta-
bant eo quod dominus fecerat in refe-
ctione quinq; milium: ideo quærunt ab
eo aliquod speciale signũ, per quod co-
gnoscant illum filiũ dei esse. Vnde do-
minus differentiam ostendens inter pa
nem quem ipse dat, & panem quẽ man
ducauerunt in deserto: dicit Ego sũ pa
nis vitę. Ipse est enim cibus quo refici-
tur mens esuriens. Quod fit quando fi
des vera ipsum cõplectitur. Ex fide eñ
diligim⁹: ex dilectiõe Christo vnimur,
qui est vita nostra. Hic igit̃ panis spiri
tualis fide gustat⁹ etiam sine perceptio
ne sacramentali cotidie ad vitam profi
cit: de quo dicimus. Panem nostrum co
tidianum da nobis hodie. Hoc enim pa
ne dum hodie præsentis vitæ est, ĩdige-
mus. Vnde & Augustinus: vt quid pa-
ras dentem & ventrem? crede & mãdu
casti. ¶Omne quod dat mihi pater: ve-
nit ad me: & eum qui venit ad me non
eiiciam foras. Pater filium suum mittẽ Q
do eum mũdo notificauit, & in eũ cre-
dere fecit: per fidem vero eius efficiun-
tur qui in eum credunt. Vnde pater di
cit̃ dare filio, hoc est trahere ad cogni-
tionem & amorem filii: sic & filius pa-
trem manifestando ad eum trahit qui-
bus ipsum manifestat. Est autẽ mutua
cognitio patris & filii. Neq; enim pater
nisi per filium nec fili⁹ nisi per patrẽ co
gnosci potest. Relatiuorum enim vnũ
cognitum, alterum quoq; cognitum es
se exigit. Sed ne quis putet parum pro
desse filio a patre dari: addit. ¶Et eum
qui venit ad me non eiiciam foras. Eii- R
cimur foras per peccata: & hic, dum me
ritis exigentibus gratia nobis subtra-
hitur: & in futuro, dum igne æterni in
cendii cruciabimur. Sed qui fide Chri-
sto adhæret, nõ eiicietur nec hic nec in
futuro. Vnde perseuerãti promittit̃ co
rona. Neq; enim caput mẽbris suis ca-
rere potest ea a se excludendo. ¶Nõ vt
faciam voluntatem meam. i. vt sum hõ,
vel meã tanq̃ ab alio nõ habeã. Quę ve

ro sit voluntas patris ostendit dicens.
S ¶Hęc est volũtas patris mei &c. Volũtas ipsius est vt credamus.i.fidem habeamus:vt per fidem ad cognitionẽ veniamus:& sic vitam obtineamus.Quare volũtas dei,est salus nostra. Hãc autem voluntatem implere venit filius. Et ego resuscitabo eũ ĩ nouissimo die. Hũana natura verbo vnita facit corporum resurrectionem.Qđ qualiter intelligendum sit,superius expositum est.
T ¶Multi ex discipulis eius audientes dixerũt.Durus est hic sermo:quis potest eum audire?Ex prædicatione Christi q̃dam non intelligentes eam scandalizati sunt,ne amplius in eum crederent:vt tibi exemplum daret, ne a prædicatione desistas,etsi aliqui intersint qui non capiant quæ dicuntur, & peiores ex auditis efficiantur.
Quæstio Sed quæritur quomodo dilectionem proximi habuerit cum hoc sciret,ꝙ sic dicta nequaq̃ intelligerent,sed potius scandalizarentur? Nõne melius esset ꝙ sic dicerentur vt capi possent ab illis, vt ipsi inde ædificarentur potius q̃ ex illis non intellectis scandalizarentur & perirent? Sed hoc
Rñsio. sciendum,ꝙ illi digni non erant vt aliter eis diceret. Vnde alibi dicit domi-
Luce.8. nus.Vobis datum est nosse mysterium regni dei:cæteris autem ĩ parabolis,vt videntes non videant, & audientes nõ intelligãt.Quod quidẽ fit propter culpam eorũ quib⁹ prædicatores sũt odor mortis in mortem. Vnde vt supponit, ex hoc multi discipulorum abierũt retro.
V ¶Caro non prodest quicq̃ &c.Caro Christi vas spiritus est, qui est verbum:dicitur & eius participatio,in fide nobis causa salutis est. Ipsa tamẽ ex
X se nihil prodest: nec vt alius cibus corpus reficit:sed mẽtem.Patres vestri mã-
Quæstio ducauerunt manna in deserto &c.Quæritur de qua mãducatione hic agat,an de spirituali,an de corporali? Sed corporaliter manducantes carnem Christi,multi mortui sunt æternaliter:Spiritualiter autem manducantes vtriq; saluati sunt.Sed illi non per manna,sed per significatum,quod est corpus Christi.Aut æquiuoce accipiatur manducatio.Et est notandum ꝙ non omnis q̃ sumit corpus Christi,manducat:illud eñ est hic manducare, per fidem ei vniri. Vnde sunt quidam sumentes & mãducantes:Quidam sumentes & non manducantes:Quidam manducantes & nõ sumentes.De q̃bus Augustinus:Vt q̃d paras dentem & ventrem? crede & mãducasti. Quidã vero nec sumentes nec manducantes. Non sumentium alii ex reuerẽtia abstinent:quorum est dicere: domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Alii ex desperatione &
Y contẽptu:de quibus desperandũ est. Sumitur aũt corpus Christi sub speciebus panis & vini.Sunt enim ibi quædã quę tm̃ sacramenta sunt:quædam sacramẽta & res sacramenti:quędam tm̃ res sacramenti,& nõ sacramẽta. Vertit autẽ panis & vinum in corpus Christi. Integrũ eñ sumitur sub vtraq; specie. Admiscetur aũt aqua vino, vt & gentes sicut & Iudęos ad Christũ pertinere mõstretur,cuius morte vtriq; redẽpti sũt. Quę aqua an vertatur in sanguinẽ ne-
Z scim⁹.¶Dixit ergo Iesus ad duodecim. Duodecim ponit quia numerus sacratus est & permansurus: licet nõ in illis omnibus qui tunc erant duodecim. Iudas eñ qui vnus ex illis erat, non pmãsit:sed loco eius Mathias postea subrogatus est.Et sic permãsit numerus,etsi
A non in eisdem personis.
Ioan.7.
H Erat aũt ĩ proximo dies festus Iudęorũ scenophegia.σκηνὸς scenos habitatio & tabernaculum est.πήγνυμι pegnymi figo:vnde sunt scenophegia, tabernaculorũ fixio.Ad repręsentationem enim talis habitationis ĩ deserto, vbi in tabernaculis manserant:tabernacula figebant,& in illis septem dies ma-
B nebant. ¶Tempus autem vestrum semper paratum est.Semper enim in hac vita homo pronus est ad malum perpetrãdum,vnde damnetur:sed nõdum tempus erat vt dominus ad immortalitatem & impassibilitatem trãsiret.In hac enim vita immortalitas & impassibilitas haberi non potest.Mea doctrina nõ est mea.i.mea vt hoĩs,vel vt sępe iã dictũ est,non est mea tanq̃ ab alio non habita. ¶Vnũ opus feci & oẽs miramini. Notet ꝙ dñs nullũ opus fecit de quo

reprehendi posset, etiam si quicq̄ legi
deberet.Lex em̄ nō ꝓhibebat ab his ces
sare die sabbati,quę ad salutē hoīs spe=
ctāt.Vnde & ipsi Iudęi sabbato circūci
debant ne homo periret. ¶Christus au
tem cū venerit nemo scit vnde sit.Ipsi
Questio sibi opponūt de Christo. Sed q̄rit:cum
ipsi ex scripturis & locū & vnde nasce
retur dominus scirent,vnde & dicebāt
Herodi in Bethleem Iudæ Christū na=
sciturū: & scirēt ꝙ de domo Dauid na
sceret: quomodo dicebant,Christus cū
Rñsio. venerit nemo scit vnde sit. Sed videt
ꝙ bene poterāt scire ꝙ nasceretur,& ꝙ
de Dauid nasceretur Christus:& tamē
nescire vnde fuerit, id est ex quibus p=
sonis nasceretur:qđ ipsi dicebant scire
vnde esset.

D Ioan.8. QVi sine peccato est vestrum,pri=
mus in eam lapidem mittat &c.
Hic videtur Christus omne iudicium
hominibus auferre, cū nullus sit qui si
ne peccato viuere possit. Si ergo solus
ille qui sine peccato est,in adulterā la=
pidem mittere possit: nemo vero præ=
ter Christū,sine peccato esse possit: ma
nifestum est iudiciū huiusmodi cuili=
bet ablatū esse: vnde soli Christo relin
quendū esse iudiciū videt. Sed est ma=
nifestū ꝙ iudicia ecclesiæ Christi sunt,
cum rationabiliter fiunt,non causa ho
minū vel cōmodi alicuius,sed solū cau
sa dei.Cum enim iudex latronē suspen
dit, non sibi vindictā sumit,sed domi=
no. Et hoc modo soli illi q sine peccato
est,iudicium omne est relinquendum.
E Dicunt aūt quidam ꝙ nec habens po=
testatem iudicare potest aliū si ipse re=
prehensibilis est,maxime si in consimi=
li fuerit culpa.Nos vero dicimus ꝙ nō
aufertur potestas iudicādi q̄diu ab ec
clesia recipit.Ipse tamen talis non est q
de aliis iudicium dare possit. Q; ergo
iudicat potestatis ē:ꝙ talis,culpę. Vel
qui sine peccato est occidat adulteram,
id est adulteriū remittat:qđ solusChri
stus potuit: ideoq; adulteram iustifica
F re.In ore duoꝝ vel triū testiū stet omē
verbum.Qui facit peccatum seruus est
peccati.Hoc est qui delectatur in pecca
to,vel qui ex consuetudine facit,seru[9]
est peccati: qa seruit peccato a quo agi

tur.Hic etsi intrat per sacramentorum
susceptionem,non manet in domo inæ
ternū nisi de seruo fiat liber: qđ fit per
Christum. ¶Ille homicida erat ab ini= G
tio:& in veritate non stetit. Quæritur Questio
de qua veritate hic agat:an de illa quę
est beatitudinis:an de illa quę verę co=
gnitionis rerū est? Si enim illam cogni
tionē quę beatificat habuisset,nunq̄ ce
cidisset:immo confirmatus esset in bo=
no, vt alii qui ad deum conuersi sunt.
Sed si veram rerum cognitionem ha=
buit, vt dicunt q̄dam : tunc sciebat q̄d
creatori, q̄d creaturæ deberet. vnde &
se creatore inferiorē cognoscebat.Qua
re & se ei seruire:& ipsum diligere de=
bere sciebat . Qđ si non fecit peccauit:
& sic ante peccauit q̄ par suo creatori
esset vellet. Sed dicunt sancti ꝙ inter Rñsio.
creationē & lapsum nihil fuit mediū.
Qđ si sit,necdū illam rerū verā cogni=
tionem habuerat,nec illam quę beatifi
cat.Quare dicēdum esse videtur, ꝙ in
veritate non stetit, ad quā habendam
creatus erat: nō ꝙ eam vnq̄ habuerat,
sed ꝙ eam mox habiturus erat si stetis
set.Duo sunt timores: vnus qui cohi=
bet a malo propter vitandā gehennā:
& hunc foras mittit caritas.Est & ali[9]
qui permanet:hic est cū caritate.& hic
est qui non timet puniri, sed separari.
Qui enim multum diligit ex ipsa dile=
ctione:semper veneratur,& veretur ne
offendat vt separetur.Nec hanc reue=
rētiam habet vt pœnā vitet: sed vt se=
parationem: Licet tamen separari non
possit sine pœna. Sicut deus diligēdus
est non propter p̄mia quæ daturus est
diligentibus se:sed propter se:licet ta=
men eius dilectionem semper præmia
sequantur.

QVis peccauit:hic an parētes ei[9].
Quæritur de pœna illata cæco Ioan.ix
huic a natiuitate:cum omnis pœna ex Questio
peccato sit.Nam si nullum peccatū prę
cessit:iniuste videtur iste punitus fuis
se.Sed est manifestum ꝙ culpa origina Rñsio.
lis in eo pręcessit,cuius hęc pœna fuit,
vnde & ipse iuste punitus est: cui[9] pœ
nę purgatio ad gloriam dei fuit.Ex ei[9]
enim sanatione deus manifestatus est.
Si quis volūtatem eius facit &c.Quasi

dicat si credere voluerit ĩtelliget:fides
eñ illuminatio mẽtis est. Qui eñ fidẽ
habet ex dilectione operantẽ, amorem
habet:& si amorẽ,intelligentiam.Nam
K ipse amor notitia est.Sunt autem qui-
dam maiorem fidẽ & minorẽ cognitio
nẽ habẽtes.Quidã vero minorẽ fidẽ &
maiorẽ cognitionẽ. Quidam maiorẽ fi
Quęstio dem & maiorẽ cognitionẽ.Sed quærit
nunquid simplices cognitionem fidei
1.Pet.3. habeãt:cũ dicat omni poscenti rationẽ
Eccli.19. de fide tua redde.Et iterum.Qui faci-
le credit,minoratur fide. Sed & dicit:
Iob.1. Qꝫ boues arabant & asinę pascebantur
iuxta:qđ est simplices & inferiores sal-
Rñsio. uari in fide prelatorũ. Non ergo exigi
tur ab vnoquoq; discretio fidei.Sed ta
men vt fidem habeat, & poscenti ratio
nem reddat hoc modo videlicet, vt fi-
dem cũ aliis confiteri paratus sit & sci
at. Vel quilibet omnes articulos fidei
habet & si nõ in se tñ in alio, qui est de
eodem corpore. Item qui facile credit
minorabit fide: hoc est q miraculis mo
tus vel aliquo impulsu huiusmodi cre
dit,non ex arbitrio mẽtis:firmus in fi-
de non est, cum omni vento doctrinæ
moueri possit. vnde Iesus seipsum non
credebat eis.

Ioan. x. L MErcennarius autẽ fugit &c.Quæ
ritur vnde mercẽnarius reprehẽ
Quęstio datur: nonne & Christus persecutores
fugit? Nonne & Paulus & cęteri electi
Rñsio. rabiem persequẽtium fugerunt? Sed at
tendẽdũ est ꝙ aliud est fugere propter
se,vt sibi caueat,aliud cedere persecuto
ribus causa ouiũ vt sic fugiendo eas po
ti⁹ cõseruet q̃ deserat. Vñ licet absens
sit,qui sic fugit,corpore:tamen pręsens
1.Cori.5. est mente.Sic Paulus dicit. Ego quidẽ
absens corpore,p̃sens aũt spiritu: iã iu
dicaui,vt p̃sens,eũ q sic operatus est,in
noĩe dñi nostri Iesu Christi:congrega-
tis vobis & meo spiritu cũ virtute dñi
Iesu tradere huiusmodi hominẽ satha
nę in interitũ carnis,vt spiritus saluus
M sit,&c. Sicut nouit me pater: & ego a-
gnosco patrẽ.Ostendit vinculũ carita-
tis qđ est inter se &patrẽ.Vnde & ipse
& pater vnũ sunt:inde enim qđ ipse so
lus patrem nouit sicut, idest ita perfe-
cte vt pater ipsum, qui eiusdem scien-

tię & potentię esse probatur,cui⁹ & pa
ter est:& sic idem de⁹ cum ipso. Nemo
enim præter filiũ, quomodo ipse sit ex
patre, vel quomodo pater ip̃m genue-
rit,nouit. Vnde superius dixit, ꝙ fili⁹
enarrauit, qđ nullus pręter ipsum po-
tuit facere. Alii eñ p ipsum narraue-
runt. Et animã meã pono pro ouibus
meis. Nonne & hoc fecit Petrus & alii
electi?Quare sicut ipse bonus pastor di N
citur: sic & illi boni pastores dici pos-
sunt.Non aũt posuerunt alii sicut ipse
quia ipse per se posuit:alii vero nõ nisi
per ipsum.Vnde non sicut ipse dicitur
ponere, sic & alii ponere dici possunt.
Ponam animã meam & iterum sumam O
eam.hic destruitur hæresis quorũdam
qui dicunt Christũ animã non habere
nisi verbum. Et iterum eorum qui di-
cebant eum animã irrationalẽ habere.
Nam si animã nõ haberet:quomodo eã
deponeret,aut quomodo eã rursum as
sumeret? aut quomodo eũ pater ideo
quia deposuit vt assumeret iterũ eum
diligeret: nisi eam deponendo aliquid
promereri posset: Est autem mereri ex P
gratia diligere.Sed cum animam depo Quęstio
nat.i.cum anima a carne separetur:q̃ri
tur an diuinitas ab altero an a neutro
separata maneret. Qꝫ ab altero separa
ta quædam authoritates velle vident,
aliqua quoq; adiuuante ratione. Dicit
enim Ambrosius super illum locum. Psal.21.
Deus deus meus respice in me: quare
me dereliquisti:ꝙ clamat homo separa
tione diuinitatis moriturus. Item di-
cit Athanasius: qui non crediderit ho
minẽ denuo assumptum,anathema sit.
Item dicit Augustinus,ꝙ anima vincu
lum fuit deitatis & carnis. Mediante
enim anima verbum carni vnitum est.
Quomodo ergo soluto vinculo coniũ Rñsio.
cta illa vnita manerent? Hę autem au-
thoritates determinãdę sunt: qa qđ di
citur clamat homo separatione diuini
tatis moriturus:hoc est quia diuinitas
eum voluntati occidentiũ exposuit &
reliquit: ne eum a morte conseruaret.
Item qđ dicit q non crediderit hoĩem
denuo assumptũ esse,anathema sit:hoc
est qui nõ crediderit iterum ad vitam
rediisse, hoc est a mortuis resurrexisse

interdum verbum fuit homo mortuus fuit homo fuit corpus corpus fuit et anima fuit verbum neque valet consequentia fuit tunc homo mortuus ergo fuit mortalis vel immortalis ut etiam dicit magister in 3 dis 22 videm tamen reprobatur iste et ille unde bona vertitur in eodem loco

anathema ſit.Item de vinculo,eſt mani=
feſtũ ꝙ bene ſeparato vinculo per illud
tñ cõnecti poſſunt extrema, vt in circi
no apparet.Sic igiť aĩa a corpore ſepa=
rata , diuinitas a neutro ſeparata eſt,
nec ab aĩa nec a carne.vnde dicit Hie=
ronymus:hominẽ quẽ aſſumpſit nunq̃
depoſuit.Itẽ Auguſtin⁹ aĩa a carne ſe=
parata eſt,diuinitas a neutro.Vnde &
Chriſtus tũc iacuit in ſepulchro,Chri
ſtus tunc in inferno,Chriſt⁹ in cęlo. Si
cut em̃ diciť Petrus iacet Romæ: quia
corpus illius.Petrus eſt in cęlis,qa ani
ma Petri: ſic corpus iacens in ſepulcro
Chriſtus,aĩa Chriſtus,verbũ Chriſtus,
dictũ eſt.Verbũ quoq; tunc homo fuit:
nã hominẽ aſſumptũ nũq̃ depoſuit ho
Q minẽ.i. animã & carnem ſibi vnita ha=
Queſtio buit in vnã pſonã . Sed nunqd Chriſt⁹
Rñſio. tunc fuit homo mortu⁹?fuit vtiq;.Cõ=
ſideter em̃ Chriſtũ hominẽ mortuum
fuiſſe tunc dico: q Chriſtũ tũc mortuũ
fuiſſe pdico. Fuit itaq; tũc Chriſt⁹ cor
pus,fuit aĩa,fuit verbũ:ſicut ecõtrario.
Cũ igitur homo mortuus fuiſſet,nõ ta
mẽ tunc non fuit homo.i. non ideo nõ
habuit animã & carnem ſibi vnita,nec
iterũ ſi tunc homo fuit:ſequiť ꝙ mor=
R talis vel immortalis fuerit tunc.Ex fi=
Queſtio guratiua em̃ non inferť propria.¶Ope
ra quę ego facio in noĩe patris mei hęc
teſtimoniũ perhibent de me.Nunqd &
Rñſio. alii vt Petrus & Paulus hoc idẽ dicere
potuerũt?hoc ſcilicet ĩ noĩe patris ope
ra facio?Nõ vtiq;:qa licet ĩ noĩe patris
opa faceret Petr⁹ nõ tñ dicere potuit.
ĩ noĩe patris mei:nõ em̃ ſic pater Chri
ſti diciť,ſicut aliorũ.Pater.n.filii eſt,qa
eũ ex ſubſtãtia ꝓpria genuit:pater ve=
S ro aliorũ,qa eis eſſe dat tanq̃ creator.
Obiectio. Itẽ eadẽ opera quæ Chriſt⁹ fecit faciũt
& dęmones & mali hoĩes: veluti incan
tatores Ægyptiaci ranas veras fecerũt
Solutio quẽadmodũ & Moyſes: Quomodo er=
go opera teſtimoniũ phibẽt, ꝙ ipſe de⁹
ſit?Sed eſt manifeſtũ ꝙ ipſe opera facit
tãq̃ creator:magi vero p malignos ſpi
ritus elemẽta ſic coniunxerũt vt ex il=
lis ranę naſcerenť . Illã vero cõtẽperiẽ
elemẽtorũ nõ ipſi dęmones vel magi fe
cerũt:ſed a deo vt res ſubtiles & ſpiri=
tuales datã ipſis nouerũt: vt ſi coniun

gerenť,talia aĩalia inde prodirent. Sed
nec hoĩes nec dęmones ſic opera facere
poſſunt,vt ĩ ſignũ adducanť, ꝙ ipſi dii
ſint:hoc em̃ ſolusChriſt⁹facere potuit.
vnde & dicit . Vt ſciatis ꝙ filius hoĩs Matt.9.
habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi pec=
cata,tibi dico ſurge . Quaſi hoc ſignũ
ſupponẽs ad hoc ꝓbandũ ꝙ peccata vt
deus dimittere poſſet.Et hoc eſt qđ di
cit.Opera quę ego facio in noĩe.i.in ho
nore vel in notitia patris mei,q̃ſi q me
genuit:hęc teſtimoniũ perhibẽt de me.
¶Pater me⁹ qđ dedit mihi,maius oĩb⁹ ”
eſt:& nemo põt rapere de manibus pa= ”
tris mei.Oſtẽdit ꝙ nemo põt rapere de T
manu ſua.Nã potẽtia quã ipſe habet a
patre maior oĩbus eſt. Per illã em̃ ipſe
fortis fortẽ ligauit:& oĩa vaſa ei⁹ diri=
puit.Eſt em̃ fili⁹ eiuſdẽ potẽtiæ cũ pa=
tre: ſed qa qcquid habet a patre habet,
ideo dicit:qđ pater dedit mihi.ſ.gignẽ
do me,maius oĩb⁹ eſt.Vel vt litera ma
gis ſibi cohęreat ſecũdũ illã naturam
qua ſe paſtorẽ, oſtiũ & oſtiariũ ſuperi⁹
dixit:poteſt etiã dicere id maius oĩbus
eſſe qđ ſibi pater dedit.Ex gr̃a em̃ ver=
bũ dei hominem aſſũpſit: ex gr̃a quoq;
aſſumpt⁹ hõ, filius cõſubſtantialis pa=
tri eſt.Vnde etiã ſecũdũ hoc maior oĩ=
bus eſt.Secũdũ hoc ſiquidem redẽptor
noſter eſt. Vñ nullus põt rapere de ma ”
nu eius.i. facere ꝙ pereãt, quos ipſe ad
ſalutem pręparat.Poteſt qdẽ hõ malus
vel diabolus Chriſto cohęrẽtibus mala
ſuggerere:ſed nullo modo eos rapere.i.
ad pditionẽ violẽter auferre . ¶Ego & V.
pater vnũ ſumus. Nõ vnus ſed vnum:
qa illud pri⁹ ad pſonã,hoc poſteri⁹ re=
ferť ad naturã vel eſſentiã . Eſt em̃ pa=
ter & filius eiuſdẽ eſſentię.In hoc igiť
cõfunduntť Arriani,q dicebãt aliud eẽ
patrẽ, aliud filiũ, aliud ſpiritũ ſanctũ.
Et Sabelliani,q dicebãt eundẽ nũc eſſe
patrẽ nũc filiũ,nũc ſpiritũ ſanctũ, cum
vult patrẽ:cũ vult filiũ,cũ vult ſpiritũ
ſanctũ:quod qdẽ falſum eſſe patet:cum
pater ſit alius a filio : filius alius a pa=
tre. ¶Nonne in lege veſtra ſcriptũ eſt. X
Ego dixi,Dii eſtis &c. Quia Iudęi tãtũ
ſplẽdorem quomodo ipſe eſſentialiter
deus eſſet, capere non poterant:oppoſi
ta nube calumniã vitat : & ſe non eſſe

lapidandum demonstrat, quia dixerat se deum & filium dei esse: cum in lege vt in psalmis, qui etiam de lege dicun-

Psal. 81. tur, quia lex dicitur qa ligat: ne omnia pro libitu fiāt dictum sit. Ego dixi Dii

Y estis & filii excelsi omnes. Est autē notandum ꝙ deus dicitur natura, de⁹ etiam existimatione, & opinione, de⁹ etiā participatiōe. Natura vt pater & fili⁹, & spiritussanctus: qui sunt vnus deus natura. Æstimatione vt idola, Participatione vt electi homines: vnde cū dominus dixisset se deum natura: Qđ & Iudæi non intelligebant, cum eū ideo

Questio lapidare vellent: Queritur quomodo se a calumnia liberet hoc respondēdo, scilicet ego dixi: Dii estis &c. cum deus hic dicatur participatione, ibi vero vnde calumnia oriebatur dicatur de⁹ natura: nec etiam videtur hoc adductum ad rem aliquomodo pertinere. Nā etiā in lege præceptū erat: vt si quis homo se deum faceret, blasphemus & lapidā-

Rñsio. dus esset. Sed est manifestum ꝙ lex contra Christum nihil precepit. Nam hoc præceptum est in lege, vt si quis homo tm̄ faceret se deum, id est sibi arriperet qđ ipse nō esset, blasphemus esset & lapidaretur. Dicitur enim aliquis facere se sapientem quasi sibi arrogare qđ nō est: qđ vtiꝗ si Christus faceret blasphemus esset & lapidandus: sed nec tm̄ homo erat, quia homo & deus: nec se deū fecit, cū nō esset: immo se deum confitebatur sicut erat: Quoniā vero iudex literatores erāt literā potius sequentes q̄ sensum, idcirco quantum ad verbum eis satisfecit sic respondendo. Ego dixi dii estis &c. Quasi diceret: non debetis hoc verbo moueri quo dixi, ꝙ de⁹ sum & filius dei etiam: cū scriptura vestra. hoc eodē verbo vtatur pro electis omibus vti dicitur.

Z „ Ego dixi dii estis & filii excelsi omēs. ¶ Pater in me est & ego in patre. Hoc est ego & pater eiusdē sumus essentiæ: & dicitur hic aliter fili⁹ esse in patre: aliter ibi. In pricipio erat verbum. Hoc est verbum a patre genitum est. Dicitur autem deus trib⁹ modis esse in creaturis suis. In omnib⁹. n. potentialiter & essentialiter, qđ idē est, cum potentia diuina sit essentia diuina & econtrario.

Questio Sed quid sit deū essentialiter in omnibus creaturis esse: hoc quæritur.

Rñsio. Et dicunt quidam, quæri nō debet cum in hac vita sciri non possit: sed si credo sic esse, & nescio quid illud sit: fides hęc cęca est: nec prælatorū est, sed asinorum iuxta boues pascentium. Non autem in creaturis deus esse potest, vt aliquid in loco esse dicitur. Est qdē in omnibus creaturis non localiter sed per se: sine vllo medio eas regēdo & in esse conseruando. Sicut enim aīa in omīb⁹ partibus corporis tota est (qđ inde probari potest) quia vbiꝗ sentit ipsum corpus vegetando & regendo. Ea vero recedente corpus mortuū est & in puluerem redigitur: ex quo patet ipsam vitam corporis esse) sic deus tota essentia sua in omni creatura est, esse ei dando: a qua si recederet ipsa sine dubio prorsus in nihilum redigeretur: sicut corpus cuius anima vita est in puluerem redigitur ipsa recedente. Quomodo autem regat vel conseruet deus creaturam vel animam & corpus nescio: sed hoc scio hoc modo deū essentialiter in creaturis suis esse. Dicit itē deus esse in quibusdam per inhabitantem gratiā: vt in rationali creatura, homine vel angelo. Dicitur item esse in creatura per psonalem vnionem: quomodo solum in homine assumpto fuit, id est in Christo. Secundū illū modum vero quo est in aliqbus per inhabitantē gratiā: dicitur esse in hominibus vt in vase, quia illos in qbus sic est replet virtutib⁹. sicut vas replet eo qđ in ipso continet. Potest aūt exponi sic. Pater in me est: & ego in patre, qa quicqd est in patre, vnde probari possit de⁹ esse, &c. illud idem in filio est: qa sunt eiusdem potentię. eiusdem scientię, eiusdē essentię, eiusdem deitatis.

NOnne duodecim horæ sunt diei &c. „A Ioan. xi.
Hæc similitudo ad hoc inducitur a dño, vt ostēdat eos potius se debere sequi, & a se illuminari, q̄ ipsū ab eis. Dies enim hic sol lucens super terram dicitur: horę vero aer ipse illuminatus a sole, quæ solem non illumināt sed ab eo illuminantur. ¶ Domine si fu- „ B
isses hic &c. hoc dicit ꝙ si pręsens cor-

deus dr aliquid natura ut pr filius et sps sanctus deus opinione ut idola deus participatione ut homines boni

triplicitur deus dr esse in creaturis essentialiter et potentialiter quidem est per inhabitantem gratiam per personalem unionem primo modo est in omnibus 2 modo in electis et isto modo est ut in vase tertio modo est in sola humanitate a se assumpta

pore esset misericordiã exhibuisse posset ex affectu pietatis, ne moreretur lazarus: quẽ absens corpore non habuit præsens affectu pietatis fleuit. ¶Et lachrymat⁹ est Iesus. De lachrymis istis queritur vtrũ verę fuerint necne: Et si veræ fuerũt, vtrũ rationabiles? Hoc autẽ cõstans est, ꝙ verę fuerunt. Ex his. n. vera eius humanitas comprobatꝰ. Fleuit autem vt dicit Hieronymus nõ qa mortuus erat lazarus: sed quia ad miseriam vitę huius reuocandus erat. qđ sic forte intelligendum est: quia ex affectu verę pietatis quem tunc vt verus homo habebat miserã humanæ conditionis sortẽ deflebat: ad quã lazar⁹ tũc reuocandus erat: non ꝙ hæc reuocatio ei aliquid obesset q reuocabatꝰ. Sed in illo pius dñs hũani generis miseriam lachrymis protestabatur: cui ex naturali humanæ mentis affectu sic compatiebatur & cõdolebat. hac de causa videns ciuitatẽ fleuit sup eam dicẽs: qm̃ si cognouisses & tu. ¶Et statim prodiit qui mortuus fuerat, ligatus manus & pedes institis &c. Tres mortuos legitꝰ dñs resuscitasse. Puellã ĩ domo paucis arbitris adhibitis. Iuuenem in porta multis videntibus. Tertiũ in monumẽto iã quatriduanũ & fœtidũ. Per quos ii significantꝰ q vel delectatione cõsensus moriuntur: (Non eñ quęlibet delectatio peccatum ad mortem est, sed illa tm̃ quæ in consensu est) Vel illi q post consensum ad opus exeunt, vel qui voce scelus ꝓtestantꝰ. Vel qui opere & praua cõsuetudine iã pœne corrupti oĩno computruerunt. Qui tamen omnes a domino suscitantur: licet tamen quidã facilius, quidam difficili⁹ a torpore vitiorũ mortis excitantur. In Lazari vero resuscitatione: quomodo soluere & ligare discipuli & eorũ successores in ecclesia, videlicet prelati, queãt, insinuatur: licet tñ in his diuersa sentiant diuersi. Dicũt enim quidã sacerdotes nihil aliud in soluendis & ligãdis facere q̃ sacerdotes in lege sup lepra mũdatos faciebãt. Eos enim vel solutos vel ligatos ostendunt. Solus enim deus peccata remittit aut pro eis ligat. Dicũt autẽ alii ꝙ sacerdotes peccata remittunt ex officio qđ habent: licet eñ quacũq; hora peccator ingemuerit ei peccata remittantur: tamen quia de debito soluẽdo adhuc aliquid restat, idcirco ꝑ satisfactionis iniunctionem a sacerdote factam peccata etiã remitti dicunꝰ: sicut ꝑ baptismũ abluuntꝰ ea quę iã ꝑ veram cordis contritionẽ remissa sunt. Et sic ad pœnitentiã ligando, peccata soluũt. Remittunt aũt qñ expulsos prius, resipiscentes ecclesię sacramentis reddũt: & sic soluũt manus eorũ ad operandũ, & pedes ad ambulãdũ libere ĩ ecclesia. ¶Vnus aũt ex ipsis Cayphas noĩe, cum esset pontifex anni illius dixit eis &c. Queritur qd sacerdos iste per spiritum sanctũ loquutus sit. Nunqd spũs sanct⁹ cor eius mouit: vt hoc cõsiliũ daret occidendi Christũ? Q: si sit tũc bonũ cõsiliũ dedit, & a iudęis exequendũ. Qđ nequaq̃ dicendũ est vel ꝙ ipse bonũ consiliũ dederit, vel ꝙ iudæi interficiendo nõ peccauerint. Dicit tamẽ euangelista ꝙ cum esset pontifex anni illius ꝓphetauit, qa Iesus moriturus erat pro gente. Et dicũt quidam ꝙ a spiritu sancto hoc fuit, ꝙ hæc verba protulit: quibus vterq; intellectus haberi potuit, & consilium qđ ex se dedit, & prophetiæ quã ignoranter protulit: vnde & consilium malignũ dedit, ad qđ significandũ illa verba ꝓtulit: & ignoranter ꝓphetauit: spiritu sancto prophetica verba inspirante: quibus & illud propheticũ significauit, videlicet ꝙ Iesus moritur⁹ erat pro gente totius mundi.

Sinite illam vt in diẽ sepulturæ meę seruet illud. Quid est quod hic dicitur: vt seruet illud in diem sepulturæ meæ: & alius euangelista dicit: præuenit vngere corpus meum. Quid est vt seruet illud? Hoc est vt ex eo quod modo agit in me ostendatur quantum affectum habeat cum me iacente in sepulchro illud idem faciet deuotione cum non poterit re: vel finite vt seruet illud ad vngendum corpus mei sepulti deuotione, quod non poterit re. Quem enim affectum habuit in vngẽdo viuo, habuit ad vngendum mortuum si liceret. Quod idem est: præuenit vngere corpus meum. Quia obse-

Marginalia: Questio / Rñsio. / Luce.19. / C / D / E / Questio / Rñsio. / F / Ioan.xii. / Questio / Mar.14. / Rñsio.

quum exhibuerit viuo qđ exhibitura erat mortuo deuotione vel ipso opere, si liceret & posset. Neq; .n. tūc sciebat ipsum moriturum vt idem faceret, tūc quia post mortuo non posset.

G
Questio Qđ vero iterū quæritur an melius esset in vsus pauperū illud vnguētū vēdi: an eo dominicū corpus perungi? Rñsio. Dicim⁹ ad id: illā mulierem maiorē deuotionē in se excitasse, & sic magis profecisse ex eo φ ipsi corpori dñi hoc impēdit, q̄ si illud in pauperes distribuisset. Pro qua deuotione limina sanctorū a peregrinis visitant. vnde & ipse dñs eius factū cōmendat & famæ memoria dignū denūciat.

" ❡ Qui odit aīam suā in hoc mūdo &c. Id est qui ad hoc odit animā suā vt in desideriis mūdi nō viuat, vel econtrario, q sic diligit vt ī eis viuat: hic posterior perdet eā, cū tormētis deputabit̃ æternis: ille prior custodit eā ad vitā æternā habendā. Vel qui sic odit: vt hic eā malit pdere q̄ Christū negare: custodit eam. Qui vero sic diligit eā in hoc mundo, vt hanc vitā Christo preferat: perdet eā ī futuro. ❡Nūc iudicium est mūdi: nūc princeps huius mūdi eiiciet̃ foras.

H
Questio Querit̃ quomodo princeps mundi huius. i. diabolus eiectus sit? Nam in multis adhuc regnat. Plures enim multo sunt mali q̄ boni. Quero igit̃ cum in tot adhuc suam exerceat potestatem: quomodo p mortē Christi eiectus eē dicit̃? Rñsio. Sed est manifestū φ p mortē Christi vires nobis collatę sunt qbus diabolo resistere possumus, & ne ipse aliquid possit, efficere. Ipse enim (vt dicit beatus Augustinus) non est fortis nisi qa nos debiles sum⁹. Vnde qa nos p Christum fortes facti sumus: ipse fortitudine omni manet denudatus. Solum em̄ in eos qui arma sibi collata abiiciūt, & se debiles faciunt, potestatē tyrānidis suę exercet. ❡Vt sermo impleret̃ quem dixit Esaias ppheta.

I
Argu. Hūc sermonē impleri est necesse: sed non potest impleri nisi peccēt illi: ergo illos peccare est necesse. Solutio Hoc aūt falsum est. Nam cū dico pphetiam impleri esse necesse, hoc dico φ hoc totū non possit contingere, hoc prędictū esse prophetice & non cōtingere: Ex quo nō sequitur hoc aliud esse necesse: videlicet φ nō credant vel peccent illi. ❡Excęcauit oculos eorū & indurauit cor eorū &c.

K
De hac excęcatione queritur quis eius author sit. Questio Rñsio. Dicitur em̄ deus eos excęcasse. Vnde Augustinus. Inclinat deus mētes hoīm, siue ad bonū siue ad malū: iudicio quidē suo, aliqñ occulto, aliqñ manifesto: semper aūt iusto. Dicitur aūt deus eos excęcare, vel in desideria tradere, qa meritis eorū anteactis exigētibus, subtrahit deus gratiā qua subtracta in maiora peccata ruunt. Quare nil operat̃ de⁹ vt excęcentur illi, sed ex obduratiōe & abundantia iniquitatis proprię merentur sic pręcipitari. vnde deū eos pcipitare & excæcare nihil aliud est nisi eū iuste eis gratiā subtrahere ne illo auxilio amplius subleuent̃, quo ipsi se indignos fecerunt. Neq; em̄ hoc dicendum est, φ subtracta gratia eos ruere faciat: sed ea subtracta quā sibi auferri meruerunt, ipsi ex propria malitia corruūt: & sic corruendo promerētur, ne amplius sibi detur gratia resurgēdi. Vnde etiā & hic dicitur. ❡Propterea non poterāt credere. "

Nullus enim non credentium promereri potest vt sibi detur gratia: sed quidam eorū promerentur ne sibi detur gratia: non omnes tamen: quia si hoc esset nullus saluari posset. Non ergo potest aliquis excęcatus credere vel saluari. Sed nec etiam tales deus saluare potest. Non tamen dico quin de⁹ cæcitatē auferre possit, & sic saluare: sed tales saluare iniustū esse: & ideo deum hoc non posse. Deus enim iniuste facere non potest.

L
❡Quę ergo loquor ego, sicut dixit mihi pater sic loquor. Christus per se ostium intrat: & sicut per se ostiū intrat sic ipse per seipsum loquit̃: quia loquendo seipsum manifestat, & fidem suam notificat: sicut ipse per se intrat, id est per prędicationem fidei se ipsum introducit in cordibus fideliū. Loquitur autem Christus duobus modis: interius per inspirationem, & exterius voce carnis. Questio prima. Sed quæretur forsan qd opus fuerit Christum sic loqui exterius, cum sine loqutione exteriori intus mouere posset & gratiam intelligēdi & credendi conferre? Secūda. Sic etiam quæ

ritur quare angeli mittantur ad voluntatem dei intimandam hominibus
Tertia. cum p se inspirare posset. Quęrit quoq;
Quarta quid orationes voce fieri prosit: Quid etiam prędicatio Pauli conferat. Qua
Quinta re potius prædicatio Pauli dici debeat q̃ baptismus Pauli. Nunqd em̃ Paulus
Rñsio. plus confert prędicando q̃ baptizādo? Sed est manifestum q̨ p verba dñi exterius tunc sonantia & nunc scripta vel aliquomodo audita, magis mouentur & deuotius excitantur corda fideliū. Cum tamē exterius audita vel visa nihil proficiant nisi gratia intus mentē illuminet. Sic & verba prędicatoris & si non illuminēt tñ excitāt, vt gratiam paratā accipiant: qua sola suscepta vel infusa illustrant. Nos em̃ oportet gratię cooperari, sine qua nec intelligere nec iustificari possumus. Illud idem de angelis & de orationib⁹ dicimus. Et est quidē qđ exteri⁹ fit vt prędicatio gratia: signū videlicet exteri⁹ adhibitum. Hęc tñ gratia sine interiori non valet: imo ad excecationē qñq; est vt in Pharaone. De illa vero interiori dicitur q̨ nunq̃ sine profectu habetur.

M
Ioan.13. Ante diē festū paschę sciēs Iesus q̨ venit hora eius &c. Dñs instante tēpore passionis suę, volens id complere propter qđ venerat, videlicet p mortem trāsire ad patrē, vt sic exemplo suo alios trāsire ab amore mundi doceret: Exēplo & verbo discipulos suos instruit. Et se deū esse & pro redēptione mūdi in carne venisse & moriturū eē euidenter ostendit. Qđ & ibi notat cū sub
N ditur. Cū dilexisset suos in finē dilexit
Ioan. xv eos: Hoc est in mortē, vt videlicet ꝑ illis moreret. Neq; em̃ maior dilectio. i. exhibitio dilectionis esse potest q̃ vt qs
O moriatur pro amicis suis. ℂSi non lauero te non habebis partē mecū. Hinc volūt qdā habere originale pct̄m nō remitti nisi in lauatione pedū post baptismū. Cuius rei authorē esse dicūt Ambrosiū Mediolaneñ. episcopū. Vnde & in ecclesiis qbusdā pedes lauant baptizatis. Per pedes em̃ pct̄m ex carne tanq̃ ex iferiori natura significari dicūt. Sed hoc dici non conuenit. Neq; em̃ in Petro pct̄m originale tunc erat. Nā & per circūcisionē & p baptismū forsitā in eo remissum erat: licet tñ dicere formā in illo ostēsam esse. Sed melius est p pedes qbus incedimus affect⁹ carnis, qbus ad peccādū mouemur, intelligi: quos a domino etiā post baptismū & cætera ecclesię sacramēta pcepta lauari oportet. Qđ nisi fiat nec mūdati p baptisma, & cętera ecclesiæ sacramēta partē cū dño habere possunt. Et hoc est qđ subditur: Qui mūdus est nō idiget nisi vt pedes lauet. ℂSi ergo ego laui pedes vestros P
dñs & magister &c. Docet qđ exēplum eis reliquerit: vt quēadmodū ipse illis peccata dimisit: sic & illi alter alteri peccata dimittāt. Sed cū i hoc loco pcipiatur: & in dñica oratione pceptū sit vt nos dimittam⁹ peccātib⁹ in nos. Quæritur qd sit qđ dimittere debeat hō an culpā an pœnā? Sed culpam remittere nō pōt, hoc est manifestū. Sed neq; ad eū spectat pœnā remittere. Nam si hoc pciperet oīs iustitia & iudiciū ecclesiæ deperiret. Cū dicat deus, Mihi vindictā & ego retribuā. Quare dicim⁹ q̨ †malitiā de corde, quā ex iniuria sibi illata contrahere posset: vt ꝑpter se nihil mali ei contingere velit, hō remittere debet: vnde & alius euāgelista dicit. Nisi remiseritis vnusqsq; de corde suo. Qđ est vt propter se nihil exigere velit. Si em̃ vindicta a iudice sumit nō homini sed deo sumit. Quicūq; em̃ sumit sibi, peccat. Qui vero malitiā vel amaritudinē erga illū retinet q iiuriā itulit se poti⁹ q̃ deū attēdit: Cū causa sui aliqd mali ei cupiat. Et hoc ē remittere debitū. i. sic remittere illi q se lęsit ne ipse q lęsit aliqd ei debeat, quātū i se est. Hoc etiā mō remittēdi reuocat ille q iiuri⁹ fuit ad pœnitētiā. ℂQui accipit si quē misero: me accepit &c. In apl'o suscipit Christus: qa apl's nō suscipit nisi ꝑpter Christū. Vñ Christū suscipere in quocūq; remunerabile est: siue ille sit Christi q suscipitur, siue non sit. Quicūq;. n. suscipit prophetam in nomine prophetę, mercedem prophetæ non de propheta accipiet. Siquis autem tantę simplicitatis esset, vt Antichristum pro Christo susciperet, si ex pietate error pcederet reuelaret ei de⁹. Vnde Apl's

Questio
Deut.32.
Rñsio.
†maleuolētiā
Matt.18.
Q

Philip.3. si quid aliter sapitis, & hoc vobis deus reuelabit. R ¶Cum hoc dixisset Iesus, turbatus est spiritu. Turbatus est dñs vere, voluntate quidem non necessitate. non, vt quidam dicunt, sic voluntate ꝙ naturaliter turbari non posset & pati: sed sic turbatus est, quia naturam posse turbari, posse tristari, posse pati habebat: volūtarie tñ hęc omnia infirmitatis nostrę suscepit: qa in ipso nō erat ꝓpter qđ ista sustineret, cū ipse sine pec cato esset. Et ideo voluntatę quia nulla in eo fuit causa quare ista susciperet nisi sola voluntas. Non enim voluntas ei cōtulit posse turbari, sed natura carnis nostrę quā accepit. S ¶Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Non hic manifeste prodidit Iudā domin⁹, sed secreto hoc dixit soli Ioanni, aliis nō audiētibus. T ¶Et post buccellam introiuit in eū Sathanas. In bucella non suscepit corpus domini Iudas: sed tñ quia illo bono male vsus est, meruit vt magis sibi relinqueretur, & sic a diabolo pleni⁹ possideretur. Ex audacia eñ & inuerecunda pręsumptione tanq̄ mundus esset accessit: vt a manu domini cui mortem machinabatur, illud bonum acciperet. Illa enim buccella aliquod bonum significabat. V ¶Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicem &c. Questio De hoc mandato quęritur an sufficiat ad salutem: & quare nouū dicatur: cū in lege datū fuisse videatur. Rñsio. Et dicimus ꝙ sufficiēs est ad salutem mandatum istud. In hoc enim mandato dilectio dei cōtinetur. Neq; enim potest pręcipi dilectio mutua proximoꝝ, nisi ꝑcipiaẗ dilectio dei. Sicut nec potest proxim⁹ diligi nisi de⁹ diligatur. Neq; enim nūc agitur de dilectione carnalis affectus licita vel illicita: sed de illa quæ hoīem mortificat mundo, & coniungit deo: quæ tm̄ propter deum est. Vnde & hic dicitur. Sicut ego dilexi vos. i. vt eo fine, idest ad illud diligatis inuicem ad quod ego dilexi vos: ad salutē videlicet. Sicut quoq; deus non potest diligi, nisi proxim⁹ diligatur. Impossibile enim est vt aliqs te diligat, nisi diligat qcquid & tu diligis: si enim aliquid odiret qđ tu diligeres, in hoc a te dissentiret: & sic te offēderet: diligere vero & offendere simul non potest. Hoc autē mandatū bene nouum dicitur. X Per hoc enim innouatur quicunq; innouatur. Et iterum nouū, quia in veteri lege non expositum. Ibi enim latebat secretū. Et qm̄ ibi nec est ꝑceptum nec expositum merito nouæ legis nouum mandatū dicitur: qa hic & pręceptum & manifeste expositum. Licet enim in lege dicatur: diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo, & tota anima: & ꝓximū tuū sicut teipsum: Non tamen ibi dicitur. Sicut ego dilexi vos. Licet enim ibi pręcipiatur qđ ꝑter istud adimpleri non possit, vnde & ibi contineri & latere dicitur, non tamen ibi pręcipi vel esse dicatur. Præcepta enim veteris testamenti non innouabant: sed veteri homini conformes reddebāt. Y ¶Animā meam pro te ponā. Dictū hoc Petri surreptio fuit ex ardore dilectiōis ꝙ ꝓmittit se facturum qđ nondū facere potuit. Vnde & domin⁹ subsequenter vtrūq; ostendit: & ꝙ animā quandoq; pro eius amore poneret, & ꝙ in proximo eum negaret. Negatio Petri. In qua negatione caritatem amisit. Nam vt dicit glossa negando vitam, occidit animā. Quicūq; autē vel Christū non esse deum dicit, vel se eius non esse discipulum: fidē Christi negat, & sic Christū. Qꝫ autem Petrus Christum negauit, inde est manifestū, quia hoc dominus prædixit eum facturum. Vnde qui Petrum a mendacio absoluunt, Christum mendacem comprobant dicentes Petrum non fecisse, qđ Christus eum facturum prædixit. Z ¶Non cantabit gallus &c. Questio Mar.14. Queritur cur alius euangelista dicat: Anteq̄ gallus bis vocem dederit, ter me negabis. Cum iste dicat absolute: Non cantabit gallus, donec ter me neges? Rñsio. Ad hoc respondetur duob⁹ modis: vel ꝙ mente eam trinam negationem anteq̄ gallus cātaret, complesset: quia paratus fuit vt quotiens interrogareẗ negaret: vel quia trina illa negatio ante primū gallicantum incœpta, & ante secundū gallicantum finita & completa fuit: idcirco dicit iste, ꝙ non cantabit gallus donec me ter negaueris: id est donec neges: quę negatio tri

na erit.Qđ vero alter dicit,patet.

A ,, Ioan.14. IN domo patris mei mansiones mul tę sunt.Mansiones hic dicit differen tias pręmiorꝝ quę iam apud patrē erāt in ꝓdestinatione pro differētiis merito rum.¶Si quo minus,dixissem vobis:qa vado parare vobis locum.Vult eos cer tiores facere ꝙ paratæ sunt mansiones illę.vnde & hoc probat per impossibile dicens. Si quo minus.i.si non essent pa ratæ,dixissem vobis,hoc scilicet ꝙ va- de parare. Sed est hoc īpossibile me di- xisse vobis vado parare prędestinatio- ne:cū prędestinatio ęterna & immuta-

B ,, bilis pmaneat. Quare necesse est ꝙ sint paratę sic vt dico. Sed qm̄ adhuc & ali ter parandæ erant: idcirco subiungit. Et si abiero & pręparauero vobis locū, iterū venio & accipiam vos. Abiit qui dem moriendo,resurgendo,ascendēdo: per quē recessum ab eis eoꝝ corda mul tum accendit, & a terrenis ad superna quo ascēderat erexit: ea enim quę amā tur,ardentius desiderantur:cū non vi- dentur,q̄ cū in pręsentia habenť: & sic abiens pręparauit per operationē quæ parata erant ab æterno per prædestina

C tionē. Dicit ei Thomas: Dñe nescim⁹ quo vadis.Quidā discipulorum nescie bant eum deū esse, sed purum hominē putabāt:de quibus erat Philippus.Vn de & arguitur a dño in sequenti. Alii vero eum deū esse credebāt.de quibus erat Thomas.Vnde & ipse a dño con- uincitur scire qđ ipse nesciebat se sci- re.Potest em̄ aliquis aliqd scire,nec ta- men ante experimētū scit se scire illud.

D ,, Et ideo dñs dicit eū scire qđ ipse dice-

,, bat se nescire.¶Et maiora horū faciet. Et hoc multis modis exponiť. Quorū hic vnus est.Quia q credit in Christū,, p ipm iustificabit dñs peccatores quos iustificare maius est q̄ angelos creare. Nā etsi vtrūq; sit ęqualis potētię:illud tñ prius est maioris misericordiæ.Nō est enim opus misericordia nisi vbi est miseria.Qm̄ ergo in angelis nulla fuit miseria: nulla ibi opus fuit misericor- dia.In nobis aūt fuit & est miseria quā venit Christ⁹ tollere ex misericordia. Respectu ergo nr̄i maior est misericor- dia dei in iustificatione impiorū, q̄ in

creatione iustorū.In ipsum.n.deū nul- lus cadit affectus.¶Et quodcūq; petie- E ritis patrē in noīe meo hoc faciā. Qui dam iusti petunt & non exaudiunť: vt Paulus orans vt discederet ab eo ange lus sathan,non est exauditus.Quidam vero mali orant & exaudiunť: vt dia- bolus in afflictione Iob. Quid est ergo qđ dicit dñs. Quodcūq; petieritis ī no mine meo faciā vobis, cū multotiēs ec clesia videať orare ī noīe dñi,nec tñ ex audiť:vt pro rege,pro īfirmis,ꝑ requie defunctorū q damnati sunt.Est autē pe tere in noīe dñi id petere qđ ad salutē sit:siue illius qui orat siue illius ꝓ quo oratur. Sed sic orare nullus potest nisi in spiritu dei loquens.i.nisi habeat ca- ritatem.Vnde Apostolus Nemo in spi 1.Cor.12. ritu dei loquēs potest dicere anathema Iesu. Hic vero specialiter promittitur apostolis ꝙ quicquid peterēt ad auxi- lium prędicationis suę qđ ad vtilitatē plantandę spectaret ecclesię,faceret eis. Generaliter vero petiť in noīe dñi qc- quid ad salutē petitur.Et hanc petitio- nē semp exaudit dñs:qa nunq̄ cassa re- dit. Aut enim id obtinet qđ petit, aut ex petitione in aliquo ꝓficit: vt & Pau lus ex petitione illa didicit tribulatio- nē ad augmentū esse coronę.Et sic sem per facit dñs qđ petiť in noīe eius:quia semp exaudit:vt in aliquo ꝓficiat ora- tio.Et noteť ꝙ quidam pro aliis rogā- F tes,ꝑpter se exaudiunť: qa digni sunt, licet illi digni non sint pro quibus ro- gant:vt Moyses pro populo suo malo. Quandoq; q petunt digni sunt & illi ꝓ quibus petūt:vt ꝙ salueť aliqs q dign⁹ est salute.Qñq; q petūt indigni sunt: il li tñ ꝓ qbus petunt digni sunt: & ideo exaudiunť nō ꝑpter se,sed ꝑpter illos. Qđ ratio exigit & si exēpla nō habea- mus ad manū:licet tñ p sile ostēdi pos- sit. Qꝛ enim sathan exauditus est ꝓ se non fuit.sed ad vtilitatē aliorū.Sic ma li qñq; pro bonis exaudiuntur non pro se sed pro illis.¶Quia pater maior me ,, G est &c.Hinc vult hæreticus habere fi- lium patri non esse æqualem cum ipse filius minorē patre se asserat.Sed si mi nor est,tunc erit filius gratiæ non na- turę.Sed hoc excluditur per hoc quod

prȩcedit:ad patrem vado.secundũ hoc enim quod vadit minor eo est cum tamẽ sit ĩ natura diuinitatis æqualis.vnde ꝙ homo ille est filius dei, est ex gratia:non aũt est filius gratię,sed fili⁹ naturę.Sed ꝙ hõ assumptus est filius naturalis est ex gratia. Non est igitur separatim dicẽdũ filius est minor patre. Curtaretur.n.authoritas si sic ꝑferret.

H Ioan.xv Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos.Quæritur de qua dilectiõe hoc
Questio dicat:Sicut dilexit me pater &c. an de illa qua eũ dilexit scdm diuinã naturã, an de ea qua eũ dilexit secũdũ hũanã.
Rñsio. Sed hoc esse nõ potest ꝙ sicut pater eũ dilexit in natura, sic & ipse nos:qa tũc ei æquales essem⁹.Est ergo sensus sicut pater dilexit me hominẽ assumptum a verbo suo ex gr̃a, sic & ego diligo vos ex gratia,nõ ex meritis vestris. Est em̃ homo assumptus ex gratia, fili⁹ dei in natura : qđ tamẽ homini est collatum ex gratia. Qđ autẽ sequitur.
I ¶Manete in dilectione mea. Potest ĩtelligi vel in dilectiõe qua ego diligo vos:hoc est nõ repellatis gratiã quã vobis contuli:vel in dilectione qua me diligitis.i.in bono affectu perseuerate.
K ¶Vt gaudium meũ sit plenũ. Nemo putet gaudiũ domini,vnq̃ creuisse:sed sicut dicit̃.Profecit Iesus ætate & sapientia: sic dicit̃ de
Luc.2. gaudio ipsius.Profecit.n.ætate,hoc est secundũ ętatis profectũ,profecit etiam hoibus in doctrina & sapientia.
L ¶Maiorem hac dilectionem nemo habet: q̃ vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Supra de dilectione prȩcepit:nunc vero quãta dilectio esse debeat ostendit.
Questio Sed quȩritur de qua dilectione hoc dicat,qua maior esse non potest. Nam de affectu non videtur posse dici . Cũ vn⁹ morientium ꝑ Christo maiorẽ affectũ habeat q̃ alius.Et etiam quidã nõ mo-
Rñsio. riens.Vnde dicunt quidam ꝙ hoc dicitur de effectu vel exhibitione potius q̃ de affectu. Signũ enim dilectionis maius esse non potest,nec vltra habet aliquis quid faciat.Hoc est enim illud qđ homo cæteris carius habet.Vnde cum hoc datur qđ carius habetur id datur qđ difficilius amittit̃.Quare nõ habet homo quid amplius det. Vnde in lege dicitur.Pellem pro pelle:sed cũcta quæ Iob.ii.
habet homo dabit pro aĩa sua.Dentem enim pro dẽte,& oculum pro oculo damus:vt vitam retineamus.Ex quo etiã patet ꝙ nec maior dilectio secũdum affectum esse potest . Quem em̃ affectum maiorem potest homo habere q̃ vt mori velit pro amico! hoc est enim maximũ quod quilibet facere potest. Sed tamen cum hoc sit maximum in isto:hoc maximũ istius minus est maiore illius. Ex maiori em̃ affectu complectitur iste mortem q̃ ille.Neq; em̃ tantũ affectum potest iste habere quãtũ ille.Quẽadmodum nullus potest plus facere q̃ diligere ex toto corde:tota anima & totis viribus: & tamen plus diligit iste q̃ ille: quia totũ cor istius maius est toto corde illius:Vterq; tamen toto corde diligit . Hoc est enim toto corde diligere, vsq; ad mortẽ diligere: sic videlicet vt seipso plus deum diligat:& perdat animã vt Christũ lucrifaciat:vt possit di- Philip.i.
cere cum Paulo.Mihi viuere Christus M
est & mori lucrum.Hcc tamen præceptum dicit Augustinus,nõ posse ĩ hac vita impleri. Qđ ideo ab illo dictũ est: quia non potest in hac vita esse qn caro aggrauet animã: & ĩ aliquo resistat: donec mortale hoc induat ĩcorruptionem:& sic ęquiuoce accipit ex toto corde.Cum ergo mors Christi & mors Petri nobis profuerit,& secũdũ effectũ & secundũ affectũ:non tamen mors Petri potest morti Christi adęquari:qa mors Christi nos redemit . Mors vero Petri ad fidem animauit,nõ tamen redemit. Vñ dicim⁹ ꝙ maior fuit dilectio Christi in morte,secundũ exhibitionem etiam q̃ mors Petri,vel alicuius alterius. Plus enim exhibuit,quia per mortẽ suã N
nos redemit.¶Iam non dicam vos ser- Questio
uos &c.Quȩritur quomodo dicat se nõ dicturum eos seruos, sed amicos: cum & ipse in redditione prȩmii dicat. Euge serue bone &c. Sic ergo seruos vocat iustos cum se eos seruos non dictu- Rñsio.
rum hic promittat.Et dicit Beat⁹ Augustinus:ꝙ sicut sunt duo timores, sic sunt duo seruorum genera.Est enim timor seruilis ex quo aliquis seruus est: sed iste nescit quid faciat dominus ei⁹.

Nam etsi aliquādo aliquid boni faciat, nescit hoc a domino fieri:sed sibiipsi attribuit. Est & alius timor castus,q permanet in seculū seculi: hic caritatē seruat:illum superiorem caritas expellit. Ex hoc timore serui amici sunt, quib⁹ dominus secreta sua reuelat:quibus & dicit. Intrate in gaudiū dñi vestri. Sic ergo Apostoli qui prius timore pœnæ serui erāt,in proximo spiritū sanctum
Amicus plenius accepturi,amici dicendi erant, non serui. Amicus dicitur quasi animi
O custos: cui videlicet secreta animi alterius patent. ℂSi de mūdo fuissetis &c. Apostoli erāt in mūdo, hoc est īter malos:sed non erant de mūdo,hoc est non erant de numero malorū.vnde ecōtrario dicit Ioannes de malis ꝙ de bonis
1.Ioan.2. non sunt dicens. De nobis exierūt:sed
P ,, de nobis non erant. ℂMūdus qđ suum erat diligeret &c.Nonne mundus quādoꝗ odit mundū, vt prodigus auarū? vnde hoc est?Quia odit sibi contrariū. Vitiū enim vitio cōtrarium est: nec tamen odit qđ malum est.Non em̄ prodigus auarū odit quia malus est, sed qa contrari⁹ sibi est.Diligit ergo in eo qđ suū est:id scilicet ꝙ malus est. odit ve-
Q ,, ro in eo qđ suæ nequitię contrariū est.
,, ℂSi nō venissem & locut⁹ fuissem eis,
Questio peccatum non haberent. Nunqd nullū
Rñsio. peccatū haberent Iudęi si Christus non venisset,& eis locutus non fuisset? Nō hoc dicit ꝙ nullū haberēt peccatum si nō venisset, sed peccatum infidelitatis non haberēt. Nullo enim modo eis im-
Questio putaretur ꝙ non crederent in Christū si ipse nō venisset.Sed nūquid si hoc pec-
Rñsio. cato non tenerentur , sine fide Christi saluarent? Nō.immo pro aliis peccatis damnarētur. Sed si aliud peccatum nō haberent:quidam eorū qui ante aduētum Christi extiterūt pro eo ꝙ fidem Christi non haberent non damnarent, quia excusationem de illo haberēt:sine enim prędicante id credere nō possent.
R ,, neꝗ enim per rationem naturalem in-
Replicatio. carnationem Christi intelligere valuerunt. Pro quo ergo peccato damnaren-
Euasio. tur?Nā dicere eos sine peccato damnādos esse,hoc est dicere deū iniustū esse. Ad quod dicimusꝙ nullo modo talem permitteret de⁹ damnari,imo ei Christi fidem reuelaret, si in cæteris mundus foret.Sed nec hoc esse posset,ꝙ peccato ad mortē vsꝗ careret,& fidē Christi non haberet. Nam hoc manente cætera manent,id est nullum remitti potest:hoc vero peccato discedente,cætera discedunt, id est hoc discedente per fidem habitam:iam homo id habet per quod cęteris carere potest peccatis. Fides enim primus introitus ad salutem est.vnde Oportet accedentem ad deum Heb.11.
credere. Sicut ergo dicitur ꝙ qui in lege peccauerunt per legem iudicabunt, Rom. 2.
id est ex transgressione legis grauiter ,, S
punietur inęternū:& qui sine lege peccauerunt,sine lege peribunt:hoc est nō pro transgressione legis quā non susceperant peribunt, id est remissius puniētur:vt remissius eritTyro & Sidoni in Matt.11.
die iudicii q̄ generationi huic. Sic qui nondū Christi fidē audierant nec receperāt pro infidelitate perituri nō erāt: sed illi quibus prædicabatur & virtute miraculorū cōprobabatur,cum credere deberent & nollent:peccato infidelitatis tenebantur: & ob id grauius damnandi erant,q̄ si eius fidem auditam & propositā ex nequitia & inuidia nō
cōtempsissent. ℂQui me odit, & patrē T
meum odit &c. Dicit Augustinus sup illum locum Matthęi.Aut vnū sustinebit & alterū contemnet.Qꝫ nullius cō- Matt.6.
sciētia potest deum odisse:Sed in libro retractationū retractat illud & dicit: ꝙ pœnitet se dixisse. Nondū em̄ in mē-
tē venerat hoc: Superbia eorū q te ode- Psal. 73.
runt,ascendit semp.Et ideo dicimus ꝙ multi sunt q deum odio habēt: quē qa vltorem scelerū sciunt non esse vellēt:
quia:quē metuit quisꝗ perire cupit. Ii Cicero.
vero sunt qui peccata diligunt,nec tamen vellēt peccata, peccata esse vel mala:& sic ordinem & naturam rerū permutari vellent.de quibus hic dicitur.
Qui me odit & patrem meū odit. Sed Questio
super hoc mouet Augustinus questionem,quomodo odirēt cum se odire ne
scirent:Ad cuius quæstionis solutionē Rñsio.
spectat illa glossa quæ sic incipit. Non visos possumus diligere vel odisse.ℂSi opera nō fecissem in eis,quę nemo ali⁹

V fecit &c. Queritur quę opera fecit dñs
Quęstio quæ alius nõ fecerit: p quæ possent credere ipm deũ esse? Neq; n. dici hoc põt de iis opib⁹ q̃ corã iudęis facta nõ sũt: vt q; de virgine natus, q; a morte resurrexit. Hęc em̃ ipsi nõ viderãt, vt per ea
Rñsio. crederẽt. Dicit ergo hoc de multitudine sanitatũ quas coram eis & in eis fecerat, quãtam nullus alius in eis fecit, vel propter modum faciendi: quia ipse per se tanq̃ potestatẽ habens, alii oẽs p ipm. Si em̃ vera sunt miracula: ab ipso & p ipsum fiũt. Sin aliter, phãtastica.

X Ioan. 16 SEd venit hora vt omnis qui interficit vos arbitret obsequium se præstare deo. Hoc supponitur ad consolationem. Quasi dicat. Nolite desperare pro tribulatione. Nam per tribulationem & mortem vestrã ecclesia sic multiplicabitur, vt iudæi putẽt se obsequium præstare deo in hoc q; vos interficiunt, ne lex dei & templum deseratur
Quęstio ab omnibus. Sed queritur an peccarent illi qui ignoranter persequebãtur sanctos? Cũ cõscientia dictaret sibi illud p
Ro. 14. deo faciẽdũ esse. Dicit em̃ Aplus. Omẽ qd ex fide nõ est. i. cõtra cõsciẽtiã: peccatũ est. Quare si nõ interficerẽt cũ cõscientia dictitaret id faciendum, pecca-
Rñsio rent. Ad hoc dicimus vt sępe diximus q; siue facerent, siue contra conscientiam desisterent, ad mortem peccarẽt: vt dicitur. Vęh ampullę siue irruat lapidi siue lapis illi. ¶ Quia non nouerũt patrem neq; me. Superius loquens de patre dixit: Quem vos dicitis quia pater noster est: hic dicit: quia non nouerunt eum. ¶ Et cũ venerit ille, mũdum arguet de peccato &c. Spiritus dicitur arguere & caritatem dare: quia in eius missione caritas apostolis collata est, non solum a spiritu, sed a tota trinitate: per quã caritatem missione spiritus collatam abiecto timore arguebant pec-
Quęstio catores de incredulitate sua. Sed quæritur quomodo beatus Augustinus dicat hic q; hoc peccato infidelitatis manẽte cætera maneant: cum hoc etiam dici possit de quolibet peccato q; ipso manente, cætera maneant. Dicunt ta-
Rñsio. men quidam, q; potest quis de vno peccato in quo est, pœnitere licet in alio

nam stante consciencia erronea dictans de aliquo faciendo sub morta[li] faciens secundum illa[m] mortaliter pecca[t] et etiam si omittat vnde tunc deponere tenetur consciencia[m]

q; non possit quis penitere de vno in alius peccatis manendo .i. manendo in vno peccato de alius penitere

perseueret: qd videtur illa authoritas
velle. Pluit dñs sup vnam ciuitatem & Amos 4.
non super aliam: & vnius etiam pars compluta est pars compluta nõ est, qd
est, q; vnum peccatum remittitur alio Z
manente. Sed dicit Iacobus, Q; qui of- Obiectio.
fendit in vno, reus est oĩm. Et ipsa ra- Iacob. 2.
tio quoq; hoc exigit q; perseuerans in vno non possit de alio pœnitere. Nã si pœnitere est ex amore de cõmissis dolere: hic vero qui de vno pœnitet & in alio pseuerat amorẽ nõ habet, qd inde patet qa contemnit, dũ in pctõ manere proponit: manifestum est, q; talis vere pœnitere non potest, nec aliquid face- Rñsio.
re dum talis est, qd sibi prosit. Quare dicemus de illa authoritate quę id velle videtur: q; aliter exponenda est. Sũt enim quidam qui de aliquibus peccatis ita compungũtur, vt in lachrymas prorumpant. De qualibus dicit Hieronymus. Lachryma delet peccatum qd pudor est cõfiteri, id est qd tãtũ est vt etiam ex erubescentia compellat in lachrymas prorumpere. Non enim sic intelligendum est, q; sine confessione p lachrymam deleri possit, cum pudor id prohibeat. Sunt & alia peccata de quibus non adeo pœnitent vt ad lachrymas veniãt. Et hoc est quod dicit. Pars cõpluta est pars non cõpluta: qa p his sic cõpũgit qs vt lachrymas emittat: p illis vero peccatis nõ tãtũ dolet vt fletus sequatur. Cum ergo quolibet pctõ A
manẽte cętera maneãt: quõ specialiter Rñsio ad
dicit August. de isto pctõ infidelitatis pricipale.
q; ipm manẽsfacit cętera manere? Et dicim⁹ q; hoc in quadã cõparatiõe dicit. Nullũ. n. sic ẽ causa q̃re cætera maneãt sicut istud est: qa cętera pctã ex infirmitate ĩsunt, Istud vero ex nequitia. Vel qa isto manẽte, ne ad paruũ qdẽ bonũ erigi põt qs: sed cęteris manẽtibus aliquomõ ad bonũ moueri põt. Aliquã. n. cõpũctionẽ habere põt, qua moueat ad B
bonũ, etsi ei nõ ꝓsit ad vitã. ¶ De iustitia vero, qa ad patrẽ vado &c. Arguit mũdus de pctõ ĩfidelitatis, & iterũ de iustitia non sua sed credentium. Qd idẽ videtur esse cũ eo qd est ipsum argui de peccato: nã ipsum argui de eo q; in infidelitate manet: & iterũ ipsum ar-

gui de iustitia, est ipsum argui de eo ꝙ
credendo non vult iustificari: qđ idem
esse videtur. Sed aliud est in infidelita-
te manere: aliud alios in fide non imita
ri. Vnde illi arguunt quia non credũt:
isti vero arguunt quia alios in fide nõ
imitant. Hoc est enim summa iustitia, fi
C de imitari qđ non videt. ¶Adhuc mul
ta habeo vobis dicere &c. Quę sunt hęc
multa non possumus determinare. Hoc
enim dicitur propter futurã illam reue
lationem quæ erit in ęterna beatitudi-
ne. ¶Docebat vos omnẽ veritatẽ. Et de
D p̄senti & de futuro. ¶Spiritus veritatis
&c. Hinc est illa latinorũ & gręcorũ cõ-
trouersia. Arguũt eñ nos gręci anathe
matis. Nam cũ in symbolo non habean
tur hęc verba: spiritussanctus procedit
a filio & subscriptum sit ibi. Si qs aliud
addidit anathema sit: cũ nos hoc adda-
mus anathematis reos nos iudicãt. Sed
nos in multis locis habemus ꝙ spũs est
Gala.4. a filio sicut & a patre. Dicit eñ Aposto
Rom.8. lus. Misit deus spm̃ filii sui in corda ve
stra. Et iterũ. Qui spiritũ Christi nõ ha
bet. Et hic dicim⁹ ꝙ Christus dicit. Mit
tam eum ad vos. Quomodo aũt cũ mit
teret nisi daret? Et quomodo daret, nisi
suus esset? Quare dicim⁹ ꝙ vtriusq; est
Gala.1. & ab vtroq; procedit. Nec tamen aliud
addimus: qa nihil oppositũ. Sic enim ac
cipitur aliud: & apud Paulum. Si qs vo
E bis aliud euãgelizauerit anathema sit.
De meo accipiet &c. Hinc vult hæreti-
cus habere ꝙ spiritussanctus minor sit
filio: quia accipiens minor est dante: qđ
determinatur ꝑ hoc qđ dicit de meo:
hoc est a patre a quo & filius. Vnde po
F " tius patet ipsum esse æqualẽ q̃ inferio-
rem. ¶Omnia quęcũq; habet pater mea
sunt. Sed pater hoc habet, ꝙ genuit fili
um & habet filium: non tamen fili⁹ hoc
habet. Et dicimus ꝙ omne bonũ patris
est bonũ filii. vnde & hoc bonum patris
scilicet ꝙ ipe pater est vel habens filiũ,
est bonũ filii. Dicere namq; ꝙ filius hoc
G " habet ꝙ ipse pater est pater: nihil est.
¶Modicum & iam nõ videbitis me &c.
Si hoc modicum ad totum tempus hu
ius vitæ refert: quomõ hoc dicit ꝙ non
videbũt eũ, cũ multi fideliũ qb⁹ hoc di
cit post ascensionẽ eũ viderint: vt Pau
lus & Stephan⁹ & alii? hoc autem vno
verbo determinatur: quia non viderũt
eum vlterius mortalem. ¶Vsq; modo " H
non petiuistis qcq̃ in nomine meo &c.
Nihil ꝑtierant apostoli in nomine do
mini, vel in nomine Iesu. credentes di-
ligendo: qđ in hoc nomine Iesus signi-
ficatur: vel in nomine, hoc est ĩ illa pu
riore notitia & firmiore cognitione,
quã postea abiectis imaginationib⁹ de-
lusoriis habituri erãt, misso spiritusan
cto. Prius enim erant animales & qua-
si vtres veteres, quibus importune no-
uum vinũ crederetur. Sunt autẽ ima-
ginarię corporũ similitudines: quando
secundũ aliquã formã corporum, vt ve
lut radius solis penetrat aera: sic deus
putetur ꝑenetrare vniuersa. Vel sicut
aqua omnes cauernas & poros spõgiæ
implet, sic ipe existimetur implere oĩa:
secundũ qđ ipse partes haberet & ma-
gis & minus reciꝑeret. Ad hoc ergo ꝙ
deus pure videatur: oportet oẽs huius
modi imaginationes exꝑellere & trãscẽ
dere: & ipsum deum in se non imagina
ria cogitatione, sed pura intelligentia
contemplari. Quę tñ hic habita vmbra
q̃dam est respectu illi⁹ visionis futuræ
quando deũ imediate videbimus sicuti
est. Nunc enim videmus ꝑ speculum 1.Cor.13.
in ęnigmate: tunc autem videbim⁹ fa-
cie ad faciem. Non tñ dico qn cognitio
de deo hic habita surgat de visibilibus
istis. Per visibilia eñ inuisibilia cõspici Roma.1.
untur: sed hoc dico ꝙ nulla forma re-
rum visibiliũ deo attribuẽda est. In tali
ergo notitia ꝑtẽs qđ est in noĩe illius
ꝑtere, nullus reꝑelli potest. Sic eñ pe
tẽs solũ qđ ad salutẽ sibi ẽ ꝑtit: nec fal
lit in tali ꝑtitiõe. Spũalis.n. oĩa diiudi 1.Cor.2.
cat, & a nemine iudicat. Fit aũt ꝑtitio
hęc qñq; affectu, qñq; & voce. ¶Hęc in I
ꝓuerbiis locut⁹ sũ vobis, hoc est obscu
re quãtũ ad paruã eorũ capacitatẽ quã
tũc habebãt. vnde & spiritu adueniẽte,
hęc non prouerbia, sed verba intelligi-
bilia fuere.

HÆc loquutus est Iesus & subleua Ioã.xvii
tis oculis &c. Hic terminatur ser
mo secũdũ quosdam: & incipit oratio.
Pater clarifica &c. Proxima passione K
orat dominus audiẽtibus discipulis: vt

illos instante tribulatione ad orãdum
cõfugere doceret. Clarificatio filii a pa
tre facta est maxime in resurrectione:
quã quidem filius operatus est cum pa
tre. Sed ad distinctionem personæ pa-
tris a persona filii, dicitur pater filium
a mortuis excitasse. Clarificatio vero
patris per filium facta est: quando mis-
so spiritu sancto fidem firmã habebant
quia deum Christum, & filium dei, pa-
tri coęqualem credebant. Et sic per fili-
um incarnatum manifestatus est mun
do pater. Hęc autẽ cognitio plena non
est: perficietur autẽ in futuro quando
L ipsa erit summa beatitudo. ¶Quęritur
Quęstio autem de eo qđ dicitur. Dedisti mihi
potestatem omnis carnis: secundũ quã
naturam hanc potestatem acceperit: ꝙ
saluare potest & vitã æternã dare. Di-
Rñsio. cunt authores ꝙ secundũ humanã na
turã hãc potestatẽ acceperit & habeat.
Sicut & ipse resurgens dicit. Data est
mihi omnis potestas &c. Sic etiam dici
mus ꝙ secundum humanã naturã re-
dẽptor noster est: & dñs, & adorãdus.
Sed si hãc potestatẽ secundũ humanã
naturã habet, tunc secundũ hanc infe-
riorem naturã deo æqualis est, qđ esse
non potest. Et dicimus ꝙ secundũ infe
riorẽ naturã hanc potestatẽ videlicet
saluandi, peccata remittendi, excellẽtiꝰ
multo q̃ cęteri suã potestatem, habeat:
quia ex eo ꝙ est vnitus filio dei in vnã
M psonã. Hoc tñ noteť ꝙ secũdũ qñqȝ sic
positũ causam notat: vt si dicã secundũ
hũanitatẽ est minor patre, vel passus:
qñqȝ psona in illa natura designať. vt
cũ dico scđm hũanã naturã redẽptor
est, vel potestatẽ saluãdi habet. Hoc est
ipse in humana natura existẽs, vel ipse
homo. Hoc tamẽ notatur ꝙ per huma-
nã naturã redemit: & ꝙ secundum hu-
manã naturam accepit. Homini enim
hoc collatũ est vt vnitus verbo esset il
N le qui redemit, qui vitam confert æter
nam. ¶Manifestaui nomen tuũ homi-
nibus quos dedisti mihi de mũdo. Nõ
hoc ꝙ deus & pater omniũ sed p crea-
tionẽ: ꝙ pater meꝰ es per generationẽ.
Hanc eñ personarum distinctionẽ ipse
mũdo manifestauit. Pater enim filium
de substantia sua sibi æqualem genuit.

Aliũ quidẽ in psona: idẽ tamen est deꝰ
in substantia: eiusdem enim substantię
sunt pater & filius. ¶Et mea oĩa tua " O
sunt. Superius dixit oĩa quæ pater ha-
bet mea sunt: de his dixit quę ad deita
tem pertinẽt: hic vero oĩa sua patris
esse dicit. de creaturis videlicet sibi da
tis a patre agẽs. ¶Vt sint vnũ &c. Qua
si dicat: sicut nos sumus vnũ in substã-
tia, sic & ipsi vnũ sint in dilectione. Nã
rogare vt essent vnũ in natura huma-
nitatis, frustra esset: cũ iam sic vnũ es-
sent in natura. Qȝ ergo in glossa dicit:
vt sint vnũ in natura sua, sic intelligit:
vt sint vnũ. i. in caritate concordes, per
quã caritatem deo cohęreant a quo na
ti sunt, id est esse habent. vnde natura,
id est qđ est. vnde omne qđ est naturali
ter ad esse tendit. Ipsi ergo in natura
vnũ sunt: qui ei tamẽ debẽt adhęrere p
dilectionẽ, qui esse est, & a quo esse ha-
bẽt. Neqȝ enim essentialiter vnum esse
possunt hoĩes vt pater & filius. Sed si-
cut dicitur ꝙ multitudinis credentiũ Act. 4.
erat cor vnũ & aĩa vna: sic & hic orať,
vt sint vnũ: quę vnio vinculo caritatis
perficienda sit. ¶Sanctifica eos in veri- "
tate &c. Qui credituri sunt p verbum
eorum &c. Eorum dicitur: quia primo
eis cõmissum, & primo ab eis manife-
statum & prędicatũ. In hoc quoqȝ ver-
bo qđ ab ore eorũ sonuit, verbum illud
qđ ęternaliter manet ĩnotuit: & se cor
dibus fideliũ & electorũ infudit, & sua
gr̃a ad credendũ & diligendũ illumina
uit. Vnde & dicit: Qui credituri sunt
p verbum eorũ: vt sint vnum in nobis
id est vt caritate nobis cohęreant, quæ
est ex fide qua credũt nos vnũ esse. Ex
fide enim nasciť dilectio. ¶Vt dilectio
qua dilexisti me ĩ ipsis sit, & ego ĩ ipsis. P
ADduxerũt ad Annam primũ &c. Ioan. 18.
Primũ ad Annã ductꝰ est dñs, cõ-
tra ordinẽ dignitatis Cayphę, q illiꝰ an
ni põtifex sũmus erat: vt oĩa ab illo in-
ordinate fierẽt. Nihil. n. ordine geritur
vbi de nece saluatoris tractať. ¶Nũqd
& tu ex discipulis es hoĩs istiꝰ? Quęriť Quęstio
hic an Petrus negando peccauit: etsi in
negatione dilexit. Et volunt quidem Rñsio
aliqui Petrum non solum a peccato, quorun
sed etiam a negatione defendere. Sed dam.

Questio secūda. a neutro defendi potest. Sed q̄rit̄ an cū negaret caritatē haberet necne? Et dicunt quidam ꝙ tunc nō minus q̄ pri⁹ diligebat: sicut aliquis pater tradens filium suū pro se ad mortē nō minus eū tunc diligit q̄ prius. Ipsum tñ mauult mori q̄ se. Sed si sic diligebat vt se christo preferret: nullo modo caritatem habuit cum hoc sit caritas, vt plusq̄ se homo diligat deū. Sic ergo aut prius caritatem non habuerat, aut quā prius habuit tunc perdidit. Sed prius eā caritatem habuisse omnes pœne cōfitentur. Vnde ex nimio caritatis affectu & ardore: & se positurū animā & non negaturū pro morte promiserat. Sed dicit ꝙ nūq̄ tātū ardorē habuit ex quo mortē subire posset pro Christo. Et si periculū instaret potius Christū negaret q̄ Q Rñsio. mortē pro illo subiret: quare nunq̄ caritatem habuisse videt̄. Sed dicimus ꝙ multi sunt q caritatē habēt tm̄ in affectu & in ꝓposito: multi & in affectu & cōstātiæ pseuerantia: ii vero qui tm̄ eā in proposito habēt. sic videlicet vt proponāt se prius mori velle q̄ Christū negare: cū pueniūt ad experimentum deficiunt. Nō em̄ possunt pferre qđ ꝓmiserūt. Et sunt similes Petro q (vt dicit Hieronymus) erat quasi auis sine pennis, qñ se ꝓ Christo moriturū ꝓmisit. Auis. n. sine pēnis volare vult sed non potest. Talē ergo affectum Petrus ante negationē habuit: in quo si pseuerarer, nūq̄ ex timore Christū negaret. Sed qa virtutē constantię, cū hoc affectu non habebat: idcirco imminēte periculo metu mortis defecit: & affectum caritatis quē prius habuerat, amisit. Et sic negā R " do, ad mortē peccauit: qđ peccatū amaro fletu cōpūctionis deletū est. ¶ Et in occulto loquut⁹ sum nihil. Quasi. d. nihil loquut⁹ sum ad hoc vt occultaret̄: sed oīa locutus sum, vt cōgruo tēpore " palā fierent & sup tecta predicarentur. ¶ Si male loquutus sum &c. videt̄ resistere percutiēti cū dicat quasi increpādo cur me cædis? Sed veritatē dixit: & tamē paratus fuit non solū alterā præ S " bere maxillā, sed totū corpus exponere Questio ad pœnam. ¶ Respondit Iesus: tu dicis. Quæritur primo de loquutione quā ꝓtulit Pilatus dicens. Ergo rex es tu? interrogando em̄ hoc dixit & nihil affirmauit vt videt̄. Sed qa dñs quem mentiri est impossibile dicit: ꝙ dixit eū regem esse: idcirco dicimus ꝙ multotiēs sic interrogat aliqs, vt ex ipso modo interrogandi asserere videat̄ qđ quærit. Hunc ergo modū habuit Pilatus in interrogando, siue qa credidit, siue qa spiritussanctus quasi instrumēto eo vtens sic proferri interrogationē fecit, vt ex modo dicendi hoc assereret. Pilato aūt respondet dñs p verbū ꝑsentis temporis dicens. Tu dicis. Per preteritū vero pontifici dicens, Tu dixisti. Quia per sacerdotē populus iudęorū significatur, qui in lege & prophetis iādudū Christū regē asseruerāt. Per Pilatū vero gētilis ppl's intelligit̄: q in ꝓximo hoc dicturus erat. s. Christū regē cęli & terræ esse. vnde dicit, tu dicis. Quasi dicat in ꝓximo futurū est vt dicas me regē eē: & cognoscas p virtutē miraculorum.

Rñsio.

T

NOn haberes in me potestatem nisi &c. Hic primo quęrit̄ an Pilatus peccauerit cū ad hoc niteret̄ quātū poterat: vt ab eorꝫ manibus dñs eriperet̄. Quia igit eum inuit⁹ morti tradidit, nec ampli⁹ q̄ fecit, facere potuit: quare eum reū mortis Christi dicem⁹? Sed dicendū est ꝙ nulla ratione potestatē in dñm exercere debuit: nec ꝑ timore aliquo iudęis ex inuidia vrgentib⁹ cōsentire. Qđ quia fecit peccauit. Deinde q̄rit̄ an potestas Pilati a deo eēt: & vtrū ea ī nece dñi vsus est. Et est manifestū, vt dicit Apl's, ꝙ oīs potestas a deo est, siue bonorum, siue malorū: quare & potestas Pilati desup fuit, id est a deo data: qre & bona. Si ergo ea vsus est crucifigendo dominū: ex eo ipso non peccauit. Dicimus autem ꝙ potestatē a deo habuit bonam: sed occidendo dominū non ea vsus est, sed abusus. Ex potestate tamen habuit, sic ea posse abuti. Sicut rex aliquis tyrannidem exercens: non hoc facit ex regia potestate, quia illa tm̄ ad iusta extenditur. Ex eo tamen ꝙ regiam habet potestatem tyrānidem exercere potest. Potestas enim quam habet, licere facit ipsa abuti potestate. Sic ergo Pilatus non habe-

V Ioā. xix. Questio

Rñsio.

X Questio secunda Ro. xiii.

Rñsio.

ret potestatē qua potuit abuti in domi nū, nisi esset sibi data desuper, id est non posset hanc nequitiam in dominū exercere nisi potestatē illam quā habebat a deo accepisset. Vel nō haberet Pilatus potestatem hāc in dñm ꝙ ipse ei tanq̄ re⁹ cōstitueret: nisi illā haberet desup.

Y Sed qa Pilatus hanc potestatem vllam, id est quātulācūq; qa sub alterius superioris ptāte habebat vtpote sub Cęsare idcirco subiicit dñs. ¶Propterea q tradidit me tibi maius peccatū habet. Nā quia timore superioris potestatis coactus Pilatus hoc fecit: Iudęi vero ex sola inuidia: magis aūt peccat qui ex inuidia peccat q̄ qui ex timore: idcirco dicit dñs, ꝙ populus iudaicus qui tradidit illū Pilato maius pctm̄ habet tradēdo q̄ ille faciendo: ipse tamen a peccato non est immunis, licet minus peccauerit ex timore q̄ illi ex inuidia.

Z Erat aūt Mar.xv. parasceue pascę hora quasi sexta. Marcus dicit ꝙ hora tertia crucifixerunt eū. Et hic dicit ꝙ hora sexta erat, quando Pilatus sedit in tribunali, tradēs dominū vt crucifigeret. Quos Hieronymus sic cōcordat: dicens ꝙ immolatio Christi a nona hora noctis incœpit: qñ in domo Annæ iudicatus est reus mortis: & ab illa hora noctis vsq; ad tertiā horā diei sex horæ cōputant: & in illa hora diei tertia, pręparatiōis sexta, crucifixus est dñs.

A Neq; eñ hoc potuit esse vt ipse dicit, ꝙ in sexta hora a qua incipiente vsq; ad nonā. i. finem sextę tenebrę erant super vniuersam terrā: illa omnia fierent quę dño in cruce posito facta sunt, ꝙ ei videlicet illuderēt: & ꝙ vas aceti ei porrigerēt &c. Vidētes eñ terrę motū & tenebras percutiētes pectora sua reuertebantur.

B ¶Et erat scriptum hebraice &c. Nō ter erat script⁹ titulus, sed in partibus illius tres linguę continebant: vt dicit Hieronym⁹.

C Sic Malch⁹ iudeorū exomolosọn. ¶Mulier ecce filius tuus. Nullus sic intelligat ꝙ se demonstrando dicat Ecce fili⁹ tuus: immo de Ioāne hoc dicit: sicut & postea ad discipulum dicit. Ecce mater tua: quasi cui tu curā īpēdes vt matri. ¶Vas aūt erat positū aceto plenū &c. Aut casu aliquo, aut forte diuina puidentia ibi erat vas cum aceto.

D ¶Ondum enim sciebāt scripturam Ioan.20. qa oportuit eū a mortuis resurgere. Ex hoc loco & ex eo qđ Petrus dicit dño suā passionē pdicēti. Absit a te do Matt.16. mine: videt ꝙ apl̄i nōdū fidem mortis & resurrectionis Christi haberent: sine qua nec caritatem habere poterant. Et dicim⁹ ꝙ in morte Christi caritatem sicut & fidē amiserūt: qñ relicto eo fugerunt. Sed ante mortē Petrus etiā hoc dicendo absit a te dñe, & caritatem & fidem habebat. Ex nimio eñ ardore dilectionis hoc dixit. Ex ardore enim dilectionis non sustinebat audire mortē eius, cuius ęternitatē confessus erat: dicēdo, tu es Christ⁹ fili⁹ dei viui. vnde sic prohibēdo a morte errauit quidem ex pietate, sed non peccauit. Credidit quoq; & fidē habebat, sed in ęnigmate & obscuritate quadā sacramētorū. Credidit.n. vera esse q̄ dñs dicebat de morte sua: sed qa in parabolis eis loqui cōsueuerat, idcirco aliud eū dicere putabat: in nullo tñ discredēs qđ dominus dicebat. Sicut fidem habet simplex & idiota credēs qcqd p̄latus eius credit, cū tñ ipse distinguere nesciat. Verū.n. esse fatet qcqd in euangelio dicit: & tñ qd dictū sit nescit.

E ¶Quorū remiseritis peccata &c. Post īsufflationē & spūs dationē inqt: quoꝝ remiseritis peccata remittūt eis &c. Vnde q̄rit, quę peccata Questio posse remittere eis dñs dederit. Nā si dicat, vt qdā dicūt, ꝙ pœnā peccati tm̄ posse remittere recepерūt: parū hoc fuisse videt. Nā nō multū est istā pœnā tēporalē pro pctō sustinēdā, aut remittere aut vitare. Dicit etiā Petro. Quod Matt.16. cūq; ligaueris sup terrā erit ligatū & in cælis, & qđcūq; solueris sup terram erit solutū & in cęlis. Qđ quidā sic intelligere volunt. Quodcūq; ostenderis sup terrā, vbi ecclesia tm̄ ligare potest, esse ligatū: erit ligatū & ī cęlis. Nā hoc esse officiū apostoloꝝ & eoꝝ successoꝝ dicūt: ꝙ sacerdotū in veteri lege, ostendere solutos: sicut & illorū erat ostēdere mūdatos. Sed hoc parū qdē est ostendere & nullū effectum in soluēdo vel ligando habere.

F Vnde dicimus, ꝙ dominus pricipaliter apl̄is remissionē pctōꝝ Rñsio.

rum,non dico pœnarū tm̄ sed & culpa
rum,non pœnæ temporalis,sed & ęter
næ facere posse contulit:& non solū il-
lis sed omnibus successoribus eorū,vi-
cem eorum in terris gerentibus.Et ta-
men verum est solum deum peccata re
mittere:sicut & ipsius solius est iustifi-
care:cum tamen fides iustificet.Nō em̄
alius q̄ ille operat̄ qđ ipse per ministros
suos facit.Ipsi tamē ministri id vere fa-
cere dicuntur qđ dominus,eorum mi-
nisterio facit & comprobat. Quotiescū
ꝙ ergo sacerdotes tradita ptāte vten-
tes peccata remittūt, & a deo remittū-
tur: & quotiens retinuerint.i.ab eccle-
G sia fidelium separauerint,& morti ad-
iudicauerint:& illa retenta sunt. Ideo
autem dico tradita vtētes potestate:qa
Mal.2. quidam sunt qui indiscrete soluūt vel
ligant.De quibus dicitur in propheta.
Maledicā benedictionibus vestris,& be
Ezech.13 nedicam maledictionibus vestris.Nam
vt alibi dicitur, Mortificabant animas
quæ viuebant:& viuificabant quę mo-
riebantur. Cum ergo prælatus aliquis
coactus aliqua necessitate ligat aliquē,
qui tamen reus non est:vel soluit,q ta-
men intus solutus nō est: recte facit &
qđ ab ipso faciendum est. Vnde & hoc
deus soluit & ligat.i.ratum habet qđ a
prælato sic factum est.Nec tamen deus
H hunc soluit in anima,nec illum in ani-
ma ligat:Sicut nec ecclesia cuius iudi-
cium semper verum est. Nec enim hūc
reum iudicat,sed ligādum:vt rigor ec-
clesiæ & regula iustitiæ seruetur.Est er
go verum qđ dicitur:quorum remiseri
tis peccata.i.quoꝝ peccata p vos remis
sa sunt:& apud deum remittuntur. Et
est hoc generaliter dictum,nō solū apo
stolis(vt quidam dicunt,hoc fuisse pręrogatiuam apostolorum)sed omnibus
ipsorum successoribus, & dictum & da
I tum. ¶Si quis autem dicat in vera cor
dis contritione peccata ante esse remis
sa apud deum q̄ ad sacerdotem veniat
qui pœnitet:& sic non oportere a sacer
dote remitti. Dicimus ꝙ nō est ita:sed
& deus prius ex quo vere ingemiscit re
mittit & similiter in confessione p mi-
nisterium sacerdotis & etiam in execu
tione satisfactionis remittit. Tādiu em̄
debitum remitti dicitur, q̄diu de debi
to aliquid restat faciendum:& cum de-
bitum p peccato dimittitur merito &
ipsum peccatum dimitti dicitur. Sicut
& in eo qui ad baptisma in vera cordis
contritione accedit apparet:ante enim
q̄ baptisma suscipiat per fidem & verā
pœnitentiam peccata ei remissa sunt,p
baptismum tamen remittuntur:nec est
alia hæc remissio q̄ illa:nec iterata, sed
eadem & cōtinuata. ¶Infer digitū tuū K
huc &c. Quæritur vtrum domin⁹ post Quæstio
resurrectionem vulnera an cicatrices
ostēderit.Et est patens ꝙ cicatrices tm̄ Rñsio.
ostendit:quæ etiam i die iudicii glorio
se apparebūt:& gloriosiores forsitan q̄
cæteræ partes corporis eo ꝙ dominus
in illis maiorem exhibitionem obœdiē
tiæ ostendit. Licet tamen quædam au-
thoritates velle videantur ꝙ latus ap-
tum ostēderit. ¶Multa quidem & alia
signa fecit Iesus &c.Hic terminat̄ liber L
ex proposito authoris. Sed tamen post
hæc quædam adiungit ad maiorem in
structionem lectoris. Magna nāq; fidei
sacramenta in his continentur,quę ipse
adiungit. M
Vado piscari &c.Quærit̄ quomo- Ioan.21.
do Petrus postq̄ cognouerat do- Quæstio
minum resurrexisse, ad piscationem re
uersus fuerit:Cum a domino sæpe au-
disset & legisset forsitan. Nemo mittēs Lucæ.9.
manum ad aratrū & respiciens retror-
sum,aptus est regno dei. Sed dicim⁹ ꝙ Rñsio.
non retro respexit: quia ad cupiditatē
seculi non rediit.Vnde licet nauem &
retia reliquisset vt non ampli⁹ eis vte-
retur ad lucra q̄renda: tamen licuit ei
iterum his vti ad supplendam necessi-
tatem. Quibus non licuit vti ad seculi
cupiditatē.¶Venite prādete &c.Come
dit dominus vere cū discipulis post re
surrectionem,sicut & illi angeli qui ab
Abraham recepti sunt:non tamen cib⁹
ei incorporatus est,sed masticando cō-
sumptus est, sicut per ignem carnes ho
locaustoꝝ.¶Sed hoc magis mouet quo N
modo dominus per comestionem verā Dubiū.
resurrectionem corporū illis probaue-
rit: quoniam in resurrectione nec cibo
nec potu indigebunt:sicut domin⁹ipse
ante dixerat.Neq; nubent neq; nuben- Matt.22.

tres vo[lun]tates fuerunt in xpo altera naturalis que proprie dr apetitus animalis altera rationalis anime eius et alia divina que fuit voluntas verbi

tur:sed erunt ſicut angeli dei. Spũalia enim corpora ibi erunt,non animalia. Animale em̃ dicitur qđ alimentis indi-
Declaratio. get.Sed dicendum,ꝙ licet hoc audiſſẽt non tamen intellexerant vel in memoria habebant.Spiritus em̃ ſanctus de cę lo miſſus multa quæ non intellexerant & q̃ obliuioni tradiderãt eis ſuggeſſit: ſicut & dñs dicit. Ille ſuggeret vobis omnia &c.Vt ergo magis crederẽt cum eis comedit ad maiorem reſurrectionis ſuę fidẽ,de qua dubitarẽt niſi tot argumẽtis eã cõprobaſſet. ¶Simon Ioannis
O diligis me plus his &c. Dicit Hieronymus ꝙ Paulus apoſtolus & virgo fuit, & vt ipſe dicit plus oĩbus laborauit: & ideo maioris meriti eũ q̃ aliquẽ aliorũ eſſe dicit.Qđ ſi eſt:etiã plus oĩbus aliis
Quæſtio dilexit. Quomodo ergo dicit dñs ꝙ Pe-
Rñſio. trus plus cæteris diligit?Leuis eſt autẽ ſolutio:quia cęteris apoſtolis q ibi erãt plus dilexit. ¶Alius te cinget & ducet
P quo tu non vis &c.Oſtendit dñs Petro qua fuerat morte moriturus: & etiam quomodo moleſtiam mortis eſſet ſuſcepturus docet dicens. Ducet te quo tu non vis. Sup hũc aũt locũ dicit expoſitor,ꝙ nolens ad illã moleſtiã eſt duct⁹, ſed volens eſt eductus. Cũ em̃ Petr⁹ ad mortem duceret̃,ipſam mortem natura ĩfirmitatis humanę exhorruit: & ſic Petrus affectu carnis mortẽ ſubire reſpuit,& ita nolẽs ductus eſt:ſed & ĩ ipa paſſiõe ex ardore caritatis hunc ipſum horrorem ꝑdidit:& inſup ei ipſa pœna placuit & dulcis fuit. Sicut de Stephano legit̃: ꝙ lapides torrẽtis ei dulces fuere:& ſic volẽs etiam affectu carnis non ſolum voluntario appetitu rationis quem ſemꝑ habebat educt⁹ eſt,
Q id eſt in morte conſummat⁹.In hoc au-
Quæſtio. tem loco etiã quærit̃ de volũtate Chriſti quã ipſe habuit ĩ paſſione ſua imminente.Sic em̃ orat, Pater ſi poſſibile eſt transeat a me calix iſte. Verũtamen nõ ſicut ego volo ſed ſicut tu vis. Ex hoc aũt ſic argumentãtur. Chriſtus voluit mortem a ſe transferri:quare mori noluit:ſed iterum,quicquid pater voluit & ipſe voluit. Quare cum pater eũ mori voluit:& ipſe hoc voluit: ergo aliqđ noluit qđ voluit:qđ non eſt dicẽdũ.Di-

paulus apostolus virgo fuit et plus aliis laboravit et ideo fuit maioris meriti quam alii apostoli et per consequens magis dilexit petrus tamen magis quam illi qui aderunt quando interrogatus est

cendum ergo eſt ꝙ in Chriſto tres fue- R
runt volũtates. Fuit em̃ in eo ſecundũ Rñſio.
ꝙ homo fuit,voluntas carnis:mot⁹ videlicet ad eſuriendũ & ſitiẽdũ & ad triſtandum:quos ipſe non neceſſitate,ſed voluntate pro nobis ſuſcepit. Hi ergo motus quandoꝗ volũtas appellant̃: vnde etiam propter hos naturales appetitus dicimus & bruta aĩalia velle comedere & huiuſmodi.Sed cũ hi mot⁹ qui noſtræ infirmitatis ſunt in Chriſto fuerint,aliter in illo fuerũt aliter ĩ nobis: in nobis ſunt ĩmoderati,in Chriſto vero moderati. Sed cũ naturalis iſte mo- S
tus in Chriſto fuerit vt nõ moreretur: Quæſtio
quærit̃ vtrũ ille motus rationabilis fuerit an irrationabilis? Et poſſumus dice- Rñſio.
re ꝙ nec rationabilis nec irrationabilis fuit motus ille,ſed naturalis. Vnde & bonus in ipſo fuit.Sed ſi bon⁹ fuit qua- Obiectio.
re ei non conſenſit? Sed eſt manifeſtũ ꝙ voluntas rationis qua ſe patris volun- Euaſio.
tati ſuppoſuit melior fuit: & idcirco ei potius conſentiendũ fuit.Hi ergo appetitus naturales in Chriſto voluntas dicuntur:ſecũdum quã dicitur ꝙ voluit T
vt trãſiret ab eo calix mortis.Fuit quo ꝙ in eo volũtas ſcđm ꝑpoſitum rationis quę animæ Chriſti fuit:ſcđm quam ꝑprie dicitur aliquid voluiſſe.Vñ quicquid hac voluntate voluit,etiam fecit. Hæc enim in omnibus diuinæ volũtati ſubiecta fuit,& ei cõſenſit.Hac ergo voluntate mori pro redẽptione noſtra V
voluit. Fuit & tertia in Chriſto voluntas quæ vtrãꝗ aliarũ regebat: verbi videlicet q̃ æterna fuit.Cum igitur Chriſtus ſic oret.Pater ſi poſſibile ẽ &c. Nõ orat vt calix a ſe tranſeat:nã ſi hoc oraret etiam fieret. Exauditus enim eſt in omnibus quæcũꝗ orauit pro reuerentia ſua:dignus enim fuit exaudiri. Sed hoc orat vt fiat volũtas patris licet caro ipſa mortẽ obhorreret : quaſi dicat. Pater licet caro mori reformidet: tamẽ nõ qđ appetit caro fiat ſed qđ tu vis.In hoc em̃ terminat̃ oratio & ad hoc dirigit̃.Vel vt dicunt quidã Chriſtus hoc dicẽdo orat,hoc eſt,forma orõnis vtendo,nos inſtruit quid faciendũ ſit nobis cũ oramus:hoc ſcilicet vt ſemꝑ diuinã voluntatẽ noſtrę ꝑponam⁹.Vñ quo

rũdã religiosorꝝ mos est, vt semper hoc subiungant petitionibus suis. Verũtamen nõ sicut ego volo sed sicut tu vis. Siue ergo sic dicat, siue vt superiꝰ dictũ est. Nullam voluntatẽ habuit Christus contrariã rationi vel diuinæ voluntati. Neqꝫ enim voluntas voluntati contraria dicit̃ proprie, nisi illa quæ cũ dis-
X cretione est. ℂQuẽ diligebat Iesus &c.
Quæstio Hic quærit Augustinus quomodo hoc esse possit ꝙ Ioãnes minus diligẽs plus diligatur: & Petrus plus diligẽs minꝰ diligatur? Qꝫ autem Petrus plus dilexerit ex eo est manifestum qđ dñs ipse quærit ab eo: diligis me plus his? Ipe. n. qui quærebat, hoc verũ esse sciebat: aliter enim nõ quæreret. Sic cum dicitur de Ioanne ꝙ eum diligebat dñs: specia-
Rñsio. le dictum aliquod dilectiõis priuilegiũ põit in Ioãne. Et est hic (vt dicit Augustinus) aperta misericordia & occulta iustitia. Tñ hoc dici potest, ꝙ familia-
Vita duplex. rius eum dñs diligebat q̃ alios: vnde & eũ plus dilexisse dicitur. Augustinꝰ tñ trãsfert se a psonis ad vitas duas actiuã scilicet & contemplatiuã. Actiuã vero plus diligere & minꝰ diligi dicit. Quia cũ in miseriis huius vitę versef̃, ardentius appetit ab eis liberari q̃ contẽplatiua appetat ab illa quiete & visione in qua modo est ad illã visionem pacis venire vbi pfectio oĩno erit. Minus tamẽ a dño diligit̃: quia auferet dñs omnino has miserias cũ absterget omnẽ lachrymã ab oculis sanctorꝝ. Illa vero plus diligitur, quia visionẽ quietis quã hic habet nõ auferet dñs sed pficiet. Ipa tamẽ minus diligit hic q̃ dilectura sit in futuro: quia nondum per experientiã suã illã futurã nouit quietẽ: qa videt nunc per speculum in ęnigmate: sed tunc ma-
Y gis diliget, cum videbit deũ sicuti est. ℂSic eum volo manere &c. Ex his verbis videbat̃ discipulis ꝙ nõ moreretur Ioannes. Qđ non ita intelligendũ esse ostẽdit cũ ipse dicit. Et non dixit Iesus &c. Videt̃ tamen quibusdã ex eo ꝙ terra quadam scaturigine ebullit super os eius iacẽtis sepulchro, & ꝙ flatu ipsiꝰ ex recento spiritu procedente fieri hoc videtur: ꝙ ipse adhuc viuat. Qđ refellit Augustinus sic. Quia cum iustis melius sit dissolui & esse cum Christo: testante Paulo. Parum erat Christo dare dilecto suo vt non moreretur. Vñ magis vi detur ꝙ mortuus sit, & ꝙ anima a corpore separata ęterna cum Christo fruatur beatitudine, q̃ ꝙ sic in dormitione iaceat. ℂNec ipsum arbitror mũdum capere posse eos, qui scribẽdi sunt libros. Verba in sacra scriptura oẽm fidem videtur excedere per hyperbolen. Z
Augmentum enim rerũ qñqꝫ sic significatur per hanc figuram loquendi. Verba temen in propria significatione fidẽ non excedunt.

Finis Annotationum Elucidatoriarum in diui Ioannis Euangelium.

Deo gratiæ.

M. HVGO

nis de Sancto Victore Canonici In diui Pauli ad Romanos Epistolam Annotationes Elucidatoriæ vt argutissimæ, ita compendiosissimę. Quarum cũ non sit alia q̃ ipsius Epistolę farrago, nõ fuerit operæprecium Capita distinguere, Epistolæ tamen ipsius ad maiorem euidentiam in capita solita distinximus. A

Omnia fecit deꝰ in põdere & numero & mensura. Põdus secũdum ordinẽ attendit̃. Ordo secundũ duo, scilicet locũ & tẽpus intelligit̃. Omnia ergo fecit deus in pondere. i. vbi & qñ oportuit. Omnia fecit in numero. i. tot quot oportuit. Omnia fecit ĩ mensura. i. quanta & q̃diu oportuit. Mensura enim intelligit̃ & secũdũ quãtitatẽ magnitudinis & temporis. Sap. xi.

DE filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secũdũ carnem &c. Roma. i.
Christus est duo. s. substantia hũana & substantia diuina: quorũ neutrũ est alterum: ergo nec homo est deus: nec deꝰ est homo? Solutio, in prima propositione agitur de naturis: in conclusione de persona, & ideo non est argumentũ. Si- Solutio.

cut annulus secũdum ꝙ est aurum, est opus naturæ: inquãtum annulus opus artificis: nec tamẽ opus naturę est opꝰ opificis. Vel Christus æqualis est patri secundum ꝙ deus: & minor patre secũdum ꝙ homo: ergo eidẽ ęqualis, & minor eodem.

B — Obiectio altera.

❡Ex resurrectione mortuorum &c. Hieronymꝰ. Hominem quem assumpsit, nunq̃ deposuit: ergo Christus eodem modo fuit homo in morte quo & ante mortem: sed ante mortem fuit homo constans ex corpore & anima: ergo in morte fuit homo constans ex corpore & anima. Sed anima in morte fuit separata a carne: ergo nihil constabat ex illis duobus.

Solutio. Christus in morte eodem modo fuit homo quo & ante: sed non omni eodẽ modo. In morte homo fuit quia naturam humanam scilicet corpus & animã sibi vnitam habuit, licet anima a carne tũc separata fuit: quia verbum a neutro separatum fuit. Ante mortem vero non hac sola ratione homo fuit, sed sicut Petrus & Paulus, scilicet constans ex corpore & anima.

Quæstio. Si ergo queratur vtrum Christus in morte homo fuit.

Rñsio. Sic responde. Tunc fuit homo, id est habens naturam humanam vnitam, verum est. Si autem dicatur homo, id est constans ex anima & carne falsum est: nec tunc fuit mortalis vel immortalis sed potius mortuus.

C — Quæstio. ❡Item si anima vinculum fuit, inter carnem & deitatem quomodo illa recedente a carne diuinitas carni vnita fuit?

Solutio. Sicut duo tertio mediante sociant̃ in dilectione quo tamen discedẽte illi remanent.

D — Fides. ❡Iustitia dei in eo reuelat̃ ex fide in fidẽ. Fides dicitur eo ꝙ operibus adimpleatur. Non enim fidei obœdit qui fidei operibus cõtradicit.

Cognitio triplex. ❡Quia cum cognouissent deum &c. Triplex est cognitio: alia fidem præcedens, de qua dicitur. (Rom. 10.) Ex auditu est fides: hæc est enim verborum intelligentia. Alia est fidem subsequens: hęc est mysteriorum intelligentia. De qua scriptum est. (Esa. 6.) Nisi credideritis non intelligetis. Alia est fidẽ expellens quę erit in futuro. De qua dicit Apostolus. (1. Cor. 13.) Tũc cognoscam sicut & cognitus sum.

triplex fides cognitio vna que fidem precedit altera que sequitur altera que fidem expellit

E — Gloria. ❡Mutauerunt gloriã incorruptibilis dei. Gloria est optime & summe & late patẽs fama.

Obiectio. ❡Propterea tradidit illos deus &c. mercedem erroris recipiẽtes: illis qui dicunt ꝙ omnis pœna sit a deo sic obiicitur. Omne peccatum corrumpit lædit & punit naturam: ergo inquãtum est peccatum punit: & inquantum punit, est pœna: & inquantum pœna est a deo vt dicunt: ergo omne peccatum inquantum est a deo habet esse: quod non est verum. Sicut enim deus malum non operatur, scilicet malum actum, nec malam voluntatem (hæc enim sunt opa hominum) sic nec malum operanti cooperatur. Si enim aliquo peccante Deus illum actũ operaretur qui est malus: quomodo peccanti non cooperaretur? Non est cõcedendum ꝙ peccatũ sit aliquid quod sit a deo: nec actus malus nec mala voluntas est a deo: hoc autem: (Ioannis) Omnia per ipsum facta sunt: de naturalibus intelligendum est.

Pœna. ❡Pœna aliquando dicitur materia ipsa in qua punit̃ quis vt ignis: aliquando actio punientis: aliquando dolor patientis.

F — Quæstio. ❡In similitudinem imaginis hominis, dicit Augustinus. Sine impietate adoratur terra, id est humanitas Christi. Nunquid igitur concedẽdũ simpliciter ꝙ creatura adoratur: cũ ipsa sit creatura?

Solutio. Hæc creatura adoratur: non est tamen concedendum ꝙ creatura adoret̃. Non enim homo quia homo, sed quia homo deus adoratur.

G — Obiectio. Item crucẽ Christi adoramus quomodo ergo non creaturam?

Solutio. Crucẽ. i. cruci affixum adoramus. Vt etiam crucis mysterium in maiore reuerentia habeatur genua flectimus ante crucem.

H — Iustitia. ❡Qui cum Iustitiam dei cognouissent &c. Iustitia est voluntas reddẽdi vnicuiq; qđ suum est. Istud suum non ad accipiẽtem sed ad reddẽtem referendum est, secundum quosdã quod nobis non placet. Secundum Iustinianum, Iustitia est constans ac perpetua voluntas vnicuiq; ius suum tribuẽs.

I — Iustitia dei. Iustitia dei est ordinatio dei qua tali peccato talis debetur pœna: & tali merito, tale debetur præmium. Iustitia

dei dicitur gratia qua gratis iustificat impium: & hac deus non est iustus sed apparet. Iustitia dei dicitur essētia dei, quæ est ipse deus. ¶Non intellexerunt ꝙ qui talia agūt digni sunt morte. Nō intelligere aliquando dicitur ignorare: aliquando in memoria non habere: aliquando quod in memoria est, opere non implere: aliquando non approbare eodem modo & nescire. ¶Est mors animæ, scilicet peccatum: est mors corporis, scilicet separatio aīæ ab eo: est mors æterna. ¶Est vita animæ, scilicet iustitia: est vita corporis, scilicet anima: est vita æterna. ¶Aliud est debitum prelationis: aliud est caritatis. ¶Sed etiam q consentiunt facientibus. Peccanti consentit, qui peccatum vel nō impedit cū debeat & possit: vel qui factum nō corrigit cum debeat & possit. ¶Par ꝓ communi accipitur vt erit par gaudium in dispari claritate.

k Nō itelligere & nescire.

L Mors & vita.

M Debitū.

Consentire peccanti.

Par.

N Secūdū Roma.2.

Quantitas.

Qualitas.

Opa ex qualitate mala.

SEcundum opera eorum. Istud secundum ad duo refertur: & ad quantitatem & qualitatem. Quātitas in duobus consideratur scilicet in magnitudine & multitudine. Qualitas simili modo in duobus in qualitate operis & in qualitate facientis. Opera quæ ex qualitate sui sunt mala, quacūqꝫ intētione fiant nocent facienti. Qui autem bona non bona intentione facit, non peccat quia ea facit: sed quia non bene ea facit: & forsitan plus peccaret si ea non faceret. ¶Fit aliquādo comparatio rei ad rem secundum substantiam: vt cum dicitur: homo melior est omī alia creatura. Aliquando fit comparatio secundum extrinsecam causam, vt vbi dominus vineæ operarios vndecimæ horæ comparauit: & pares fecit operariis illis qui primo mane venerant vtrisqꝫ reddidit denarium: vtrisqꝫ iustitiā seruauit non secundum quantitatem laboris, sed secundum æquitatem conuētionis. ¶Æternus iudex cum omnibus fecit conuentionem. Mortaliter peccātibus promisit æternum supplicium: propter deum bona operantibus æternum premium. Nemo cōqueratur si secundum æquitatem conuentionis vnicuiqꝫ reddatur. ¶Fortitudo est considerata susceptio periculorum cū pseuerātia. ¶His quidem qui secundum patientiā boni operis &c. Quidam sunt patiētes in bono quidam in malo. Quidam impatientes in bono: quidam impatientes in malo. Patientes in bono sunt qui in bono perseuerant, qui a bono flecti non possunt. Patientes in malo, sunt obstinati in malo. Impatientes in bono sunt qui facile a bono recedunt: vel cū murmure aliquod bonum faciunt. Impatiētes in malo sunt qui cito resipiscunt: vel qui delinquentes cum quadam impatientia & supra modum corripiunt. ¶His autem qui sunt ex contentione. Contētio alia venialis vt illa discipulorum: alia est inquisitionis quæ fit causa inquirendæ veritatis: alia damnabilis est, vt illa de qua loquitur Apostolus, quę est īpugnatio veritatis per confidentiam clamoris. ¶Alii veritati non acquiescunt præ amoris magnitudine vt Petrus qui dominum moriturū credere non potuit: alii ex inuidia & mentis excæcatione vt ii de quibus loquitur hic Apostolus. ¶Non enim auditores legis iusti sunt &c. Auditores legis dicuntur qui legem habent nec eā etiam secundum literam obseruant. Auditores etiā legis dicunī qui eam secūdum literam obseruant nec aliud in ea attendunt. Item dicitur opus legis qđ ipsa secundum literæ superficiem docet facere. Opus etiam legis dicitur illud propter quod instituta est, hoc est opus fidei: quod opus legis quicūqꝫ faciunt iustificantur. Hic est finis legis in Christum credere & ei per dilectionem adherere. ¶Gentes naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, id est non adiuti per legem sed sola naturali ratione reformata per gratiam. Istud ergo naturaliter, legem & non gratiam excludit. Hoc est gentes sine lege sed non sine gratia, legis opus faciunt. ¶Testimonium reddente illis conscientia. Cōscientia nunc de bono nunc de malo dicitur. Et dicīt mala conscientia: qa amara, qa remordet sicut pœna est mala, qa grauis: nec vbi non est scientia nec con

O Comparatio.

Matt.20.

Cōuētio dei.

P Fortitudo.

Patiētes & impatientes.

Q Cōtētio Luc.22.

1.Tim.6.

R Veritati nō acqescētes Mar.8.

Roma.2.

Auditores legis

Opus legis.

S Naturaliter facere &c.

Consciētia.

T scíẽtía.¶Et ností voluntatem eius.Nota ꝙ voluntas deí quandoq; est ad rem & ad actũ reí vt ín bonís quę sunt:qñq; ad rem & non ad actum reí vt cũ dicitur deus vult salutem omníũ hominum.

Volun-tas deí.

Obiectío. Dicunt quidam ꝙ deus vult.i.pmíttít mala fierí.Sed nonne mala fierí prohibet deus? Quomodo ergo permíttít quod ꝓhibet?

Solutío. Solutío. Cum dícítur deus permíttít mala fíerí,sensus est: íd est non ímpedít quín fiãt. Si autem dícatur permíttít mala fíerí,id est concedít,nõ est verum. Vídetur quíbusdam ꝙ non sít concedendũ, ꝙ deus velít hominem peccare vel ínobœdíentem esse sibí,vel esse contraríum suę voluntatí: quæ omnía nonnullí concedunt.

Forma. ¶Habentem formam scíentíæ,íd est plenitudínem,vel formam non rem:ímagínem non verítatem.

V

Sacrilegíum. ¶Sacrilegíum facís.Sacrílegíum est víolatío reí sacræ vt templí siue materíalís siue spírítualís,& omníno eorum quæ ad cultum deí pertínent.

Circũcísío tríplex. ¶Circũcísío quídem prodest &c. Tríplex est círcuncísío:príma carnís,secũda cordís,tertía carnís & cordís.Príma habuít statũ suum tẽpore legís.Secunda ín tẽpore gratíæ.Tertía ín futuro.Príma fuít sígnũ scdę:& secũda tertię. Cũ ergo de círcũcísíone carnís fiat sermo cũ dícítur círcuncísío ꝓdest &c.

Quæstío Querít quíd hoc ad p̄sentẽ statũ pertíneat,quem hí habebant quíbus scríbebat apostolus?

Solutío. Solutío.multũ: quía adhuc de príorí statu Iudęí ad fídem cõuersí gloríabant. Sícut aĩt.Sí dílígítís me,mãdata mea seruate: nõ ꝙ dílectío põt haberí síne mandatoꝝ obseruatíone,sed quía ípsa est sígnum dílectíonís hoc dícítur:sic quídam de círcuncísíõe cordís íntellígunt: hæc autem círcuncísío prodest &c.

X

Roma.3. Verax& verítas deus. Est aũt deus verax &c.Verax ĩ effectu verítas ín essentía.Itẽ verítas nũc nomẽ est essẽtíę:vt íbí,verítas ẽ pater,verítas fílíus, verítas spũs sanctus. Sępe vero fílíus dícítur verítas patrís: quía per ípsum verax ĩnotuít.Vel ídeo verítas patrís fílíus dícít: quía verã patrís habet naturã & hęc contra Arríanos.¶Super oẽs q̃ credũt ín eũ &c,quía desuper gratís datur.Non ab ínferíoríbus meretur fídes,íustítía, & quælibet vírtus gratís dat:nec eas sed p eas homo meret.

Y

¶Nõ tenetur homo lege naturæ vt pro proxímo moríatur,alíoqn nemo ínfra perfectíonem posset habere carítatem.

Excludíre. ¶Exclusa est &c. Excludere duobus modís accípítur scílícet pro repellere,vel pro extra clausum ponere.i.manífestare.

Authorítas. ¶Authorítas est dictũ vel factum ímítatíone dígnum.

Arbítrarí. ¶Arbítramur enim íustífícarí homínem per fídẽ síne operíbus legís.Non dícít dubítatíue sed asserít cum díscretíone. Nõ est arbítríum síne díscretíone quod Tunc est líberum qñ est ad bonũ:tunc oppressum qñ ad malum.

Z

Quæstío ¶An Iudęoꝝ Deus tm̃? Quærítur cur lex magís sít data Iudæís q̃ gentíbus: cum deus sít pater & author vtrorũq;.

Solutío. Solutío.Data est lex Iudæís pro gentíbus : qa trãsítura erat de Iudęís ad gẽtes. ¶Legẽ statuím[9].i.finem ímponímus vt cesset:vel statuím[9] íd est statum quẽ habere debet damus: scílícet spírítualem.

A

Romã. Merces non ímputatur secũdũ gratíam.Non sic omne bonũ qđ agímus attríbuendum est gratíæ, vt merítũ líberí arbítríí tollat.q error est Maníchęorum.Nec sic meríto homínís vt gratía secludatur:ín quo Pelagí[9] errabat. Cõcedímus quídem totum esse ex gratía,sed non ex sola gratía: cum alíquíd sít ex meríto,sic tamẽ vt íllud ídẽ sít ex gratía.Omne ením bonum merítũ qđ est ex líbero arbítrío , est ex gratía: sed nõ quícqd est ex gratía,est etíã ex homínís meríto. Homo naturalíter vult bonum,sed síne gratía effectu caret: vt oculus potẽtíam vídendí quam habet naturalíter, non potest exercere síne luce superueníente.

Obiectío. Homo ex líbero arbítrío potest bonum & malũ : sed líberum arbítríum est naturalís potentía : sed posse malũ est naturalís ĩpotẽtía:quõ ergo posse malũ ptínet ad líberum arbítríum? Quomodo ídem potest esse effectus potentíę & ímpotentíę?

Rñsío quorundam. Dícunt quídam ꝙ posse malum non pertínet ad líberum arbítríum . Secundum quos sic descríbítur . Líberum arbítríũ est díscretío boní & malí cum facultatẽ facíẽdí bonũ,& dímíttẽdí malũ. Nobis

differentia inter ea que efficiebat circumcisio in veteri lege et que baptismus facit in nova

autem videtur,ꝙ liberũ arbitriũ sit facultas discernẽdi & eligendi & exequẽdi.Hoc dico secundum primum statũ: quæ facultas per culpã quantũ ad executionem penitus deleta est:quantũ vero ad discretionem & electionem multum diminuta.

B Baptismatis efficacia. ¶Dicũt quidam ꝙ tãta fuit efficacia circũcisionis in tẽpore legis quanta est nũc baptismi:quibus sic obiicitur. In spiritu sãcto renascit̃ qui baptizat̃, qđ non credim⁹ fieri in circũcisione.Itẽ in baptismo fit remissio oĩm peccatorũ:insup datur virtus bene operandi & in bono proficiendi & in profectu perseuerandi.In circuncisione tñ fuit remissio oĩm peccatorum: nõ ergo tãtũ profuit vel tantam habuit efficaciam quantam habet baptismus.Illi quibus oĩe peccatum dimittebatur digni erant salute non solum pro eo qđ habebãt sed potius pro eo qđ habituri erãt per gratiã Christi. Reatus eñ originalis peccati non sic dimittebat̃ vt omnino nullus esset,sed vt sustẽtaretur vsq; ad Christũ.

Abrahã. ¶Abraham dict⁹ est prima via credẽdi quia primũ fides in eo enituit.

C Euangelii pstantia. ¶Legis impletionẽ impediebat pceptorum eius multiplicitas,magnaq; austeritas & parua vtilitas.Impletionẽ euangelii adiuuat præceptoꝝ eius breuitas maiorq; suauitas & maxima vtilitas.Quid eñ breuius crede & saluus eris? Quid suauius caritate? Quid vtilius summa beatitudine? Ante deũ pater ponit̃ qui magis deo q̃ sibi filios generare quærit.

D Roma.5 Pacem habeamus ad deũ. Est pax ĩ deo,est ad deũ pax.Pax in deo erit in futuro : qñ deus erit oĩa in oĩbus. Pax ad deũ est in p̃senti.Vnde ꝓpheta. Pacẽ super pacẽ quasi dicat pacẽ pro pace sicut gratiam ꝑ gratia. ¶Gloriamur in tribulationibus.Si caro vincit spũm pro victoria cũ spiritu victo puniet̃ & ipsa.Si spiritui cedit,cũ eo pariter stola immortalitatis & corona gloriæ remunerabit̃.

Quæstio. Querit̃ quomodo in tribulationibus sit gloriandum: cum dñs dicat:Pater transfer a me calicem istum.

Rñsio. Solutio.tribulatio tribus modis cõtingit:ad pœnam,ad correctionem,ad augmentum coronę.Item in tribulatione tria consideranda sunt amaritudo,causa,& finis.Si igit̃ iustitia sit ĩ causa gloriandum est in pœna:nõ pro pœna,sed pro eius causa & fine.

E Exercitium. ¶Exercitium tribulationis dispositionem patiẽtia conuertit in habitũ patientiæ & sic tribulatio operat̃ patientiã, nõ dispositionẽ sed habitum.

Probatio. ¶Probatio vero spem.Probatio qñq; ponit̃ pro purgatione,vt ibi Tanq̃ aurum in fornace ꝓbauit.i.purgauit.

†cõscientia bona ¶Spes est de futuro bono †cum scientia boni. ¶Diligit̃ amicus ĩ deo.i. quia est in deo. Inimicus in deum.i.ad hoc vt habeat deum. ¶Bonitas nostra nil aliud est nisi affectio mentis summę bonitati adhęrẽtis. ¶Gratia dei ad spiritum sanctum referri solet ideoq; qđ ꝑ solã & meram gratiã dei fit,sępe ꝑ spiritum sanctũ fieri dicit̃.

Impietas. ¶Oĩe pctm̃ large potest dici impietas eo ꝙ a bonitate & pietate discordat. ¶In quo oẽs peccauerũt.

F Quæstio. Quærit̃ quomodo oẽs in Adam peccauerint:cũ secundũ aĩam ad quam pertinet peccare in eo nõ fuerint?

Rñsio. Solutio,qa secũdũ carnẽ in eo fuerũt a qua anima trahit causam peccati:ideo oẽs ĩ eo peccasse dicuntur. Omnium caro tota sed non tanta in Adam fuit, quæ in se multiplicata est sine mutatione cibi vel potus in tantam multitudinem.

omnes in adam peccaverunt quia inde omnes traxerunt causam peccandi contra peccatum supra 239

G ¶Vsq; ad legem peccatum erat in mũdo.

Quæstio Quæritur quomodo per legem regnum mortis destrui cœpit.Lege enim data,regnum mortis videtur auctum: quia lex subintrauit vt abundaret delictum.

Rñsio. Solutio.dicunt quidam ꝙ cognitione peccati & timore pœnę cœpit destrui regnum mortis per legem, vel in idololatria per legem destructũ est.

H Christ⁹ vnus est homo. ¶Si Christus nõ est vnus vel aliquis homo, vt quidã dicunt:quomodo dicit Apostolus in gratia vnius hominis?

Originale pctm̃. ¶Originale peccatum secundum alios dicitur reatus peccati:secũdum alios ignorantia & concupiscentia:secundũ alios originalis iniustitia:secundum alios fomes peccati. ¶Si primi parentes nõ peccassent paruuli eorum haberẽt iustitiã originalẽ per quã digni essent vita:cui⁹ iustitię priuatio dicit̃ originale peccatũ secũdũ magistrũ Acardũ. ¶Si nõ esset pctm̃ aĩa ĩ prima ętate haberet vsũ

quid sit peccatum originale secundum diversos

an in omnibus operibus suis meruerit nobis cristus equaliter

& exercitium rationis quia nullum in esset ei impedimentum alioquin brutis animalibus inferiores nascerentur paruuli vt modo. Maior em̃ viuacitas sensuum viget in brutis animalibus ætatis illi⁹ q̃ in paruulis. Qđ probat vtrorũq; natura inspecta. ℭIn baptismate cõfertur originalis iustitia, nõ illa quam haberent paruuli, si nõ esset corruptio peccati: sed illa q̃ intelligit̃ in participatione meritorum Christi. Priuatio igitur illius primordialis iustitię sic ĩ baptismate tollitur: non sic vt eius habitus conferatur sed sic vt non imputet̃. Hæc autem originalis iustitia quæ datur in sacramento regenerationis tãtũ valet ad meritum quãtũ illa prima: & forsitan plus, quia nostri paruuli q decedunt statim intrãt ad gaudiũ. ℭAnima corruptionẽ habet ex corpore: quæ sicut corpus ex Adam est. Vnde merito & peccatũ dicitur anima habere ex Adã, quia ipsa corruptio causa est quare anima sit subiecta peccato: & tali modo licet anima non sit ex traduce, tamẽ trahit peccatum ex traduce. Dicũt quidam ꝙ originale peccatum in baptismo secundũ solũ æternę dãnationis debitũ dimittit̃: & manet etiam post baptisma secundum culpam. Iuxta illud Apostoli. Iam non ego operor illud, sed qđ habitat in me peccatum. Ecce apostol⁹ vocat hoc peccatũ. Nobis autem videtur, immo fere omnibus, ꝙ nõ sit culpa vel peccatum post baptisma. ℭChristus meruit. i. aliquid prius non sibi debitũ acquisiuit, non est verum. Christ⁹ meruit. i. opus virtutis dignum remuneratione fecit: verum est. Sancti per tormenta quæ patiuntur merentur: licet totũ sit ex gratia, sicut per id quod diligunt & bona opera faciunt merent̃, licet & hoc totum sit ex gratia. Si igitur legatur ꝙ solus Christus meruit: sic intelligatur, vt deus solus est bonus & solus de⁹ facit mirabilia. ℭChristus libero arbitrio fecit quicquid fecit, licet non potuerit peccare, non necessitate: hoc em̃ eẽt quasi ex coactione. ℭEst meritũ quo meremur qđ nondum habemus: est & meritum quo meremur retinere qđ iam habemus. ℭPotest cõcedi ꝙ Christus meruit immortalitatem. i. talem obœdientiam exhibuit quæ tali remuneratione digna fuit. ℭQueritur vtrum Christus in omnibus operibus suis nobis æqualiter meruerit? Quod videt̃: qa om̃e op⁹ qđ fecit pari caritate fuit ĩformatum: & sic videtur ꝙ in natiuitate eius tantũ nobis meruit quantum in passione: ergo in natiuitate redempti sumus, & sic ante mortem: qđ non est verum. Solutio. licet caritas Christi in se non receperit incrementum: recepit tamen in effectu. Vnde dicitur deus vnum magis diligere q̃ alium, propter maiorem vel minorem effectum. Iuxta hunc modum potest dici, & verũ est, ꝙ plus nobis meruit in morte sua q̃ in natiuitate: & ꝙ in morte eius redempti sumus & non in natiuitate. ℭNõ est iust⁹ q̃sq̃ &c. ad maiorem partem referẽdum est & non generaliter ad omnes. ℭCausatiuæ dictiones quãdoq; notãt causam: nunc consecutionem: nunc alicuius occasionem. ℭVbi abundauit delictũ &c. Istud vbi non ad personas sed ad tẽpus refertur. Noctem in suo cursu iter peragere, est peccatum in mortali corpore regnare. Licet Iudæus & gentilis idẽ facerent peccatum: plus tamen peccat Iudæus q̃ gentilis lege data: & monach⁹ q̃ laicus in eodem facto.

I Baptisma. Iustitia origi. — K Animæ pollutio — Infra ca. vii. — L Christ⁹ quõ meruit. — M Merita sanctoꝶ. — N Lib. arbitrium ĩ Christo. Meritũ duplex. — O Quæstio — Rñsio. — P Vbi. — Sap. — Q Roma. 6

QVi enim mortui sumus peccato &c. Illi mortui sunt peccato in q bus peccatum est mortuum, vt saltem non dominetur. Illi viuunt peccato: in quib⁹ regnat peccatum & dominatur. ℭIn morte ipsius baptizati sumus. In morte. i. in fide mortis vel in efficacia mortis, vel ad sĩlitudinẽ mortis Christi baptizati estis. Duobus modis qs baptizatur in Christo: scilicet vel sic vt sit in Christo vt bonus: vel sic vt possit esse in Christo vt fictus. ℭPer gloriã patris. i. potẽtiam resurrectionis ĩ qua pater filium suum glorificans ab eodẽ est glorificatus. ℭCorpus peccati vniuersitatem vitiorũ vocat quorum author diabolus est. Vel in corpore peccati duo intelligunt̃ natura & culpa: qđ ergo in corpe est ex peccato iubet apostolus destrui, non id quod ex natura. ℭQuãdo officio membrorum nostroꝶ

Baptizari ĩ Christo. — R Corpus peccati.

fit aliquod malum, tūc membra nostra sunt arma militantia iniquitati: quando officio eoꝝ fit aliquod bonum propter deū, tunc mēbra nostra sunt arma iustitiæ militātia deo. ℭTūc fomes pecati dñatur nobis vel diabolus qñ trahit nos ad peccatū mortale. ℭPręceptū est de his sine quibus non est salus. Prohibitio de his cū quibus salus esse non potest. Permissio vitę laxioris cōcessio. Consiliū melioris vitę ammonitio. ℭIuris ratio exigit vt iuxta meriti quantitatē reddatur & pmiū. Mors aūt Christi meritū est pro quo debitores sum⁹. Huic autem merito nil scđm quantitatem etiam moriendo reddere possum⁹. Nemo ergo dicat ꝙ non plus debet q̄ potest. Qꝫ ergo deus minus debito accipit gratia est, sine qua nemo salua tur. Si quis enim tantum deo redderet quantum debet, is gratia nō indigeret. Non ē em̄ misericordia vbi tantū reddit quantum debetur.

Margin: Præceptum. Prohibitio. Permissio. Cōsiliū. S Iuris rō. T Rom.7.

ET vos mortificati estis legi &c. Potest dici ꝙ Dauid in hoc legi viuebat ꝙ eam scđm literā seruare tenebat, & in hoc mortuus erat legi: ꝙ non quærebat ex ea iustificari. Itē cū Christo erat per fidē & gratiā. Nōdū tñ gratię instituta & noue legis sacramēta seruabat. ℭVt fructificarem morti. Lex Moysi dicitur lex mortis pp̄ter trāsgressionem q̄ causa est mortis: vel quia peccātes interficiebat. ℭVt seruiamus ī nouitate spiritus: & nō in vetustate literę. In nouitate spūs seruit, qui in iis seruit q̄ innouant hoīem, & Christo cōforme reddunt. In vetustate literę seruit qui ī iis seruit q̄ hoīem veterē faciunt, & Adæ cōformē: qui legē secūdū superficiē custodit. ℭItaꝙ lex quidē sancta, & mandatū sanctū. Lex eo ꝙ ligat, pōt dici mādatū phibens: & mādatū in iis q̄ pcipiūtur. ℭNō habitat ī me, hoc est in carne mea bonū &c. Talis & tanta est aīę & corporis vnio, vt qđ vni⁹ est alteri attribuat: vt sēsualitas aīæ, & psonalitas corpori. Velle adiacet mihi dote naturę: sed pficere nō inuenio dono gratię. ℭCondelector em̄ legi dei scđm interiorē hominē. Ratio naturalis in vita pſenti omnino extingui nō pōt. Ipsa est em̄ aquila

Margin: Lex mortis. V X Ratio.

q̄ supeuolat: puer q cæteris periclitantibus pueris non periclitat. Homo legis legi dei condelectat magis scđm rationis approbationē q̄ scđm amoris delectationem. ℭLex peccati dicit esse ī mēbris per quoꝝ officiū adimpletur, vt in oculis per quos videmus qđ cōcupiscimus: in lingua mentiendo. ℭSi qs mente seruit legi dei & mēte seruus est dei: & si idem carne seruit legi peccati carne est seruus peccati. Cum ipse idem sit qui sic & sic seruit. videt ꝙ idem sit seruus dei & peccati. Solutio. Si quis carne seruit legi pcti, non ideo simpliciter seruus est peccati. Eius em̄ seruus qs dicit cuius libēter facit voluntatē. In his ergo q partim diligūt deū partim mūdum, vidēdū est quis amor in eis prępōderet & scđm hoc iudicādū ē cui⁹ sint serui. Video aliā legem &c. Tres sūt leges malæ, lex membroꝝ, lex peccati, lex mortis. Lex em̄ spūs vitæ. Tres sunt leges bonę. ℭLex rōnis, lex Moysi, lex spiritꝰ vitæ. ℭQui scđm carnē sunt, iis ea q̄ carnis sunt sapiūt: & ea q̄ ad spūm ptinent sunt insipida. Verbū doctrinę & ędificationis est eis amarū. fabulas, rumores, verba dissolutionis gratāter amplectūt. ℭPrudētia carnis mors est. Prudētia carnis est q̄ postpositis iis quæ ad deū ptinent, secularia negocia sollicite agit. Sapientia carnis est q̄ nihil nisi qđ secūdū solitū cursum naturæ cōtingere solet possibile credit. ℭCarni debemus puidere necessaria ne deficiat: & superflua resecare ne sęuiat: qui aūt carni scđm voluptatē indulget de iumento facit deū suum. ℭSi spū facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hypocritæ carnē carne mortificāt, sancti spū carnē mortificāt. Horror amaritudinis mortis ī Christo fuit maior q̄ in aliquo alio quia ipse pfecte pſciuit, quāta sit ī morte amaritudo. ℭNon accepistis spiritū seruitutis. Timor seruilis cohibet manum a malo opere timore pœnæ tēporalis. Timor īitialis cohibet a malo opere & a mala voluntate timore gehēnæ. Timor filialis, cohibet ab omni malo, amore iustitiæ. De timore initiali quæritur vtrum faciat seruum an filium: Cū enim timore pœnæ cohibeat a ma-

Margin: Obiectio. Solutio. Y Leges malæ. Leges bonæ. Prudentia & sapientia carnis. Hypocritæ. Mortis Christi amaritudo. Timor multiplex. Quæstio

G

lo, videtur esse seruilis: Item cum bonus sit omīs qui cohibet se a malo opere & a mala voluntate, videtur ꝙ sit filialis. Omnis enim bonus est filius. Itē omnis homo aut est seruus aut fili⁹. So-

Solutio. lutio. Timor initialis potest esse cū seruili & cū filiali. Homo prius timet pœnam temporalem, & post etiam gehennam: tandem incipit amare bonum. Ille dicitur habere timorem seruilē, qui timore pœnæ tēporalis tm̄ aliquid criminale non committit. Item est aliquis qui timet gehenā & diligit bonum sed

A nondum perfecte. ℭHęredes quidē dei, cohęredes autem Christi. Nos hæreditas Christi sumus & cohęredes ei⁹. Hæreditas, qa nos inęternū possidebit. Cohęredes. quia regnū patris cum ipo possidebim⁹. ℭSi tñ compatimur. Christo cōpati est ad similitudinem eius pati ī carne, vel animo compūgi ex memoria mortis eius: vel inopias membroꝶ eius

B scđm facultatem releuare. ℭNon sunt

Quæstio condignæ &c. Quæritur an ęterna bea-

Mereri titudo possit mereri? Id quod est tēpo-

passiue. rale quomodo potest esse dignū eo qđ

Rñsio. est æternum? Solutio. Temporale meritum potest esse dignum, sed non condignū ęterno pmio: quia plus dabitur ī pmio q̄ fuerit in merito. ℭFit qñq; comparatio rei ad rē secūdū qđ in ipsis est: qñq; scđm ęquitatē, qñq; scđm conuentionem. Scđm qđ in ipsis est: vt cū equ⁹ equo, argentū argento. Scđm ęquitatē, vt cū quis pro oue suspendit, secūdum ęquitatem iustitię secularis: & cū deus aliquē punit ęternaliter p peccato vnius momenti. Quæ ęquitas consistit vel intelligit non in comparatione quantitatis culpę ad pœnā, sed potius in cōsideratione contemptus dei & transgressionis diuini mandati. Idē contingit in remuneratione bonoꝶ. ℭCōparatio est secundum conditionē siue conuentionē: vt cū pro minimi laboris opere tibi marcā argenti promittam, & hęc comparatio ī pœna maloꝶ & remuneratione bonoꝶ non inconuenienter adaptatur. Conuentionē em̄ omnibus de⁹ hāc

(Compa- ratio me riti & va loris.)

C proposuit. Si feceritis hoc: hoc recipietis. ℭOīs creatura ingemiscit &c. Crea-

Creatu- ra. tura ad creatorē referſ. Vnde nō incōuenieter creaturę noīe hoc loco oēs illi intelligunt qui ad creatorē suū per fidem & dilectionē referuntur. ℭChrist⁹ morā facit sed non tardat. Ille em̄ dicitur tardare qui vltra tēpus debitū moram facit. Vnde si morā fecerit expecta eū quia veniēs veniet & non tardabit. Abac.

ℭVanitatis. n. creatura subiecta est nō volens. Creatura dolet se vanitati subiectā, quę vellet immutabiliter adhærere veritati. Magna est vanitas corporis: sed multo maior vanitas spūs: q per tot tētationes & vagas cogitationes se re semper euanescit. ℭSi creatura nolēs & dolens vanitati subiecta est: ergo in sustinendo non meretur, qđ falsum est cū in spe retributionis sit subiecta, vt dicit Apl's. Solutio vult & nō vult id, sed nō scđm idē. ℭEt parturit vsq; adhuc. Mulieris parturientis dolore maiorem esse non credo, nec maius desiderum. ℭNon solū aūt illa: set & nosipsi primitias spūs habentes. i. Non solumminores in ecclesia, sed etiā nos apostoli ingemiscimus. ℭAdoptionē filiorum dei &c. Nonne iā adoptati sumus in filios dei? Nonne iā filii dei sumus? Quomodo ergo dicit de sanctis quod expectant adoptionē filioꝶ dei? Solutio. Adoptio iam incepta est in nobis per spem: perficietur aūt per speciem. Spes est certitudo futuri commodi adipiscēdi. ℭQuid oremus sicut oportet, nescimus. Omis qui petit qđ petendum est & quomodo petedū est semp exaudit ad vtilitatem. Quid autē vel quō petere debemus nescimus, nii per spiritūsanctum. ℭIgnorātia venit ex corruptione & īfirmitate carnis. ℭDiligentibus deū oīa cooperant in bonū. De illo q̄rit qui cū ī alto gradu caritatis esset, torpēdo ad minorē descendit, & sic decedit cum caritate tamen quomodo descēsus ille cooperaf ei in bonū? Coronā. n. minuit & pręmiū attenuat. Solutio. nisi descendisset sic ex nimio pfectu supbisset: & sic talis descēsus cooperaf ei in bonū. ℭNon est dicēdū ꝙ oīa bona q̄ mali faciūt cooperenf eis in malū: cū Augustin⁹ dicat ꝙ bonū fuisse per vnū diē vtile est. ℭQuos pręsciuit &c. Oīa a deo anteq̄ fiant pręsciunf: Illa tñ quadā prerogatiua pscita

(Vani- ta. y biectio. — Solutio. — E — Quæstio — Rñsio — Spes. — F — Exaudi- ri. — Ignorā- tia. — G — Quæstio — Rñsio — H — I)

deo dicunť q̃ futura ab eo approbātur sicut scire diciť q̃ approbat: quos itaq; sic p̄sciuit oēs p̄destinauit. ℭCōformes fieri imaginis filii sui. Christus est ima go patris.i. expressa silitudo vsquequa q̄ similis & æqualis. Sancti cōformes.i. p̄ modo suo vestigia sequentes Christi in puritate vitæ, in obœdiētia & humi litate. ℭVt sit ipse primogenit⁹. Christus scd̄m q̄ est nat⁹ de patre diciť vni genitus: scd̄m q̄ habet fratres, primoge nit⁹. Quos p̄destinauit, hoc & vocauit &c. Deus pōt p̄scire, q̃ nō p̄sciuit: velle q̃ non vult: posse facere, q̃ non facit. Pręteritū tempus p̄pter sui certitudinem diuidiť, qd̄ nullū aliud pōt. ℭQui etiā interpellat p̄ nobis. Christus interpellat p̄ nobis rep̄sentatiōe humana.i. me rito obœdiētiæ quā in humanitate sua exhibuit: q̃ obœdientia adeo patri est grata, vt eius merito nobis venia pecca torum doneť. ℭNeq; mors.i. comminatio mortis: neq; vita.i. promissa conser uatio vitę.i. nec timor mortis nec amor vitę poterit nos sepāre a caritate Christi. ℭNil adeo dominať homini quantū ipse sibi. Ipse em̄ suā pōt cogere volūta tē & mutare qd̄ nil aliud ab eo pōt. vn de Apl'us quem nil poterat separare a Christo: separare a Christo seipsum po terat: qd̄ ne fieret corpus castigabat.

Imago dei. | Vnigenitus. | K | L | M | Roma.9

VEritatem dico ī Christo Iesu. Est qui veritatē dicit & tñ mendacii reatum incurrit: qui etsi verū dicat id tamen in cōsciētia nō habet. ℭOptabā anathema esse. Optabā p̄ eo qd̄ est opto vt Aimo legit. ℭPromissionis em̄ verbum est &c. Sciendū q̄ promissiōes dei vel prophetiæ trib⁹ modis fiunt. Qñq; cū immutabili denūciatione vt illa. Ecce virgo cōcipiet &c. Qñq; cū quadam cōminatione, vt adhuc q̄draginta dies & Niniue subuerteť, vbi conditio & si non apponiť tñ subintelligiť vt nisi a via sua cōuertať Niniue subuerteť. Qñ q̄ cū eo℞ ad quos fit libera volūtate vt in p̄prio.s. habeāt arbitrio p̄missionem factā suscipere vl' respuere, vt hic. In semine tuo benedicenť oēs gētes. Quę p̄missio oībus oblata est sic vt eā pro arbitrio suo app̄hendat vel respuat. ℭIn Isaac vocabiť tibi semen.i. in filiis gr̄æ

Promissiones dei. | Esa.7. | Ione.3. | Gen.22.

qui p̄ Isaac significanť: vt propositū dei maneret.i. impleret. ℭPotest quęri vtrū causa primordialis an finalis quęratur cum diciť: cur deus elegit Iacob potius q̃ Esau? Sed voluntatis dei, q̃ est omniū causa, nulla est causa, Itē si finalis causa quæriť diciť quia electio Iacob valet ad fidei cōfirmationem & gratię cōmēdationem: qd̄ em̄ factū est in duob⁹ fratribus, hoc idē fieri in duob⁹ populis credere debem⁹. ℭDeum ab æterno aliquē reprobasse nil aliud est nisi prærordinasse se illi in tēpore p̄ culpa gr̄am subtra cturū. Sed dicit quis: ergo ęternę repro bationis causa fuit culpa tēporalis. Solutio. Dici potest q̄ ęternę reprobationis sit causa culpa tēporalis: causa quidem primordialis non fuit culpa tēpo ralis, sed poti⁹ finalis causa in qua terminať nō inchoať. ℭDe duobus quęriť ęqualiter in pc̄ō iacētib⁹ quib⁹ gratia dei ęqualiter proponiť & offerť: vñ fit q̄ alter ei cōsentiat & ab altero respuatur? Solutio vtriſq; data est gratia qua potuit cōsentire: alterius tñ mens mo ta est & cōsensit: qd̄ de bono naturæ po tuit, q̄a velle adiacebat ei: qd̄ ante gratiā implere nō potuit, per gratiā quidē excitata est & surrexit. Alter cū posset nō cōsensit: sed gr̄am oblatā sponte reiecit, vt apparet in solis radio & ī duo bus ī foueā lapsis. Qui oculos aperit videt, non sine solis claritate. Qui oculos claudit nō videt. Sic qui manū meā ap prehendit extrahiť a me de fouea: q au tē negligit nec nitiť cū auxilio sibi exhibito, nō exit. ℭMaior seruiet minori. Impletū est nō in p̄sonis illis quia non legiť q̄ Esau seruierit Iacob: sed ī filiis eo℞. Videlicet tempore Dauid & Salo monis. Vel seruire poniť p̄ prodesse. Ia cob sine merito est electus: Esau non sine merito est in tempore reprobat⁹ vel dānat⁹. ℭPrincipiū & cōsummatio oīs boni non est ex hoīe, sed ex deo. ℭDicit scriptura Pharaoni &c. Quid ad Esau exemplū de Pharaone cum ille pro ori ginali peccato tm̄ sit reprobat⁹: iste etiā pro actuali solet quæri. Solutio. ad hoc inducūtur similitudines & exempla vt per magis certum id quod minus certū est videatur. ℭQuem vult indurat. Di

N | Quæstio | Rñsio. | O | Obiectio. | Solutio. | P | Quæstio | Rñsio. | Q | Quæstio | Rñsio. | R

citur deus indurare quem vult: quia nõ coactus sed volũtarius gratiam sub trahit, quã sub trahit: qua subtracta fit ille deterior. ℭQui respondeas Deo. Respondeas, id est contradicas: quia respondentis est contradicere. ℭVasa in honorem sunt vasa quibus cibi mensis imponuntur. Vasa in contumeliam vasa culinæ aut egestionis. ℭIn vasa misericordię quæ præparauit in gloriam. Misericorditer agit deus cũ malis, spatium pœnitentiæ indulgendo sed misericordius videretur cum illis agere si citius discederent: quia minus peccarent. ℭHęresis Manichęorũ sic omne bonum gratię ascribebat vt liberũ arbitrium tolleret: Hæresis Pelagianorũ, bonum fieri ab hoĩe sine gratia posse asserebat. Doctores vero vtrũq; errorẽ destruunt. Vbi vero Ambrosius dicit ꝙ deus elegit Paulũ, sciens illum se correcturum: non intelligit ꝙ futurum meritũ causa esset præscientiæ dei, sed demonstrat liberum arbitrium gratię dei cooperari: quod est cõtra prædictas hęreses. ℭVerbum abbreuiatum faciet

S

Esa.1. deus super terram. Verbum abbreuiatum potest dici verbum incarnatum, quod in humilitate est abbreuiatum & est legem consummans, id est adimplens.

T

Roma.x Voluntas. VOluntas quidẽ cordis mei fit pro illis in salutem. Voluntas quãdo ꝙ accipit̃ ꝓ affectu sensualitatis: ad cuius differentiam dicitur voluntas cordis vel rationis. Ille in spiritum sanctũ peccat qui spiritui sancto inuidet eo ꝙ per hunc siue per illũ bona operet̃. Vnde iniustũ est ꝙ deus alicui tali dimittat pctm̃ huiusmodi. Qđ autem iniustum est deus facere non potest. Æmulationem dei habent sed nõ secũdũ sciẽ

quis dicatur peccare in spiritum sanctum

V

Zelus. tiam. Zelus bonus vel dei est feruor mẽtis quo quis propter deum putat aliqd faciendum esse vel dimittendum: q aliquando est cum scientia aliquãdo sine scientia. scientia hic vocatur cognitio fidei. Facilius veniam consequuntur q ignorantes peccant q̃ scientes. Vñ apo

1.Timo.1 stolus. Misericordiam dei consequutus sum, quia ignorãter feci: & istud quia, sancti causatiue legunt. Vbi tamen nõ causa efficiens sed accessum prębẽs notat̃. ℭFinis enim legis Christus. Est finis cõsumptionis, vt panis finitus.i.cõsumptus: & est finis cõsummationis, vt tela finita.i.consummata. Christus est finis legis consummans. Lex & prophetę vsq; ad Ioãnem.i.vsq; ad gratiã qua superueniente lex vltra nõ est tenẽda. ℭOmni credenti ad iustitiam. Est q credit non ad iustitiam: qui.s.habet fidem ꝑ dilectionem non operantẽ & ideo ꝑ fidem nõ iustificat̃. ℭViuet in ea.i.victũ habebit in ea: iuxta illud. Si hoc feceritis bona terrę comedetis. ℭHoc est verbum fidei qđ p̃dicamus &c. Verbum p̃dicationis adeo est rationi cõsentaneũ: vt cum ei prędicatur, statim ei acquiescit & cõsentit: quia nihil adeo appetit sicut cui nihil aliud sufficit in mundo. vnde cum illud qđ summe appetit, audit: aut oĩno cęca est & expers rationis, aut illi consentit. ℭQuicũq; inuocauerit nomen dñi saluus erit. Non omnis qui vocat, ĩuocat. Vocatio eñ exterior sonus est verborũ: de qua dicit̃. Non oĩs q dicit mihi dñe dñe &c. Inuocatio vero interior est clamor.i.deuotio animi ad deum pro iis quæ petẽda sunt suspirantis: de qua Moysi dicitur. Quid clamas ad me? Q̃ʒ speciosi pedes &c. In pedibus quandoq; actiones, quandoq; affectiones intelliguntur: vt pedes eorũ pedes recti. Quandoq; ponuntur ꝑ verbo prædicationis: vt subiecit gẽtes sub pedibus. ℭEuangelizantium pacem, id est reconciliationem inter deum & homines. ℭSed non omnes obœdiunt euangelio. Quidam omnino fidem respuũt: vt Iudæi & ĩfideles. Quidã ore tm̃ obœdiunt. Quidam & ore & opere & non corde, vt hypocritæ: & hi omnes non obœdiunt euãgelio: sed soli illi qui qđ corde credunt, ore confitentur & opere implent. ℭQuis credit auditui nostro. Deus duobus modis interius loquitur animæ fideli. Vel cognitionem veritatis reuelando: vel amorem virtutis inspirando. ℭQuis nunc impossibilitatem, nunc difficultatem, nunc raritatem notat. Auditus exterior multis est causa fidei, nõ tñ efficiens sed accessum p̄bens. Neq;.n.q plãtat est aliquid:

Margin notes (right column): Finis varius. — Y — Matt.7. — Exod.14 — Ezech.1. — Psal.46. — Z — Quis. — Auditus.

neq; qui rigat: sed q incremētū dat de⁹. Qđ ab apostolis p̄dicat̃ verbū est Christi, quia ab ore ei⁹ ꝓlatum: vel verbum Christi est qđ intus in corde ipse reuelat. ℂIn omnem terram &c. Hęc authoritas incepit a Iudæis impleri tpe apostoloꝝ. Volunt quidam ꝙ principes Iudęoꝝ cognouerunt Christū esse dei filiū, non tñ huic cognitioni ꝓpter inuidiā acquiescere poterāt: sed scienter & contra cōscientiam eum impugnabāt. Aliis videtur ꝙ cognouerūt eū esse virum iustū & in lege promissum: sed nō dei filiū. Si eñ cognouissent, nūq̄ dñm glorię crucifixissent. ℂEsaias audet & dicit. Audax dicit̃ qui audet audenda & non audenda: & sic in malo ponitur. Qñq; audacia ponit̃ pro fidutia animi quæ virtus est, qua pœna iniuste cōminata non timet̃. ℂPalā apparui iis qui me nō interrogabāt. Apparet q subito & īsperato venit. ℂTota die expādi manus meas &c. Cū totū pro oī parte ponit, hoc nomen totū cū noīe totius nō debet poni: vt si dicatur, tota die fecit: hic non pars diei: sed totus debet intelligi, sæpe tamen sic loquimur tota die expecto te. Vbi tñ non tot⁹ dies sed magna pars diei intelligit̃. ℂIlle manus expandit qui beneficia largitur, qđ dominus fecit Iudęis tota die. i. oīni tpe gr̄ę.

Margin: A ,, — 1. Cori. 2. — B — C — D — Roma. 11

NOn repulit de⁹ plæbem suā quā præsciuit. Sicut duplex est vocatio: sic duplex est præsciētia. s. generalis quę est omnium: & specialis quę tm̄ est bonorum. ℂAltaria tua subfoderūt, & ego relictus sum solus. de illis altarib⁹ intelligendū est quę fideles sibi ædificauerant: non audētes ire Hierosolymā ꝓpter reges idololatras post diuisionem regni. ℂDedit illis spūm cōpunctionis. Tunc aīa terra australē. s. arentē possidet, cum in ea sol iustitiæ pręsentia sui humorē pc̄tōꝝ exsiccat. Addit̃ irriguū inferius & irriguū superius cū gemina compunctio dat̃ & ex recordatiōe pc̄tōrū & ꝓ desiderio patrię. Mala cōpūctio est inuidia, q̄ est tormentū. Quo maius siculi nō inuenere tyrāni: q̄ est nouerca alienę felicitatis. ℂFiat mensa eoꝝ &c. Sicut ī mēsa corporaliter: sic in scriptura spūaliter reficimur vbi diuersa fercula apponunt̃. ℂIn scandalū. Scandalū nūc offensam, nūc ruinā, nūc rixā significat. ℂQꝫ si delibatio sancta est & massa. Delibatio est parua alicui⁹ rei degustatio ad experimētū totius massę. Massa est ipm gen⁹: radix, patres: rami, filii: oliua, Iudęi: oleaster, gentilitas: pinguedo, apl̄i. Est itaq; massa sacrata & si non scd̄m se totā, tñ scd̄m electionē: & rami sancti, licet nō oēs. ℂCōtra naturā īsertus es. Naturā diffinire difficile ē. Periculosę eñ sunt diffinitiones, vt ait quidam. Quicqd est p̄ter pc̄m̄, aut est opus dei operantis sine natura: aut opus naturæ cooperātis deo, aut artificis imitātis naturā. Itē alia deus operat̃ scd̄m naturā, alia supra naturā, nihil contra naturā. Potentia eñ dei tanta est, vt de natura qualibet sine ea facere possit, qcquid sibi placet. ℂVt nō sitis vobisipsis sapientes. Sapiens sibi dicit̃ qui sapientiā quā habet a se esse credit: vel ꝓ merito suo sibi datā: vel qui data sibi sapiētia abutit̃ qui se extollit & alios despicit ex cōsideratione sapiētię suę. ℂDonec plenitudo gētiū ītraret. Donec causa est & terminus. i. causatiue ponitur vt hic: non feci hoc donec tu fecisti illud, quasi factū tuū causa fuit facti mei & finaliter vt hic, expectabo te donec venias. ℂPlenitudo multitudinē nō vniuersitatē hic significat. Secundum euāgelium quidem inimici propter vos: & ,, Carissimi secūdum electionē, ꝓpter patres. ,, Non est intelligendum ꝙ iidē sint inimici & carissimi. Relatio eñ non ad easdem ꝑsonas licet ad eundem populū refertur: Vt, Mulier quæ damnauit, saluauit. Et illud. Qui super te pedib⁹ ambulauit: qui te in deserto de petra produxit. Hic non aquæ substātiam sed naturam demōstrat. Sic omnes electi a domino diligunt̃: sic & ego omnes qui me diligunt, licet nō omnes nouerim: sic & apostolus omnes electos diligebat. ℂSine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei. Pœnitentia ponitur pro mutatione: quia qđ prius fecimus & fecisse pœnitet, pœnitentia mutamus, vt hic Pœnitet me fecisse hominem: id est mutabo opus quod feci. propter malitiam hominum. Augustinus dicit ꝙ Deus

Margin: Prescientia duplex. — Cōpunctio. — Inuidia. — E — Delibatio. — Massa. — F — Diffinitio. — Natura. — G — Sapiens sibi. — Donec. — H — Geñ. 6.

mutat sentētiā & non consiliū. Senten tiam vocat pœnā & vindictā pro culpa nobis debitam: cōsilium appellat æternā dispositionem. ℂO altitudo diuitiarum sapientię & scientię dei. Vbi figere nō valemus oculū rationis figamus oculum admirationis & oculum fidei. ℂAliud est aliqd soluere ad dubitationem tollendam: & aliud ad profunditatis comprehensionem.

I Altitudo. ℂAltitudo sublimitatem notat & profunditatem. Profunditas ab æterno, sublimitas extenditur in ęternum. ℂIudicia vocat æternā dispositionē. Vias operationes.

Seculū. ℂIn secula seculorū. Seculum dicit̄ a sequendo: quia vnum sequit̄ post aliud. Seculum seculoꝝ dicit̄ æternitas: quia ipsa sequit̄ oīa secula & ipsam nullū.

Amen. ℂAmē aduerbium est optādi vel confirmādi.

K Roma. 12 VT exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē sanctam. Carni debemus prouidere vt seruiat nō vt sęuiat: vt sit ancilla non dña: hostia fiat vitiorum mortificatione, sed viuat virtute.

Quæstio Rñsio. Quærit̄ cur apl'us p̄cipit corpora & nō animas offerre in sacrificiū. Solutio. Sacrificium a spiritu inchoat̄ & in corpore determinat̄. ℂEt nolite conformari huic seculo. Ex Adā facti sum⁹ veteres, deformati, & deo dissimiles: per gratiā Christi innouamur & reformamur, & deo conformamur. In qua conformatione cotidie ꝓficimus per studiū lectiōis & bonę meditationis, orationis & bonę operationis.

L Voluntas dei. ℂQuę sit voluntas dei bona, beneplacens & pfecta. Voluntas bona est in fide: Beneplacens in spe: pfecta in caritate. Vel bona voluntas in subiectione maiorum: Beneplacens in subiectione ęqualium. Perfecta in subiectiōe minoꝝ. Vel bona in coniugatis: bñplacens in viduis. Perfecta in virginibus. ℂOmnibus q sunt inter vos. Solus de⁹ vere est, quia immutabilis per naturā. Vnde illi soli qui deo adhęrere desiderāt nō immerito esse dicunt̄.

M ℂPer gratiā q̄ data ē mihi. Rationabiliter Petr⁹ in signis & virtutibus potens, datus est Iudæis signa quærētibus. Paulus vero cui prę cęteris data est cęlestis sapiētia dat⁹ est gētib⁹ in Apl'm & doctorē, quia

1. Cor. 1. vt ipse ait, Iudęi signa querūt: gręci sapientiā q̄runt.

N ℂNō plus sapere, q̄ oportet sapere.

obiectio Cū nemo tantū sapiat quin plus possit & debeat sapere ī vita p̄senti: quis sapit plus q̄ oportet?

Solutio. Solutio. Ille plus sapit q̄ oportet, q ea q̄ sunt supra humanam rationē sua ratione nititur cōprehēdere: q̄ scilicet credi debēt & possunt: sciri nō possunt. Plus etiam sapit q̄ oportet qui se extollit & alios cōtemnit. Ille sapit scd̄m mēsurā fidei, qui nil sapit vel facit nisi qd̄ credit esse sapiendum vel faciendū.

O Christ⁹. ℂVnicuiq; sicut deus diuisit. Christo homini de⁹ non dedit dona ad mensuram: sed oīm donoꝝ plenitudinē. Vnicuiq; dat̄ gratia etiā propter aliorū vtilitatē: vt qd̄ vnus nō potest per se, possit per alium.

P Prophetia. ℂSiue prophetiam &c. Prophetia est diuina inspiratio futuros euētus rerum immutabili veritate denūcians. Vel secundū Gregoriū. Prophetia est occultorū manifestatio per spūm sctm̄ facta. Ille scd̄m rationē fidei ꝓphetiā habet q in sua p̄dicatione scd̄m qd̄ credit auditoribus necessariū, verba sua moderatur.

Q ℂQui tribuit in simplicitate. Tribuit ī duplicitate qui ei largit̄ a quo maiora sperat. Tribuunt in duplicitate hypocritę. s. causa glorię. Tribuūt in duplicitate, q tribuūt in spe p̄ntis retributionis & futurę. Simplicē & purā ī tribuēdo habet intētionē, q ob hoc solum tribuit qa id deo placere credit.

R ℂQui prę est in sollicitudine. Amor expellit neglig ētiā, timor p̄sumptionē. Pręlatus non tumeat de dignitate sed timeat de reddenda ratione. Qui miseret̄ in hilaritate. Qui dat eleemosynā indigēti, non se existimet bona sua minuere: seminat. n. centuplū recepturus, si tñ hoc facit ex caritate. Similiter qui ignoscit lęto aīo id faciat. Iniurias illatas veniā petenti non opponat. Hoc est eīm pœnitētē cōfundere magis q̄ pacare.

S ℂSollicitudie nō pigri. Quidā sollicitī sunt corde & ī opere pigri ideo dicit sollicitudine non pigri: hoc est sollicitī sitis corde, nec tñ in ope pigri. ℂSpiritu feruentes. Caritas impatiens est, parum enim sibi omne quod facit videtur. Vnde,

Apoca. 3 Vtinā esses aut calidus aut frigidus: sed quia tepidus es euomam te ex ore meo. Ca-

lidus est feruens in caritate: frigid⁹ penitus infidelis vel in grauibus peccatis iacens: tepidus qui nec magna mala facit nec magna bona: sic sancti exponũt.
Quæstio Quomodo ergo optat magis vt sit frigidus q̃ tepidus. Nonne maius est malum esse in mortalibus q̃ in venialib⁹: & sic melius est esse tepidũ q̃ frigidum?
Rñsio. Solutio. Nõ rem sicut est, sed quę ex re est opportunitatem in verbis illis attẽdit. Frequenter enim cõtingit ꝙ ii qui in profundo vitiorum sunt, ad deũ cõuersi ad maiorem perueniant perfectionem, q̃ ii qui sunt tepidi.
V ¶Verbũ Dei passim non est disseminandũ sed tẽpus opportunum est obseruandũ. ¶Oratio ni instantes. Orationis instantia fit ĩ assiduitate & deuotione. ¶Hospitalitatẽ sectantes. Hospitalitatem sectatur q rogantes suscipit, & non rogantes cogit: & ne foris remaneant diligenter inquirit vel quęrit.
X ¶Benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.
Actu.23. †Percutiat. Legitur in actibus apostoloꝝ Paulum cuidam maledixisse sic. †Destruat te dñs paries dealbate.
Quæstio Nũquid ergo fecit qđ prohibuit dicens, nolite maledicere?
Rñsio. Solutio. Sancti zelo iustitię cõpulsi talia faciunt, ideo maledictiõis actionem, non voluntatem habẽt: ideoꝗ (vt nobis videtur) maledictionis reatũ nõ incurrunt.
Y ¶Flete cũ flentibus. Flẽdum pro defectu, & casu ac culpa aliorũ est: non cadentibus insultandum, & pro dilatione gloriæ: aliæ lachrymæ non hñt meritum bonum.
Z ¶Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Prudẽs est apud seipsum, qui cum apud alios sit stult⁹, sibi videtur esse prudens: & qui tot⁹ iudicio suo nititur. Vnde cum eius sententia cõtemnitur statim irascit. ¶Prudẽtia sine simplicitate, astutia est: sicut simplicitas sine prudẽtia fatuitas. ¶Prudentia serpẽtis est seruare caput ĩ quo
A est venenum, vnde viuit: simplicitas columbæ est ꝙ læsa non relędit. ¶Date locum iræ. Ille dat locum iræ, qui iniurias illatas patienter audit: qui prouocatus non respondet, sed tacet. ¶Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dñs. Qui vindicat se quantum in se est iudi-
Quæstio cem sua priuat potestate. ¶Quærit an iustitia dei & iustitia humana vel secularis sint cõtrariæ? Quod videtur: cum iustitia dei confitentem peccatum per sacerdotem absoluat: Iustitia humana confessum peccata sua suspendat.
Rñsio. Solutio. Nonnulla est caritas cum vindicta, quæ secundum iustitiam humanam de fure sumitur ꝓ cõmuni vtilitate exercet: & ideo ad iustitiam dei spectat. ¶Si esurierit inimicus tuus ciba illum &c.
C Sufficit iimicos nõ odisse (vt dicit Augustinus) quod de effectu non de affectu intelligendum est. Tenemur eñ eorum salutem velle & angustiam famis patiẽtib⁹ (si possumus) subuenire. Vince in bono malũ. Legitime pugnat qui in pugna perseuerat: qui motibus gulę vel irę & illicitis omnibus repugnat. D

Rom.13. NOn ẽ potestas nisi a deo. Volũtatẽ peccãdi habemus a nobis: potestatem autem a deo, qđ sic intelligendum est. i. id quo voluntatem ad effectũ ducimus, scilicet membra & vim membrorum a Deo habemus.
E Dicunt quidam ꝙ potestas peccandi non est pars liberi arbitrii: cum in angelis nõ sit vel ĩ deo. Hi dicunt ꝙ in dęmonibus nõ est liberum arbitrium. Aliis aliter videt. Sunt autẽ liberi arbitrii partes, posse dimittere malum, & posse facere bonum. Vnde diabolus qa non põt dimittere malum nec facere bonum, non habet secũdum eos liberum arbitrium.
F ¶Est autẽ
Potestas potestas ordinatio a deo disposita ĩ genere humano qua alii aliis præesse habent. Exigũtur autem quatuor ad esse potestatis, ĩstitutio, materia, ordo & terminus. Institutionẽ debet a deo habere vel ab hũano iure: aliter ꝑlatio non est potestas sed violẽtia. Materiam habere debet ĩ subiectis bonos defẽdẽdo, malos puniẽdo. Ordinẽ. i. iustitię ęqualitatẽ: vt ab ea non recedat, sed eius amore potestatẽ exerceat. Terminũ habere debet, ne vltra extẽdat q̃ debet: qđ alieni iuris est non inuadat.
G Cũ ergo aliqs ꝑlat⁹ a iustitia recedit, nõ est ei obœdiẽdũ, sed resistẽdũ: nõ ei malũ inferendo, sed ne malũ ꝑficiat impediẽdo. In iis. n. quę ad potestatẽ ꝑtinẽt obœdientiã ei debemus: non in iis quę ad tyrãnidem. H
Tributũ ¶Cui tributũ, tributum &c. Tributum

a tribunis dicitur.i.qđ a subiectis tri-
Vecti-gal. bunis soluebatur. Vectigal quod de ve
ctis.i.mercibus deportãdis soluebatur.
¶Nemini quicq̃ debeatis nisi vt inuicẽ
diligatis. Debitum dil ectionis ab omni
soluit debito: a quo tamen nemo absol
ui potest. Sic semper reddatur, vt semp
debeatur : & sic debeatur vt reddatur.
Caritas. ¶Caritas secũdũ Augustinum est mo-
Obie-ctio pri-ma. tus rationabilis voluntatis in deũ pro
pter deũ, & in proximum propter deũ.
Deus non est motus mentis. ergo cari-
Solutio. tas est quę non est deus ? Videtur Au-
gustinus velle ꝙ omnes æquali affectu
diligendi sunt, sed non pari effectu. Cui
contrarium videtur qđ dicit Hierony
mus. Post omniũ patrem deum, carnis
Obie-ctio scđa quoq; diligatur pater. Item huic sic ob
iicitur: nonne magis diligendus est qui
magis deo placet? sed ecce alius est me-
I lior patre meo, & sic teneor eũ magis
Euasio. diligere q̃ patrem meũ. Solutio, quod
Augustinus dicit sic intellige, omẽs pa
ri affectu sunt diligẽdi. i. communi, sed
non ęquali. Quod autem alibi dicit tã-
tũ fratres diligamus quantum nos. i. tã
tum bonum eis optem⁹ & si non tanto
affectu: vel quantũ est similitudinis nõ
quantitatis. Item secũdæ obiectioni sic
potest responderi. Cõtingit aliquando
ꝙ aliquem tenemur diligere plus effe-
ctu, alio meliore illo, quem diligere pos
sumus ordinate maiore affectu. Illos
eñ diligere plus effectu tenemur quo-
rum cura nobis cõmissa est. Simili mo-
K do patrem meũ effectu plus teneor di-
ligere q̃ aliũ, licet melior sit. ¶Qui dili
Iacobi.3. git proximum, legẽ impleuit. Perfectus
est q in lingua seu verbo non offendit:
non tamen ideo perfectus quia in lĩgua
non offendit, sed in cumulo perfectiõis
superponitur ĩ lingua nõ offendere: Si-
cut dicimus ꝙ senex est qui centesimũ
agit annũ: hanc tñ senectutẽ non cõtu
lit centesimus annus, sed ex pręcedenti
bus accreuit: & sicut de illo q plura ha
bet castra dicimus ꝙ diues esset si habe
ret adhuc illud: non tamen propter il-
L lud, nisi haberet & alia diues esset. ¶Di
Nota ar-gumen-tum. cũt quidã ꝙ maius bonũ est non offen-
dere in lingua q̃ nõ cõmittere homici
diũ. Quibus sic opponit. Duũ si alterũ
altero magis est appetendum, cõtrariũ
eius cõtrario alterius magis est fugiẽ-
dum: vnde si homicidiũ cõmittere ma
gis est fugiẽdũ q̃ lingua offendere: ho-
micidium non cõmittere magis est ap
petẽdum, q̃ in lingua nõ offendere. Vt
sanũ esse magis est appetẽdũ q̃ velocem
esse: ergo ęgrũ esse magis est fugiẽdũ q̃
tardum. Itẽ maioris meriti est diligere
deũ q̃ inimicum: non tñ maioris offen-
sę non diligere inimicũ q̃ non diligere
deũ iuxta quorũdam argumentationẽ. M
¶Quęrit an dilectio dei possit haberi si Quæstio
ne dilectione proximi, qđ sic, volunt ita
probare. Si nemo esset præter vnũ pos-
set deũ diligere ita ꝙ non diligeret ꝓ-
ximum: sicut Adã anteq̃ Eua esset, deũ
dilexit: nõdũ tñ proximum, cum nemo Rñsio
adhuc esset præter ipsum. Solutio posi
tiua & falsa est locutio ista, dilectio dei
potest haberi sine dilectione ꝓximi. Po
nit eñ esse ꝓximũ & sine dilectiõe eius
dilectionẽ dei haberi posse. Dilectio dei
quasi forma est dilectiõis ꝓximi & cau
sa: dilectio proximi quasi materia est di
lectionis dei. Dilectio dei occulta, dile-
ctio proximi exterius apparet: & in ipa
dei dilectio declaratur, ideo dicit Apo
stolus ꝙ dilectio proximi plenitudo est N
legis. ¶Diliges proximũ sicut teipsum
.i. ad hoc ad qđ diligis teipsum cum te
bene diligis. i. in deo & ꝓpter deũ. ¶Se
cũdũ Augustinũ deũ diligere toto cor
de. i. eũ diligere toto intellectu: tota aĩa
.i. tota voluntate: tota mẽte. i. tota me-
moria. Vt omnes cogitationes totã vi
tã, & totã memoriã ĩ illũ cõferas a quo
habes ea quæ confers. Vnde cõstat hoc
ꝓceptũ in hac vita omni modo nõ pos-
se impleri. Vnde ipse dicit: cum adhuc
aliquid est carnalis concupiscẽtiæ non
omni modo ex tota anima diligit de⁹. O
Vnde consequenter quęrit sic. cur er- Quæstio
go præcipitur ista pfectio homini cum
in hac vita eam nemo habeat ? Quam Solutio.
quæstionem sic soluit: qa non recte cur
ritur si quo currendum est nesciat. Ex
parte enim diligimus sicut ex parte co
gnoscim⁹. Nec tñ de iugo huius præce P
pti quasi de onere importabili possum⁹
conqueri: cum eius impletio non exiga Obie-ctio.
tur ab hoĩbus gratiæ. ¶Dicũt qdam ꝙ

consequenter tenendum est dominum huius conformiter ad beatum [illegible] tenemur ad aliquod preceptum quod [illegible] hoc statu non possumus implere et tamen sine ad impletione eius non possumus salvari non [illegible] salvationem ad implendum et etiam [illegible] ad impletur [illegible] preceptum [illegible] per adimplere et tamen nichil [illegible] de ad [illegible] meriti [illegible] impletio est [illegible] nec [illegible] [illegible] infra 306

præceptũ decalogi quodlibet est de illis sine quib⁹ non est salus: sed istud est vnum de illis sine ergo eius impletione non est salus? Solutio. Certum est ꝙ salus est ex sola gratia Christi: & vel illud non est de illis, vel sine aliquo illorũ est salus. Item obiiciũt sic nobis. Impletio cuiuslibet pręcepti habet meritũ: igitur hoc pręceptũ in futuro habebit meritum, cum ibi & non hic ípleatur. Solutio. Inquãtum diligimus hoc præceptum seruamus & seruando meremur implere illud ptinet ad pmiũ & potius est felicitatis q̃ virtutis. Itẽ dicunt ꝙ condignũ præmiũ impletione pcepti huius nemo potest in psenti meteri. Nos aũt hoc falsum dicimus. Scriptum est de Abraham, Credidit Abraham deo & reputatũ est ad iustitiã. Sic sancti per caritatem qua deum prædiligunt, merentur deum: & sic prẽmiũ cõdignũ impletiõe pręcepti prædicti. Ipsi dicũt ꝙ hoc pręceptum in pręsenti potest impleri: Augustinus dicit ꝙ nõ potest. Vnde quęrit quare ergo pcipitur: & soluit non vt illi sed aliter. Qđ autẽ obiiciunt. Clamaui in toto corde meo: & Exquisiui te in corde meo. Nunquid si ad tẽpus ideo omi tẽpore, qua dign⁹ salute? vel si propheta, ideo omnis homo qui dign⁹ vita sic clamauit vel clamat? Magister Acardus sic exposuit Clamaui in toto corde meo. i. inquantum est meum. inquantũ eñ concupiscẽtia illud possidet, nõ est meũ. Sic exponũt, Deum ex toto corde diligit: qui totum intellectum suũ in illum conuertit. Tota anima, qui voluntatẽ suam dei volũtati per omnia supponit: tota mente q totũ qđ se fecisse meminit ad honorem dei conuertit. Nonne iustus sępe vana cogitat: quomodo tunc ergo deũ ex toto corde diligit? vel quomodo tunc dignus salute, cum secũdũ horũ opinionem nemo dignus vita ęterna qui non implet hoc pręceptum. ℭNox præcessit. Nox quandoꝗ aeris obscuritas dicitur ex absentia solis: aliquando aduersitas: aliquando peccatum: aliquando omne tempus ab Adam vsꝗ ad Christum: quandoꝗ omẽ tempus dicit̃ nox respectu claritatis futurę. ℭInduamur arma lucis. Arma lucis sunt virtutes. ℭNõ ĩ cõmessatiõib⁹. Cõmessatio dicit̃ a comis. i. vicis ꝙ in illis coepulari solebant: & edendo, vel quasi mensę collata quã multa mala comitãtur. ℭEt ebrietatibus. Ebrietas qua inebriatus est Ioseph cum fratribus suis non fuit superfluitatis sed abundantiæ. vt dicit Augustinus: Sicut terra dicit̃ inebriata. i. sufficienter irrigata. ℭNon in cubilibus. Cubilia a fœdis cupiditatibus dicũtur proprie ferarum: inde ꝑpter fœtorem libidinis lecti luxuriosorum appellant̃ tali nomine. ℭEt impudicitiis. Impudicitia. i. inuerecũdia: & ponit̃ ꝑ incontinentia. ℭNon in cõtentione & æmulatione. Æmulatio ponitur pro inuidia. ℭSed induimini dñm Iesum. Illi induunt Christũ qui nec amore nec timore vbi periculum imminet iustitię, abscondunt veritatem.

INfirmũ aũt in fide assumite. Hic ordo est vitæ & doctrinę, vt prius nos metipsos diligamus, abiiciẽdo opa mala & operando bona: postea proximũ in quo impletio legis continetur. ℭQui autem infirmus est olus mãducet. Per olus intelligitur cibus de cuius null⁹ scandalizatur esu. ℭPotens est eñ de⁹ statuere illum. Potens est deus etiã diabolũ statuere. ℭSi homo non peccasset venenũ ei nocere non posset. ℭAmbigua dicũtur quæ bono & malo aĩo possunt fieri vt dicit authoritas: sed secũdum hoc videtur ꝙ omnia bona exteriora & mala ambigua debeant dici cũ bono & malo fieri possint animo. Solutio. illa ambigua dicũtur quę nec apertam speciem boni, nec apertam speciem mali habent. ℭ Nemo nostrum sibi viuit: & nemo moritur. Sibi viuit qui vtilitatem suam nisi in vita sua non quærit. Domino viuit qui proximi vtilitatem, & domini voluntatem facere contendit. Sibi moritur qui in sua morte propriam gloriam quęrit. Domino moritur qui in suą morte dominũ glorificat. Vel hoc dicit: ꝙ non est in potestate hominis viuere vel mori: sed ĩ potestate domini, qui morti & vitæ nostræ dominatur, per hoc ꝙ mortu⁹ est, & resurrexit pro nobis. ℭOmnes stabi

Margin notes (left): Solutio. / Obiectio. / Solutio. / Q / Geñ. xv. / Obiectio. / Psal. 118. / Rñsio. / R / Nox.
Margin notes (right): S / Geñ. 43. / T / Ro. xiiii / Obiectio. / Solutio. / V

Handwritten marginal note: duplex ebrietas altera superfluitatis altera solum abundatiue 2am habuit Joseph et sine peccato prima tn semper concomitatur peccatum

mus ante tribunal Christi. Tribunal se
des est iudicii, thronus regũ: cathedra
doctorum. ¶Viuo ego dicit dñs. Viuo
ego: iuramẽtũ est ĩ veteri lege, sicut in
euangelio, Amen amẽ. ¶Mihi flectetur
omne genu. Flexio genuũ subiectionẽ
significat oĩm. ¶Non ergo blasphemet
bonum nostrũ. Bonũ nostrũ vocat fidẽ
quã blasphemat Iudęus videns munda
& immũda comedere catholicũ qđ ne
X fiat monet apostolus. ¶Omne qđ non
est ex fide peccatum est. Quidam dicũt
ꝙ infidelibus pctm̃ est etiã bona facere
qđ nobis esse videt falsum: cum Hiero
nymus dicat: de⁹ nõ reprobat bonã vi
tam plurimorũ. Nõ omne quod fit con
tra conscientiam est damnabile.

actus ex genere bonum moraliter secundum aliquos dicuntur peccatum talia in infidelibus et per quem vis talem demerere [illegible] damnationem hoc tamen hic non tenetur Ro.15. conformiter ad veritatem hic [illegible]

DIco aũt gentes super misericor-
dia honorare deũ. Gentes dicit
Apostolus honorare deũ sup misericor
dia: qa maior & manifestior gratia dei
exhibita est gẽtib⁹. Nec hoc dicit quin
iudęi facere idẽ debeãt. ¶Erat radix Ies
se: & qui exurget regere gẽtes. Iesse, ra-
dix: Dauid arbor: Maria ramus: Christ⁹
flos. vel radix Iesse Christus dicit. ¶Vt
abundetis in spe & virtute spiritussan
cti. Caritas qdã ꝓrogatiua dr, virt⁹ spi-
ritussancti: quasi mater aliarũ virtutũ.
Y ¶Sanctificãs euangeliũ dei. Euangeliũ
quantũ in ipsis est contaminant qui bo
na quę prędicãt exemplo malę vitę cõ
tẽptibilia reddũt. Vnde Gregori⁹. Cu-
ius vita despicit restat vt eius prędica
tio cõtemnat. Sanctificat euangeliũ in
reddẽda ratione eorũ q̃ docet, & exem
plo vitę. In primis gr̃a miraculorũ fuit
necessaria cũ his. Per Christũ gr̃as refe
rimus patri: sine eĩ ipso digni non su-
mus etiã deũ laudare. ¶Signorũ & ꝓdi
giorũ. Prodigiũ quasi porro digiũ di-
cit. ¶Si vobis primũ ex parte fruit⁹ fue
ro. Frui est cũ delectatione vti. ¶Et as-
signauero eis fructũ hunc. Eleemosyna
dicit fruct⁹, qa & in p̄senti gratiã maio
rẽ fructificat: & ĩ futuro retributionẽ.
¶Adiuuetis me in orõnib⁹ vestris &c.
Qđ merita vnius nõ possunt, multorũ
possunt, & multorũ p̄ces impossibile est
vt non impetrent. i. valde difficile. Sic
qñq; accipit ĩpossibile. vnde Tulli⁹. So-
la amicitia, ingt, res est quę res impossi

+ frui est cum delectatione uti

Impossibile.

biles ad possibilem redigit facultatem.
¶Apl's artis erat scenofactorię. scena ta Apl'i vita.
bernaculum vel obumbratio dicit. Fa-
ciebat ergo papiliones vel tabernacula
& vendebat & inde viuebat: & dicit ꝙ
noctem in tres partes diuisit: in prima
parte dormiebat: in secunda orabat: in
tertia laborabat, ꝑ diem tãtum prędi-
cationi vacabat. Z Ro.16.

VT obseruetis eos qui dissensiones
&c. Obseruare in bona & in mala
significatione accipit: in bona vt hic,
obserua sabbatũ. In mala, vt ipse obser-
uabant. i. insidiabantur. ¶Pręter doctri Pręter.
nã. Pręter pro cõtra ponitur. ¶Per dul
ces sermones seducunt. Adulator blan
dus est inimicus, veritas malis & im- Gala.4.
peritis amara est. Vnde Apl's. Inimicus
factus sum vobis Verum dicens vobis.
Et comicus. Obsequiũ amicos, veritas
odiũ parit & ita inimicos. ¶Volo vos
sapiẽtes esse in bono: & simplices ĩ ma-
lo. Sapiens est in bono, qui bene vtitur
sapientia sibi data. hęretici falsitatẽ spe
cie veritatis obumbrant. ¶Simplices Simplices ĩ malo.
sunt in malo qui nec malum pro ma-
lo reddunt, sic se habent quasi nihil sci
ant. Duplices in malo: qui malum pro
malo reddunt: qui de vno malo duo fa
ciunt.

M. HVGO

nis de Sancto victore Canonici in Epi
stolam diui Pauli ad Corinthios prio-
rem, Annotationes elucidatorię multa
eruditione prędità: ob quarum facilio
rem inuentionem & agnitionem epi-
stolam ipsam in capita iam nota distin
ximus: & verba elucidanda p̄misimus. A Supbię duo gñã

DVplex supbię est genus. pri-
mũ quando ex iis quę in no-
bis sunt vel esse credimus su
pbim⁹. Et hãc superbiam epl'a
ad Romanos ꝑ seqtur: et ideo
prima ponitur
in corpore epistolarum. Est & alia gñ

ex iis quæ ĩ aliis sunt vel esse credim⁹,
vt de nobilitate generis,supbimus:quã
Humili tatis ge nera duo. supbiam epl'a ad corinthios psequit͂:&
ideo ponit͂ secunda. ℭDuplex est gen⁹
humilitatis:primũ vt nihil a nobis es=
se,vnde gloriandũ sit,credamus.Secun
dũ vt nihil esse ab aliis, vnde gloriãdũ
sit credamus. Vel ideo hęc secunda po
nitur:quia vicinior illi ad Romanos &
B 1.Cor.1. silior in sacramẽtorũ pfũditate ĩuenit͂.

PAulus vocatus Apl'us Iesu Christi p volunta tẽ dei &c.In salutatio= ne aliquando noĩa di= gnitatis ponit,vt audi to nomine magistri & apl'i ei⁹ correctioni acquiescant. Qñq; noĩa humilitatis: vt ad eam inuitet. Apud eos quibus vilis & abiectus vide
C Inuocan tes. bat͂ noĩat se Paulũ.i.admirabilẽ. ℭCũ omnibus q inuocãt nomẽ dñi.Sunt vo
Esa.29. cantes & non inuocãtes. De qbus pro pheta dicit:Populus hic labiis me ho= norat cor aũt eorũ longe est a me. Sũt inuocantes qdã q inuocãt vt extra ha= beant: vt illi qui toto cordis affectu a deo diuitias quęrunt.Sunt inuocantes
Diues. ĩtus q deũ gratis colũt,nõ aliud q̃ ipm ab ipso quęrentes.ℭIn oĩbus diuites fa cti estis.Diues est in aliqua re non q in illa sufficientiam habet, sed qui abũdã
D tiã:q.s.aliis impertiri potest.ℭIn omni verbo.i.in veteri testamento:& in oĩni scientia.i.nouo testamento.ℭSignifica tũ est mihi q; contentiones sunt inter vos. Quicũq; nostrũ incũbit vt si pctã fratrũ quæ nobis manifesta sunt p nos corrigere nõ possum⁹,plato nr̃o indice mus. Nec id faciẽtes nomen accusato=
E ris incurrimus: sed culpã consentiẽtis euitamus.ℭNũqd Paulus crucifix⁹ est pro vobis. Solus pastor summus dedit aĩam suã p ouibus ad redẽptionẽ. Alii boni pastores dãt aĩas suas p ouib⁹suis non ad redẽptionẽ, sed ad confirmatio nẽ.ℭQuãdo generaliter psecutionẽ pa titur ecclesia:tũc prelati non debẽt mi nores deserere,sed in primis gladiũ p= secutoris suscipere.Vita eñ prelatorũ exemplũ & regula debet esse vitę sub=
F ditorũ.Si aũt solus pastor queratur ce= dat exemplo Pauli.ℭAut in noĩe Pau=

li baptizati estis. Cũ baptism⁹ det͂ ĩ no
mine trinitatis: quęrit͂ quomodo Apl's Questio
aliquos baptizatos in noĩe Christi di=
cat?Solutio singulę personę in singulis Rñsio.
intelliguntur:& noĩa singularũ in no=
minibus singularũ:sed in primitiua ec
clesia dubitabatur de Christo an deus
esset:ideo maxime ad maiorẽ authori= quare in primitiva eccle sia fiebat in nomine xpi
tatis eius cõmẽdationẽ pdicabant apl'i et iam non set in nomi
nomen eius: vt deus ab oĩbus sicut ve= ne trinitatis
re est,crederetur.Nunc vero fide com=
muniter suscepta,forma baptizãdi quã
Christus tradidit tenẽda est:scilicet in
noĩe patris & filii & spiritussancti.Si q̃ G
rat͂ qđ sit illud nomen.Solutio. Per no Questio
men notitia intelligitur.i.fides: tñ me Rñsio.
lius dicit in noĩe quia corde credit͂ ad
iustitiã:ore fit cõfessio ad salutẽ. ℭNõ H
in sapientia verbi &c. Sapientiã verbi
vocat sapientiã mundi quæ lepore ver
borũ adornat͂, nõ veritatis fundamẽto
innitit͂:quę in hoc reprehenditur q; po
tentiam dei naturę alligatã putat.Vn
de dicit impossibile deũ mori: virginẽ
parere,& sic quãtũ ĩ se est euacuat cru
cẽ Christi.ℭNam quia in dei sapientia
non cognouit mundus per sapientiam
deum. Mundus non cognouit deũ per
sapientiam.i.propter sapientiã suam.
In dei sapientia.i.per sapiẽtiã dei.Id est
sapientes mundi in filio incarnato p=
pter sapientiã suã,imo ppter supbiam
sapientię suę, deũ nõ potuerũt cogno=
scere: & ideo placuit stultos & idiotas
ad hanc cognitionẽ eligere. ℭNos aũt I
pręcicamus Christũ crucifixũ & virtu
tẽ & dei sapientiã.Christus fit nobissa
pientia & iustitia qñ p ipsum illumina
mur & iustificamur.Non est intelligẽ=
dũ q; Apl's Christũ tm̃ hoĩem pdicaue
rit illis ĩter quos nõ iudicauit se scire
nisi Iesum Christũ & hũc crucifixũ:sed
etiã deũ & oĩa q̃ necessaria erãt ad salu
tẽ.Aliter eñ pdicatio esset insufficiẽs. K

QVid est ergo quod dicit.Nõ iudi 1.Cori.2.
caui me scire aliquid inter vos
nisi Iesum Christum, & hũc crũcifixũ?
Solutio hoc dicit ideo qa de mysterio
vnitatis & trinitatis inter minus capa
ces oĩnino tacuit: Christum esse salua=
torem & cętera que simpliciores capi=
unt tm̃ pręcicans. ℭQuã prædestina=

uit deus ante secula. Cũ prædestinatio solius naturæ rationalis sit: qñq; tamẽ prædestinare ponitur pro præparare.
L ¶Quã nemo principũ huius seculi co gnouit. Si enim cognouissent &c. Obii
Matt.21. citur illud ex euangelio. Hic est hęres, venite occidamus eũ: qđ nimirũ Iudæi de Christo dixisse intelligunt. Et illud
Mar.11. qđ ad eos dixit Pilat⁹: Ecce rex vester. Potest dici ꝙ licet dęmones scirẽt Christum esse deũ: nõ tñ cognouerũt: ꝙ quã in humano genere habebant potestatẽ per ipsum amitterent. ¶Quidam sic exponunt, ecce hęres, id est qui se facit hęredem: & ecce rex vester qui se facit regem vestrum. Et secundũ hos iudęi nõ vere Christum cognouerũt. Nobis aũt ꝙ aliqui ex his vere eũ cognouerunt. s. esse promissum in lege & vere iustũ videtur. Malo enim nemo inuidet, sed bono tñ. Sed iudęi illi inuidebãt: quomodo ergo non bonũ esse credebant? Item cum deũ se esse prędicabat: ipsum aut verũ esse credebant, & sic cognoscebãt: aut fallacem: & sic non bonũ putabant: quomodo igitur inuidebant? Præterea
Ioan.ix. in euãgelio Ioannis: cũ dixisset dñs. In iudiciũ veni in hũc mundũ, vt qui non vident videant: & q vident cæci fint: & respondissent pharisæi: nũquid & nos cęci sumus? dixit eis Iesus. Si cæci essetis, non haberetis peccatũ: nũc vero dicitis, qa videmus: & peccatũ vestrũ manet. Sed dicemus ꝙ illi videntes nõ vident qui ei qđ vident & intelligũt non acquiescunt. Velut amoris vehemẽtia malũ qđ audit de amico nõ facile credere permittit: sic ardor inuidiæ bono qđ audit vel videt in aliquo acquiesce
M re non finit. In populo aũt Iudęorꝫ tẽpore Christi quinq; genera hoĩm fuerunt. aperte boni vt apl̃i: occulte boni vt Nicodemus. Alii seductorem putabant putantes obsequium pręstare deo
Act.3. occidendo Christũ & suos de quib⁹ dicit Apostolus, si cognouissent &c. Et Petrus Scio ꝙ p ignorantiã fecistis. Alii erant in lege periti sciẽtes eũ esse Christum in lege promissum: sed facibus inuidię credulitati acquiescere non poterant. Erant adhuc aliqui qui nec credebant nec decredebant eum esse bonum

sed dubitabant. Quales erant illi forsitan qui dicebant: Si filius dei est, descẽ Matt.27
dat nunc de cruce & credim⁹ ei. ¶Nos N
aũt accepimus spiritũ qui ex deo est. Ille spm̃ habet q pro donis gratis datis deo gratias agit eisq; vtit̃ in bono & ꝑpter deũ intelligens quę a deo donata sunt ei. ¶Animalis non ꝑcipit illa quæ sunt spũs dei. Aĩalis tribus modis dicit̃ vel qui vegetationẽ habet ab aĩa. vnde factus hõ in animã viuẽtẽ: vel vita vel animi sensu vt alibi dictum est. ¶Spiritualis aũt iudicat oĩa: & ipse &c. Spiri- O
tualis discernit quę saluti necessaria & quæ repugnantia. ¶Spũalis a nemine iudicatur ad damnationẽ. Potest qdem spiritualis a spirituali reprehendi vt Petrus a Paulo. P

LAc vobis potũ dedi, nõ escã. Vbi simul pfecti & iꝑfecti, nec ꝑpter 1.Cori.3.
iꝑfectos altiora: nec ꝑpter pfectos minora tacenda sunt, cũ vnũ & idẽ verbũ aliis sit lactis alimẽtũ aliis cibi solidamentũ. ¶Neq; q plãtat &c. Frustra laborat lingua p̃dicatoris nisi interi⁹ operet̃ gr̃a illustratoris. ¶Dei sum⁹ adiutores. De⁹ p nos opatur, & nos ei cooperamur, & inde nos digni mercede efficimur. ¶Dei agricultura estis. Colimus deũ & nos de⁹ colit: & vtrũq; nobis ꝓdest nõ illi. ¶Fũdamentũ aliud &c. Ille Q
habet Christũ in fundamẽto q in volũtate & ꝓposito habet si necessitas vrgeret potius Christo adhęrere q̃ negare ipm̃. Nõ.n. habet ĩ fũdamẽto Christũ q nõ habet ꝓpositũ abstinẽdi ab oĩ mortali pc̃õ. ¶Sigs aũt supędificat &c. Opera q̃ fiũt ex necessitate vel cupiditate, quę p lignũ, fœnũ, & stipulã significantur, sup fundamẽtũ dicunt̃ ędificari: ga supapposita fundamẽtũ nõ destruunt: nõ qa fũdamẽto coadhęreãt. Glossa tñ dicit hęc de malis nõ intelligunt̃. vnde dicim⁹ p lignũ, & fœnũ & stipulã, intelligunt̃ opa iꝑfecta. ¶Si cuius opus arserit &c. ipse saluus erit &c. Cũ dolor R
amissorũ sit peccatũ: quęrit̃ quomodo purget cũ pori⁹ inquet? Solutio. Dolor talis ĩ illis est pc̃m̃ q Christũ nõ habẽt in fũdamẽto ꝑcedẽtis delectatiõis purgatio q Christũ prę oĩb⁹ diligũt. In quo Sap. xi.
peccat qs in eo puniat̃. dolor talis licet

opinantur aliqui quod tantus timor omnes invadet in die iudicii quod si sem[per] [illegible] immortales facti [illegible] proximo [illegible]

S bono diſpliceat, nō ideo malus q̄uis a=
marus. ℭDies em̄ dñi declarabit &c. Le
git ꝙ tātus timor oēs inuadet in die il
la: ꝙ oēs denuo morerenť niſi eſſent ī=
mortales. ℭStultus fuit vt ſit ſapiens.
T Stult⁹ fit vt ſit ſapiēs, q ſapientiā hui⁹
mūdi ſtultitiā reputat apud deū. ℭDo
min⁹ nouit cogitatiōes hoīm qm̄ vanę
ſunt. Illę cogitationes dicunť hic vanę
qb⁹ ſapiētes hui⁹ mundi conanť ꝑbare
deū nil poſſe cōtra naturā. ℭOīa.n. ve=
ſtra ſunt: vos aūt Chriſti: Chriſt⁹ autē
dei. Chriſt⁹ nobis ſeruiuit, nō vt ſeru⁹,
ſed vt dñs ſupior. ℭVos aūt Chriſti cre
V atione & redēptiōe nō Pauli nō Petri.
1.Cori.4. SIc nos exiſtimet homo, vt miniſtros
Chriſti, & diſpēſatores miniſteriorū
dei. Apl's reprehēdit Corinthios de cō
tēptu ſui: nō qa doleat ſe cōtemni, ſed
in cōtēptu ſui dolet eos peccare. ℭDiſ
pēſat Apl's myſteria.i. occulta dei & mi
niſteria eccleſiaſtica aliis hūc gradū di
gnitatis aliis illū tribuēs. ℭNon oīs ſa
lutis particeps eſt q eſt diſpēſator. Qui
aūt diſpenſatores miniſteriorū arbitrā
X Obiectio. tur gratiarū authores, eccleſiam dei ec
cleſiā hominū faciūt. ℭMihi ꝑ minimo
eſt vt a vobis iudicer &c. Nōne crude=
lis eſt q cōtemnit famā? quomō ergo ꝑ
Solutio. minimo habebat Apl's ab aliis iudica=
ri? Solutio. ſēſus eſt. Iudiciū veſtrū neq̃
me extollit nec deprimit: ſiue ꝑ me, ſi=
ue cōtra me deť vr̄a ſnīa. ℭSiue nobis
regnatis: & vtinā regnetis. Illi regnant
Pater. in pſenti q motib⁹ carnis īperant: & ſic
bona faciūt vt ſecuri de ſpe futurę vitę
fiant. ℭSed nō multos patres. Pater na
tura, pater cura, pater reuerētia dicit.
Correctio. ℭIn virga veniā an in caritate? Non di
uidit Apl'us inter caritatē & correctio
nē: cū maxima ſit caritas corrigere er=
rātes: ſed inter diuerſos modos venien
Y di in caritate an parcendo: an corripiē
1.Cori.5. Fermentum. do, vbi & ſi ſit nō tñ videť eſſe caritas.
EXpurgate vet⁹ fermētū. Fermētū
nouū eſt feruor caritatis qđ q̄ſq̃
debet miſcere in tria ſata farinę.i. fidei
Mar.8. trinitatis. Fermētū vetus praua doctri
na. vñ dñs, Cauete a fermēto phariſęo
rū. Vetus fermētū dicit etiā tumor ſu
pbię: qđ nos veteri homini cōformes
reddit. Et q̄libet peccator, q alios corrū
pit. ℭModicū fermentū totam maſſam
corrūpit. Si fratrē peccantē non corri=
pis cū ſcias eū peccare corrūperis & iā
in te maſſa lęſa eſt. Sicut aūt farina du
ra molarū attritione a furfure purgať:
ſic nos dura carnis maceratione a pec=
catorum furfure purgamur vbi lachry
marū compūctione cōglutinati in mu
tua dilectione conſolidemur. ℭVt ſitis
noua conſperſio. Vt ſitis.i. pſeueretis.
Sicut eſtis, ſicut facti eſtis in baptiſmo.
ℭEtenim paſca noſtrum immolat⁹ eſt Z
Chriſtus. Paſca aliquādo nomē eſt agni Paſca.
q in paſca īmolabatur. Vt ibi. Quo vis
eamus vbi paremus tibi comedere pa=
ſca? Aliquando nomen eſt tranſitus vt
hic: vt tranſeamus de Ægypto in terrā
pmiſſionis: de vitiis ad virtutes, de mū
do ad patrem. Aliquādo paſca dicitur
ipſa ſeptem dierum paſcalium ſolenni
tas. ℭIn azymis ſinceritatis & verita=
tis. Sinceritas puritas eſt a vitiis: veri=
tas in bonis. ℭAut fornicator &c. For
nicari a deo eſt aliquid diuinę dilectio
ni præponere. Ille nominatur fornica=
tor vel talis, vel talis in quem pfertur
ſententia ordine iudiciario. Confeſ=
ſum publice, aliter monere, non prohi=
bere potes.
IAm quidem omnino delictum eſt in A
vobis ꝙ iudicia habetis īter vos. Nō 1.Cor.6.
poteſt eſſe ꝙ lis cōtra aliquem ſine pec
cato moueatur: tuum enim vel illius
peccatum in cauſa eſt. Et de parua cau
ſa ac lite mortale ſæpe peccatū oritur.
Ex cauſa enim lis, ex lite diſcordia: in=
de odium, inde homicidium. Licet au=
tem etiam perfectis ſua repetere, vt ra=
ptor corrigatur: non vt ſinus auaritiæ
impleať. ℭQui adheret meretrici vnū
corpus diaboli cum meretrice effici=
tur. Qui adhæret deo vn⁹ cum eo ſpi=
ritus fit. Hæc vnio non eſt identitatis
ſubſtantiæ vel perſonæ, ſed in beatitu=
dinis participatione. Et ideo non eſt
quærendum an ſpiritus creatus an in
creatus. ℭFugite fornicationem. Vi= B
tium fornicationis non melius vinci=
tur q̄ fugiendo. Ideo nemo in longęua
ętate vel mentis firmo propoſito con=
fidat. Fuge materiam, fuge locū & omē
illud quod occaſionē fornicatiōis tibi

vonsequenciam et si in dual contiam rap at non [illegible] est peccatum et si non fiat sine peccato fit sine peccato imputato

preſtat.Periculoſe tibi miniſtrat cuius vultũ frequẽter attẽdis. ℭQui fornicatur in corpus ſuũ peccat.i.cõtra dignitatẽ corporis agendo qđ eneruat & debilitatur multũ in tali actione.

C Cõiugiũ

PRopter fornicationem vnuſquiſq; vxorẽ ſuã habeat:& vnaquaq; ſuũ virũ.ℭCõiugiũ eſt maris & fœminę cõiunctio legitima & ſpõtanea ſolennitate celebrata:legitima ad pſonas referimus:ſpontanea pter coacta,per ſolẽnitatẽ clandeſtina remouent.ℭCõiugiorum aliud ratũ & nõ legitimũ:aliud legitimũ & nõ ratũ: aliud ratũ & legitimũ.Ratũ & nõ legitimum, vt illud qđ fit clanculo.Legitimũ & nõ ratũ:vt qñ conſanguinei coniũgunt neſciente eccleſia. Ratũ & legitimũ qđ in cõſpectu eccleſię inter legitimas pſonas contrahitur.ℭConiugiũ qđ ſanis eſſet ad officiũ,nũc ęgrotis eſt ad remediũ.ℭError alius eſt perſonę,alius fortunę,ali⁹ conditiõis,alius qualitatis. Mulier cũ qua noſcit non fuiſſe carnale cõmerciũ nõ ptinet ad illud ſacramẽtũ,quod eſt magnũ in Chriſto & in eccleſia: etſi pertineat ad illud qđ eſt maius in deo & in anima.Primũ eſt coniugium : ſecundũ coniugii officiũ.Ad illud ſacramẽtum qđ eſt in deo & aĩa pertinet matrimoniũ beatæ virginis & Ioſeph:qđ tanto ſanctius quãto a carnali opere immunius.Matrimonia quę fiunt poſt fidem deſponſationis interpoſitã cũ aliis, ſeparari non poſſunt.Coniugiũ qđ aliqñ ſoluit nunq̃ verũ fuit:vt inter conſanguineos. Quorũ coniunctio pro coniugio habet dũ ignorat eos eſſe cõſanguineos:& eorũ filii legitimi in hęreditatem ſuſcipiunt.Si enim inter tales verũ eſſet coniugium aliqñ, eſſet & ſacramentũ:qđ non poteſt ſeparari a coniugio ſicut nec fides & proles.Si autẽ ſacramẽtũ,igitur dũ vterq; viuit nõ poteſt cum alio vel cum alia contrahi matrimoniũ . Hinc volunt inter fidelẽ & infidelem vel inter duos infideles non poſſe verũ coniugiũ eſſe cum poſſit ſolui.Aliis aliter videtur . Plures eñ authoritates aſſerunt inter infideles coniugia eẽ.Sed hoc pter vſum & formã pter veritatẽ cõiugii dicũt nõnulli.

D Cõiugiũ multiplex.

Error in cõiugio

E Mrĩmoniũ beatęvirgĩs

Cõiunctio conſanguineorum

F Cõiugiũ an ſolui poſſit.

ℭIllã ſolã cauſam ponit Apl's pro qua matrimoniũ idulſit dicẽs . Vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat pter fornicationẽ: cũ multę alię ſint honeſtiores.Hoc aũt ſecundũ indulgẽtiã dico . Si coniugiũ eſt de his quę indulgentiã capiũt videtur eſſe pctm̃.Cui eñ datur indulgentia niſi peccato?Ad qđ dicit q; cõiugiũ eſt bonũ:opus tamẽ eius nõ fit ſine peccato.vnde Dauid. Et in peccatis concepit me mater mea.Non fit nec fieri poteſt etiã inter iuſtos talis cõmixtio ſine inordinata delectatione,quæ peccatũ eſt & effect⁹ originalis peccati.Huic videt eſſe contrariũ qđ dicit Auguſtinus q; concubitus qui fit cauſa generãdi iculpabilis eſt,& ſolus nuptialis eſt. Solutio.Talis concubitus & ſi ſit peccatum nõ imputat. nec indiget aliqua ſatiſfactiõe q hac ſola cauſa cognoſcit cõiugem.Indulgẽtia vel pmiſſio non ſolũ fit vbi aliquid maius poteſt pręcipi vel exigi, ſed etiam vbi ad aliquid maius poteſt quis moueri.ℭMelius eſt nubere q̃ vri. Vſtio materiam in qua fit corrumpit & deformat:ſic & ardor libidinis qui in fornicatione eſt naturã corrumpit & macula inficit infamię. Vrit ergo q in fornicatiõe vincitur: hoc eſt & interius corrumpit & exterius infamię macula afficit.ℭSi qs frater vxorẽ habet infidelẽ &c.Si inter infideles vel inter fidelẽ & infidelem non eſt coniugiũ,vt volunt quidam, quomodo permittit Apoſtolus fidelem non diſcedere ab infideli cohabitare volenti?Inter tales commixtio carnis aut erit legitima,aut fornicaria:ſi fornicaria, & mortale peccatum: ergo non permittendũ. Ad hoc prædicti reſpondent multa ſecundũ ſtatum primitiuæ eccleſiæ dici oportuit,quæ ad præſentem referri nõ poſſunt. vnde ſiquis de iudaiſmo ad fidem Chriſti modo conuerteretur non concederetur ei cohabitare cum priore coniuge:ſed liceret ei cum alia legis nouæ coniunge. Concubitus autẽ qui eſt inter infideles coniuges vel inter fidelem & infidelem nõ eſt legitim⁹ nec fornicarius,ſcđm quoſdã:ſicut nec ille qui fuit inter Abraham & Agar:& inter Iacob & ancillas vxorũ ſuarũ. No-

G obiectio.

Solutio.

Pſal.l.

H obiectio

Solutio.

I

K obiectio

Rñſio quorundam.

Rñsio authoris. bis aũt ꝙ in his omnibus fuerit legitimus videtur. ¶Alioquin filii vestri immundi essent. Filios immũdos vocat filios ĩfideles: filios sanctos dicit fideles.

L Questio ¶Quæritur de illa quę donũ habet cõtinendi, & credit se habere: an pccet si nubat. Qđ videtur, cum dono sibi dato non vtatur ad id ad quod ei datum

Questio secũda. est. Itẽ potest queri de quolibet qui habet gratiam excellẽtiorem & manet in

Rñsio ad vtrãq. minori, in qua tamẽ meretur vitam æternam. Solutio. Absq; præiudicio melioris sententię: Dico ꝙ non peccat, si nondum fecit votum maioris status. Omnis eñ homo plus debet deo q̃ possit reddere: vnde cum omnibus misericorditer agit deus minꝰ ab vnoquoq; accipiens q̃ debeat & supra quantita-

M Arg. Iouiani. tem meriti p̃miũ reddens. Iouianus nitebatur coniugium preferre virginitati, quia maior labor in cõiugio q̃ in virginitate: & deus reddet vnicuiq; secun-

Solutio. dum suũ laborem, & vnusquisq; secundũ suũ laborem mercedẽ accipiet. Solutio. Non est verum, ꝙ vbi maior labor & maius meritũ. Labor eñ Marthę maior sed quies Marię fructuosior. Itẽ cõ-

N Augu. ex Augu. tinere est de consilio. Nubere de permissione. Ergo hoc maioris meriti q̃ illud. Item cęlibatus Ioannis non pręferetur coniugio Abrahę. Hæc authoritas vi-

Solutio. detur velle ꝙ virginitas p̃ferri coniugio non debeat. Solutio. Priuilegia singulorũ non faciũt legẽ cõmunẽ. Nõ est consequens si cęlibatus Ioannis non p̃fertur coniugio Abrahę: ꝙ ideo cęlibatus huius non possit p̃ferri cõiugio alterius. Si dignitatẽ statuũ attendas cęlibatus Ioãnis excellẽtior fuit cõiugio Abrahę, q̃uis p̃sona Ioãnis p̃sona Abra-

O hę in merito nõ fuit maior. ¶Tempus breue est. Quia qcq̃d finẽ habet æternitati cõparatum nihil est. ¶Qui habent vxorẽ tanq̃ non habẽtes sint. Vxorẽ habet tanq̃ non habẽs, qui potius reddit debitũ q̃ exigat: & q principaliter occupať in his quę dei sunt. ¶Et q flẽt, tãq̃ nõ flẽtes. Pudor est illũ flere pro tẽporali molestia quẽ expectat æterna lętitia. ¶Et qui vtunť hoc mũdo sint tanq̃ nõ vtẽtur. Hic mundo tanq̃ nõ vtẽs vtiť, qui delectationẽ & spem in bonis mun

Privilegia singulorum non faciunt legem communem

di non ponit: sed sic vt ad ea perueniat quibus fruendũ est. ¶Volo aũt vos si- P

ne sollicitudine esse, videlicet mala. Ma Sollicitudo duplex.

la sollicitudo est vehemens & anxia cura quę mentẽ in iis quę dei sunt manere nõ sinit. Bona sollicitudo est, qua qs non solũ vt p̃cepta dei impleat, sed vt Q

aliq̃d superaddat sollicitus est. Sed di- Questio

ces, quomodo põt aliqs supaddere sup hoc qđ debet: Cũ Augustinus dicat, ꝙ non possumus reddere quãtũ debemꝰ? Solutio. Aliud est debitũ necessitatis, Rñsio.

aliud est debitum recõpensationis, quo deo tenemur obnoxii pro oĩbus q̃ nobis fecit vel creando vel redimendo. ¶Sollicitus est quę sunt mũdi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Diuidit a deo cura & sollicitudo necessariorũ, & prouidentia vxori & filiis debita. ¶Cui autem vult nubat, tm̃ in dño. Et si nõ oĩa pter deũ fiant: saltem nil cõ

tra deũ fiat. ¶De secũdis nuptiis quæ- Questio

ritur & vltra de pluribꝰ: quomõ sit ibi matrimoniũ? qa non videť ibi Christi & ecclesię sacramẽtũ. Vna est eñ ecclesia, nec moriť Christꝰ, nec alteri copula

tur. Solutio. Ista successio non tollit sa Rñsio.

cramẽtũ: qa nõ est nisi vna vniꝰ, non si-

mul plures vniꝰ. Opponiť de pluribus S

vxoribꝰ Iacob: qa secundũ hoc non vi- Obiectio.

deť ibi sacramẽtũ fuisse: cũ plures & simul extiterunt vxores vnius. Solutio. Solutio.

Vna est ecclesia, sed de diuersis gẽtibꝰ: in cuiꝰ rei figurã & signũ patres antiq plures habuerũt vxores. Non aũt vna

plures potuit habere viros simul. ¶Puto aũt ꝙ ego spm̃ dei habeam. Hoc ver Puto.

bũ puto non semp dubitatiue, sed qñq; assertiue poniť, quo verbo illorũ incredulitas ad quos sermo dirigitur, sæpe arguitur.

De his q̃ idolis sacrificanť &c. Sic T

bonis vtendũ est vt boni sint exẽ 1.Cori.8.

plũ nõ pditiõis occasio. ¶Nihil est idolũ in mũdo. Idolũ nihil est. i. nulliꝰ efficacię q̃ possit escas sibi ĩmolatas sãctificare vľ cõtaminare. ¶Cõsciẽtia eorũ cũ sit ĩfirma polluiť &c. Mẽs ĩfirmať dũ hęsitare ĩcipit: lędiť dũ erronea efficiť: pol

luiť dũ cultui dęmonũ subiiciť. ¶Qua V

propter si esca scãdalizat fratrẽ &c. Nõ Scãdalizans.

quotiẽs aliqs ex verbis nr̃is vel factis

scandalizatur, fratrem nostrũ scandalizamus. Nã ex verbis Christi multi scãdalizati sunt: ipse tamẽ neminẽ scandalizauit. Ille ergo fratrẽ scandalizat qui eo pręsente aliquid dicit vel facit, vnde ille offenditur a quo potest salua cõscientia abstinere: prelatus enim si corripiendo fratrem offendit non peccat. ¶Si in odium & detestationẽ idoli nõ comederẽt carnes idolis immolatas illi qui sciebãt idolum nihil esse, q̃uis in firmiores propter tales abstinentes putarent carnes illas pollutas inde esse, non peccarent immo benefacerent.

X 1. Cor. 9. Nam cũ liber essem ex omnib⁹ &c. Nonne Apostolus ex debito caritatis & iniuncti officii omnibus ꝓdesse debebat? Quomodo ergo ex omnib⁹ liber erat? Solutio. ex oĩbus liber erat: id est nullorũ sectę subiectus: qui tamẽ sectis oĩm se subiecit voluntate, nõ necessitate.

Obiectio. Solutio

Y ¶Factus sum iudęis tanq̃ iudęus. Atqui propterea reprehendit Petrum? Non est inconueniens dicere sanctos doctores cõtraria sensisse, vbi periculum fidei non est. Nonne errabat Petrus quando restitit ei in faciem Paulus? Talis error venialis est, eo ꝙ cõtra conscientiã nõ sit: & caritas sit in causa.

Z ¶Cum ipse non essem sub lege. Obiicitur id qđ alibi dicit. Misit deus filiũ suum factum sub lege. Si igitur Christus sub lege, quõ nõ & Paulus? Christ⁹ factus est sub lege non sub dominio legis: sed ritus & obseruantias legis implens vt nullus post eum in se credens eas obseruare teneatur.

Obiectio. Gal. 4. Solutio

¶Infirmis ĩfirmus sum: per compassionem: Oĩa omnibus per morũ conformationem.

Stadiũ. ¶Qui in stadio currunt. Stadium centum vigintiquinq; passuum est: scilicet octaua pars miliarii: & dicitur a stando eo ꝙ Hercules vno anhelitu tantũ cucurrit & substitit.

A 1. Cor. 10. Omnes eandem escam spiritalẽ mãducauerunt. Antiqui patres eandem escam spiritualem manducauerũt quã nos: eandẽ dico nõ in materia vel in efficacia, sed in significatione.

Manna. ¶Legitur de manna ꝙ sapiebat vnicuiq; in ore qđ volebat: sic & corpus Christi sapit vnicuiq; qđ vult. i. dat virtutem & gratiam quã magis appetit.

B Sanguis Christi. ¶Quidam per sanguinẽ sub specie vini intelligũt caritatem vel fidem. Notanda est glossa hęc: & idem credẽtibus effecit. ¶Maior enim est efficacia sacramentorũ nõui testamenti q̃ veteris: hanc ergo efficaciam non virtuti sacramẽtorum, sed fidei attribuit.

obiectio ¶Si idẽ obiicias de nr̃is quia fidem nõ habentibus non ꝓsunt.

Solutio Verum est. Maioris tamen sunt efficacię & magis prosunt fidem habentibus q̃ illa. Sicut hęc arma non nisi in manu valent, nec illa. hęc tamẽ magis q̃ illa.

C obiectio ¶Legitur ꝙ idem credidit Abrahã qđ nos, sed ille credidit Christum vẽturũ: nos credimus venisse. Sed nonne aliud est vẽturum esse & aliud venisse? Quare aliud nos, aliud ipse. Item qđ Abraham credidit modo credendum nõ est quia falsum est: scilicet Christum vẽturum esse.

Solutio Solutio. Dicta quidem harũ ꝓpositionum. Abraham credidit Christũ venturum. Nos credim⁹ venisse diuersa sunt: articulus tamẽ fidei idem. quẽ nos & ille credimus. s. natiuitas Christi. Quid est ergo Abrahã credidit Christum venturũ: nisi credidit Christi natiuitatem quę tunc futura fuit? ¶Non perfecte credit, q ad baptismi siue corporis Christi sacramẽtum accedere negligit. ¶Hæc omnia in figura contingebant illis &c. in quos fines seculorũ de finis figurę veritatis est exhibitio. Fines seculorũ sunt omniũ quę in præcedentibus seculis figuraliter precesserunt in diebus nostris exhibitę veritates.

D Tẽtatio ¶Tentatio vos non apprehẽdat nisi humana. Tentationũ alia probationis, alia deceptionis, alia presumptiõis alia infirmitatis. Dicit glossa ꝙ pati ꝓpter Christũ humana tentatio est: quia in passionibus pro Christo illatis tentatur homo ex carnis infirmitate.

Matt. 4. Diabolus quando deum tentauit verba foris protulit, materiam tentationis ostẽdit, sed vt cogitatio illicita mẽtem ei⁹ tangeret efficere non potuit. Tota tentatio illa foris fuit.

E Fidelis. ¶Fidelis deus est q non patietur &c. Deus dicitur fidelis promissorum adimpletione: homo vero dicitur fidelis fidei participatione, & operum exhibitiõe. ¶Supra id quod

potestis. ℂAliquando tentatio minor est viribus nostris & tunc dedecus est si vincimur. Aliquando par est,& tunc si vincimur,culpa. Aliquãdo maior est tentatio viribus nostris. Si autem gratiam iam acceptam pro posse extenderemus ipsa statim gratia augmentum accipiet. F Tẽtatio nũ remedia. ℂTribus modis contra tentationes prouidet deus:aliquando tentationem ex toto tollendo,aliquando eã minuendo: aliquãdo vires maiores tribuendo. G ℂNon potestis mensę domini participes esse & mensę dæmoniorum. Sacramentaliter potest aliquis cõmunicare sacramẽto altaris domini & mẽsę dęmoniorũ,sed non spiritualiter. In virtute sacramenti fides etiam potest dici altare:& infidelitas mensa dæmonum. ℂOmne quod in Macello vęnit. Macellũ locus vbi carnes mactantur & inde sic dictum. Cœna ἀπὸ τοῦ κοινοῦ a cœno qđ est commune,dicitur:eo ꝙ veteres hora nona cõmuniter vescebãtur. H ℂOmnia in gloriam domini facite. Si præceptum est: ergo peccat mortaliter qui aliquid facit etiam digitũ mouendo & nõ ad gloriam domini. Nobis videtur ꝙ admonitio est vt nihil faciamus contra deum, & cum scandalo fratrum. I Questio ℂSicut & ego per omnia omnibus placeo. Quomodo apostolus dicit se per omnia omnibus placere cum ꝑ multa multis displiceret? Rñsio. Solutio. Ideo hoc dicit quia ea faciebat quæ omnib⁹ placere debent:scilicet proximi scandalum vitando & salutẽ omniũ q̃rendo.

K 1.Cori.xi. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Probat viros non debere in oratione vel doctrina velare caput ratiõe creationis:ratione ordinationis: & ratiõe mysticę significationis. ℂOĩs viri caput Christus est. Tota trinitas quantũ ad creationẽ viri caput & principium dici potest. Christus tamen specialiter dicitur caput viri quia eiusdem naturę esse debent caput & membra. Caput Christi deus:secũdũ humanitatem tota trinitas potest dici caput Christi, sed secundũ hoc caput & membrũ non sunt eiusdem naturæ. Pater ergo secũdum deitatem Christi caput est non ꝙ Christus secundum ꝙ est ęqualis ei debeat subiectionem:sed quia hoc qđ habet ab illo habet. ℂIdeo debet mulier velamẽ habere. L De cuiusmodi velamine loquatur apostolus ambiguum est. Oĩs autem mulier orãs aut prophetans. Vtrũ mulierib⁹ licuerit scripturas exponere & alias docere in ecclesia olim non constat: qđ aũt modo non liceat liquet. Abbatissis licet sororibus suis scripturas aperire & prędicare:qđ (vt credo) Apostolus non prohibet. ℂProbat Apostolus ꝙ vir nõ debet velare caput quia imago & gloria est dei. obiectio Eadem ratiõe nec mulier,cum sit imago dei debet caput velare. Solutio. vir dicitur hic imago dei,id est forma. Solutio. Sicut enim ex deo sunt omnia:sic ex homine omnes homines: & sicut omnib⁹ pręest ꝑ potentiã deus: sic homo oĩbus ꝑ intelligentiam. Quia aũt caput habet mulier medium inter se & deũ ideo caput suũ velare debet. M Sed obiicitur ꝙ eadem ratione vir debet velare obiectio caput:quia inter se & deum habet caput,hominẽ Christum. Solutio. Solutio. Hoc caput non operit,sed aperit: non obũbrat sed illuminat, in cuius signum non debet vir velare caput. N ℂAudio scissuras eẽ inter vos.i.hęreses. Hęresis ꝓprie est Hęresis. vbi aliqđ cõtrariũ fidei docet. Hęreses tñ vocat apl's schismata vbi vnitas pacis scinditur. Sunt eñ omnes schismatici hæretici. Nec minus peccatum est caritatis vnitatem scindere q̃ fidei. ℂOportet hęreses esse,vt dicit apostolus: obiectio quare & vtile est & bonum est hæreses esse. Item si bonum est hęreses esse & debemus velle hæreses esse:& bonum est mala esse & mala fieri & homines peccare. Solutio. Solutio. In huiusmodi loquutionibus duplex iudicium solet & debet esse. Aliquando eñ de loquutione iudicamus secundũ qualitatem rei: aliquando secundum cõseqnens, id est secundum opportunitatem quã præstat ad id quod sequitur. Cũ igitur dicit Apostolus oportet hęreses esse: bonum quod inde sequitur attendit non qualitatem rei. Eadem ratiõe dicit Augustinus. Bonum est mala esse: & deus est cui mala nostra bona sunt. Nunq̃

an mentiatur accedens ad sacramentum dicens non sum dignus. dic quod non quia intentio sua est quod propria virtute non est dignus sed gratia dei

adeo claruisset doctrina beati Augustini & aliorum doctorum nisi per impugnationem hæresum manifestaretur.

O Questio ¶Dominicā cœnam manducare &c. Legitur ꝙ caro Christi pro salute corporis: & sanguis pro salute animæ offert. sed nōne vtrūq; vtriusq; salutem operatur? Solutio. Solutio. Verū est ꝙ caro & sanguis tam corporis q̄ animę salutē operatur: caro tamen ad corpus & sanguis ad animam refertur.

P Corpus Christi. ¶Corpus Christi qđ sumitur in altari significat corpus ecclesię. Sanguis vero ibidem sumptus significat caritatem in qua tanq̄ in sanguine vita est huius corporis, id est ecclesiæ. ¶Constat omī fideli quia substantia panis transit in corpus: & vinū in sanguinem. Questio vnde queritur an hęc loquutio sit vera. Substantia panis erit corpus Christi: an aliqua substātia, quę nō est nata de virgine erit corpus Christi: consimilis loquutio sed non omnimoda est, aliqua substantia quę nō fuit ab æterno est deus: quia substantia humana. Rn̄sio. Solutio. substantia panis manēs substātia panis nunq̄ erit corpus Christi: sed mutata in illud ꝓculdubio erit. Similiter substantia quę non fuit ab æterno, non per naturam sed per vnionē est deus:

Q Accidentia. De accidentibus illis quæ fuerunt in pane ante cōsecrationem, hoc tenendum est ꝙ post consecrationem, sine subiecto sint: licet hoc sit cōtra naturam eorum. Non enim quærēdus est ordo naturæ vbi supra naturam est totum qđ agitur. Diuisio. Similiter corpus Christi cum iam sit in se indiuisibile, in sacramento diuiditur: nec dico, sic in sacramento quin in veritate ipsum diuidatur, manib[9] teneatur oculis etiā carnis videatur, dentibus atteratur: ergo & indiuisum manet & diuiditur: sed secundū aliud & aliud. Sicut de[9] manēs immortalis mortuus est, licet secūdum aliud & aliud. Vna partium quę extra calicem remanet caput nostrum iā glorificatum significat: altera, illa mēbra quæ in gloria iam capiti coniungunt. Tertia quæ iam sanguini admiscetur, illos significat qui adhuc passionibus huius vitæ obnoxii detinentur. Calix. ¶De calice illo bibat. Calix in sacra scriptura aliquando significat sanguinē Christi, vt, hic calix est nouum testamentū. Alibi pœnam & mortem nō solū Christi & sanctorum, sed etiam malorum significat. ¶Iudicium sibi māducat. Nō minorem iniuriā facit Christo qui eū in vase locat immundo, q̄ qui eum crucis afflixit patibulo. Si quis in mortali peccato est si accipit corpus Christi iudicium sibi manducat & bibit: sed si in mortali se non inuenit: quia non est sine cotidianis, de ipsis pœniteat & dicat: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.

R Questio ¶Sed dicet aliquis. Nonne dignus est talis? alioquin iudicium sibi māducat & bibit. Et si dign[9] est & dicit se indignum mētitur & ita fit indignus. Rn̄sio. Solutio. Apostolus nō est mentitus vbi ait. Non sum dignus vocari Apostolus: & tamen dignus erat. Ex hoc ipso enim ꝙ dicit se indignum, quod verum est quantū ad propria merita, si excellentia tanti sacramenti cōsideretur: deus per gratiam suam & misericordiā suā reputat eū dignum.

S 1. Cor. Membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Christum vocat caput cū mēbris propter ineffabilem vnionem capitis & mēbrorum. Tunc Christus erit perfectus vir cum omīa membra ei cōiungentur. ¶Omnes in vno spiritu potati sumus. Spiritussanctus potus dicitur quia lætificat mentem & inebriat: & quod facit vinum materiale deo, facit spiritus mundo.

T 1. Cor. Caritas i affectu & opere. Charitas omnia sperat. Augustinus. Non impar caritas, sed impar facultas multum vel parum danti. hinc volunt quidam ꝙ in quibuscunq; est par caritas, etsi imparia sunt opera caritatis, pares sunt in meritis. Sed secundum hoc nihil videntur conferre bona opera, cum tamen verum sit ꝙ deus reddet secundum opus. Itē in passione sua Christus meruit, qđ nō pri[9]: ergo meritum crescit vbi non est caritatis augmētum. V. ¶Non habent parem caritatem: qui non pariter operantur, si parem habent operandi facultatem, vt volunt quidam, qđ tamen videtur esse falsum cum vir contemplatiu[9] ma

an premium l. meritum correspondeat caritati l. operibus caritatis infra folio 268

iorem habeat caritatem q̃ actiuus, & tamē minus cooperetur. ℭCaritas nūq̃ excidit siue scientia destruetur: ex parte enim cognoscimus &c. Scientia illa quā nunc de deo & illa quā habem⁹ de creaturis imaginaria est & vmbra est illius quā circa deum & de deo habebimus. Illa siquidem erit in veritate: ista est in imagine. Ista in vmbra: illa in lumine. Illa ergo alia erit q̃ ista. Ista peribit & definet illa apparente: sicut vmbra perit luce accedente. Ista dicit ex parte quia nō nisi creaturis mediantibus, nunc deum cognoscimus. hoc dico secundū quosdam. Caritas autem secūdum eosdem, ideo non dicitur esse ex

V parte quia immediate deum etiam in

Spes duplex. præsenti diligimus. ℭNunc autem manent, fides, spes &c. Est spes præcedens caritatem, quæ de consequenda est venia. Et spes sequens caritatem, quæ est

X

1.Cor.14. de habenda corona.

SI venero ad vos linguis loquens, qd vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in ꝓphetiis? Tribus de causis ꝓphetę, Christus, & Apostoli, parabolice & velatis significationibus locuti sunt: vt qui digni sunt & attendunt magis attendāt: vt qui indigni sunt non intelligant: teguntur etiam ne vilescāt. ℭ In aliis linguis loquar populo huic & nec sic exaudient me. Deberent nouitate miraculi credere & magis attēte: sed nec sic credūt. ℭItaq; linguæ sunt in signum, non fidelibus, sed infidelibus. Linguæ sunt in signū infidelitatis ne detur sanctum canibus. Infideles vocat non oēs

Obiectio sine fide, sed obstinatos in fide. ℭSi qs ignorat ignorabitur. Durum videtur

1.Cor.14. ꝙ ideo indiserti reprobentur a deo qa ignorant: quia mulieres non debent loqui in ecclesia & ꝙ prophetię præponi

Solutio. debent linguis. Solutio ad hęc & similia. Non omnibus est periculosum sed

Y

1.Cor.15. prophetis & spiritualibus.

Questio EGo enim sum minimus apostolorum. qui non sum dignus vocari Apostolus &c. Magna questio quomodo verum dicat Apostolus nominādo

Solutio. se minimū apostolorum cū esset de maioribus. Solutio. dicunt quidam ꝙ quotiens sancti nominib⁹ humilitatis vtūtur tali modo significāt se illius esse officii quo aliis subseruire tenentur. Huius quæstionis solutionem melius pertractatam in quæstionibus nostris sup epistolas Pauli inuenies. ℭAlia claritas solis, alia claritas lunæ & alia claritas stellarū. Duplex erit in futuro gaudii participatio & secundum experientiam & secundū affectum. Dispar erit claritas secundum experientiam: par. i. cōmune erit gaudium secundum affectū. Vel ideo par quia de quocūq; gaudebit vnus gaudebit & alius. ℭIgnorātia alia ex contemptu, alia ex infirmitate, alia ex defectu rationis. ℭPer solem Ignorantia. Z

centum per lunam sexaginta per stellas triginta numerum habentes significātur. ℭSurget in gloria &c. Gloria corporum de beatitudine procedet animarū maior minorve pro diuersitate meritorum. Nec mirum. cor enim gaudēs exhilarat faciem, vt ait Salomon & solis claritas illuminat corpus vitreum. Prou.15.

Quod autem in bono summo vn⁹ plus gaudebit & alius minus, non erit ex illo bono quod totum nō per partes erit in omnibus, sed erit ex hoc ꝙ vn⁹ erit capacior summi boni & alius min⁹ capax. ℭEst corpus animale, est & spirituale. Prius qđ animale, deinde qđ spirituale. Corpus animale est quod sic habet vegetationem ab anima: vt etiam extrinsecis alimentis egeat ad sustentationem: quod prius fuit etiam in Christo ante resurrectionem. Deinde spirituale. Errant ergo illi qui dicunt corpus Christi ex quo fuit assumptū fuisse immortale & impassibile. ℭCorpus spirituale est quod ad sustentationem cibis corporalibus non eget. ℭBoni in futuro erunt & immortales & impassibiles. Mali vero immortales sed passibiles. ℭAbsorpta est mors in victoria. Mors corporis absorpta est modo tantū in Christo, scilicet per resurrectionem. Mors animæ in præsenti absorbetur in nobis per Christi resurrectionē. In futuro absorbebitur mors in nobis carnis. ℭStimulus mortis peccatū est &c. Stimulus est aculeus qui impulsu aperit cutem: & ideo peccatum stimu-

lus mortis dicitur quia per peccatum mors intrauit, & aditum inuenit: vel quia motus animam illiciunt & ad peccandum incitant: ideo peccatum originale stimulus dicitur.

EIVSDEM

M. Hugonis in Epistolã Diui Pauli ad Corinthios Secũdã Annotationes elu-
A cidatoriæ vti superiores distinctę.

2.Cori.1. Electi varii. PAulus Apostolus Christi Iesu per voluntatem dei. Eligũtur per voluntatem dei mali, & ex electione boni fiũt vt Paulus. Eligũtur & mali per voluntatem dei: etsi non ad bonum suum, tamen ad bonum aliorũ, vt Iudas. Eliguntur & boni per volũtatem dei: qui merito vitæ & scientiæ ad regimẽ ecclesiæ ordinantur. His diebus voluntas principis super eligendis expectatur, nõ dei. ℭBenedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Sicut homo assumptus per gratiam est assumptus: & per gratiam filius dei naturalis non adoptiuus effect⁹ est: sic videtur ꝙ de⁹ pater per gratiam sit pater hominis assumpti: non tamen pater adoptiu⁹, sed pater naturalis. ℭDeus, pater est Chri-
B sti generatione: noster miseratione. ℭIn quem speramus, quoniam & adhuc eripiet. Sperare in aliquo est aliquod auxilium ab eo expectare: quod etiam ab homine licet. Sperare in aliquem est totam spem salutis & auxilii in eum ponere, quod in solum deum fas est. ℭAdiuuantibus vobis in oratione pro nobis. Sunt tria quæ petitionem impedire solent, scilicet quia persona indigna est quæ petit, vel pro qua petit, vel res quã petit. Item nunc persona indigna petit & exauditur: vt Sathan: nunc digna nec exauditur, vt Paulus: Nunc digna petit pro indignis, & exauditur vt Moyses ꝓ filiis Israel. ℭGloria nostra hęc est, testimoniũ conscientiæ nostræ.

Potest queri quomodo glorietur Apostolus in testimonio bonæ conscientię: cum iuxta eundem in solo deo sit gloriandum? Solutio. Nõ sunt diuersa gloriari in testimonio bonæ conscientiæ, & in deo: immo cõiuncta sunt. Bona.n. conscientia deum imitatur, & ei adhęret: aliter non esset in ea gloriandum. C Questio Rñsio.

ℭQꝫ in simplicitate cordis & sinceritate dei &c. Simplicitas est zelo iustitiæ & propter deum tm̃ aliquid facere, cui ne error admisceatur necesse est vt sit sincera & discreta. ℭCum ergo hoc noluissem, nũquid leuitate vsus sum. Scripturę alię de locutionibus iudicant secũdum vocis significationem: sacra vero scriptura secundũ proferentis intentionem. vnde illę quẽlibet mentiri dicunt quem constat falsum enunciare: sacra scriptura illum tm̃ mentiri iudicat qui loquitur contra conscientiam suam. Quid enim est mentiri nisi contra mẽtem ire? ℭDicet aliquis: Apostolus non impleuit quod promisit. ergo vel decepit vel deceptus est. Solutio. Iacobus apostolus docet ꝙ in loqutionibus quę sunt de futuro contingenti conditio est apponenda vel subintelligenda: hæc scilicet si de⁹ voluerit: quã apostolus & si non voce expressit eã tamẽ in mẽte habuit. ℭDe Iudęis quæritur an mentianẽ negantes Christũ esse deum cũ contra conscientiam non loquãtur. Solutio. Excæcati sunt & ideo hæc negantes rei sunt mẽdacii. ℭEt dedit pignus spiritus in cordib⁹ nostris. Pignus certum facit vendentem de pcio habendo: sic & caritas de æterna gloria certum facit & ideo pignus vocatur. D Mentiri E obiectio Rñsio. F Questio Solutio. Pignus.

G 2.Cor.2. VT magis donetis & consolemini: Tunc pœnitenti facienda est cõdonatio quando infirmitate grauatus pœnitentiam iniunctam facere non potest: vel ne desperet propter nimiã asperitatem. ℭVt non circũueniamur a Sathana. Diabolus prælatum quem per consensum peccati non potest seducere per nimiam asperitatem sub specie correctionis facit in subiectos sęuire. Subditus vero circũuenitur quando ꝑ desperationem in deteri⁹ cadit vel frõ

tem inobœdiētię opponit. ¶Aliis qdē odor mortis &c.Mali odorē vitę odorē mortis sibi faciunt.¶Adulterātes verbum dei. Adulteri verbi dei dicūtur q non filios in fide generare: sed temporalē delectationē explere satagunt.

H 2.Cor.3. Litera occidit,qa sine misericordia punit:spiritus viuificat,parcēdo, culpā remittendo.¶Reuelata facie gloriā dñi speculantes.Gloriam dñi duobus modis speculamur:vel in creaturis eius potentiam,sapientiā, bonitatē attendendo: vel fide & ratione ipsum in

I ipso contēplādo. ¶In eandē imaginem trāsformamur. Imago dei ī nobis p pec catū est deformata: sed in eādē.i.in ei⁹ integritatē reformamur p gratiam.vel trāsformamur in eā imaginē ad quā facti sumus vt ei consimiles efficiamur. ¶Aquę inferiores.i.affectus carnis cōgregandę sunt in vnū locū, & ad imperiū rationis.Aquæ superiores.i.desideria spirit⁹non sunt cōgregandę in vnū locū:qa caritas non debet coerceri: sed ad omnes extendi.

k 2.Cor.4. In facie Christi Iesu.i.corā Christo, qui est facies patris: qa per eū habet cognitio. ¶Aliud est necessitas coactionis:aliud exigētia debitę obœdiētiæ.

L 2.Cor.5. Ingemiscim⁹ habitationē nostrā quę de cælo est supindui cupiētes: ꝙ nolum⁹ spoliari sed supuestiri. Aliud est affectus rationis,aliud affectus carnis. Affectu carnis cupiebat Apl's sine morte trāsire ad immortalitatē: affectu rationis cupiebat dissolui & esse cū Christo.Affectus carnis nō est meritorius.i. nec bon⁹ nec malus quia naturalis. Tali affectu amara quęq; & carni cōtraria refugimus:& in dieb⁹ abstinentię ante

M Obiectio horā cibū appetimus. ¶Si tñ vestiti & nō nudi inueniamur. Vestiti.s.fide(vt

Solutio. dicit glossa)Ergo deposito corporeerit fides.Non,sed fidem vocat rem fidei. ¶Vt referat vnusquisq; propria corporis &c.De pueris etiā hoc verū est qui p alios crediderunt,vel nō crediderūt. Baptizati ergo referēt prout gesserūt

N Questio in corpore,id est prout ab aliis gestum est in eorum corpore. Sed non baptizati quid referent? cum non ipsi aliquid in corpore egerint,nec ab aliis in eorū corpore gestū,pro quo sint damnandi?

Solutio. Dicunt quidam ꝙ etiā illi habuerunt motus inordinatos pro quib⁹ sunt damnandi.¶Timorē dñi hominibus suademus.Quare potius timorem q̄ amorē?Solutio. Hoc dicit de timore filiali: q tamē potius videt ptinere ad pręceptionē q̄ ad monitionē: sed sic est de hoc timore sicut de fide, ꝙ non potest cogi sed admoneri. ¶Siue eñ mente excedimus,deo,siue sobrii sumus vobis. Quicqd agimus vel est honor dei vel vtilitas proximi. In qbusdā tamen specialiter apparet honor dei,vt quando sapientia inter pfectos prædicatur: in qbusdā vtilitas ꝓximi,vt qñ lac præbetur paruulis. ¶Excessus mentis extasis appellat.s. qñ mēs supra se rapit:qd nūc fit tumore superbię:nūc magnitudine doloris vel timoris,siue etiā gaudii:qñq; cōtēplatione rationis.s.quādo mens desiderio rapit ad supna, nullam habēs inferiorū memoriā.huic operam dant viri sancti.¶Quoniā qdē de⁹ erat in Christo mūdū recōcilians. De⁹ erat in Christo diuinitas in hoīe assumpto. R

Ne in vacuū gratiā dei recipiatis. 2.Cor.6. Dicit Augustin⁹: pdest vel p dīe, bonū fuisse:cui cōtrariū videtur.Meli⁹ 2.Pet.2. est viam iustitiæ non agnouisse q̄ post agnitā retro abiisse:qa de ingratitudine & cōtemptu damnat.Solutio.De diuersis sunt illę authoritates. prima de pctōribus nō īfidelib⁹: secūda de his q post fidē redeūt ad īfidelitatē. ¶Os nostrū patet ad vos o Corinthii. Quorūdā os claudit īperitia:quorundā timor vel amor:quorūdā vita peruersa: quorūdā acceptio munerū. ¶Exite de medio eoꝝ & separamini &c. Maius malū cōmittimus ī separatione bonorum q̄ quod cōtrahimus in coniunctione malorum.hoc non est generaliter dictum de oībus sed de prælatis & perfectis, qui grauiter delinquūt subditos & imperfectos relinquēdo inter malos quos præsentia sua cōfirmare deberēt. ¶Mi S nores & subditi qm timētne bonos mores corrūpāt colloqa mala: nō videtur peccare si etiā loco a malis separarētur q̄uis inter eos sint aliqui boni. ¶Qui viuunt in seculo(vt dicit authoritas)

Margin notes (right column): Solutio. — O — Questio — Rñsio. — P — Q

non habent merita ad vitam æternam sufficiẽtia: sed per merita eorum quos eleemosynis sustentant consequuntur, obiectio qđ per se non possunt. Sed quomodo? si caritatem non habent, per merita aliorum nõ videntur posse saluari: Sine ca Solutio. ritate enim nemo dignus salute. Solutio. Hoc dictum est de iis qui adhuc cõsuetudinem peccandi euadere non possunt, per merita aliorum salutem consequentur. Prius quidem gratiam p quã liberentur: post, caritatẽ qua digni sint gloria.

T
2. Cor. 8. Questio viii.

SI enim voluntas prompta est, secundũ id quod habet accepta est: non secundũ id qđ nõ habet. De duobus qui impares sunt facultate, potest queri an equaliter mereantur si pariter dent & pari affectu? Quod videtur: quia deus non pensat censum sed affectũ: nõ quãtum des sed ex quãto. Hi autem pares sunt in affectu: ergo secundũ cõmunẽ omniũ opinionem pares & in merito. Item sic contra opponitur. Vnusquisque tenetur facere secundum suam facultatem: ergo qui plus habet plus tenetur dare: ergo peccat si non plus tribuit. Solutio. Potest dici ꝙ qui plus habet tenetur debito pfectionis non salutis, id est hoc exigitur ab eo ad hoc vt sit perfectus, non ad hoc vt sit saluus vt faciat secundũ facultatem. Potest etiam contingere, ꝙ ille qui plus habet licet non plus det, tamen pariter mereatur: quia sicut ex caritate dat, sic ex caritate retinet: vt aliis magis indigentibus tribuat. Nullum etiam erit inconueniens ꝙ licet pari affectu dent: non tamen pariter mereantur. Vt in contrario contingit: aliquos pari delectatione aliquod peccatũ cõmittere, & tamẽ alter plus altero reus tenetur: vt si laicus & monachus pari delectatione fornicentur. ¶Prouidemus enim bona nõ solum coram deo: sed etiam coram hominibus. Prudentis est talia operari vt in oculis dei placeant: & in quibus homines nihil reprehensibile inueniant. Cauere autem non possumus quin homines bonis operibus nostris detrahãt sed hoc non est ex qualitate operũ, sed ex peruersitate hominum. ¶Dicit Augustinus qui conscientiæ fidens, famã negligit, crudelis est. Quid autem vocat famã nisi laudem humanam? hanc non solam negligere, sed etiam fugere debemus. Solutio. Ille famã negligit q id agit cum scandalo fratrum quod licite posset dimittere. hoc aũt qđ dicitur laudem humanam debemus fugere, intelligendum est quantũ ad nos.

Pro affirmatiua. Pro negatiua. V Rñsio. X obiectio Solutio.

Y
2. Cor. 9. Questio Rñsio.

QVi parce seminat parce & metet. Quomodo parce metet qui vitam æternam & ipsum deũ accipiet in metendo? Solutio. hoc dicit quia sicut meritorum est diuersitas, sic & premiorum erit differẽtia: vt minus accipiat qui minus promeruit.

Z
2. Cor. 10

QVi arbitrantur secundũ carnem nos ambulare: Ambulat secundũ carnem qui carnis desideria sequitur: & secũdum sapientiam mũdi agit & agitur qui legem adhuc secundum carnem obseruandam putat. ¶Et in promptu habentes vlciscẽdi omnem inobœdientiam. Promptitudo vlciscẽdi oẽm inobœdientiam in tribus consistit, scilicet in vita, in scientia in potestate. Vita inobœdiens & criminosus, quomodo potest alterius inobœdientiã & crimen iudicare? Scientia, vt pro persona, pro loco, pro tempore, sciat correptionem temperare ne absorbeatur. Potestate, vt iudex ex officio sit ad hoc constitutus. Notandum est ꝙ persona quandoque excedit potestatem. Vt quãdo aliquis exercet tyrannidem, sumens occasionem ex ipsa potestate: quandoque potestas excedit personam, vt cum indignus ad ordines sacros initiatur.

Et hæ sunt annotationes elucidatoriæ et expositoriæ in vtranque epistolam beati Pauli ad Corinthios.

M. HVGO

nis De Sancto Victore Canonici doctissimi, Quæstiones & decisiones in Epistolas diui Pauli argutissimæ: Quarum primæ sunt in Epistolã ad Romanos per nos in capita nota distinctam.

A
Paulus. Roma.1.

PAVlus nomen appellatiuum est apud Hebreos & grecos & latinos: nō tamē eadē terminatione: Apud Hebræos dicit̄ mirabilis vel electus: apud grecos qetus:apđ latinos modic⁹. Qđ nomē proprie impositū est Paulo in notam geminę virtutis vel triplicis:quas prædictæ interpretationes insinuant: Vel paulus dictus est apostolus: a Paulo Sergio proconsule: quem conuertit apud Cyprum:vel binominis erat.

B
Quest.1. Roma.8. Gala.4. Ioan.15.

QVerit̄ quomodo Paulus dicat se seruum:cū alibi dicat:Non enim accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore. Et alibi. Iam non est seruus:sed fili⁹. Et dominus in euangelio. Iam non dicam vos seruos sed amicos. Nūqd Paulus non erat amicus? ℭSolutio. duo genera timoris duo faciunt genera seruorū:scilicet seruilis & filialis. Paulus ita ꝙ seruus timore filiali erat:& non seruili: quæ seruitus nō tollit libertatem vel amicitiam:sed potius ponit.

C
Quest.2.

CVr Paulus dicat Christū factū ex semine Dauid: cū nos cōfiteamur natū de virgine. ℭSolutio vt notaret Christū non more aliorū hoīm conceptū:sed sola operatiōe spiritussancti de virgine absq; virili semine. vñ alii homines alios gñare possūt,sed nō facere.

D
Quæst.3.

QVomodo ipsa īcarnatio facta sit? ℭSolutio. ipsum dei verbum dico carnē factū.i. hoīem:nō tamē mutatum vel conuersum in hominē vel carnem:sed carne(vt mortalibus appareret)indutū. sic enim illa vnio facta est, ꝙ nec diuina natura mutata est in humanā:nec humana in diuinā:nec noua natura vel noua ꝑsona facta est ex duabus naturis:sed ineffabiliter vnitę duę naturę sunt in Christo. vt assumens totū qđ habuit ꝑ naturā,cōferret assumpto ꝑ gratiā: & totū qđ erat assumpti ꝑ naturā,fieret assumētis per dignationē. vnde totū dicit̄ deus,totum homo & vicissim homo deus & de⁹ homo. qđ in substantiis hominis nō contingit.

E
Quest.4.

QVomodo hic dicat̄. totum deus. & totū homo,cū illę duæ naturę non sint partes illius personæ? ℭSolutio propter similitudinem hoc dictum est:quia duæ naturæ sic sunt vnitæ in Christo, vt partes in toto: sed differēter. Non enim sicut totū habet esse ex coniunctione partiū,sic persona Christi ex vnione hūanitatis & diuinitatis habet esse:Nil enim nouum habet esse ex vtraq; natura. Q3 aūt naturæ illæ non sint partes personę, inde constat ꝙ altera illarum prędicatur de persona:vt cū dicit̄ Christus est diuina natura. Itē nomina naturarum de se prędicantur,vt cū dicitur, deus est homo & homo est deus. quod non contingit in toto integrali & eius partibus.

q natura humana et diuina quibus xp̄us constat non habent in oratione partium durationes satis bone

F
Quest.5.

QVomodo imago ad essentiā tm̄ referat̄ cū relatiue tm̄ de filio dicat̄? ℭSolutio. imago essentiā qñq; significat diuinā:& tūc cōmuniter de trib⁹ ꝑsonis prędicat̄:significat etiā relationem,& tunc de solo filio dicitur.

G
Quæst.6.

QVid non sit in substātia hoīs qđ ī substātiis Christi? ℭSolutio. qa nec caro est aīa,nec aīa est caro. nec homo est caro vel aīa. sicut deus est homo & homo est de⁹. & Christus est vtrūq;. qđ inde cōtingit:qa maior est vnio inter deū & hominē:ꝗ inter carnē & animā. Nō eñ aīa vnita carni totū qđ habet ꝑ naturā cōfert ei:cū ipsa nō sit capax multorū quę sunt animę:sicut de⁹ vnitus homini totū se infundit ei.

maior vnitas humanitatis ad verbum quam anime ad corpus et econtra

H
Quest.7.

QVid de quo dicatur: cū dicitur homo est deus& deus est homo, vel Christus est deus. Christ⁹ est homo? ℭSolutio, in responsione huius questionis moderni doctores inter se dissentiunt. Alii eñ dicūt ꝙ idē de se prędicatur. s. hæc ꝑsona Christ⁹. qđ mirū est,cū aliud deus,aliud homo significet:& aliud filius hominis,aliud filius dei: vt authoritas dicit. Qđ etiā mihi videt̄

falsum esse. quia hoc nomē deus idem significat, cū dicit hō est deus, & Christus est deus, & pater est deus. Si dicat non sequitur: ꝙ non idem deus, homo & Christus & deus pater sit. Itē homo & deus nomina appellatiua sunt: quomodo ergo significant hanc personam proprie: vel quando vel a quo facta est impositio talis? Item Christ⁹ est, homo & † virgo est homo: nonne idē prędicatur de vtroq;? Si dicatur non: ergo non sunt eiusdem naturæ: cum nomē naturæ non sit vtriq; cōmune secundū eandem significationē. ¶Alii dicunt ꝙ cū dicitur homo est deus: non prędicatur hoc qđ significatur hoc nomine deus, sed esse vnitum deo personaliter: & cū dicitur deus est homo prædicatur habere hominē vnitū in personam. Sed secundū hoc nec homo vere est deus, nec deus vere est homo. ¶Alii dicunt ꝙ cū dicitur homo est deus: prædicat̄ persona diuinę naturę de ꝑsona humanę naturę: & cū dicitur deus est homo, persona humanę naturę prędicatur de persona diuinę naturę: eadē tamē est persona diuinę & hūanę naturę. s. Christ⁹: aliud tamen intelligitur cū dicitur homo & cū dicitur deus. Hi cōcedunt plane ꝙ Christus est duę res, quarū vna est simplex, & altera cōposita, vna ęterna & altera tēporalis, & ꝙ Christus sit cōpositū quoddā secundū humanitatē ex carne & anima: & quiddā simplex sit secūdum diuinitatē: & quod diuinitas non sit pars huius ꝑsonæ sed sit ipsa ꝑsona: caro aūt & anima tm̄ sint partes.

† verbū.

I Quęst. 8. AN Christus sit bis genitus? Respō sio. Bis natus & bis genit⁹ est: semel ab æterno ex substantia patris, iterum in tēpore de virgine. Habet itaq; duas natiuitates, duas generationes, duas filiationes, æternam & temporalem: non tamen duo filii est, vel duo nati: sed vnus & idem filius dei & fili⁹ hominis: non tamen eadem filiatione.

K Quęst. 9. AN ꝑsona sumpserit personā, an natura personam, an natura naturā. ¶Solutio, Persona non est assumpta: ergo nec persona personā: nec natura personam assumpsit. Qꝫ autem persona naturam assumpserit omnes concedūt, an natura naturam: Dubitatur a quibusdam: sed proculdubio: natura diuina assumpsit humanā non in vnitatem naturæ: sed ꝑsonæ, id est sic facta est vnio: ꝙ assumens & assumptū essent vna persona, nō vna natura: quod licet authoritas manifeste sępe hoc dicat, multi negant dicentes si id quod est assumptū est persona, quomodo persona nō est assumpta. ¶Nos autem dicimus, licet assumptum sit persona: non tamen deus assumpsit personam hominis: sed naturam: quia non est factus alterius personæ, q̄ prius fuerat: sicut factus est alterius naturæ q̄ fuit, suam retinens: assumendo enim humanitatem, non amisit diuinitatem. Ideo conceditur ꝙ natura: non persona est assumpta: nō solum a persona sed a natura: Illę authoritates quæ dicunt verbum tm̄ incarnatū: alias personas tm̄ excludunt non naturam diuinam.

L Quęst. 10. QVid sit prędestinatio? Responsio gratię præparatio, q̄nq; etiā dicitur prędestinatio ipsius grāe appositio.

Quęst. 11. ITem quæritur, de quo facta sit ꝑdestinatio: an de persona, an de natura? ¶Solutio de persona non secundū diuinam naturam, sed secūdū humanā. Potest etiam dici, ꝙ natura prædestinata est vel homo assumptus: vt ita sublimaret̄ vt quo alti⁹ attolleret̄ nō haberet.

M Quęst. 12. AN simpliciter debeat cōcedi Christū esse creaturam vel factū. ¶Solutio nō est concedendū sine determinatione tali, secundū carnem: ne videamur consentire hęreticis dicētib⁹ Christum esse factum secundū vtrāq; naturā: & ꝑpter etiam implicitā negationē huius nominis creatura: qa id dicitur creatura qđ cœpit esse & nō semp fuit. Nō eīn seqt̄ si scđm humanitatē Christus nō semp fuit: ergo nō semp fuit: sicut bene sequitur si secūdū diuinitatē semper fuit, ergo semper fuit.

N Quęst. 13. AN Christ⁹ scđm hūanitatē sit filius dei? vel de⁹? qđ sic volūt ꝓbare. scđm ꝙ est hō est ꝑdestinat⁹ vt sit fili⁹ dei: sed illud est: qđ vt sit, ꝑdestinat⁹ est scđm ꝙ hō: ergo scđm ꝙ hō est fili⁹ est dei. ¶Solutio non est verū si scđm hominē est ꝑdestinat⁹ vt sit fili⁹ dei: ergo

secundum hominem est filius dei, nisi secundum sit personæ expressiuũ. si autẽ notat causam vel cõditionem nõ est verum: vt in hoc apparet simili. Iste secundum quantitatem peccati pœnitet vt sit saluus: ergo secundum quantitatem peccati sit saluus.

O Quæstio xiiii.

AN secundum ꝙ homo sit persona. ¶Solutio. dicunt quidam si secundum significet causam vel conditionẽ: secundum ꝙ est homo non est persona: dicentes, si secũdum ꝙ est homo est persona ergo tertia ĩ trinitate, vel alia, sed nõ est alia, ergo tertia ĩ trinitate: & sic secũdum qđ est homo est deus. Rursus secundum qđ est homo non est persona li proprietate discretus a patre vel spiritu sancto: sed sola filiatione quam habuit ab ęterno. Alii dicunt ꝙ inquantũ est homo est persona. Vnde bene sequitur si est homo est persona: & illã consequentiam si est persona, est persona tertia in trinitate vel alia, dicunt falsam. Non enim totum positum ponit partẽ, sicut remotum remouet: sed pars posita ponit totũ. Pars autem remota nec ponit nec remouet totũ. Qꝫ autem id quod est assumptum sit persona: cõstat cũ Augustinus dicat, ꝙ id quod suscepit & qđ ęst assumptũ est vna persona.

P Quæstio xv.

AN anima Christi sit deus? ¶Solutio non est cõcedẽdũ simpliciter. ne videamur consentire illis qui dicebant verbũ tm̃ carnẽ assumpsisse & verbum ipsum loco animę carnem vegetare. Ideo etiam nõ dicit anima, de⁹, quia magis redundat nomen animę in naturam q̃ in personam.

Q Quæstio xvi.

AN concedẽdum sit, homo ille fuit ab æterno? ¶Solutio si per pronomen ille, demonstretur persona: verum est hominem illũ ab æterno fuisse: si autem natura humana non est verum: homo ille fuit ab æterno.

R Quæstio xvii.

AN aĩa Christi sit persona? Dicunt quidã ꝙ non, dum est coniuncta carni: sed separata est persona. Alii dicunt ꝙ Christi anima est persona eadẽ cum verbo.

S Quæstio xviii.

AN sit vniuersale qđ significat hoc nomine Christus? Qđ videt. quia prædicat de pluribus: cum dicitur homo est Christus & de⁹ est Christ⁹. ¶Solutio non oportet vt ideo concedat cũ vtrobiqꝫ prædicatio non sit conformis, licet etiam sit duo quę prædicantur de pluribus secundũ quosdam non tamen est id quod prædicatur de pluribus. Item volũt probare ꝙ est id qđ prędicatur de pluribus: quia persona quæ dicitur de assumente dicit etiam de assumpto. ¶Solutio persona est quasi nomen comprehẽsiuum: duo eñ vel plura vna sunt persona. Sunt tamen quidam qui concedunt ꝙ significatum huius nominis Christus est commune pluribus: & significat quantum hic terminus persona diuinæ & humanæ naturæ: non tamen Christ⁹ est vniuersale sed duo singularia secundum istos.

T Quæstio xix.

AN homo assumptus sit deus. ¶Solutio. multi dicunt ꝙ non: quibus authoritas plane contradicit. Dicit eñ Apostolus ꝙ in ipso habitat plenitudo diuinitatis. Coloss.1. Et Ambrosius, quicquid habet filius dei per naturã & filius hominis per gratiam. Item dñs de se loquẽs: data est mihi oĩs potestas in cęlo &c. si habet omnipotẽtiã est omnipotens: si est omnipotens est deus. Itẽ Ioãnes apostolus dicit de eo ꝙ accepit spiritũ non ad mensuram. Ioan.3. secũdũ eos qui negãt hominẽ assumptũ esse deũ: datus est ei spiritus ad mẽsuram cum non habeat quicquid verbũ cui personaliter vnitur.

V Quæstio xx.

VTrum homo ille possit dimittere peccata cum sit omnipotens? ¶Solutio. homo ille potest dimittere peccata: non quia homo sed quia deus: sicut potest mũdũ redigere ĩ nihilũ si vellet.

X Quæstio xxi.

AN creatura æquatur creatori cũ anima Christi vel hõ assumptus totum habeat per gratiam qđ deus per naturã? ¶Solutio. non est æqualis creatura deo: qa aliud est esse sapiẽtiã, aliud sapere per sapientiã, aliud habere aliqd per naturam, aliud per gratiam. Itẽ sic obiicitur. dictum est ꝙ quicquid habet verbũ per naturam, habet homo p gratiam: sed verbum habet æternitatem p naturã: ergo homo eandem per gratiã: & si hoc est, homo ipse est æternus. obiectio ¶Solutio. hic termin⁹ ęternus notat negationem. Illud enim proprie dicit æter- Solutio.

num qđ semper fuit & non cœpit esse. vnde quia æternum non simpliciter pdicat personam diuinæ naturæ sed etiā talem designat negationem: non est homo dicendus æternus. Vel potest sic dici homo ille est ętern⁹ deus, nō est æternus homo.

Y

Quæstio xxii. AN homo assumptus sit adoptiu⁹ filius: an filius naturalis. Volunt quidam probare ꝙ filius adoptiu⁹, sic per solam gratiam prędestinatus est vt sit filius dei: ergo filius est gratiæ & sic adoptionis. ergo adoptiuus. ℭSolutio. per solam gratiam esse filius habet non gratiæ sed naturæ. i. non filius adoptiuus sed filius naturalis est homo assūptus: non per naturam sed per gratiam per quā habet quicquid possidet.

Z

Quæstio xxiii. QVomodo apostolus ostendat erga Romanos affectū, vt dicit expositor, agēdo deo gratias: cum p omībus bonis quæ dat deus tā bonis q̄ malis agēdæ sint gratiæ deo? ℭSolutio. nō solum agit gratias respectu donoꝝ: sed potius respectu Romanorum. s. quia dona collata sunt eis. Cum autem aliquis agit gratias p donis malis collatis: hoc facit tm̄ respectu donorum, non eorum quibus conferuntur.

A

Quæstio xxiiii. DIcit expositor ꝙ apostolus in Romanis non laudat fidem sed facilitatem fidei: quæ videtur non esse laudāda, quia qui facile credit: facile decredit. ℭSolutio. duplex est facilitas, altera q̄ prouenit ex leuitate animi. & hæc indigna laude. altera q̄ puenit ex vigore animi & multo intuitu rōnis & hæc laude digna.

B

Quæstio xxv. Matt. 5. DOminus prohibet in euāgelio iurare per cęlum vel per terrā: apostolus non per creaturam: sed per creatorem qđ plus est iurat cū dicit: testis est mihi deus: vnde videtur trāsgressor esse pręcepti, & sic ad mortem peccare. ℭSolutio. prohibet dominus qđ est malum scilicet iurare falsum vel verum sine necessitate: suasit verū loqui: indulsit iuramentum cum sit necessarium: in quo tria debent esse. Iudicium quātum ad discretionis vtilitatem. Iustitia quātum an sit faciendum. veritas quātum ad cognitionem. Si vnū horum defuerit reatus periurii incurritur.

C

QVid sit iurare per deum. ℭSolutio. sensus est, sic mihi psit deus, vel non, vel sicut est veritas in deo sic ī isto: quam si euacuat quantum in ipso est, veritatem dei annihilat illis deū fideiussorem constituens. si autem nō est verum: deum quodammodo ĩcarcerat. Quæstio xxvi.

D

ITem quid sit per creaturam iurare? ℭSolutio. per deum qui fecit eā. Vnde dicit Augustin⁹, ꝙ qui falsum iurat per lapidem periurus est. Quæstio xxvii.

E

VTrum iuramētum sit bonum, an malum, an indifferens? si enim bonum est non est prohibendum: si malū, nullomodo faciendum. Si indifferēs est quomodo semper a malo? ℭSolutio ipsum non est malum, sed tamen occasio mali: vnde consulit ipsum dominus vitare ne eius assiduitate periurium incurramus. Quæstio xxviii.

F

QVomodo apostolus ostendat affectum suum erga Romanos dicendo. desidero videre vos, vt aliquem fructum habeam in vobis: cū magis videatur suam vtilitatem q̄ illorum attēdere? ℭSolutio. non quærit propriā vtilitatem, quantum illorum dum eos desiderat fructificare in bonis operib⁹, vt & ipse ex profectu eorum aliquid vtilitatis consequatur. Quæstio xxix.

G

SI verum est sicut multi sentiunt, ꝙ non plus valet voluntas cum opere q̄ voluntas sine opere. Quomodo dicit Apostolus. Desidero videre vos vt aliquem fructū habeam in vobis: cū plus meriti non haberet ex opere q̄ habuit ex sola voluntate? Solutio. Nobis autē videtur maius bonum esse opus cū voluntate q̄ solam volūtatem sine opere. Sed dicunt illi ideo desiderabat venire vt cum opere cresceret voluntas & maius fieret meritum. Quid dicent de passione Christi nunquid non amplius patiēdo meruit: q̄ pri⁹ solo desiderio? Nō enim possunt dicere eius voluntatē in passione augmentatā esse, vt sic cresceret meritum. Quæstio xxx.

H

QVomodo dicat se Apostolus debitorem esse græcis & barbaris: nonne gratis prædicauit illis? ergo nō ex debito. ℭSolutio. nō dicit ꝙ aliquid Quæstio xxxi.

argumentum ꝙ opus cum volunta te sit magis meritorium quam sola voluntas quamvis etc. supra 263 in fine

debeat illis ex merito illorũ: sed ex iniuncto officio debet euangelizare illis: & ex sola gratia quantum ad illos prędicauit.hoc igitur debitum non tollit gratiam:vt alibi dicit.Necessitas mihi incumbit euangelizare.Quæ necessitas non tollit voluntatem, sicut istud debitum non aufert gratiam. ℭItem videtur ꝙ in eis erat vnde hoc eis debuit: ex lege naturæ qua debuit illis qđ vellet sibi fieri. ℭSolutio.concedimus naturali lege tenebatur vt illos luce veritatis illuminaret, non tamen simpliciter cõcedendum est ꝙ hoc eis deberet.

1.Cori.9. — obiectio — Solutio.

I Quæstio xxxii.

ITem quando dicitur: Iustus ex fide viuit. Quærit̃ cur efficacia iustitiæ fidei & non caritati attribuitur:cum fides sit alicubi vbi nulla iustitia:caritas nusq̃ sine iustitia.Ad hoc respõdent aliqui dicentes caritas & iustitia idẽ sunt & ideo neutrum causa alterius.Vel aliter:licet caritas causa sit iustitiæ tamẽ cõuenienter fides quę est caritatis causa,dicitur esse causa iustitiæ:quia quicquid est causa causę causa est & effect⁹. ℭEt est sciẽdũ ꝙ aliud est credere deũ esse,quæ est fides cognitionis: aliud est credere deo, quæ dicitur fides consensus:aliud credere in deo quæ dicitur fides fiduciæ:aliud credere ĩ deum quod est per fidem & dilectionem in deũ tendere. Itẽ aliud est quod creditur,aliud quo creditur:vtrũq; nomine fidei sæpe designatur.Item illud quo credit̃ quãdoq; caritate informatur: & tunc tantum secundum quosdam dicitur virtus:quando autem sine caritate est: informis est qualitas: nec est virtus nec iustificat. ℭAliis videtur ꝙ vbicũq; est fides etiam cognitionis quantum in se est semper iustificat: eius tamen effect⁹ quandoq; ex abundantia mali impeditur.Fides est virtus qua credũtur quæ non videntur:vel certitudo rerum inuisibilium ad religionem pertinẽtium supra opinionem & infra scientiam.

Credere deũ,deo in deo & in deũ. — Fidei diffinitum — obiectio — Solutio.

Caritas iustificat & fides & gratia & deus:ergo quatuor iustificant.Solutio. nõ ideo verum est ꝙ quatuor quia hoc esset seorsum.in fide enim & per fidem caritas iustificat,& ĩ caritate gratia &

fides est certitudo rerum invisibilium ad religionem pertinentium supra opinionem et infra scienciam

per gratiam deus.

K Quæstio xxxiii.

QVomodo pluraliter dicat inuisibilia deum cum deus sit simplex & vnus nec aliqd sit in deo quod nõ sit deus: nec aliquid dicatur hic inuisibile dei quod non sit deus? ℭSolutio.quod vnum est & simplex in natura non vt vnum & simplex venit in nostram notitiam:sed vt multa:& hoc raro deprehenditur cur scilicet ita veniat:qa oculus interior nõdum valet ad illam simplicitatem & ineffabilem vnitatem attingere quę est deus,vt eum sicut est intelligat.Vnde cum intelligit deum bonum,sapientem,omnipotentem,& huiusmodi, quasi plura venit in mentem quod vnum est in natura. ℭEx quo altior oritur quæstio,vtrum ea quę sic vt plura a ratione hominis intelligun=tur:in seipsis siue in deo aliqua discernantur differentia. Non substantialiter vel personaliter inter se differunt: veluti rationes rerum æternæ quæ in mente dei fuerũt,constat ꝙ aliquo modo differunt: quo tamen modo non est certum.

Dubiũ.

L Quæstio xxxiiii.

ITem quia dicitur:Sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas:potest quęri hæc duo virtus Dei & diuinitas cum sint inuisibilia quomodo discernantur ab inuisibilibus. Non enim congrue dici potest animalia viuũt & homines & equi: cum homines & equi sint animalia.ℭSolutio.nomina quę de deo dicũtur quędã significant quid nõ sit deus: vt immortalis & immensus,ęternus & infinitus. Quædam notant quid sit in deo vt sapiens bonus:quędam insinuãt sua prædicatione quid sit deus vt bonitas & sapientia.Ne quis ergo existimaret illa tãtum a creatura dei intellectu conspici:quę indicant quid non sit de⁹ vt immẽsus:subiunxit sempiterna quoq; virtus &c. Aliter secũdum alios per inuisibilia intelligitur pater:per virtutem filius:per diuinitatem spirit⁹ sanctus.Secundum hoc videtur ꝙ philosophi summæ trinitatis per ea quæ facta sunt habuerunt notitiam.Sed Augustinus super Exodum dicit ꝙ philosophi ad notitiam tertiæ personæ non perue

nerunt sed tm̄ περὶ τοῦ ἀγάθου.i.patre & περὶ νόου, id est de filio philosophati sunt. Ad hoc dicunt quidam q̄ illam distinctionem quam fides catholica cōfitetur summæ trinitatis non habuerunt nec habere potuerunt: nisi per reuelationem.

Modi cognoscendi deū.

Quatuor enim modis cognoscitur deus, duobus modis interi⁹: scilicet per naturalem rationem: quam notat Apostolus secundum quosdā dicens: quod notum est dei manifestū est in illis: & per diuinam inspirationem, quam ibi notat apostolus. Deus enim illis manifestauit. Duobus modis exterius per facturam quemadmodum insinuat Apostolus dicens: inuisibilia dei, & per scripturam qui modus satis patet. Voluit itaq; deus in quibusdam latere vt fides haberet meritum: & in q̄busdam apparere vt infidelitas non haberet excusationem.

Trinitatis vestigium.

¶Nota in magnitudine vniuersitatis notat̃ diuina potētia: in pulchritudine sapientia: in vtilitate bonitas. vnde constat q̄ non solum in vniuersis sed in singulis relucet quædam imago & vestigiū trinitatis. Nihilominus caute inspiciendum est quando similitudines inducuntur vel ad identitatem essentiæ demonstrandam, vel personalem distinctionem insinuandam: vel vt ostendatur q̄ incarnatio ad solum filium pertinet, q̃uis ipsa sit opus trinitatis.

M

Quæstio xxxv.

CVr pater per inuisibilia intelligatur potius q̃ filius vel spiritus sanctus cum & ipsi sint inuisibiles? ¶Solutio. quia pater nusq̃ legitur specie visibili apparuisse sicut filius in homine assumpto, & spiritus sanctus in specie columbæ, & in linguis igneis.

N

Quæstio xxxvi.

CVr filius per virtutem? ¶Solutio. quia ipse est virtus patris operatiua per quam facta omnia sunt.

O

Quæstio xxxvii.

CVr spiritus sanctus per diuinitatem significat̃? ¶Solutio. Vt ostendatur communiter a patre & filio procedere: commune nomen obtinet quasi proprium. Vel per inuisibilia intelligitur spiritus sanctus. vnde pluraliter dicitur inuisibilia propter diuersitatem donorū. Per virtutem pater ad cuius proprietatem solet referri potentia. Per diuinitatem seu deitatem intelligitur filius: sic enim diuersi diuersa sentiunt.

P

Quæstio xxxviii.

QVæritur de eo quod dicit Apostolus de philosophis q̄ essent inexcusabiles: quia cū cognouissent deū non sicut deum glorificauerunt. Nam videntur excusationem habuisse: non enim tanta collata est eis gratia ex qua deum glorificare potuerunt. Nunquid enim deum glorificare potuerunt sine caritate? Nunquid potest quis caritatem habere sine fide? Nunquid ex illo gradu cognitionis quem habuerunt diligere potuerunt? ¶Solutio. ideo inexcusabiles fuerunt: quia non fecerūt quātum potuerunt.

Q

Quæstio xxxix.

ITem quæritur, si fecissent quantum potuissent an digni essent salute, si exissent ab hac vita in tali statu. Nam quis dignus salute sine fide: vel quis cum caritate perire potest? M.P. Abelardus ait q̄ erāt digni salute, id est vt daretur eis vnde saluarentur, quia si fecissent quantum possent nunq̃ permitteret eos deus transire sine fide. Alii dicunt q̄ ideo inexcusabiles quia ex illo gradu cognitionis potuerunt diligere, & statim ex hoc statu fides daretur eis. Sed secundum hoc fides ex caritate, non caritas ex fide. Tertii vero sentiunt q̄ nullo gradu cognitionis diligere potuerūt: si tamen fecissent quod possent statim daretur eis fides ex qua Deum diligerent, & sic glorificarent.

R

obiectio

Quibus obiicitur. Nunquid fidem mereri potuerunt? Forsitan dicent q̄ tametsi fidem non possent mereri: tamen ex eo quod habebant idonei & apti ad fidem suscipiendam potuerunt fieri. Sed quomodo sciunt q̄ ex hoc idonei fierent: vel si idonei quomodo sciunt q̄ fides daretur eis? Nonne Tyrii & Sidones idonei fuerunt? non tamen facta est eis prædicatio.

Solutio

¶Solutio. Nos autem credimus q̄ deū glorificare potuerunt ex parte & si nōdum perfecte: si enim deo attribuerent quod acceperant & eius gloriam & non suam quærerent, deum secundum aliquid glori-

ficarent: in quo deum diligere etsi non perfecte possent.

S obiectio

Obiicitur. Ex illa cognitione quam habebant poterant saltem ex parte deum diligere: ergo ex caritate hoc poterant quam habebant vel quã non habebant: sed non ex ea quam non habebãt: ergo ex ea quam habebant: & sic habebãt dilectionem dei, & sic digni salute. ¶Solutio. Concedendum est ꝙ deum diligere poterant ex caritate quam habebãt: non tamen simpliciter dicendum est ꝙ dei habuerunt dilectionem: sicut iste infirmus & debilis portat lapidem ex fortitudine quam habet: nec tamen dicendum est simpliciter hũc esse fortem: vel habere fortitudinem. Non enim concedimus ꝙ illi qui in mortali peccato sũt nullum bonum opus possunt facere: vt quidam sentiunt: sed multa faciunt bona licet ad salutem insufficientia. Propter maius malum quod habent.

Solutio.

T Quæstio xl.

An ratio naturalis aliquid possit p se sine adiutorio gratiæ? ¶Solutio. dicũt quidã ꝙ ratio naturalis multa potest per se vt apparet in philosophis, qui soli rationi innixi multa non solum in comprehensione veritatis circa creaturas: sed etiam circa creatorem cognouerunt scilicet ꝙ deus est & vnus est, & ꝙ trinus est. Sed ad hanc cognitionem non videnť peruenisse sine gratiæ adiutorio. Vnde Apostolus qđ notum est dei manifestum in illis est: statimq́ subiungit. Deus enim manifestauit illis.

V Quæstio xli.

Quomodo ergo sine gratia si deus manifestauit illis: nonne hoc gratia? ¶Ad hoc respondent quidã sic: deus dicitur manifestasse qa tales fecit creaturas vt ex illis posset ipse creator cognosci: vnde subiũgit. Inuisibilia enim dei &c.

X Quæstio xlii.

Item si ratio naturalis tãtũ valet vt ad hunc gradum cognitionis sufficiat, quæritur in quo fuit efficacior ante peccatũ q̃ modo: vel quomodo nunc infirmior q̃ tunc? Sicut enim tunc cognouit, ꝙ deus est, & vnus est, & trinus: ita & nunc. Et sicut modo incarnationis mysterium non potest comprehendere sine adiutorio gratię: ita nec tunc quod mysterium abscõditum est ĩ deo: qui fecit oĩa: vt dicit Apostolus: quasi nil inseruit creaturis ex quo hoc cognosci posset. ¶Solutio. Ratio ante peccatum facilius & perfectius comprehẽdit quod modo cum magna difficultate & minus perfecte & a longe speculatur: multa etiam nouisset tunc quę modo non cognoscit. Obiicitur. iis qui dicunt ꝙ ratio naturalis aliquid possit p se: Nõne oculus exterior nil videre potest sine illustratione lucis superuenientis sibi, vel radii solis vel alterius? Ita oculus interior nil potest per se sine illustratione lucis: quæ illuminat omnẽ hominem in hunc mundum veniẽtem. Ratio ergo naturalis sine gratia qd potest: Cum talis lux sit ex gratia? ¶Ad quod respondent quidam sic: In prima creatione est exposita & proposita interiori oculo illustratio summæ lucis: quoadusq́, & ad quem finem per se ex tali expositione & propositione sine aliqua gratia superueniente peruenire valeret: quæ illustratio non fuit de substãtia rationis nec de eius natura: sed de dono eius gratuito. Tamen potest dici ꝙ naturaliter videt: quia cum natura data est aptitudo & idoneitas videndi exposita illa luce: de qua sermo præcessit. Itaq́ sine omnimoda gratia nil potest videre oculus mentis: potest tamẽ bene sine gratia superueniente alia ab illa: quæ collata est cum natura: quæ superueniens gratia maxime solet dici gratia.

Y obiectio

Solutio.

Z Quæstio xliii.

Tradidit illos deus ĩ desideria cordis sui & in passiones ignominiæ & in sensum reprobum. Ex his authoritatibus & multis aliis, vt est illud. Dedit illis spiritum compunctionis vt videntes non videant & audientes nõ audiant. Et illud. Induratum est cor Pharaonis. Et illud. Quẽ vult ĩdurat cuius vult miseretur. Ex his & aliis q̃ pluribus quædã mala videntur fieri dei operatione. Augustinus etiã multa coaceruat in vnũ ad huiusmodi rei ꝓbationẽ. Postmodũ infert. Ex qb⁹ manifestũ est, deũ operari in cordibus hoĩm. In bonis

Matt. 13. Exod. 7. Hui⁹. 9.

inclinando ad bona pro misericordia: vel in malis inclinãdo ad mala iudicio suo quandoq; occulto:quandoq; mani-
Apo.22. festo,semper autem iusto.Item nõne iustum est vt qui in sordib9 est sordescat adhuc? A quo est hoc iustum? nonne a deo,a quo omne iustum?Itaq; deus videtur operari hoc.Item peccatum illud quod est pœna præcedentis peccati:a quo est?omne iustum est a deo: & illud peccatum est pœna iusta: Itaq; videtur
Solutio quorundam. originem habere a deo. ¶Solutio.Ad hoc quidam respondent dicẽtes omne peccatum esse a deo:nõ solum quod est pœna alterius,sed etiam quod est tantum culpa,concedentes furtum,latrocinium,adulterium esse a deo:iuxta il-
Amos.3. lud prophetæ. Non est malum in ciuitate quod non faciat deus.Qui etiã ratione tali conantur idem probare. Omnis essentia est a deo:sed volũtas mala & actio mala peccatum sunt & essentiam habent: vnde colligitur q; peccatum sit a deo secundum horum opinio-
obiectio nem.Quibus sic obiicitur. Facere peccatum quid est nisi peccare?Quid est facere adulterium nisi adulterari? facere furtum nisi furari? Vnde si conceditur q; faciat peccatum,sequitur q; deus peccet,furetur,adulteretur,occidat: quod non solum nephas est dicere:sed etiam cogitare.Illud quod obiicitur de volũ-
A tate mala & actione non bona:quod ali-
Solutio authoris. quid sunt & sic a deo.Sic soluitur.Peccatorum aliud est secũdum se,aliud secundum aliud. Peccatum secũdum se, est quædam inordinatio vt priuatio iustitiæ. & ipsa nihil est nisi absentia iustitiæ,vnde non est a deo cum nihil sit. Non enim deus est author eius qđ nihil est. Voluntas mala & actio non bona peccatum est secundum aliud: scilicet secundum inordinationem: & hæc aliquid sunt: & peccata dicuntur non ex eo quod habent, sed ex eo quod non habent:ideo enim peccata sunt qa non habent ordinem vel modum. Illud Prophetæ scilicet quod dicit:non est malũ in ciuitate quod nõ faciat deus:de malo aduersitatis non de malo peruersitatis intelligitur. Vel forsitan nec etiam cogimur de malo aduersitatis hoc ĩtelligere:si diligentius inspexerimus huius scripturæ circũstantiã. Sic.n.habetur in propheta.non est malum in ciui-
tate quod non notum faciat dominus servis suis prophetis. Item obiiciũt de potestate peccandi quia a deo est:& ipsa peccatum est:& sic peccatũ est a deo vt videtur. ¶Solutio.nihil est hoc,quia potestas peccandi nec peccatum est nec sufficiens causa peccandi sine voluntate. B Obiectio.

C Quæstio xliiii.

RVrsus sic quæritur.An omnis voluntas sit a deo? cum nil sit quod non habeat esse a deo. ¶Solutio.nõ est concedendum q; omnis voluntas sit a deo,cum nil sit:quod non habeat esse a deo. hoc enim esset tam bona q̃ mala. Idem de actione intelligitur, Cum eñ dicitur actio mala vel voluntas, magis redũdat locutio in qualitatem q̃ in essentiam.Quare etsi habeat id vnde esse dicitur a deo: cum tamen eius qualitas non sit ex eo: non est dicendum malam actionem vel volũtatẽ esse ex deo. D
¶ Nota q; inordinatio dicitur esse qualitas malæ actionis:ppter modũ respõsionis similem : vel qualitas large accipitur pro eo quod assignatur quale aliquid sit vel quale non sit.Item hęc propositio essentia hui9 actionis est a deo, dupliciter intelligitur : vel q; ipsa sit a deo vel id vnde habet eẽ sit a deo. Alii vero dicunt,non omne peccatum esse a deo: sed secũdum illud solum quod est pœna alterius fit operatione dei:dicentes si ad solam permissionem referatur, quod dicitur, tradidit illos deus in reprobũ sensum:generaliter de omni posset hoc dici peccato : q; deus operatur illud:sed nũq̃ dicitur deus tradere aliquem in aliquod peccatum nisi in illud quod est pœna peccati. Item si ad gratię subtractionem referatur,ex hoc patet q; de9 illud operetur cum gratiam subtrahat. Itẽ cum necessario illud sequatur ex gratiæ subtractione:quis est causa illius nisi subtractor?vt si domus haberet aliquod fulcimentum:sine quo stare non posset: si quis fulcimẽtum auferret quis fieret causa ruinæ,nisi ille q sustulit fulcimentũ? Vel si aliqui essent in nauicula in mari, si quis eam sub-

mergeret cum sine ea homines viuere non possent: quis est causa mortis ni-
E si submersor? His itaq; similitudinibus conantur asserere φ deus operatur quę dam peccata & si non omnia. Sed nõ videtur esse simile inter domum quæ nil potest mereri & hominem, cuius culpa aufertur id sine quo stare nequit. Sed similitudo conuenientior esset vbi si domus casura esset & si quis manum supponeret & eam ne caderet sustineret si postmodum ratione exigente manũ retraheret non quidem esset causa quare domus rueret sed quare non prius cecidit causa fuit. Sicut si quis nudus esset & alter ei vestes daret: & ille vestit9 deinde offenderet eum cuius vestibus est indutus: ita vt vestes rationabiliter tolleret & sic nudus moreretur? qs causa mortis? nonne ipse qui nudus moritur. Et si quis causa exigente alicui doctrinam subtrahat, cui prius exhibuit: hoc facit non aliquid operando sed potius non operãdo qđ operabaᵗ. Sic quoq; dicimus φ deus subtrahendo gratiã culpa nostra exigẽte: nec ipse causa est, quare subtrahatur gratia secũdũ nos:
F nec hoc facit aliquid operando sed non operãdo qđ prius operabatur. Sic itaq; nulla ratione concedendum est φ operatione dei fiat peccatum siue sit pœna peccati siue non: hoc ergo qđ dicit Augustinus, deum operari in cordibus hominum vel inclinãdo ad bonum vel ad malum: operari dicitur vel similitudine dictionis huius verbi subtrahere qđ cõstruitur cum accusatiuo quasi significaret aliquid agere: vel qđ melius est
Infra ca. viii. operari accipitur pro operari vel non operari vt ibi. Qđ.n. operor non intelligo. Aliter enim si sic nõ acciperetur fa
Infra ca. ii. cere malum & non facere bonum nõ essent partes opari. Et illud. Reddet vnicuiq; secundum opera sua scilicet p eis quæ fecit & pro eis quæ non fecit: cum
Apo. xxii. ea facere debuerit. Illud autẽ quod dicitur. Qui in sordibus est sordescat adhuc: sic intelligitur. Iustitia non est ex qualitate sordidationis sed ex iudicio dei quo illud fit. Vnde si dicatur iustũ non iustitia quæ in ipso est: sed in regula dei: non φ ipsum sordescere sit a deo vel φ de9 faciat illud. Similiter de quolibet peccato, quod est pœna peccati pcedentis. Q̃ enim talis pœna dicitur iusta hoc nõ est ex qualitate sui sed iudicio dei.

G Quæstio xlv.

Vtrum pœna ipsa quæ etiam culpa est sit a deo? Quod videtur: qa omne iustum est a deo: & omnis pœna talis est iusta, Itaq; videtur φ talis pœna sit a deo. ¶Solutio. non oportet hoc dicere: cum ex qualitate sui nõ habeat vt sit iusta: sed ex lege dei: vt iam dictũ est: Scriptũ.n. est: deus mortem non fecit nec lętatur in perditione viuentiũ. Sap. i.
Vel etiam si concedatur φ pœna sit a deo, non tamen culpa: licet idem sit pœna & culpa. Non eñ a deo habet φ culpa est, etsi aliquo modo habeat a deo φ sit pœna. Cum enim pœna aliquid sit ĩ se propter tria dicitur esse a deo, scilicet propter materiam eius quam deus facit, vt materiam ignis: & propter naturam: scilicet φ res talis non potest esse in re tali quin patiatur: quæ natura est a deo: & propter iudicium dei, quo talis pœna tali culpæ infligitur. Nõ tamen deum esse causam illius pœnæ dicimus: hoc enim esset dicere φ deus fecisset culpam illius pœnæ: quia non est causa corruptionis: quæ si non esset nõ pateretur quicq̃ qui punitur. Itaq; hu H
iusmodi pœna quæ aliquid est, propter tria dicitur a deo esse. Propter materiã & naturam & iudicium. Secundum vero duo scilicet culpam & corruptionẽ non est a deo. Illa autem pœna quæ pec I
catum est, propter duo dici potest φ sit a deo, scilicet propter iudicium dei: & propter naturam: quæ est φ nemo potest sic peccare quin ipso puniatur. Culpa vero & corruptio nullo modo est a deo. Non est ergo dicendũ φ operatione dei vel impulsu aliquis in peccatum præcipitetur nec in illud etiam qđ est pœna: sed scripturæ quæ videntur hoc sentire: vel ad permissionem: vel ad gratiæ subtractionem referendæ sunt. Quidam etiam referũt eas ad viæ aptionẽ: quia nequitia intus concepta neqt exire: nisi ei via aperiaᵗ, vt Nabuchodonosor, prius malitiã intus cõcepat, & de9 exponẽdo ei gẽtẽ Iudaicã viã ei aperuit

& sic ille malitiam exercuit quā pri⁹ in
tus clausam habuit. Alii vero referunt
ad viæ clausionem: quia deus oēs alias
vias ne exire liceat clausit: vt non habe
at aliam per quā exeat. Hinc dicitur ali
quem pręcipitare in peccatum: quia nō
claudit hanc viam, per quam exit: sicut
cæteras per quas non egredit̃. Vnde cō
stat ꝙ deus non est causa quare per hāc
prodeat, sed ipse qui exit: sed cur non p
aliam egrediatur deus causa est: & cur
etiam potius per istā q̃ per aliā ex vtro
ꝙ est. cur deterius non peccet deus au=
thor est. cur vero tantū & non min⁹ ex
ipso est. Veluti si quis esset in turre, vo
lens seipsum per fenestram pręcipitare:
& aliquis alius omnes fenestras claude
ret præter vnam: & ille per illam præci
pitaret se. Ecce ꝙ non per aliam: ille qui
claudit cæteras causa est: ꝙ per istā, non
ille qui claudit: sed ipse qui præcipita=
K uit se. Qꝫ autem potius per istam q̃ per
aliam ex vtroꝙ est. Sunt etiā qui ad oc
casionem eas referunt veluti dn̄o intrā
te Hierusalem tota ciuitas cōmota est,
& malitia prius concepta, accepta occa
sione excitata est ad inuidiam: & sic ad
persequendum. Itaꝙ vel ad permissionē
vel ad subtractionem gratiæ vel ad vię
apertionem vel viæ non clausionem re=
fertur: secundum quosdam qđ dicitur.
Tradidit illos in desideria cordis & in
passiones ignominię &c. Nos autē ma=
gis dicimus vniuersa: q̃ ad vnum aliqđ
singulorum & si non omnia vbiꝙ con=
currant: semper tamen tria scilicet per=
missio & gratiæ subtractio & viæ non
clausio concurrunt: viæ vero apertio &
L occasio non in omnibus reperiuntur.

Quæstio xlvi.

QVomodo dicat deus tradere eos
in passiones ignominiæ: cum nō
solum ibi nil patiantur sed etiam dele=
ctentur. ℂSolutio. Propter effectum: qa
enim pœna ęterna sequitur: peccati hu
iusmodi passiones vocatur. Vel etiam
in præsenti vita patiūtur. Non eē pos
sunt sic peccare, quin patiantur, qn na=
tura lędatur, corrūpatur, & aliquo bo=
no priuetur, & fœdetur: & sic verū est
M iam eos in pręsenti pati.

Quæstio xlvii.

QVæritur iterum quid mali inse=
rat reprobis tradi ī reprobū sen=
sum: cum non sint pœnituri: qui eē ex
cęcantur vt ponant lucem in tenebras
& tenebras in lucem vident̃ minus pec
care per talem excęcationem: cum nihil
faciunt contra conscientiam: vnde qđ
maius est peccatum in se, minus est ei a
quo fit: cum minus fiat contra consciē
tiam. Itaꝙ cum isti minus contra con=
scientiam peccent ꝑpter sensum repro
bum videtur eis prodesse sic excæcari.
ℂSolutio. talis necessitas ignorātiæ nō
habet excusationē quia prouenit ex p= N
uersa voluntate.

Quæstio xlviii.

QVomodo deus non peccet operā
do in cordibus eorum vt inclinē
tur ad malum. ℂSolutio. Si prędicta ad
memoriam reuocentur, patet responsio O
hoc eē faciendo nō immittit malitiā.

Quæstio xlix.

QVomodo defendi possit, qn deus
crudeliter agat damnando istū,
qui omni sibi subtracta gratia relict⁹ si
bi, non potest non peccare: si enim non
vitat, quod vitare non potest, quę cul=
pa est illi? vel si ideo damnatur, videtur
ꝙ iiuste agatur cum illo. ℂSolutio. Ista
impossibilitas est inexcusabilis quæ ex
culpa & vitio propriæ voluntatis pro=
cessit: quia prius se p̄cipitauit, licet mo
do nolens peccet: deus tamen ipsum iu Apo. 22
ste pro peccatis damnat. Iustum est eē: P
vt qui in sordibus est sordescat adhuc.

Quæstio l.

QVomodo deus nō cōsentiat pec
cantibus cum malum sciat & p=
hibere possit & expositor dicit. Consen
tire est non corrigere cum possis. ℂSo=
lutio. deus multis modis corrigit & ar
guit peccātes: tum naturali ratione, tū
lege scripta, tum per ministros suos, tū
per ꝑpria vel aliena flagella: vnde nul=
lo modo dicendus est cōsentire peccan Q
tibus.

Quæstio li.

VTrum æqualiter peccent facien=
tes & consentientes. ℂSolutio. in
huiusmodi quę variari possunt secun=
dum diuersas causas: generale iudiciū
dari non potest: secundum enim inten R
tionem iudicandum est de talibus.

In ca. II.

Quæstio lii.

SEcūdū duritiā & īpœnitēs &c.
Quęrit̃ quid sit pœnitere. ℂSo
lutio. Pœnitētia est compūctio
mētis de pręteritis: & ꝑpositū de futu=
ro, vel dolor: quia fecit propositū ꝙ am

plius nõ est facturus. Quid est em̃ aliud pœnitere vere,q̃ commissa deflere & amplius deflenda ex proposito nõ cõmittere? Dicitur etiã pœnitẽtia satisfactio pro peccatis. Vnde sacerdos dicitur pœnitẽtiam iniungere. Item pœnitentia alia sera alia infructuosa. Infructuosa quæ non

Sap.5. prodest:vt illa Iudę & insensatorum dicẽtium. Nos insensati &c. Sera quæ tarde fieri solet cũ tempus nõ fit. Dicitur itaq; vere pœnitẽs est q corde cõterit̃ & ore cõ

R fitet̃,& cõdignã exhibet satisfactionem.

Quest.53 CVm dicitur in die irę &c. Queritur de die iudicii quare dies irę dicat̃ po

Mat.25. tius q̃ misericordię:sicut em̃ mali audituri sunt. Ite in ignẽ æternũ. Ita boni audituri sunt. Venite bñdicti patris mei &c. ¶Solutio. In eo ꝙ dies irę dicitur,cõsulitur nobis vt diem illũ semper timeamus, & timẽdo æternum incendiũ caueamus.

S Nota ꝙ dies dicitur non pro tẽpore,sed pro manifestatione. Item notandũ ꝙ oẽs ad iudiciũ venient tam boni q̃ mali. Bonorũ alii vt iudicent.s.valde boni:alii vt iudicẽtur vt minus boni. Item malorum alii iam iudicati sunt quorum damnatio iam certa est:alii adhuc iudicandi,quorũ damnatio incerta est.

T

Quest.54. QVomodo intelligẽdum sit de sanctis ꝙ iudicabũt malos? Ad quod quidam respondent ꝙ hoc nihil aliud est nisi ꝙ excellentia gloriæ eorum apparebit quanta pœna sint digni qui eos sunt persequuti vel nõ imitati. Vel ideo dicti iudices sunt:quia in ipso iudicio manifestabuntur eis rationes æternę:scd̃m quas

Dan.7. fiet iudiciũ,& singulorũ merita de quib[9] fiet iudicium. Iuxta illud Danielis. Sedit iudiciũ & aperti sunt libri.s.rationum & meritoꝝ:illi ergo quorũ pœna vel gloria nõ adeo patet,iudicãdi sunt ĩ die iudicii.

V

Quest.55 QVerit̃ iterũ circa illud ẜm cor impœnitẽs de peccato in spiritũ sanctum,quid sit & quare dicatur irremissibile. An qa non potest dimitti:an ideo qa nunq̃ dimittetur cũ tamẽ possit:an quia vix & raro & difficile dimittatur. ¶Solutio. Dicũt quidã ꝙ peccatũ in spiritũsanctũ est ex ĩuidia diuię derogare bonitati: cuius peccati tanta est labes,ꝙ qui sic peccãt nunq̃ possint pœnitentię humilitatẽ subire. Alii dicũt ꝙ desperatio vel impœnitentia dicitur peccatũ in spiritũsanctũ. Alii ꝙ facibus inuidiæ seminare discordias inter fratres. Illis aũt qui dicũt hoc peccatum posse dimitti:sic obiicit̃. Si hoc est possibile ꝙ talis culpa dimittatur:hoc proposito nullũ seqtur impossibile:sed veritas dicit ꝙ hoc peccatũ nõ dimittit̃ neꝗ in hoc seculo neꝗ in futuro,sed si di- Matt.12. mitteretur falsum esset ipsum nõ dimitti:qđ est impossibile:qa veritas mẽtiri nõ potest. De hoc pc̃tõ null[9] cert[9]est:hoc tñ scitur,ꝙ si quis sic peccauerit nunq̃ consequetur veniam.

X

Quest.56. QVomodo vnicuiꝗ ẜm opa sua red dat cũ hui[9] opera sint bona, & mala intẽtio:& illius mala opera,& bona intentio:cũ ex affectu imponat̃ nomen operi:nunqd pro bonis operib[9] damnabit̃:qa mala est intẽtio:vel pro malis saluabitur quia bona est intẽtio? ¶Solutio. Nõ sufficit intẽtio in oĩbus ad hoc vt bona dicãtur opera:sed semp exigit̃ vt bona sint ei a quo fiũt:si em̃ bona sunt opera in se,& mala intẽtio:punitur pro mala intẽtiõe, nõ pro bonis operib[9]:nec remunerabitur pro eis: qa inutilia ei facta sunt per malã intentionem. Ad hoc vero vt mala sint ei opera nõ exigit̃ necnõ exigit̃ mala intentio:potest em̃ bona & mala esse intentio, opibus malis existẽtib[9]:qualiscũꝗ fuerit intentio ex quo mala sunt opa nocet ei q fecit ea:in his aũt quę sunt indifferẽtia.i. quãtũ in se nec bona nec mala:iudicium debet referri scd̃m intentionem.

operibus que de se sunt indifferentia ponit nomen intentio illis autem que sunt mala de genere non inficit bona intentio ut donare dantur

Y

Quest.57. QVomodo scd̃m opera ꝓpria reddatur vnicuiꝗ:cum iste bona per totã vitã operatur, & in fine cadit:& alter mala per totã vitã operatur,& in fine surgit,per pœnitẽtiam:nõne qui bona operatus est,damnabitur:& qui mala,saluabit̃: quomodo ergo scd̃m opa? ¶Solutio. Opera cuiuslibet dicuntur cũ quibus exit ab hac vita:quib[9] solis retribuet deus:ea vero bona quę egit qui in fine cecidit mortificantur:& fiunt non sua per superueniens malum. Ita illius qui male vixit, & in fine per pœnitentiam surrexit:per bona superueniẽtia:mala quę fecit,fiunt nõ sua:vel etiam iudicium fit respectu operum vt puniatur minus quia bona fecit, vel minorem habebit gloriam, quia peccauit.

Z
Queſt.58. QVæritur item quō ſcd̄m opera,cū iſte habeat voluntatē male operādi,nec facultatē perficiendi:alter volūtatē bene operandi,nec facultatē implendi. ℭSolutio.Opera eorum dicuntur ex quo ſunt in eorū voluntatib⁹:nec in eis remanet quin fiant. Vnde dn̄s in euangelio.
Matth.5. Qui viderit mulierē ad cōcupiſcēdū eā iam mœchatus eſt in corde ſuo. Nec tn̄ dicimus ꝙ tantū puniatur modo quantū puniret pro operib⁹ ipſis impletis:ſed ſicut pro operibus, & ſi non tantū pro ſola voluntate puniretur.

A
Queſt.59. QVęrit de puero nō baptizato quō fiat ei retributio ſcd̄m opera ſua, cū ſtatim moriat anteq̄ aliqd agat? ℭSolutio.Opera parentum eius in eius cōceptione & natiuitate ipſius fiūt & pro eis damnabitur tāq̄ ea actualiter egerit. Itē de puero baptizato dicimus ꝙ ꝑ gratia baptiſmatis ſaluat ſine ꝓpriis meritis.

B
Queſt.60. QVęritur de eo qui patitur ꝑ Chriſto & nō operatur,quomodo ei ſc̄m opus tribuat? ℭSolutio.Opera & ꝑ paſſionibus & operibus accipiūtur: vt factū pro facto & nō facto accipit:cū fit qđ nō debet fieri peccatū dicitur:quando vero non fit quod debet fieri,delictum eſt.

C
Queſtio.61. CVm culpa ſit tēporalis & pœna ęterna,quomodo reddet ſcd̄m opa. ℭSolutio. Culpa malorū quātum in ipſis eſt, ęterna eſt: in voluntate enim eorum fuit ſemper in malo manere: vnde iuſto dei iudicio inęternum punientur. Vel etiā mala voluntas, & reatus culpæ & impœnitentia cordis in ipſo æterna erunt.Vnde
Luc.13. dominus dicturus eſt ad eos.Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatē. Nō dicet qui operati eſtis,ſed qui operamini. Non pœnitere enim peccatum eſt:& ipſi non poſſunt pœnitere.Itaꝙ inęternū peccabunt,& ſic pro culpa æterna erit pœna ſempiterna.

D
Queſt.62. ITem cum boni pluſq̄ meruerint ſint accepturi:& mali minus q̄ poſſint ſecūdū iuſtitiam, puniantur: quomodo ſcd̄m opera? ℭSolutio.Non eſt comparatio inter meritum & pręmiū:ſed eſt ſenſus qui plus meruit plus accipiet : & qui minus, accipiet minus ſcd̄m qualitatem & quantitatem: meritum enim vnius & præmiū modo eſt æquale & diſſimile:modo eſt ſimile & inæquale,cum merito & præmio alterius:vt duo martyres vel duo cōfeſſores qui eiuſdē & æqualis meriti & præmii ſunt, æquales & ſiľes ſunt in iuſtitia & gloria:ſi aūt vn⁹ martyr & vnus cōfeſſor ęquales ſunt,diſſimiles tamen ſunt ſecūdū qualitatem:quia iſte martyr, & ille confeſſor &c.

E
Quæst. 141. Sapien. 1. SCriptum est. deus mortẽ non fecit. Itẽ Mors & vita a deo est: quod videt eẽ contrarium: nil eñ temporale est a deo qđ ipse non fecerit: quomodo ergo mor- tem fecit & non fecit? ¶Solutio. De⁹ mor tem non fecit. i. causam mortis videlicet pctm̃: pœnam vero illam q̃ mors dicit se cundũ quosdã fecit de⁹: & ipsa inter ope ra bona enumerat quia iusta: & omne iu stum a deo. Z

Quæst. 142 SEd nõ sicut delictũ, ita & donũ. Que- rit qũo dicat apl's donũ Christi abun dare in plures q̃ delictũ Adę: nõ eñ plu- res saluati sunt per gratiã Christi, q̃ sint delicto Adæ dãnati. ¶Solu. Ista superabũ dãtia grãtæ nõ est attẽdenda in nũero per sonarũ: sed ipsis quib⁹ pdest donũ Chri- sti plus confert in bono q̃ delictum Adæ obsit illis quib⁹ obest in malo: qa ex Adã nõ oĩs dãnatio, sed illa sola qua puniunt illi q soli originali subiacent, pter quã pu niunt illi qui delicta ppria addiderunt: gra vero Christi nõ solũ liberat a pecca- to originali, sed etiam a supadditis: pmo uẽs ĩ iustificationẽ & tãdẽ ĩ vitã ęternã. A

Quę. 143 AN Actualia peccata sint ex peccato Adæ? Quod videt qbusdã, qa ex fo mite proni sum⁹ ad peccãdũ. ¶Solu. Pro nitas talis nõ ẽ causa efficiẽs: & si sit cau sa sine qua nõ fieret: vt qbusdam placet: sed nec exigitur, cũ nec in diabolo nec in prĩo hoĩe añ lapsũ fuerit: & tñ fuit ĩ eis peccatũ sine ipsa: non enim ipsa causa pec cati, sed peccatum causa ipsius fuit. B

Questio 144. QVærit an alia pctã actualia Adæ posteris imputent? Sol. Apl's dicit in vnı⁹ delicto, non ait delictis, multi sũt constituti peccatores: in quo innuit φ nõ plura sed vnum solum imputatur. C

Questio 145. QVærit an etiã pctm̃ Euę nobis im putetur? ¶Solu. Nota verba Apl'i dicẽtis in vni⁹ delicto: nõ ait duorũ: vel si imputat ̃ ppter rõnes pdictas dicit per vnum hominem pctm̃ intrasse in mũdũ vel in vnius delicto &c. D

Questio 146. Exod. 20. QVerit an actualia pctã pxiorũ pa rẽtũ posteris imputet? Qđ videt, qa dñs ait: Ego sũ dñs de⁹ tu⁹ zelotes: vi sitãs iniqtatẽ patrũ in filios ĩ tertiam & quartã gñationẽ &c. ¶So. Pctã parẽtũ ẽt pximorũ nõ imputãt filiis: nisi ipsi pctã patrũ p imitationẽ sua faciãt, nec tũc pu niũt qa parẽtes, sed quia ipsi peccauerũt. Iuxta aliã scripturã, Fili⁹ nõ portabit ini qtatẽ pr̃is &c. repugnãtiã aũt q̃ videt in ter has duas authoritates doctores satis elucidant. Eze. 18. E

Questio 147. SI aũt qrat qua rõne pctm̃ primorũ pa rentũ & nõ pximorũ imputet. ¶Solu. Quia illđ nos spoliauit: cætera pctã alio rũ nos tãq̃ nudos & spoliatos inueniẽtia nõ potuerũt nobis aliqd auferre: origina le. n. pctm̃ vt iam dictum est tãtũ priuat originali quadam iustitia. F

Questio 148. HOmo ex se & p se añ pctm̃ peccare potuit: pficere vero ex se & per se sine adiutorio grę nõ potuit, ergo pnior erat ad malũ q̃ ad bonũ: sed nõdum erat nisi talis qualẽ deus eũ fecerat: ergo deus fecit eũ pniorẽ ad malũ q̃ ad bonũ. ¶So. Ante casũ hõ nõ erat pnus ad pctm̃, nec de⁹ talẽ fecit hoĩem vt eẽt pn⁹ ad peccã dum: sed talis pronitas postea ex pctõ ĩ- fuit, nec etiam potestatem peccandi ha- buit ex deo, sed ex sua nihilitate: non ex

[illegible]

bono qđ acceperat,sed ex eiꝰ termino:nō quia tantū,sed quia non plus acceperat,
G ſicut iam ſuperius dictū de eodem eſt.

Que.149 SIcut per vnius obœdientiā &c.Quæritur an homo prius de bono qđ habuit ante lapſum ſine additione aliorum gratiæ potuerit obœdire & præceptum ſibi datum implere? Si dicatur ꝙ potuit, ergo ex eo qđ tunc habuit potuit proficere:quod negatur fere ab omnibꝰ. Item ſi concedat̄ ꝙ nō potuit obœdire ſine adiutorio gratiæ:quæ ergo eius culpa fuit ſi non fecit quod non potuit facere ſine gratia,& gratia non eſt collata,nec eius culpa fuit quare nō ſit collata. ¶Solutio. Non peccauit,quia nō fecit qđ facere nō
H potuit:ſed quia non ſtetit cum poſſet.

Que.150 ITem quæritur an Chriſtus obœdiendo deo patri aliquid meruerit? Volūt quidam probare ꝙ non meruerit aliquid quia nec ſecundum humanitatem:nec ſecundum diuinitatem.Deus,inquiūt,non poteſt aliquid ab aliquo accipere:vel per aliquid quod faciat aliud non prius debitū acquirere:ergo non poteſt aliqd mereri.Similiter ſcđm qđ eſt homo,eſt bonus & diligit: ſed non poteſt nō eſſe bonus vel non diligere: ergo ex neceſſitate bonus eſt vel diligit,quomodo ergo poteſt mereri? ¶Solutio.Mereri geminā habet ſignificationem:dicitur eñ quis mereri cum per bonū opus efficitur dignus aliquo quo prius non erat dignus, ſecundum quam ſignificationem videt̄ nobis: ꝙ nec ſcđm diuinitatem nec ſecundū humanitatem Chriſtus aliquid meruit,etiā in ipſa morte.Dicitur etiam aliqs mereri cum aliquod bonum facit : qđ ſit dignū remuneratione,ſcđm quod deus dicitur etiam mereri:cum nobis beneficia pſtat: pro quibus tenemur eum in æternū laudare:& Chriſtꝰ ſm hūanitatē in ſua paſſione meruit nobis introitū æternę vitę. Priꝰ qdem nobis multa meruit: ſed ſola
I paſſio nō ſolū pcioſa ſed pciū mūdi fuit.

Que.151. LEx ſubintrauit vt abundaret delictū &c.Quærit̄ an lex ſit cauſa mali,qđ videtur qa eſt cauſa abundantię delicti.¶Solutio.vt quandoꝗ eſt cauſatiuū ſicut eo ad forum vt emā togā,quandoꝗ operatiuum:vt poſuit hoīem in paradiſo vt cuſtodiret &c.quādoꝗ eſt cōſecutiuum,vt exiuit foras vt moreretur. qñꝗ etiā notat occaſionē:vt lex ſubītrauit vt abundaret pcm̄.Iudęi eñ abūdātiorem pcti occaſionē acceperūt ex lege,quę fuit bona nō cauſa mali:ſed vitiū eorū huius mali cauſa fuit,ſicut ſi accipiā occaſionē inuidēdi de ſcientia illiꝰ:quę nō eſt cauſa doloris mei ſed vitium meum.

K

VBi abundauit delictū ſupabundauit & gr̄a.Nōne ī iudęis ſuperabundauit delictū : qa legis puaricatio:nec tñ̄ ſuperabūdauit & gr̄a:qa excęcati ſūt: quō ergo eſt verū vbi abundauit delictū ſuperabundauit & gratia? ¶Solu.Nō dicit vbicūꝗ abundauit delictū ſupabūdauit & gratia:ſed vbi indefinite:qđ eſt intelligendum quātū ad eos q crediderunt in quibus priuſꝗ̄ crederent abūdauit delictū:quia pter cætera pctā eis inerat legis præuaricatio:ſed gratia oīa dimiſit: inſuper fidē & caritatē contulit,nō quātū ad eos q in pctīs ſuis mortui ſūt,ī qbꝰ abundauit delictum & non gratia. Queſt.152.

L

QVid ergo dicemus? Manebimꝰ in pctō,vt gr̄a abūdet? Circa hęc qritur qd ſit manere ī pctō.¶Solu. De pctō non pœnitere:vel quodā torpore mentis perſeuerando in peccato gr̄am expectare. Quæſt.153.

M

QVicūꝗ baptizati eſtis in Chriſto &c.Quæritur ꝗ̄ pctā dimittantur in baptiſmo? ¶Solu.Dicit Aug.ꝙ nō ſolū præterita vel pſentia,ſed etiā futura. Quæſt.154.

N

SEd quærit̄ quō futura pctā ꝗ̄ nōdum ſunt de qbꝰ nullꝰ pœnitet:nec pro eis adhuc tenet̄:qa nec pro eis adhuc aliqs eſt reus:qūo inq̄ dimittunt̄? ¶Solu. Ideo dicunt̄ futura pctā in baptiſmo dimitti, qa p gr̄am ibi datam cauentur, vel ideo quia faciliꝰ poſtea ille qui hoc ſacramētū percipit conſequitur veniam. Queſti.155.

O

AN ficte accedēti pctā dimittantur. ¶Solutio.Augu.dicit ꝙ ſoluit heſterna dies:& qcqd erat ſupra fraternum odiū in ipſa hora baptizādi:ſed redeunt ſtatim qa non pœnitet. Queſt.156.

P

QVærit̄ quō verū ſit quod dicit Auguſtinꝰ? Nōne ex quo nō pœnitet membrum eſt diaboli: quomodo ergo eſt mēbrū xpī? Et ſi hoc eſt,qūo dimiſſa ſūt ei pctā:nō habet fidē nō hꝫ ſpm̄ xpī,ergo nō ē mēbrū xpī:nec ei dimiſſa ſūt pctā ¶So.Dicūt qdā ꝙ verba Aug. pdicta ſic Queſt.157.

quomodo in baptismo remittantur peccata futura

quot modis aliquis dicatur mereri et quo illo enim dicamus xpum meruisse

aliquid esse limitatum non est solum esse velutum set esse limitate & rodore

sunt intelligenda. Soluitur hesterna &c. id est baptismus talem habet efficaciam: etiam in eo qui corde non contrito accedit: q nisi in ipso fictio remaneret: omniũ offensarum consequeretur veniã, & post ea poterit consequi si de fictione sua voluerit pœnitere.

Q Quest. 158.

VEtus homo noster crucifix⁹ est &c. Quæritur an idem sit homo vet⁹ & homo exterior: & homo nouus & homo interior? ℭSolutio, non idẽ: qa hõ exterior dicitur qđ habemus cõmune cum animalibus: homo interior qđ commune possidemus cum angelis. Vetus aũt homo pertinet ad vtrũq: non eñ solus homo exterior, sed etiam interior vetus est per culpam: de quo vetere in pręsenti capitulo agendum.

R Quæst. 159.

QVęritur itaq quid sit vet⁹ homo? Dicunt q fomes peccati sic vocatur: sed verius est q pars vetustatis dicatur ipse fomes. Nobis autem videtur q vetustas intelligitur secundũ duo. s. culpam & pœnam. Pœna autẽ alia est æterna, alia temporalis: culpa vero alia origialis, alia actualis. Item culpa originalis cõsistit in ipso fomite: & eius actu & reatu vtriusq. Rursus culpa actualis, alia venialis, alia mortalis. Venialis vero in tribus consistit, scilicet consensu, actu, & reatu vtriusq. Similiter mortalis tribus modis eisdem intelligitur. Ecce vndenarius numerus transgressionis: in quo attenditur vetus homo, binarius enim vnus in pœna, ternarius vnus in culpa originali: alter in culpa veniali: terti⁹ in culpa mortali: & sic tres ternarii culparum cum binario pœnarũ vndenariũ cõstituũt. Videndum est ergo secundum quid vetus homo sit crucifixus. Secundum pœnam æternam ex toto deletus est in iis q sunt Christi: secundum pœnam temporalẽ debilitatus est & mitigatus. Similiter secũdum culpam mortalem nihilominus deletus est penitus: secundum autẽ venialẽ mitigatus: nõ plenarie adhuc ablat⁹. porro ſm reatũ originalẽ ex toto non imputatus: secundum actum vero & fomitem originalem sic crucifixus, vt nõ dominetur.

Vetustas

Culpa.

Vndenari⁹

S Quest. 160.

QVæritur an in Abrahã fomes peccati fuerit crucifixus per mortem Christi? ℭDicũt quidam q per fidẽ mortis Christi tũc futuræ in ipso etiam fuit debilitatus.

T Que. 161.

ITẽ quærit, an in ipso Apostolo sic fuerit debilitatus & crucifixus vt motibus eius nunq̃ consentiret? Quomodo. n. motibus non cõsensit quãdo venialia cõmisit? Item venialia quæ cõmisit, nonne erant voluntaria? & sic voluit ea? quomodo ergo fomes peccati non traxit apostolum ad peccati consensum? Solutio. Apostolus licet voluntarius commiserit non tamẽ peccatũ voluit. Non enim dicitur peccatum voluntarium, eo q id aliqs voluerit: sed quia ex voluntate aliqua pcesſit. Nec fomiti consensit. Nam consentire est ex deliberatione & industria qđ mot⁹ suggesserunt facere: qđ etiam videtur eẽ mortale sic consentire.

V Que. 162.

VT obœdiatis concupiscẽtiis. Quærit quid intersit inter obœdire cõcupiscentiis, & inter exhibere mẽbra peccato? ℭSolutio. Obœdire cõcupiscẽtiis ẽ mente consentire carnalibus delectationibus. Exhibere mẽbra peccato vt sint arma iniquitatis, hoc est ipsam iniquitatẽ opere implere.

Que. 163

VNde quæritur cur post primũ prohibeat scđm, prohibendo enim nõ obœdire concupiscẽtiis: prohibet etiam exhibere mẽbra peccato, qui eñ non consentit non operatur. ℭSolutio. Ideo post consensum prohibet & opus: vt si quãdo q contingat mente consentire: tamen talis consensus non procedat in actum: sed potius amputetur. Quidã vero per obœdire cõcupiscẽtiis intelligũt operationẽ: per exhibere membra peccato, cõsensum: & sic conuenienter post operationis prohibitionem, sequitur consensus prohibitio.

X Quæstio 164.

PEccatum nõ dominabitur vobis qa nõ estis sub lege, sed sub gratia. Nõne multis qui sunt sub gratia dominat peccatum? Quomodo ergo verũ est, Peccatũ non dominabitur &c. ℭSolutio. vobis qui gratiæ estis obœdientes iam data est potestas: qua potestis resistere peccato: ne regnet. Vnde constat si qñ resumat vires vt dominetur, hoc fit vitio nřo.

Y Que. 165

HVmanum dico propter infirmitatem. Quæritur Quid vocet Apl'us

humanũ scilicet leue & ad faciendũ facile quod fit adultæ iustitiæ & nõ perfectæ. ℭSolutio.ipse ostendit subiũgẽs. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem:ita nũc exhibete membra vestra seruire iustitię ĩ sanctificationem. Qđ est breuiter & apte dicere,ex amore seruite iustitię,sicut pri⁹ sine coactione sola delectatione seruiuistis immũditiæ. Quod ideo dicitur humanum qa plus debet iustitiæ q̃ peccato:nullus em̃ vnq̃ sic dilexit peccatum vt pro eo non timeret mori. Sed cũ simus proni ad malum qđ fit sine labore & omni difficultate,insuper cũ magna suauitate & immoderata delectatione:ad bonum vero tardi & pigri:qđ non fit nisi cũ magno labore & ingenti difficultate, & sæpe modica vel nulla delectatiõe : quia iter virtutum arduum & durum arctum & angustum.

Z Quæstio clxvi.

SEd queritur quomodo dicat apostolus esse humanũ tanto amore tanta ꝙ delectatione seruire iustitiæ, quanto prius seruiuimus iniquitati cũ hoc videatur esse perfectum & cõsummatum? ℭSolutio. Est quidem verum ꝙ quãdo videmus aliquem amore seruire iustitiæ dicimus ꝙ perfectus est:maxime in hoc tempore quãdo defecit sanctus:tamen quantũ ad ipsam veritatem impfectus est:nisi etiam pro iustitia non solũ cętera, sed ipsã quoq; mortẽ contẽnat. †Adultę ergo iustitię & nõ perfectę est amore facere preceptũ cũ ꝓposito moriendi pro Christo,etsi nondũ tantã habeat caritatem vel constantiam:ex qua possit ipsam mortẽ sustinere:& iste gradus sufficit ad salutem & exigit: qa sine eo nullus est dignus gloria.Perfectę vero iustitiæ & consummatę est tãtam virtutem habere:quæ sufficiat ad tolerandam mortem pro veritate & amore iustitiæ:Primum gradum habuisse visus est Petrus quãdo dicebat:& si oportuerit me mori tecũ nõ te negabo. Nõdum vero habuit secundum:quem consecutus est per aduentum spũs sancti.

†Adultæ iustitiæ.

Matt.26

A Roma.7 Quæstio clxvii.

VIuẽte viro mulier alligata est lege viri &c.Querit de Dauid & cęteris iustis an lege viuente.i. statũ habẽte tenerẽt legẽ seruare:& an dicẽdi sũt adulteri:qa fuerũt cũ alio.i. cũ Christo,in quem credebant:& a quo iustificari querebant? ℭSolutio.lex quidem iusto posita nõ est:quę est quasi pedagogus paruulorum:tamẽ Dauid cũ cæteris iustis tenebantur legem custodire:propter illos quib⁹ lex erat necessaria:ne eorum exemplo eam transgrederentur. Nec quia cum Christo erant per fidem & dilectionẽ dicẽdi sunt adulteri:sed si sacramentis legalibus contẽptis:iam sacramẽta noui testamenti introducere præsumerent: tunc adulteri viderentur.

B Quæstio clxviii.

CVm.n.essem⁹ ĩ carne passiones peccatorũ &c.Querit qd vocet passiones an primos mot⁹,an aliqd aliđ.ℭSolutio.Potest dici ꝙ cõcupiscẽtias innatas quę sunt causa peccati:& in iis qui nõ sunt in Christo,etiã mortale pctm̃. Vel primos motus q nõ imputant renatis:quos ideo vocat passiones:qa naturã lędunt:& aliquo bono priuant.

C Quæstio clxix.

Quid dicem⁹?Lex peccatum est? Absit. Querit an ipa lex faciat peccare vel doceat & sic sit malum. ℭSolutio.non est mala sed bona:nec est causa peccati etsi videatur occasio.

D Quæstio clxx.

NAm concupiscẽtiam nesciebã &c. Querit de qua cõcupiscentia hoc dicat apl'us. Et dicunt doctores ꝙ de qua prohibet in decalogo. De qua iterum querit q̃ illa sit. Nomine em̃ cõcupiscẽtię quandoq; significat vitium cõcupiscentię.s.fomes peccati:qñq; prim⁹ motus qui dicit propassio: quãdoq; secundus motus qui dicit passio vel delectatio:qñq; consensus: quandoq; exterior conatus:quã ergo prohibet lex dicens non concupisces? ℭSolutio.In respõsione huius quæstionis moderni doctores dissentiunt. Alii enim dicunt ꝙ primos motus prohibet lex. Alii vero dicunt ꝙ consensum.Alii sic exponũt. Non concupisces,id est scito cõcupiscẽtiam malam & quantum potes deuita: & ita secundum hoc nihil prohibetur. Sed quicquid continetur in decalogo vel preceptum est vel prohibitio: vnde oportet vt aliquid prohibeatur cũ dicitur,nõ concupisces. Illis qui dicũt ꝙ

consensus prohibeatur sic obiicit: Apostolus dicit facio quod nolo: si aũt hoc
E est: cõsentio legi nõ faciẽdo sed nolẽdo.

Quæstio clxxi. Quærit ergo quid illud sit qđ lex prohibet & Apostol⁹ nolẽs faciebat? Sed isti dicunt ꝙ consensum lex ꝓhibet, sed cõstat ꝙ apl'us non consentiebat: quia si cõsentiret cõcupiscẽtiæ nullo modo legi consentiret: sed contra eã ageret. Augustin⁹ aũt ostẽdit apte qđ sit qđ apl's nolebat: & tñ faciebat. Motũ. s. cõcupiscẽtiæ sentiebat, sed tñ nõ cõsentiebat: imo nõ sentire volebat. vñ liqt
F ꝙ primos mot⁹ cõcupiscẽtię lex ꝓhibet.

Quæstio clxxii. Sed quæritur iterum, cur deus prohibuit qđ nemo vnq̃ vitare potuit? Videtur enim lex non solũ inutilis sed etiam irrationabilis: cum interdicat qđ est impossibile vitare. Propter hanc rationẽ nolũt prædicti doctores ꝙ lex primos motus prohibeat. Quibus obiicit sic: Nonne lex præcipit diligere deũ ex toto corde? Sed hoc præceptum (vt dicit Augustinus) nemo in præsenti põt adimplere: si ergo aliquid præcipit qđ non valet hic a quoq̃ fieri, quid mirũ si
G quid prohibetur qđ non potest vitari?

Quæstio clxxiii. Quæritur ergo quare deus vel ꝓhibuit qđ nõ potest vitari: vel p̃cepit quod non valet adimpleri? Videtur enim crudelis vel non æquus. ℭSolutio. vt superbum humiliaret, & cæcũ illuminaret: & sic dignũ ad gratiã suscipiendam præpararet. In hoc ꝙ ꝓhibuit qđ nemo potest vitare: & p̃cepit qđ nullus facere potest, ostendit quæ sit perfectio diuinæ iustitiæ: & quid iuste de⁹ ab homine exigere possit. Insup qualis homo fuerit ante peccatum: scilicet talis q sine omni difficultate gratia adiuuante nihil concupisceret, & deum ex toto corde diligeret: & qualis per culpam effectus: scilicet infirmus, carnalis, impotens non concupiscere: vel deum perfecte diligere. Quid ergo restat nisi vt homo amplius de se non p̃sumens ad gratiam confugiat: & dicat: domine respõde pro me, ego enim infirmus sum. Itaꝙ non crudeliter sed magna dispensa-
H tione præcepit deus quod nõ põt fieri: nisi a solo mediatore.

Quæstio clxxiiii. Quæritur vbi lex sic prohibeat generaliter concupiscentiam? non ẽm inuenitur vbi lex faciat prohibitionẽ: nisi de re vel vxore proximi. ℭSolutio. in
I speciali intelligitur generale.

Quæstio clxxv. Quęritur vnde contingat vt nitamur in vetitum: & id quod prohibetur ampli⁹ placeat: & dulcius fiat ex ipsa prohibitione? ℭSolutio. natura humana sic creata est, vt naturaliter appetat libertatem: quæ per prohibitionẽ videtur minui & in seruitutem redigi: vnde quantum potest statim facta pro-
K hibitione resistit nitens contra.

Quæstio clxxvi. Quæritur in qua persona loquat̃ apostolus dum dicit: Ego autem carnalis sum? In ꝓpria an generali. Nã si in sua persona loquatur: quomodo dicit se esse carnalem: cum esset spiritualis? si autem in generali loquitur, vt omni iusto & iniusto cuiuslibet tẽporis cõueniat quod dicit: quomodo iniusto conuenit odire malum & velle bonum & legi dei consentire? ℭSolutio. Augusti. dicit ꝙ in propria persona loquit̃: dicens se carnalẽ ꝓpter motus quos sentiebat: & idem erat spiritualis, non cõsentiens illis motibus inordinatis. Nõ autem negari potest quin dicat quædã quę proprię personæ non cõueniant: vt illud, viuebam aliquando sine lege. Sũt qui dicũt ꝙ in generali persona iusti loquit̃: sed iusto quomodo conuenit: ego autem mortuus sum? Nos autem dicimus, ꝙ sic loquitur Apostolus: ꝙ quędã cõueniant homini legis naturalis, quædam homini legis scriptę, quędam homini legis gratię: quid autem cui conueniat diligenter notandum: nostri autẽ propositi est quęstiones prosequi nõ
L literam exponere.

Quæstio clxxvii. Quod enim operor non intelligo, &c. Queritur quomodo dicit se nõ intelligere quod operatur cum p legem peccatũ cognouerit? ℭSolutio. nõ
M intelligo ponitur pro non approbo.

Quæstio clxxviii. At quando dicit: Non enim quod volo hoc ago: Quærit̃ quomõ dicat se nolle quod agit: nõne quod facit est peccatum & omne peccatum est voluntarium: & ita videtur velle qđ dicit se nolle? ℭSolutio. triplex est velle. s. naturæ, culpæ, & gratię: vnde idem potest

Infra 25 § in fine

velle secundum carnem: & nolle secundum mentem.

N Quæstio clxxix. SI aũt quod nolo hoc ago &c. Quæritur quidnam sit illud quod apostolus dicit se nolle, & tamen facit lege prohibente? ℭSolutio: concupiscere. lex em̃ prohibet concupiscere, & ap̃lus vult secundum mentem non concupiscere, & tamen secundum carnẽ concupiscebat.

O Quæstio clxxx. SEd quęrit̃ quõ dicat se facere & non operari: idem enim si facit aliquid illud operatur: etsi non operatur nec facit: nunqd affirmatio & negatio simul vera de eodem? ℭSolutio facit secundũ carnem: & non operat̃ secũdũ mentem.

P Quæstio clxxxi. QVæritur an consequẽs sit ipsum non operari simpliciter, si nõ operatur secundum mẽtem: sicut cõsequẽs est & si facit secundum carnem & simpliciter facit. ℭSolutio. est quidem verum qđ ad affirmationem determinatam sequit̃ simplex affirmatio fere semper: sed negationem determinatam nõ solet sequi simplex negatio: vnde oportet vim facere in pronomine cum dicitur ego nõ operor, quasi ego interior ĩ quo veritas hominis cõsistit qa imago dei, & sic negatio q̃ videt̃ eẽ simplex nõ est simplex: sed potius determinata.

Q Quæstio clxxxii. SEd quod habitat ĩ me peccatũ. Quæritur quomodo peccatũ qđ nihil est sed tm̃ priuatio boni, dicatur habitare in aliquo. ℭSolutio. hoc nomine peccatum significatur fomes peccati: quæ lex carnis vel lex membrorũ dicitur, sicut cõsensus vel operatio lex mortis appellatur.

R Quæstio clxxxiii. SCio ꝙ non habitat in me. i. in carne mea bonum. Quęrit̃ vtrũ vniuersaliter de omni bono: an indefinite de quodam bono dicat ꝙ non habitat in carne? Sed de om̃i bono quomodo hoc potest dicere: cum caro etiam corrupta & languori subiecta sit opus dei: nec om̃i bono priuata, maxime cum malum non sit res per se existens: nec potest esse nisi in re bona. Vnde consequens est vt vbi nullũ bonũ est, nec aliquod malum sit: & vbi aliqđ malum est necessario sit & aliquod bonũ. ℭSolutio. de sanitate siue naturæ integritate dicit ꝙ non habitat in carne: vñ cõgrue probat ꝙ peccatũ est fomes peccati, qđ priuatio sanitatis vel integritatis naturę est, in carne habitat. vbi. n. nõ est sanitas & debet esse, ibi est eiusdẽ priuatio: quã ap̃lus significat dicẽs: nõ bonũ habitat ĩ carne.

S Quæstio clxxxiiii. VElle adiacet mihi &c. Quærit̃ de illa volũtate quã apostolus dicit sibi adiacere quid ipsa dicẽda sit? ℭSolutio: nihil aliud q̃ affectus aĩę naturalis: qui ex creatiõe est in aĩa, & quo aĩa naturaliter vult bonũ: sed hic affect⁹ semp caret effectu, nisi a gr̃a dei adiuuetur.

T Quæstio clxxxv. VElle adiacet mihi pficere autẽ nõ inuenio: quoniã malũ adiacet mihi. His verbis videtur apostolus ĩsinuare, ꝙ si malum non adiaceret, nõ solum velle sibi adiaceret: sed etiam perficere inueniret: cum nil impediret ad bonum vel impelleret ad malum. Sed in hoc ipso insinuat primũ statum primi hominis ante peccatum: cui adiacebat velle bonum, sed malum nõ adiacebat: vnde non poterat dicere: velle adiacet mihi perficere autem non inuenio: quia malum adiacet mihi. Vtrũ autẽ illud bonum qđ naturaliter volebat posset perficere sine additamẽto maioris gratiæ: posset quæri. Nonne illud velle qđ habuit Adam ante peccatum: multo intẽsius erat: q̃ illud naturale velle: qđ habent Pagani nunc: sed magna & multa bona faciunt (etsi non sunt digna vita æterna: qa sine fide facta) pagani ex naturali affectu quẽ habent: quomodo ergo Adam ante peccatum ex maiore voluntate non potuit nec ad modicum pficere: vt omnes fere asserunt. Itẽ si de⁹ maiorẽ gratiã non conferret sed in illo statu in quo eum creauit sineret, nonne posset exigere iuste deus ab homine, vt pro bono iam collato eum perfecte diligeret: sed deus nõ posset iuste exigere, quod homo nõ posset reddere: & sic videtur ꝙ homo ante peccatum ex bono iam percepto posset pficere, quod multi negant.

V Quæstio clxxxvi. SEd dicet aliquis nonne deus mõ iuste potest exigere ab hoĩe qđ hõ non põt reddere, vt iã superius dictũ est? Nisi enim deus iuste posset exigere: vt nil cõcupisceret cõtra rationẽ. & vt deũ ex toto corde diligeret, non pcepisset ho-

mini vtrũq;.Simili modo videtur ꝙ homo ante peccatum nõ posset totũ reddere quod deus iuste poterat exigere.
X ℭSolutio.Homo ante peccatũ per nullã culpam infirmus vel impotẽs effectus est:ideo facile poterat reddere,qđ deus poterat exigere:post peccatum & ꝑ peccatum talis effectus est:ꝙ non valet soluere omne debitũ,qđ tñ deus potest exigere,& ab iis exigit,q de se ꝓsumũt,&
Y ad gratiam non confugiunt.ℭSciendũ ꝙ litera hæc ab illo loco Ego carnalis sum,vsq; ad illũ, nihil ergo damnationis &c.& de homine legis & de homine gratiæ solet legi,& qualiter de hoĩe gratiæ debeat vel possit exponi secũdũ Augustinum dictum est.Qualiter autẽ de hoĩe legis legatur diligenter intuẽdum est.Homo aũt legis dicitur qui ꝑ legem ĩstructus cognoscit per pc̃m̃,cui nolens resistere vincit̃ & succumbit, & fomiti cõsentit: q dicit̃ carnalis non solũ fomitẽ sentiens sed etiam ei consen-
Z tiens.Cum ergo consensus sit rationis.

Quæstio clxxxvii

QVęritur quomodo homini legis conueniat volo bonũ,odi malũ, iam non ego operor illud,& cõsentio legi dei.ℭSolutio.licet cõsensus sit rationis,tamen quia carnalitas eam ad con
A sẽsum traxit nõ rõni sed carni ascribit̃.

Roma.8 Quæstio 188.

VT iustificatio legis impleretur in nobis.Querit̃ quid vocet iustificationẽ legis:cũ ex lege nõ sit iustitia.ℭSolutio.Iustificationem legis vocat,nõ quã lex cõferebat,sed quã lex præcipiebat & promittebat,quæ in nobis impletur per gratiam Christi,qui legem plene & perfecte impleuit,& nobis gratiam implendi dedit,& qđ min⁹
B agimus:ipse supplet & ꝓ nobis rñdet.

Quæstio 189.

AN idem sit ambulare secundũ carnem,& esse secũdum carnem & sapere ea quæ carnis sunt. ℭSolutio non est idem.Nam ambulare secũdum carnem est opere implere ea quæ caro concupiscit.Esse secundũ carnem est cõsentire concupiscẽtiis,vel esse dispositum in carnalibus.Sapere ea quæ sunt carnis est delectari in talibus,quæ caro sũma iudicat,vel non percipere ea q̃ sunt
C dei.Duobus enim modis dicit̃ quis carnalis.s.vita & doctrina,vel qui carni indulget,vel qui diuinam potentiam naturis rerum alligat.i.qui credit ꝙ deus nil possit facere nisi qđ videt in natura rerum.Similiter ambulare secũdum spiritum est ea quæ sunt spiritus opere implere.Esse secundum spiritum est cõsentire spiritui,vel esse dispositũ secundũ spiritualia.Sentire ea quæ sunt spiritus est delectari in spiritualibus secũdũ quæ tria dicitur quis vere spũalis. Dicitur etiam spiritualis per intelligẽtiam aliquis,& est aliquis spũalis vita & non intelligentia:alius intelligentia & non vita : alius vtroq; modo : alius D
netro &c.

Quæstio cxc.

VOs autem in carne non estis &c. Quæritur quomodo ap̃l'us dicat eos non esse in carne.cum pro superba eorum altercatione reprimẽda eis scripserit.ℭSolutio. In spiritu & non ĩ carne dicit eos,quia secundum carnem nõ ambulabant vel quod melius est: inter Romanos erant quidam spũales & perfectę fidei:propter qđ dicit vos nõ estis in carne.Erant & alii inter se altercantes & ĩperfectæ fidei ad quos respiciens subiũgit:si tñ spũs dei habitat ĩ vobis, E
quos hortatur ad perfectionem.

Quæstio cxci.

SI aũt Christus in vobis est . Quærit̃ quid sit Christũ esse ĩ aliquo vel spiritũ Christi?Solutio.Augustinus dicit Christus ĩ hoĩe fides est ĩ corde. Sed secundũ hoc in quocũq; fides,& Christ⁹: sed in malo est fides:ergo &Christ⁹,vel spũs Christi est ĩ malo . Idẽ em̃ estChristũ vel spm̃ Christi esse ĩ aliquo, sed spiritus Christi nõ est in aliquo nisi ĩ quo est dilectio.ℭSolutio.Nõ oĩs in quo est fides,habet fidẽ ĩ corde:nã in corde nõ dicit̃ fides esse nisi cũ cordi sedet & placet.i.nisi vbi ꝑ dilectionẽ operat̃,& secũdum hoc idẽ est Christũ esse in aliquo: F
& fidẽ Christi in corde ipsius esse.

Quæstio cxcii.

COrpus quidem mortuum est propter peccatum.Querit̃ propter qđ pc̃m̃ corp⁹ sit mortuũ.i.necessitati moriẽdi subiectũ.ℭSolutio.ꝑpter reatum originalis culpę,sed cũ talis ĩmo omnis culpa ĩ baptismo sit dimissa,q̃rit̃ cur talis pœna ꝓ tali culpa ĩflicta non tollit̃? ℭSol'. licet culpa ꝓ q̃ talis pœna ĩfligit̃ sit dimissa:tñ talis infirmitas remanet:

et sponsi originalis pena sit in vos corporalis dimissa culpa quae est peccatum originale adhuc sumus pone illi obnoxii ne ad sacramentum baptismi magis accedamus pro utilitate temporalis commodi quam pro fide et amore future vite

ne homines ad susceptionē illius sacramenti magis pro vtilitate tēporalis cōmodi pꝑarent, q̄ pro fide & amore futuræ vitæ: & sic non prodesset animæ ī Christo renasci. Vel corpus est mortuum propter peccatum vitandum. Talis enim spirit⁹ est humanus: vt nisi infirmitatib⁹ esset obnoxius: supram odum extolleretur: & sic non saluaretur: ꝙ sine humilitate nequit fieri. Non igitur crudeliter sed misericorditer: nec ex īpotentia sed ex magna dispēsatione nō aufertur nostra mortalitas cum cæteris pœnalitatibus in baptismo.

G Quæstio cxciii.

NOn eñ accepistis spiritū seruitutis &c. Quęrit an idē sit spirit⁹ timoris & spūs adoptionis? ℂSolutio. idē spūs ꝓpter varios effectus diuersis vocat vocabulis. Nota ꝙ mun⁹ & author muneris eodem dicitur nomine.

H Quæstio cxciiii.

QVæritur quomodo Romanis loquens dicat: non iterū accepistis spūm seruitutis iterum in timore &c. Non enim illis prius datus est spiritus seruitutis sicut Iudæis. ℂSolutio. iterū non notat iterationem in eisdem personis factam: sed in diuersis: quasi diceret Iudęis quidem datus est in legis datione spiritus seruitutis in timore: & iterum vobis est datus spiritus non timoris sed adoptionis. Timor alius est mūdanus, alius seruilis, alius initialis, ali⁹ filialis. Mundanus est timor secundum quosdam quando bonum dimittimus, vel malum agimus retēta tamen volūtate bona propter pudorē aliorum, ne viles habeamur: qui secundum eosdem etiam humanus dicitur. Secundum vero Cassiodorū, mundanus timor est qñ timem⁹ pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter qđ delinquimus: & iste timor malus est: & in primo gradu cum mundo deseritur: quem dñs ꝓhibet dicens. Nolite timere eos q occidūt corpus. Seruilis secūdū priores est qui prohibet manum a malo opere: retenta mala voluntate.

Timor multiplex

Matt. 10.

I Quæstio cxcv.

DE quo potest quęri an sit donum spiritus sancti, qđ si est, bon⁹ est, sed videt malus cū ꝓpter pœnā faciat seruire. ℂSolutio. iste bonus est: bonum hñs effectū. s. cohibere a malo opere: hoc aūt qđ mala voluntas remanet: non est ex ipso, sed ex hoīs vitio. Secundū alios vero timor seruilis est quo timet gehēna: quo fit bonū sed non bene: qui dicit initialis secūdū priores & scđm etiā secūdos est initiū sapientiæ: qui preparat locum sapiētiæ & ducit ad caritatem. Dicitur etiā alio modo timor initialis, cum quod durum erat incipit amari & iste est quasi medius inter seruilē & filialē aliqd habēs de vtroqꝫ. Scđm vtrāqꝫ sentētiam filialis timor est, non quo timet pœna: sed ne offendatur sponsus vel discedat, ne offendamus, ne deo careamus: qui comes est perfectionis.

K Quæstio cxcvi.

QVis aūt horū fuerit ī Christo solet quæri? Qꝫ aūt mūdanus: cum sit malus nō fuerit, cōstat: similiter nec seruilis vel initialis: cum neuter posset esse in caritate perfecta: ergo vel filialis vel nullus videt fuisse in illo, sed filialis est quo timemus offendere: sed nunquid Christus offendere vel separari timuit? ℂSolutio. Filialis timor fuit in Christo non secundū effectum quē habet in p̄senti in nobis, sed secūdū illum quem habet in angelis, vel habebit ī futuro in sanctis: sed secundum reuerentiā: q̄ est mixta cum subiectiōe dilectio: vnde apł'us & exauditus est pro sua reuerentia. Item nonne Christus timuit pœnā. s. mortem: vnde cœpit Iesus pauere: quo ergo timore nunquid filiali? cū nullus alius fuerit in eo. ℂSolutio. timore naturali cœpit pauere qui non est contentus in prædicta diuisione: qa æque in bonis & malis est: qui dicit naturalis non quia cum natura sit cōcreatus, sed ex corruptione inoleuit quodā modo ī natura: quem cum cæteris pœnalitatibus Christus suscepit.

Heb. 5.

L Quæstio cxcvii.

TImor seruilis datus est in lege: sed timor seruilis secundū August. est quo timetur gehenna, ergo timor gehēnalis datus est in lege: sed nonne gehennalis cohibet non solum manum sed etiam animum: lex autem manum tm̄ & non animum. Item dicit Augustinus ꝙ timor seruilis nunq̄ est cum caritate, sed nōne omīs q timet pœnā ęternam habet timorem gehennæ? sed aliqs q habet caritatē inchoatā adhuc timet

pœnam,& sic videt ꝙ seruilis timor sit in caritate.has quæstiões moueo nõ vt soluã sed vt lectorẽ ad quærendum me cum excitem.

M

Quæstio cxcviii. QVęritur adhuc de timore seruili vtrũ faciat seruũ Christi an diaboli. ℭSolutio.nec dei nec diaboli:sed pœnę seruũ facit:quia quodammodo libertatem tollit: & opus quod vult propter pœnam facere non finit.

N

Quæstio cxcix. COhęredes autẽ Christi &c.Quærit an Christus sit hęres & si est:secũdũ quã naturã: videt em̃ ꝙ secundũ diuinitatẽ non sit dicendus hęres:cũ hęreditas sit aliquo decedente firma successoris possessio:sed nec pater decedit, nec filius ei succedit,quia vterq; ab æterno,quomodo ergo hæres?ℭSolutio. Sic quidem inter nos hæreditas habet esse per successionem: sed nõ sic in deo: Ioan.1. filius em̃ quia habet esse a patre, & oĩa quæ habet a patre habet:non autẽ ediuerso:ideo filius hęres patris est.secundum humanitatem vero accepit hæreditatem,secundũ plenitudinem de qua nos omnes accepimus.

O

Quæstio cc. QVęrit qd sit esse cohæredes Christi. ℭSolutio eiusdem hæreditatis participes.Sed secundum hoc videt falsum nos esse cohæredes:quia possessio gentium,Christi est hæreditas. Vnde Postula a me & dabo tibi gẽtes hęreditatem tuam:cuius hæreditatis nõ sumus pticipes,& sic nõ sum⁹ cohęredes. Psal.2. ℭSolutio.Hęreditas Christi secundum quã nos sum⁹ cohæredes:est vita æterna:non gentium possessio.

P

Quæstio cci. SI tamen compatimur.Quęritur quõ Christo iã non patienti sit cõpatiendum. ℭSolutio.Duob⁹ modis Christo compatimur: vel ei⁹ dolores quos pro nobis sustinuit ad memoriã reuocãdo & sic ei cõpatiendo condolere,vel ad similitudinẽ ipsius cũ ipso & ꝓpter ipsũ tribulationes sustinẽdo.Compassio qñ ꝙ nomen est naturalis affectus:quãdoꝙ consensus ipsius qui est virtus.

Q

Quæstio ccii. NOn sunt condignę passiones hui⁹ tẽporis &c.Quęrit an merita sanctoꝝ sufficiãt ad futurã vitã cõsequendã:si em̃ verã hñt iustitiam digni sunt corona:sed ꝙ vere iusti sint patres noui testamẽti ipse apl'us insinuat dicens. De reliquo reposita est mihi corona iustitię,quã reddet mihi iustus iudex:nõ solũ aũt mihi,sed & oĩbus qui diligunt aduẽtũ eius.Hic aũt videt dicere ꝙ tribulationes quas sustinẽt sancti,nõ sufficiunt ad futurã gloriã,q̃ est reuelanda, promerendã:hoc est em̃ passiones nõ esse condignas ad futurã gloriam.ℭSolutio.Non negat Apl'us,quin merita sanctoꝝ ad consequendã gloriã sufficiant: sed ad tam excellẽtẽ gloriã ꝓmerẽdam non sunt condigna: qa deus ex sua gratia superaddet plus q̃ meruerunt merita nostra,qđ est breuiter dicere nostra merita minima sũt respectu præmioꝝ. 2.Ti.4.

R

Vanitati em̃ creatura subiecta est.Nota triplicem esse vanitatẽ prima est mutabilitatis,secũda est mortalitatis, tertia est iniquitatis: & homo est om̃is vanitas.i.omni vanitati subiectus.

S

Quæstio cciii. NOn volẽs sed ꝓpter eũ q subiecit eam ĩ spe.Quęrit qd creatura subiecta vanitati non velit : si malum non vult voluntas bona est:sed tũc nihil est quod sequitur.Sed propter eũ &c.si autem bonum non vult : peccat cum debeat velle bonum.ℭSolutio.Voluntas pluribus modis dicitur, quãdoꝙ enim dicitur naturalis affectus:vt ibi nõ qđ volo ago:quandoꝙ consensus illius secundum quod dicitur voluntas dãnanda vel remuneranda: quandoꝙ horror carnis vt ibi non sicut ego volo sed sicut tu:& hoc modo hic accipitur:& est sensus licet amara sit pœna quam sustineo:tamen delector eam sustinere propter Christum. Roma.7. Mat.26.

T

Quæstio cciiii. OMnis creatura ĩgemiscit &c.Quęrit quomodo hoc verum sit cũ lapis sit creatura nec tamen ingemiscat? ℭSolutio. omnis hic nõ colligit singula generum sed genera singuloꝝ: & est sensus om̃is creatura.i.homo ĩ quo est omne genus creaturarum.Tres em̃ sũt species creaturæ scilicet corporalis & animalis & spiritualis:quę omnes sunt in homine,& sic omnis creatura ingemiscit in homine,

V

Quæstio ccv. NOn solum autẽ illa sed & nos,&c. Nõne nomine creaturæ intelligũtur boni:quõ ergo distĩguit apl's inter

apostolos primitias spiritus habentes: & inter creaturam quasi ipsi boni nõ essent. ℭSolutio.qua ratione inter creaturã & filios dei, licet filii dei sint creatura, distinguit inter creaturam & apostolos, q̃uis ipsi sint creaturæ, distĩctionẽ faciẽs q̃ attendit nõ ĩ diuersitate alterius naturę:sed in diuersitate alteri⁹ qualitatis: sicut glossę diligenter inspectæ declarant.

X Quæstio ccvi. SPes quę videt non est spes &c.Quæritur quid sit qđ nomine spei significatur cũ dicit spes quæ videt: & a quo remouet, cum dicit nõ est spes. Ei quod non est spes quõ nomẽ spei cõuenit vel aptat? ℭSolutio.Sicut ęquiuoce dicit fides id quo credit, & id qđ creditur:sic ęquiuoce spes:id quo speratur, & id qđ sperat appellat. Et sic spes quæ videtur .i.res sperata non est spes qua speram⁹ scilicet virtus illa. Vel aliter spes q̃ videt.i.illa q̃ est de re visibili non est spes nr̃a.s.cui⁹ iam merito salui facti sum⁹.

Y Quæstio ccvii. IPse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹.Quęrit cũ spiritus nullo indigeat nec aliquas angustias patiatur, quomodo dicatur postulare vel gemere. ℭSolutio.qđ ipso authore faciũt sancti, spiritui attribuit:postulat ergo vel gemit:quia facit nos postulare vel gemere.

Z Quæstio ccviii. AN spiritus aliquid postulet & nõ obtineat? Nõne quotiens aliquid petimus ex caritate: ipse spũs postulat in nobis:sed sæpe petimus pro illo q iacet in crimine nec exaudimur: & sic videtur ꝙ spiritus quo docente oramus non exaudiatur. ℭSolutio.Duæ sũt species iustæ orationis:vel cũ petimus qđ est petendũ:vel cum petimus vbi est petendum: quandoq; aũt petimus vbi est petendũ:nec tamẽ qđ est petendũ: & spiritus tunc docet qualiter sit petẽdum: sed non docet quid est petendũ: & ideo nõ obtinemus. Quotienscũq; autem petimus quod est petendum: & vbi est petendum, obtinemus.

A Quæstio ccix. SCimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Nõne quidam ad tempus diligunt, & postea cadunt:& sic damnãtur? His autem non omnia cooperantur in bonum: & ita videtur ꝙ diligentib⁹ deum non omnia cooperẽtur in bonum. ℭSolutio non dicit simpliciter ꝙ diligentib⁹ deũ omnia cooperantur in bonum: sed diligentibus & vocatis sanctis secundũ ꝓpositũ:quidã enim diligunt nec tñ vocati sunt sancti secundũ propositum, sicut quidam sunt pręordinati ad vitam nondum tñ diligũt:& neutris oĩa cooperant in bonum:sed diligẽtibus & vocatis sanctis secũdũ ꝓpositum.

B Quæstio ccx. ITem Quęrit quõ propria peccata talium cooperent eis in bonum? ℭSolutio.humiliores & doctiores resurgunt.

C Quæstio ccxi. SEd nõne:si nõ cecidissẽt : sed tũc bonũ fecissẽt meliores essẽt q̃ mõ sint? vt hæc corrupta si haberet cum iis bonis quę nũc habet etiã virginitatẽ nõne altioris gradus & maioris meriti esset? ℭSolutio.est qdẽ verũ si Maria Magdalene cũ tãta deuotiõe haberet etiã virginitatẽ maioris meriti esset sed ad perfectionẽ quãdã casus ipsius cooperatus est.& forsitan si non tã turpiter cecidisset: nunq̃ medicũ cæleste tantũ dilexisset:nõ tñ peccãdũ ẽ vt gr̃a abũdet.

D Quæstio ccxii. ITẽ quęrit quõ maloꝝ peccata cooperent bonis ĩ bonũ. ℭSolutio.nihil fit in mundo qđ aliquid vtilitatis nõ conferat bono vniuersitatis:& sic oĩa bona vel mala propria vel aliena cooperãtur bonis in bonum.

E Quæstio ccxiii. AN omnia damnãdis cooperentur in malum? Q₂ mala ipsorũ eis noceant cõstat:sed vtrum bona quæ qñq; faciunt cooperent eis in malum potest quęri:qđ videt:quia scriptũ est: melius est viam veritatis nõ agnoscere: q̃ post agnitã retroire. 2.Pet.2. ℭSolutio.damnandis non omnia cooperãtur in malum:quia pro bonis quæ qñq; faciunt minus punientur. Quod autem dicitur:meli⁹ est &c.non de iis damnandis qui aliquando iusti fuerũt, dictũ ẽ, sed de hęreticis.

F Quæstio ccxiiii. QVos præsciuit & prædestinauit. Quæritur an præscientia sit causa prædestinationis? sicut prædestinatio causa est vocationis : vocatio causa iustificationis & iustificatio magnificationis:quod videtur secũdum suppositum ordinẽ:sed cũ vtrunq; sit æternum quomodo vnũ põt esse cã alteri⁹?

℃Solutio. Licet vtrūq; sit æternum: tamen vnū potest esse causa alteri⁹: sicut filius & spiritus sanctus cum vterq; sit æternus: tñ filius causa est spūs sancti: sic secūdū quosdam præsciētia ptinet ad sciētiam. & sic ad filium: prędestinatio ad electionem: electio ad volūtatem quæ pertinet ad ꝓprietatē spūs sancti: ideoq; sicut filius est causa spūs sancti: sic & pręsciētia causa est ꝑdestinationis quā naturaliter nō tempore pręcurrit.

G Quæstio ccxv.

AN idem sit in deo præsciētia & ꝑdestinatio? Ad cui⁹ quęstionis solutionē sciēdum est: ꝙ diuina vsia cum sit vna & simplex: tamē propter varios effectus diuersa sortitur vocabula: dicitur enim sapientia, sciētia, pręsciētia, præuidentia, prouidentia, dispositio, ꝑdestinatio. Sed sapientia & scientia de omnibus est præteritis & præsentib⁹ & futuris bonis & malis: & ꝓuidentia de eisdem: prouidentia de gubernandis q̄ quandoq; accipitur pro ꝓuidentia. dispositio de faciēdis: prædestinatio de saluandis & sic in deo quantum ad essentiam idē est præscientia & ꝑdestinatio.

H Quæstio ccxvi.

AN præscientia esset in deo si nulla essent futura? Qꝫ non, sic volūt probare. Si nulla essent futura deus nō pręsciret aliqua futura, et si hoc esset, ꝑscientia non esset in deo: sed præsciētia est diuina scientia: & ipsa est dei essentia. & sic videtur si nulla essent futura ꝙ deus non esset: quod absit. ℃Solutio. præscientia nō simpliciter significat diuinam essentiam: sed circa eā designat relationem respectu futurorum. vñ ista locutio si nulla essent futura præscientia non esset in deo: duob⁹ modis intelligitur. Si eñ dicatur. si nulla essent futura, ꝑscientia non esset in deo. i. si nulla essent futura: subiecta diuinæ sciētię nulla essent: vnde ipsa diceretur ꝑscientia, verus est ītellectus. Si autem sic intelligatur si nulla essent futura: ꝑscientia non esset in deo. i. scientia qua ꝑscit futura, falsa est intelligentia.

I Quæstio ccxvii.

AN præscientia Dei sit causa futurorum: an futura præsciētiæ? Nulla essent futura nisi deus prȩuidisset, & sic videtur ꝙ præscientia sit causa futurorū. Vnde August. vniuersas creaturas non quia sunt ideo nouit deus: sed ideo sunt quia nouit. Sed cū ęque sciat bona & mala: videtur ꝙ præsciētia causa tam malorum q̄ bonorum sit. Sed dicit Origenes non ꝓpterea aliquid erit: quia id deus scit futurum: sed quia futurum est illud præscit deus: hoc videtur esse contrarium illi superiori sententiæ Augustini. ℃Solutio. quandoq; accipitur notitia pro beneplacito: & tūc est causa futurorū: sed tantū bonoꝝ: sic ꝙ August. superi⁹ accepit. qñq; vero solam notitiam vł cognitionē significat: & tunc non est causa futuroꝝ: sed ęque se habet ad bona & ad mala: & sic Origenes accepit: & sic nec prȩscientia causa est futurorum: sed nec futura ꝑscientiæ, nisi dicat̄ causa sine qua non fit.

K Quæstio ccxviii.

AN præscientia necessitatē eueniēdi inferat reb⁹ futuris? Qđ videt̄ quia si deus prȩsciuit aliquid futurū: illud non potest nō euenire: & si hoc est, necessario eueniet quicquid præsciuit. Item videtur ꝙ dei prȩuidentia posset falli: quia si illud quod est prȩuisum potest aliter euenire q̄ euenit: potest aliter q̄ sit præuisum euenire: vt si de⁹ aliquem hodie lecturum præuidit: conceditur ab omnibus ꝙ talis aliquis q hodie est lecturus potest non legere: & sic aliter q̄ sit præscitum potest contingere. ℃Solutio communis hæc est: hæc & similia possunt per cōiūctionem & disiunctionem exponi: sensus coniunctionis hic est: si deus præuidit necesse est euenire, id est nō potest simul esse verū ꝙ vt deus præuideat & non eueniat: & sic est verum. Disiunctionis sensus hic est: hoc futurum non potest aliter euenire: q̄ eo modo quo euenit & q̄ sit præuisum, & hoc est falsum. Item si aliter eueniret q̄ est præscitum nō falleretur diuina prouidentia: quia tunc hoc nō esset paęuisum: sed aliud quod tūc eueniret. ℃Prædictę solutioni sic obiicit. Si deus aliqd præuidit illud eueniet: hæc hypothetica est necessaria: vnde si antecedens est necessarium & cōsequēs: sed añcedēs ē necessariū: qa qđ est ꝑscitū nō potest nō prȩscitū esse: & sic videtur ꝙ quicquid futurū est quadā necessitate sit futurū. Qđ etiā videtur aliter pos-

L obiectio

se probari: deus ab æterno verbo æterno suo dixit. de quolibet futuro: quia erit: sed impossibile est deũ mẽtiri: sed si illud qđ dixit futurum nõ eueniret: consequeretur ꝙ deus esset mendax: & ita necessario eueniet qđ futurũ est: vnde Augu. Sicut necessariũ est fuisse qđ fuit: sic necessarium est fore qđ futurũ est. Et alibi de deo loquens. Cuius inqt volũtas necessitas est quia si voluerit, necessario erit. ¶Solutio. Sunt nõnulli qui concedunt ꝙ deus potest non præuidisse qđ ab æterno præuidit: & ideo dicunt ꝙ antecedens præcedentis hypotheticę nõ est necessariũ: & ideo nec consequens. Sed qualiter verum sit qđ dicunt non video. Itẽ secundę obiectioni respondeant quomodo deus non sit mendax: si illud qđ futurũ prędixit nõ eueniat: vel quomodo voluntas dei sit necessitas: vel quomodo verũ sit qđ dicit Aug. Necessarium est fore qđ futurum est. Nos aũt Augustinum sequentes dicim⁹ geminã necessitatẽ esse: vnã quæ attenditur secũdũ causas inferiores: quę quãdoꝗ impedit a superiorib⁹ & alterã quæ intelligitur secundũ causas superiores: quã impossibile est non impleri. Eorũ aũt quę futura sunt quædam ęque eueniunt: & secundũ causas superiores & secũdũ causas inferiores: quędã tm̃ secũdũ causas superiores: qc quid autẽ futurũ est quo ad necessitatem quę intelligitur secundũ vniuersitatem causarum: non potest impediri quin eueniat. Vsus aũt loquẽdi formatus est secundũ causas inferiores: quia magis nobis notę sunt. Vnde sępe dicimus ꝙ aliquid potest esse & idem potest non esse: quia causæ istę vtrũꝗ permittunt: secundũ causas vero superiores vnũ tm̃ potest esse, scilicet qđ deus vult: quod disponit: qđ ab æterno præsciuit: & verbo suo futurũ prædixit: & nullo modo potest impediri qn eueniat: ad has causas Augustin⁹ respiciens dixit necessario fore qđ est futurum.

M Questio ccxix.

Item queritur. An sciẽtia dei possit augeri vel minui? Qꝫ possit volunt probare sic: Deus scit hunc lecturũ sed potest nõ legere, ergo de⁹ potest nescire hunc lecturũ. Vel sic. Iste non est lecturus: sed potest legere, ergo deus potest scire istum lecturũ qui nõ est lecturus: sed potest fieri vt legat: ergo potest a deo sciri, quod nõ sit. ¶Solutio. Sciẽtia dei immutabilis est: nec potest augeri vel minui: tamen concedunt nõ nulli ꝙ de⁹ potest scire qđ nescit: & nescire qđ scit: & plura scire q̃ sciat: nescientes respondere prædictis obiectionibus: Nos aũt dicimus: ꝙ deus non potest scire quod nescit: nec nescire quod scit: nec plura scire q̃ scit: qa si aliqua q̃ nunq̃ fient inciperent fieri: nõ tamẽ inciperent a deo sciri: q ab ęterno oĩa perfecte nouit: nõ solũ q̃ quãdoꝗ fiũt: sed quęcũꝗ possunt fieri. scit em̃ & quibus causis possunt fieri, & qualia eẽnt si fierent. Nõ enim modo pleniorem habet scientiam de mundo q̃ habuit ab æterno: nec modo minorem sciẽtiam de iis quæ nunq̃ fient: cum possent fieri q̃ haberet si fierent. Tamen magna quæstio est: vtrum aliquid tale sit in sola possibilitate: quod nunq̃ sit actu: qđ em̃ non habet in deo causam quomodo potest prodire in actum? Sed de hoc alibi dicẽdum est: qđ modo ex accidenti tetigimus. Prædictis aũt obiectionibus respõdentes: dicimus ꝙ hæc, deus scit hunc lecturum ponit ꝙ iste sit lecturus: & ꝙ hoc sciat deus: & ideo ex quo nõ est lecturus: non est concedẽdũ: ꝙ deus sciat hũc lecturum: nõ quia deus aliquid nesciat: siue em̃ legat siue non legat: non ideo plus vel minus scit vel non scit deus: Idem iudicium de similibus. Notandũ etiam ꝙ cum dicitur: ꝙ ille q est lecturus potest non legere, vel qui non est lecturus potest legere: hoc dictũ est secundum causas inferiores: si autẽ ad causas superiores respiciamus: qđ futurum est determinate erit, & non alterũ nec poterit non euenire: tamẽ qa vsus formatus est secũdũ causas inferiores, quæ neutrum cogunt, sed vtrũꝗ permittũt: dicimus ꝙ vtrũꝗ potest esse & non esse: cum tamẽ in veritate verũ sit futurum vnum & non alterum.

An numer⁹ prædestinatorũ possit augeri vel minui? Idem quæritur de numero reproborum. Qꝫ sic, volunt probare. Deus potest nõ apponere gra N Questio ccxx.

etiam cui apponit:qđ si faceret prędestinatus damnaretur: & potest apponere cui non apponit:qđ si faceret reprobus saluaret: & sic q prædestinat⁹ est potest damnari: & q reprobus est potest saluari: & aliqs potest trāsire de numero pdestinatorū ad numerū reproborum & econuerso. ℭSolutio. Hoc ad similitudinē prædictorū soluūt secundū coniūctionē & disiunctionē. Nos aūt dicim⁹: qđ est possibile secundū causas inferiores forsitā impossibile est secundū causas superiores. Item non videt esse consequens, deus potest hunc saluare vel damnare:ergo hic potest saluari vel damnari. Non enim posse dei sequit posse nostrū:vt si deus potuit aliter redimere genus humanū:ꝙ ideo genus humanū posset aliter redimi: q̄ per mortē filii dei: & si hoc deus habuit in sua potestate ꝙ homo ideo habeat in sua potestate aliter saluari. Nonne de⁹ potest si vellet saluare Iudā? nunquid ideo Iudas potest saluari? Notandū est ꝙ causę īferiores dicunt quas deus in prima rerū cōditione creaturis indidit secundū quas similia ex similib⁹ nascunt: vt ex tali grano talis arbor vel fructus pcedat. Causę vero superiores dicunt diuina potētia, voluntas, dispositio, & pdestinatio:quę qn̄qꝫ cū inferiorib⁹ qn̄qꝫ sine ipsis operant:quæ semp habent effectū, inferiores vero nō semper : immo qn̄qꝫ a superioribus impediunt.

Causę inferiores.

Causæ supiores

P Quęstio ccxxi.

CONformes fieri imaginis filii sui &c. Querit cur filius dicat imago patris. ℭSolutio qa simillimus eius : & quia est eiusdem essentię.

Q Quęstio ccxxii.

SEd cū spūssanctus sit ęque similis patri, cum sit eiusdē substantiæ: quare filius & nō spūs sanct⁹ dicit imago patris? ℭSolutio. Quia imago magis pertinet ad pprietatē generatiōis q̄ pcessionis:ea enim quę generant, solēt esse similia magis q̄ ea quę procedunt.

R Quęstio ccxxiii.

AN fili⁹ sit duę imagines:qa est imago increata secūdū ꝙ de⁹:& imago creata secundū ꝙ est homo. ℭSolutio. non ideo duæ imagines, qa in Christo imago increata & imago creata nō sunt duę imagines:sed vna:sicut est filius dei & filius hominis, nō tn̄ duo filii sed vnus filius dei & fili⁹ hominis.

S Quęstio ccxxiiii.

QVęritur an omnes æqualiter diligendi ſint?℃Solutio. Dicunt quidam ꝙ ſcđm affectũ ęqualiter omnes diligendi ſunt:,ſed nõ ſecũdum effectũ,immo alii plus alii minus:iuxta hoc qđ ſcriptum eſt.Ordinauit in me caritatẽ.Aliis videtur ꝙ etiam ſcđm affectum alii aliis præferendi ſunt:vt meliores minus bonis:& parentes alienis.Ordinať itaq; caritas ſcđm affectũ & effectum:qđ pluribus modis fieri poteſt,quia quandoq; debet eſſe impar affectus,quãdoq; par affectus & impar effectus & econuerſo. N Quę.306 Caſi.2.

QVæritur vbi ſit datum præceptũ vel doctrina qualiter homo ſeipm̃ debeat diligere.℃So. Quãdo homo docetur qualiter deus ſit diligẽd⁹:in hoc ipo doceť qualr homo ſe ipſum debeat diligere.Quid eſt eñ ſe diligere niſi bonum ſuũ amare?ſed qđ eſt bonũ hoĩs niſi de⁹? q ergo diligit deũ ĩ hoc ipſo diligit ſeipꝫ & inquãtũ diligit deũ,ĩ tm̃ diligit ſeipꝫ. O Quę.307

QVæritur an homo debeat tãtũ diligere proximũ quãtũ ſeipm̃.Quia ſcriptũ ẽ:Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipꝫ: ℃Sol.Sicut ſimilitudinẽ notat nõ quãtitatẽ ꝭm quoſdã:cũ dicitur:Dilige ꝓximũ tuũ ſicut teipm̃.i.ad qđ teipꝫ.i.ad hoc vt habeat deũ & quãtũ potes operã da vt illa faciat p q̃ ſalueť.Quæ aũt in ſupiorib⁹ de charitate iã dicta ſũt nõ opꝫ repetere. Nõ.n.oĩa vbiq; vł poſſunt vł debẽt dici. P Quę.308 Matt.22.

INfirmũ aũt fide &c.Quęriť quõ ĩfirmũ accipiat.℃Solu.Non ſecundũ conſtantiam ſed ſecundum cognitionẽ fidei hic intelligit infirmum. Q Quę.309

QVi ĩfirm⁹ eſt,ol⁹ mãducet.Vnuſquſq; aũt ĩ ſuo ſẽſu abũdet. Quęriť quõ apl's ſuadeat illũ q cibos diſcernit ſibi eẽ derelĩquẽdũ cũ malũ ſit cibos diſcernere & hũc mũdũ & hũc immũdũ putare cũ poti⁹ a tali errore eẽt retrahẽdum, hoc.n.ei cõcedere videť cũ hoc ſit eũ ĩ errore fouere.℃So.ꝑmittit min⁹malũ fieri

vt maius malum deuitetur:maius.n.malum esset contra conscientiam edere q̃ cibis quibusdã abstinere cum ab eis abstinendum esse putet.qsquis enim cõtra cõscientiam facit,peccat.

S

Que.311. QVærit̃ vtrũ ille q sic cibos discernit peccet? Nõne viuit ẽm doctrinã apli:si & hoc est,quõ peccat. ℭSol. Nõ n̄ docet Apl's qd tãq̃ bonũ sit agẽdũ,sed qd min⁹ malũ sit ostendit: minus eñ malum est bono zelo errare q̃ cõtra consciẽtiam manifeste peccare:quare ne maius peccatũ incurrat ferendus est potius q̃ irritandus. Sunt aũt q̃dam quæ etiã in nouo testamento prohibentur, vt ne qs sanguine animaliũ vescat̃,vel suffocatis vtatur. A quibusdã etiã abstinemus,quia nõ est necesse eis vti:vt a carne equina non quin ęque bona esset ad vescẽdum vt bouina:sed quia opus nõ est. A quibusdam abstinemus,quia noxia sunt vt serpẽs,bufo,& hmõi,quæ quidẽ venenosa sũt,ideo vescentes interimentia.

T

Que.312. QVæritur quõ cibos discernebant, nunqd aliquam immunditiam in his magis q̃ in illis constituebãt,propter quam eis vesci recusarent? Si hoc est: culpam mediante creatura in deũ refundebant,& sic peccabant ad mortem. Qd si ad mortẽ peccabant,qualiter iubet apl'us eos in morte tolerari? ℭSolu. Errabant & peccabant,sed venialiter nõ ad mortem. nõ eñ ideo a cibis qbusdã abstinebãt ꝙ crederent aliquã immunditiã illis inesse, sed qa sub lege positi abstinere ab eis cõsueuerãt graue erat illis cõsuetudinẽ deponere.

V

Que.313. QVærit̃ ad quos spectet qd̃ hic dicit apl's? ℭSolu. Ad prælatos videtur pertinere qd̃ dicit infirmũ aũt † suscipite. Itẽ quædã videtur dicere in hoc capitulo q̃ ad infirmos pertinere videtur: vt illud,qui nõ mãducat:mãducantẽ nõ spernat,&q mãducat nõ mãducãtẽ nõ iudicet.his.n.verbis ĩfirmos ĩstruere videt̃.

† assumite.

X

Que.314. SVo dño stat aut cadit. Videtur Apl's cũ id dicit, oẽ iudiciũ de bono nobis auferre:nã cũ ex intẽtione & sola caritate hõ sit bonus,q̃ hoĩs iudicio non subiacent quõ possum⁹ aliquẽ bonũ iudicare? ℭSolu. Ecclesia de manifestis tm̃ iudicat & nõ de occultis:nõ.n.iudicat ꝙ caritas in aliquo sit,quia tunc iudicaret esse qd̃ nesciret esse,sed ꝙ signa caritatis q̃ in eo sint ostendunt in eo esse caritatẽ. Similiter cũ iudicat vel condẽnat aliquẽ:nõ iudicat ꝙ criminis de quo accusat̃ re⁹ sit: sed ꝙ ei signa in accusatione ei⁹ concurrũt,ꝑpter q̃ in eũ iustã dat sentẽtiam. Si obiiciat̃ ꝙ testes falsi sint quib⁹ cõuincit̃, & accusatio falsa,qa de crimĩe sibi imposito nõ tenet̃. Dicimus ꝙ accusatio vera & testes veri sunt:& si criminis illius re⁹ nõ sit:qa vera dicit̃ accusatio.i.irreph̄ẽsibilis cum fiat ordine iudiciario. Sil'r dicimus ꝙ ecclesia dãnat reũ, licet crimen in eo nõ sit super quo accusatur, qa reũ ibi cõuictum iudiciario ordine accipimus.

Y Obiectio. Solutio.

Z

Quæst.315. DVbia in meliorem partem vertenda sunt,vt dicit expositor. Querit̃ ergo quõ ambigua debem⁹ in meliorem partẽ vertere:nã cũ ęque ambigo de bono an ipm̃ sit bonũ: sicut de malo an sit malum:nõ min⁹ indiscrete agere videor iudicãdo illud esse bonũ q̃ iudicãdo esse malum:sed cũ neutrũ sit mihi definitum & certũ,neutrũ debeo definire:quõ ergo intelligere debem⁹ qd̃ dicit̃ ambigua in meliorẽ partẽ vertere? ℭSolu. Credere,iudicare,vel vertere,accipit̃ hic ꝓ optare: hoc eñ cõsulit apl's vt cũ ambigua fieri videm⁹,ea bona intẽtiõe & nõ mala fieri optem⁹.nam qua intentione fiãt cũ id a nobis sciri non possit,non debemus iudicare qd̃ scire non possumus.

A

Quæst.316. ITem expositor dicit,q malũ putat malũ fallit:sed q malũ putat bonũ nõ fallitur:nõne malũ esse malũ est verũ? & malũ eẽ bonũ est falsũ? Quõ ergo q putat id qd̃ verũ est fallit:& q putat id qd̃ falsum est nõ fallit? ℭSol. Sine p̄iudicio melioris sn̄ię dicim⁹ hoc esse sic intelligẽdũ: q malũ putat eẽ malũ fallit̃,a cursu suo tardatur:qa eũ cõtẽnit & spernit:vel saltẽ eum minus diligit. Qui aũt malũ putat bonũ nõ fallit̃.i.ĩ via morũ nõ offendit nec tardat̃,qa ĩ eo ꝙ credit eũ bonũ ampli⁹ eum diligit,& sic q̃dãmõ errãdo ꝓficit. ℭNotãdũ ꝙ sũt q̃dã manifeste bona: q̃dã manifeste mala,de qb⁹ iudicare licet,& si nesciam⁹ q̃ aĩo fiãt. Sũt aũt & media q̃ bõa & mala esse possũt,de qb⁹ iudicare ꝑiculosũ ẽ & a dño ꝓhibitũ:& hęc ĩ meliorẽ ꝑtẽ debem⁹ vertere,vt dicit beat⁹ Hie

B

ronymus: si vides sacerdotē super muliere manum leuantem dic ꝙ ad benedicendum hoc facit. Quæ authoritas iuxta superiorem expositionem intelligenda est.

C ¶De bonis tamē manifestis raro iudicare possumus: cum pœne nulla iustus facere possit quæ non faciat malus: vt miracula, signa, & hmōi. Ieiunat, orat, & cætera huiusmodi q̄ signa sunt boni. Vnusqsꝙ in sensu suo abundet. i. permittatur in conscientia sua si non est ad mortem ne grauius peccet ab ea reuocatus.

D

Quæst. 317. Omnes stabim⁹ ante tribunal Christi &c. Quæritur quō apl'us dicat: Stabimus omnes, cum alibi scriptum legatur: Sedebitis sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel. Si sancti in hora iudicii sedebunt, quomodo stabunt? vel si stabunt qūo sedebunt? ¶Sol. Stare dicuntur pro reuerentia summi iudicis, sedere dicūtur quasi & ipsi iudicaturi.

Matt. 19.

E

Quęst. 318. Nihil cōe nisi ei qui existimat qd cōmune esse. Videtur Apostolus innuere quātitatem & qualitatē reat⁹ assignandam esse secundum quantitatem & qualitatem cōscientiæ: vt si quis veniale peccatum credat mortale contra cōscientiā committēs ad mortem peccet: etiam stramen leuando de terra si leuauerit cō sciētia dictāte id esse pctm̄ ad mortē: Et sic videtur hinc posse haberi omne pctm̄ qđ contra consciētiam est esse ad mortē. Nam quicūꝗ contra conscientiam suam agit etiā veniale cōmittēdo videtur deū cōtēnere: quia se pręponit deo. ¶Solutio. In veniali peccato qđ fit contra consciētiam. alii peccant ad mortem, alii venialiter. nam si quis cōtra cōscientiā cōmittat sic veniale: ꝙ credat se ęternaliter puniendū, si illud cōmiserit, ad mortem peccat & deū contēnit. Si aūt ex infirmitate aliqua dictante sibi conscientia ꝙ pro eo nō est dānand⁹: q̄uis cum illo exierit, venialiter peccat: nec se deo præponit, nec deū contēnit.

F

Obiectio. ¶Si qs obiiciat ꝙ cōtra cōsciētiam peccat, & sic placet pctm̄ cōmissum, & sic ad mortē peccat: qa ad mortē peccat testāte authoritate oīs cui placet pctm̄ &c. ¶Solu. Placere pro in vsum ducere accipitur: & qcūꝗ aliqđ veniale in vsum ducit, re⁹ est mortis: vt dicit Aug.

G

Quęstio 319. Bonum est homini nō mādu care carnem & nō bibere vinū &c. Hieronymus cōtra Iouinianū hoc argumēto vtitur: bonum est nō bibere vinū, ergo malum est bibere: ꝙ si malū est bibere vinū, peccat oīs q bibit vinū: & falsa videtur apl'i sn̄ia. Scio & confido in dn̄o Iesu, qa nihil est cōe per ip̄m. ¶Solu. Bibere vinū scđꝫ Hieronymū dicit malū p occasionē, quia ex vini potatione facile nascitur luxuria: & est sensus argumētationis: si ex abstinentia vini malū vitat, ex potatione vini facile occasio mali sumit. Dicit ergo apl's, bonū est hoī nō māducare &c. i. per abstinentiā carniū vel vini, vel cuiuslibet alterius cibi vitare ne proximus offendatur bonum est. Itē potuisset dixisse Apl's de faba & pisis & similibus.

H

Quę. 320. Omne qđ ex fide nō est, pctm̄ ē. Quęritur quō fides hic accipiat an pro iudicio cōscientię, an pro fide catholica. Ideo considerandæ sunt q̄stiones secūdū vtrāꝗ sententiam. Omne igit qđ fit contra fidem. i. iudiciū conscientię pctm̄ est. Iudicium consciētiæ est quo credim⁹ aliquid faciendū propter deū, cōtra qđ non est faciendū: vt si quis etiā credat hominē interficiendum si possit: & si non fecerit peccat etiam ad mortē: vt dicūt q̄dā. Aliis aūt videtur non esse ad mortē nisi ipse qui hoc credit propter deū faciēdū esse: mortaliter se peccare putat & nō faciat.

I

Quę. 321. Quærit igit cum iste hac intentiōe hoīem iustū occidat cū hoc facere debeat, an hoc agēdo mereat? Quisqs em̄ p deo agit, qđ p deo agēdū putat, meret̄ sꝫ iste p deo agit, qđ p deo agēdū credit, ergo ex hoc meret. Qđ aūt hoc agere debeat īde cōstat, qa si dimittit mortaliter peccat. ¶Sol. Aliq verisiliter dicūt ꝙ hic se in arctū misit & ita siue procedat siue recedat labit: vt si qs an̄ se ignē videat, retro pcipitiū aquę sentiat: vtrobiꝗ periclū incurrat. Aliis aūt videt ꝙ ibi duo sūt error, & zel⁹: qđ aūt erroris est: malū est, qđ vero zeli bonū est & meritū habet. Est em̄ volūtas bona: id vero in quo exercet malū, in hoc itaꝗ peccat, in illo meretur.

K

Quęstio 322. Omnis vita in fideliū pctm̄, vt dicit expositor. Sꝫ nōne ēt ifideles agūt q̄dā bona vt agros semiare, domos ędifi-

care,parẽtes pascere:q̃ etsi nõ sũt digna vita æterna,tñ laudabilia sunt,& nullo mõ pctã:quõ ergo oĩs vita infideliũ peccatũ? ¶Solutio.Infideles vocat cõtra fidẽ agentes,nõ fidem non habentes.

L Quæstio 323. Nunc autẽ aliam partẽ quęstionis psequamur scdm q fides pro fide catholica accipitur. Dicẽs itaq Apostolus, Omne quod ex fide nõ est,peccatũ est:videtur sentire q nullus nõ habens fidẽ aliquid faciat quod sibi prosit:quod videtur nõ esse verũ,cũ Cornelius nondũ habens fidẽ orans exauditus sit.& alibi scriptum sit.Qui fideliter rem Babylonis administrãt,merebũtur quãdoq a Babylone liberari.¶Solutio. Apostolus id intendit dicere,q nulli fidem nõ habẽti prosit aliquid ad vitã ęternam cõsequendã nisi ad fidem accedat : imo scdm quosdã oĩa tali etiã bona obsunt:quia malis admixta bona nocere solẽt:& tãto magis offendit quis quãto magis abutit virtutib[9]. Vnde August.Meliora minima bona sunt,q̃ maxima:cum admiscentur malis.

Actu.10.

M Quæstio 324. Queritur hic cum oẽe quod ex fide nõ est,peccatũ sit:an Iudęus peccet Christũ esse deum dicẽdo,cũ coactus hoc dicat:hoc eñ dicendo videtur mẽtiri,cum cõtra cõscientiam loquatur:vnde ad mortem peccare videtur id dicendo. ¶Solutio. Nõ bene sonare videtur auribus fideliũ,q Iudęus dicẽdo Christũ esse deum ad mortẽ peccet:nec nos hoc dicimus,licet id quidã asserere videantur:qa mentiri est fari quod cõscientię iudicium dictare debet nõ esse dicendũ.Vel mentiri est proprie dicere falsum cum intentione fallẽdi:vnde vbi nõ est falsum,nec mẽdacium:potest tñ aliquis esse reus mendacii etiã verum dicẽdo.

N ¶Nulla virtus vera est nisi quę formatur agnitione ęternę veritatis:nec etiam in optimis morib[9] vt in philosophis apparet,q optimis morib[9] viguerũt,& tñ falsa virtute nituerũt, qa æternę veritatis caruerũt cognitione.

O Quę.325. Rom.15. Etẽ Christus nõ sibi placuit.Quæritur quomodo hoc sit intelligendum? Nonne vna est voluntas patris & ipsius filii? quõ ergo potuit placere patri & non sibi? Qz autem patri in omnibus placuit nemo est qui ambigat.¶Solutio. Nõ sibi placuit scdm carnis infirmitatem:cuius afflictionẽ nõ respuit. Iuxta quod alibi dicit. Nõ veni facere voluntatem meã.i.nõ venit implere affectũ illum quem habuit ex natura carnis:sed illum subiiciebat imperio rationis,quę ratio in omnibus diuinę voluntati obœdiebat. Ioan.6.

P Quęst.326. Gentes autẽ sup mĩa &c. Deus quodãmodo se promissione Iudæis alligauit : ad gentes vero sola misericordia transiuit:vtrũq tamen ex gratia fecit,& q se illis promisit, & q ad istos transiuit. Dicitur tñ propter promissa Iudæis veritas:gentibus vero misericordia:quia sola gratia & nõ promissiõe dei facta ad illas venit,& eas assumpsit.

Q Quęst.327. Osee.2. Roma.15. Gala.4. Sed nonne promissio facta est gentib[9], cum dñs dicat in Osee. Vocabo plębẽ meã non plębẽ meã. Item Esaias.Lętamini gentes cũ plębe eius.Item.Lętare sterilis quę nõ paris &c.¶Solutio. Promissio nõ est facta gentibus ita q ad illas sit directa promissio:non eñ aliqua scripta eis data sunt de ipa promissione.Vel nõ est eis facta promissio q Christus ad eas veniret,& in propria persona prędicaret:solum enim ad Iudęos venit & eis prędicauit. Vnde Apostolus dicit eum ministrũ fuisse circuncisionis.

R Quęst.328. Erit radix Iesse & qui exurget regere gentes &c.Quęritur quare radix Iesse dicat? ¶Solutio. Quia Dauid ab eo processit,qui rex cõstitutus est:& potestate sua multos protexit,sicut arbor radici bus suis vel ramis & frondibus protegere solet.

S Quęst.329. Queritur etiã qualis ista prophetia fuit, cũ Esaias post mortẽ Iesse esse inceperit? Nũquid eñ prophetia futuro pro pręterito vtitur,sicut ecõuerso sæpe? ¶Solutio.Hęc prophetia est de futuro,& est sensus. Erit radix Iesse &c. id est Iesse dicetur radix,& ex ea radice erit qui exurget.s.Christus.

T Quęst.330. Proficiscar per vos in Hispaniã &c. Queritur an mẽtiebatur Apostolus, cũ diceret per Romã se iturum in Hispaniã,cũ constet q tunc cum hoc diceret illud nõ fecerit?Neq enim tunc Romã venit.

V ¶In Hispaniã forsitan (vt putat Hieronymus) nauibus transuectus est:vnde dicitur mare deprędabitur:quod pro solo Paulo dictũ fuisse Hieronymus cõme

morat:nam Hispanos mari circundatos diabolo deprędatus est,ad Christum cōuertendo. ℭSolutio. Mentiri est(vt dicit Gregorius)falsum dicere intentione fallendi:quod quia Paulus nō fecit,nec eum mentitū fuisse dicimus. Hoc eñ dixit qa se proficisci posse sperabat:verba tñ quæ dicebat falsum significabāt:non tñ scđm intentionē mētitus est: sic eñ facere disposuerat:quia ita in re fore credebat.

X
Romo.16. Quęst.331. SEcūdū reuelationē mysterii tpibus æternis taciti &c.Quęritur quō vocet tēpora ęterna dicens tēporibus æternis? ℭSolutio.Tēpora ęterna vocat omne id quod præcessit creationem mundi,a creatione angelorū, vt volunt quidam.In quibus temporibus erat successio, non tamen decessio. Ideo miro modo erat quædam immutabilitas ibi,& sic quędam æternitas:& quædam mutabilitas,& sic quędā temporalitas. Omnes tamen fere dicunt angelos nō creatos ante mundi creationem. Ideo forsitan tempora æterna vocat acsi diceret:quod mysterium fuit tacitum & absconditum ab origine mundi.

Y
Quęst.332. SOli sapienti deo &c.Quæritur an per hoc nomen deus hic intelligatur Trinitas,an persona patris. ℭSolutio.Augustinus dicit ꝙ hoc nomen Trinitatis est: scđm quosdā nomen est patris: sed scđm hoc videtur ꝙ solus pater sit sapiēs,quod est contra fidē.Itaqꝫ sciendū ꝙ solus quādoqꝫ exclusiuum est personæ,quādoqꝫ naturæ tm̄.

Z
Quæst.333. CVm autem dicitur deus trinitas,sapientia sapiens.Quæritur qua sapiētia,an ingenita quę est pater,an genita q̄ est filius,an sapientia a patre & filio procedente quæ est spiritussanctus,an sapiētia quæ nec ingenita,nec genita, nec procedēs. ℭSolutio.Hoc nomen trinitas tantū significat quantū tres personę,vel pater,filius & spiritussanctus:& pater quidem sapiens est sapiētia ingenita,filius sapiētia genita, spiritussanctus sapiētia ꝓcedente a patre & filio. Et sapientia ingenita & sapiētia genita & ꝓcedēs nō tres sapientię,sed vna naturaliter sapiētia.

ℭFiniūtur questiones magistri Hugonis de sancto Victore super diui Pauli epistolam ad Romanos.

INCIPIVNT

eiusdem questiones super Epistolam primam ad Corinthios.

A
1.Cori.1. Quęst.1. quare epistola ad Romanos his præmissa.



AVlus vocatus Apostolus &c. Hæc Epistola quæ destinat Corinthiis non sicut in corpore epistolarum secūdo loco disponitur,sic secundo loco ab Apostolo scripta est. Vtraqꝫ eñ epistola Corinthiis missa antescripta est, q̄ illa quæ est ad Romanos. Quod inde patet,qa in epistola ad Romanos dicit se Romā ꝓfecturū postq̄ collectā ab Achaicis factā pauperibus qui sunt Hierosolymis assignauerit.De qua collecta faciēda in istis mētionem facit.Sed hoc non est factū sine rationali causa ꝙ illa ad Romanos in corpore epistolarum aliis prępon itur,sed propter dignitatē Romanorū.Vel potius quia in illa primū vitiū tollitur & destruitur qđ est superbia. Corinthii vero ab Apostolo ad fidem cōuersi:sed postea multiphariā a pseudo apostolis subuersi & seducti,errabāt in virtutibus sacramentorū & maxime in virtute baptismatis:putātes ipm̄ a malo collatum,nullam habere virtutē: maiorem a meliori,minorem a minus bono.Minus etiā de Apostolo sentiebant & contēptui habebāt:qui in verbis humanæ sapientię ad eos nō venerat:sed in simplicitate fidei ꝓpter paruulorū informationem.De resurrectione etiam non bene sentiebāt:dicentes eam iam factā esse:alii qui etiā inter eos oīno negabāt.Quidam etiā legē cū euangelio quasi ad salutē necessariā tenere volebāt. In coniugio etiā peccabāt:sicut in multis aliis:& schismata faciebāt:in quibus eos Aplus corrigere intēdit.Postq̄ eñ ī nobis supbia succisa est,restat vt etiā alia vitia succidam⁹.

B
Corinthiorū errata.

C ¶Ex his itaq; apparet quæ sit huius epistolę materia, quę intentio, quis modus & ordo agendi. Est aũt specialis huius epistolæ materia status Corinthiorũ: in quo tunc erant cum eis scripsit Apostolus ab Epheso. Intentio vero est eos a contentionib9 ad vnitatem fidei reuocare. Modus vero talis, qa instruit, corripit, confirmat, laudat scđm personarũ qualitates. Ordo talis: salutationẽ more scribentiũ epistolas ꝑtermittit: ne in exordio eos increpasse videatur. Deinde de bonis preponit vt eis alii cõformentur: & sic ad cõtentionẽ arguendam venit. Inchoat itaq; a salutatione dicens. Paulus, nomine humilitatis vtens contra superbiã: Apostolus nomen est dignitatis & officii.

D Quęst.2. PEr volũtatẽ dei &c. Quæritur quid hic vocet voluntatẽ dei? Dicitur eñ aliquãdo voluntas dei ipsius consiliũ, aliquãdo preceptum, aliquãdo dispositio, aliquando approbatio, aliquando permissio. ¶Solutio. Voluntatẽ dei vocat ipsius beneplacitum.

E Quęst.3. GRatia vobis & pax a deo. Quærit̃ qđ sit gratia dei? ¶Solutio. Gratia dei dicit̃ de9 gratis dans: & gratia id est inspiratio diuina scilicet operatio dei, ex qua mouetur animus ad diligẽdũ deum & proximum.

F Quęst.4. EXpectantibus reuelationẽ &c. Quęritur vtrũ omni iusto reueletur statim post mortem eius de eius salute. Videt̃ eñ ꝙ nõ. Nam cum ista reuelatio sit plena cognitio quæ est ęterna beatitudo: videtur si hoc concedatur ꝙ nullus sit in pœnis purgatoriis: simul eñ in pœna & gloria quis esse potest? ¶Solutio. Perfecti statim ad cognitionem summi boni trãseunt, in quo est æterna beatitudo. Minus autẽ perfecti anteq̃ ad æternam beatitudinem perueniãt per pœnas purgatorias

G transeũt, certi tñ de sua tandẽ requie. Q aũt pœnę purgatorię sint, manifestat Augustinus dicẽs. Mitissima pœna purgatoria grauior est qualibet pœna temporali quæ apud nos est: nõ possunt itaq; simul esse pœna & gloria in igne tali.

H Quęst.5. QVęrit̃ quõ sit ĩtelligẽdũ qđ legit̃: Tremebũt angeli in die iudicii: si eñ tũc tremor erit in eis quõ beati? ¶Solutio. Tremor iste notat veneratiõẽ superioris potẽtiæ, nõ ꝙ pœna timoris possit ibi esse vbi ęterna est btitudo. ¶Notandũ ꝙ nõ oẽ pc̃m mortale dr̃ crimẽ, sed illud solũ qđ est dignũ accusatiõe & dãnatiõe. I

K Quęstio.6. IN diem aduẽtus dñi &c. Quærit̃ an dominus sit vẽturus in die ad iudiciũ: qa sępe tẽpus aduẽtus eius dies vocat̃. ¶Solutio. Tẽpus aduẽtus dñi dies nũcupat̃, nõ ꝓ aeris illumiatione, sed pro occultorũ reuelatõe: oĩa eñ quæ mõ latẽt tũc patebũt. Nescit̃ vero, an die, an nocte venturus sit. Nõ eñ tm̃ noĩe diei vt supra, sed etiã noĩe noctis designat̃ tẽpus iudicii: vt in Euãgelio scriptũ est. Media nocte clamor fact9 est, ecce sponsus venit: sed nox dr̃ ꝑpt nimiã sui occultationẽ: dies iudicii dr̃ ꝑpt discretionẽ bonoꝝ & malorũ. Matth.25.

L Quęstio.7. HOc aũt dico, ꝙ vnusqsq; vestrũ dicit, ego sũ Pauli &c. Quærit̃ an verũ dicat Apl's dicẽs, hoc aũt &c. Cũ null9 eorũ hoc diceret. Nõ eñ in veris apostolis gloriabãtur, sed in pseudo. Vnde in sequẽti dicturus est. Hęc aũt fratres trãsfiguraui in me & in Apollo. ¶Solutio. Verũ dicit Apl'us, & est sensus verborũ: hoc autẽ dico qđ vnusqsq; &c. i. hoc qđ dico simile est illi qđ vnusqsq; vestrũ dicit. Noluit aũt illos in quibus gloriabãtur propriis designare vocabulis: ne videret̃ illis inuidere: & vt in maioribus ostendat, in minoribus, non esse gloriandum.

M Quęstio.8. DIcit Augustinus ꝙ potestatẽ baptizãdi Christus sibi retinuit, quam si vellet seruis suis dare potuit. Quæritur igit̃ quæ sit illa potestas quã Christ9 sibi retinuit, & seruis potuit dare, & tñ non dedit? An sit potestas exteri9 corpora tingẽdi: sed hãc dedit Apl'is, qbus ministeriũ baptizãdi cõtulit: si aũt potestatẽ baptizãdi vocat interius aĩas abluẽdi: potestatẽ hãc solus deus habere potest: cui9 solius est se aĩab9 infundere & maculas peccatorum abstergere: quõ ergo hãc seruis suis dare potuit? ¶Solutio. In responsione huius quæstionis multi laborant, nescientes quid nomine potestatis Augustinus significauerit. Nos autem dicim9 ꝙ potestatem vocat dignitatem: qua inuocatione nominis Christi vel totius trinitatis datur baptismus: quam dignitatem potuit dare seruis suis precipuis: vt eorũ nomine designaret̃ baptismus: & diceret̃ Supra folio 239

baptismus Pauli, baptismus Petri: & tantã vim haberet baptismus noībus eorum designatus, quantã habet nomine ipsius Christi designatus: hanc tñ eis dare noluit, ne quis spem poneret in homine.

N Questio. 9. A Vt in noīe Pauli baptisati estis &c. Quid in noīe Pauli sit baptizari solet queri. ℭSolutio. In noīe Pauli nõ sunt baptizati fideles: quia illi qui baptizant, nõ iubẽtur credere in Paulũ, sed in Christũ: nec nomen Pauli inuocatur super eos vel super elementũ vt fiat sacramẽtũ: sed nomen Christi qui solus baptizat in spũ.

O Questio. 10. NE in sapientia verbi euacuaret crux Christi. Quæritur quomodo per sapientiã verbi euacuaretur crux Christi? ℭSolutio. Sapiẽtia mũdi quæ dicitur sapientia verbi, quia nulla virtute sed sola verborũ cõpositione cõmendatur, opinatur naturale ingeniũ ad cognoscendũ: & liberum arbitriũ sufficere ad recte viuendũ: qd si esset crux Christi euacuaretur. i. Christus gratis mortuus esset.

P Quæstio. 11. PErdam sapientiam &c. Nõne omnis sapientia a deo? quõ ergo dicit, Perdam sapientiã sapientium? Nũquid deus id quod ab ipso est perdit? ℭSolutio. Sapientia ipsorũ in ipsis nõ est sapiẽtia dei: qm̃ eam sibi ascribunt, & ea abutuntur: vnde dum summa cõprehendere putant euanescũt in cogitationibus suis, & sic ex eorũ sapiẽtia dãnationẽ sibi incurrũt. Falsa itaq; opinio eorũ qua credebãt deũ nõ posse aliquid facere cõtra solitũ cursum naturę, & qua opinati sunt liberum arbitriũ sufficere ad salutẽ, sapiẽtia sapientiũ vocat a propheta, quã de⁹ destruit, faciendo cõtra eã, scd̃m rationes superiores, operando salutem nostram in medio terræ.

Q Questio. 12. MVndus per sapientiã nõ cognouit deũ. Quæritur quõ hoc sit verũ qd̃ hic dicit: cũ alibi scriptũ sit de sapiẽtibus mundi. Cum cognouissent deũ non sicut deũ glorificauerũt: quõ vtrunq; est verũ: mũdus non cognouit: & cũ cognouissent deũ &c. ℭSolutio. Illud cũ cognouissent deũ &c. intelligit de possibilitate cognoscẽdi. Hoc aũt, mundus nõ cognouit deũ de actu cognitionis accipitur. Vel poti⁹ illud cũ cognouissent deum de paucis sapientibus & excellẽtioribus intelligitur. Hoc aũt, mũdus nõ cognouit, de oĩb⁹ vel maiori parte exponit. Vnde hic dicit mũdus quo noīe vniuersitas vel maior pars intelligi solet. Vel mũdus. i. sapientes mũdi etsi deum cognouissent scd̃m opera cõditionis: nõ tamen scd̃m opera restaurationis: in potentia, nõ in pietate: in maiestate, nõ in humilitate. ℭNotandum esse theophanias ĩ creaturis id est diuinas apparitiones: vt in mũdo cuius magnitudo summã dei potentiã demõstrat: plenitudo vero vel pulchritudo mũdi dei sapiẽtiam demõstrat: vtilitas autẽ mũdi, benignitatem dei insinuat. In potentia pater, in sapiẽtia filius, in benignitate spiritussanctus intelligitur.

Roma. 1.

Infra 258

R

S Quest. 13. QVi gloriatur, in dño glorieẽ &c. Queritur qd sit in se vel ex se gloriari. ℭSolutio. In se vel ex se gloriat qui esse putat ex se qd̃ ex deo est: & ideo laudẽ sibi attribuit: q quãtũ in se est deo aufert quod suũ est: solus eñ deus author bonorũ est. Vnde cõsequens est q̃ quicũq; dicit aliqd boni esse ex se: quodãmodo se facit deũ. In se etiã gloriatur qui licet sciat esse a deo qd habet: tñ finẽ illi⁹ quẽ deberet ad deũ referre, ad se retorquet.

T Quest. 14. QVeritur etiã qd sit in dño gloriari? ℭSolutio. In dño gloriatur, qui sola gratia dei se dignũ gloria arbitrat.

V 1. Cori. 2. Quest. 15. ET ego nõ veni ad vos ĩ sublimitate sermonis aut sapientię &c. Quæritur quõ Apostolus dicat se nõ venisse ad Corinthios in sapientia, sed prędicasse eis Christũ & hunc crucifixũ: tanq̃ minus difficile sit ad intelligẽdum q̃ deus in carne assumpta mortuus sit: q̃ deum esse in essentia vnum, & trinũ in personis? ℭSolutio. In Christo duę sũt naturę, humana & diuina: quę vero sunt s̃m naturã humanã magis nobis affinia sunt q̃ illa quę scd̃m naturã diuinã sunt: quare a nobis facilius creduntur & intelliguntur. Ea vero quæ secundũ diuinam naturam vt de tribus personis, & eadem essentia, & huiusmodi: remotiora sunt: & ideo ad intelligendum difficiliora. Vnde bene dixit se non venisse ad eos in sapientia cum de morte Christi eis dissereret: quia illa minora & non illa sublimiora prædicauit.

X Quest. 16. NOnne ad hoc vt aliquis sit perfect⁹ exigitur vt deum vnum & trinum

credat? & sic videtur Apostolus imperfectam doctrinam illis tradidisse: non prædicãs illa sublimiora, & sic decepisse. ℂSolutio. Fides duobus modis dicit: vel quando simpliciter proponitur quid credendũ sit: vel quando discretio eorum quæ creduntur distincte ostenditur, quid credendum sit, & qualiter, & quare. Sic autem Apostolus generaliter sine discretiõe singulorum articulorũ, proposuit eis quid credere deberent. Sic enim oportet in primis credentes initiare: postea proficiẽtes perficere.

Y Quest.17. SEntentiam loquimur inter perfectos. Quæritur quos vocet perfectos hic Apostolus? Sunt enim alii perfecti in fide & cognitione: alii perfecti in cognitione & minus in fide, alii perfecti in fide & minus in cognitione. In fide & cognitione perfecti sunt, vt Apostoli. In cognitione perfecti & minus in fide, vt quidam clerici qui minus constantes sunt in fide q̃ rustici. In fide & nõ cognitione, vt complures rustici qui parum de cognitione attigerunt, & tamen perfecte credunt. ℂSolutio. Videtur nobis ꝙ sapientiam loquebatur Apostolus inter perfectos cognitione. quia illi qui sola fide sunt perfecti, videntur incapaces altiorũ: tamen merito fidei talibus sæpe multa reuelantur: & ideo secundum quosdam perfectis fide loquitur.

Z Quest.18 lqui de struunt. NEq; principum huius seculi † quæ destruitur. Quæritur quõ sapiẽtia philosophorũ destruatur, cum ipsa videatur esse cõprehensio veritatis. ℂSolutio. Destruitur, cũ falsa vel nulla esse demonstratur: putabant em̃, vt iam dictum est, ꝙ de⁹ nil cõtra naturã facere posset. Itaq; inter magna & multa quæ vere cõprehẽderũt multa falsa asserebãt: & illã veritatẽ quã ex deo habuerũt non deo, sed sibi attribuerunt: vnde sapientia eorum versa est in tenebras.

A Quest.19 QVam nemo principũ huius seculi. Quæritur primo quos vocet principes seculi? ℂSolutio. Vel sapiẽtes mũdi vel dęmones, vel etiam legisperitos.

B Quest.20 Matt.8. QVærit ergo secũdo quõ verũ sit ꝙ nullus dęmonũ eũ cognouerit, cũ scriptũ sit de illis q dicebãt, Iesu fili Dauid. Quid venisti ante tempus torquere nos? Et iterum. Et erant multa dæmonia exeuntia & clamantia, quoniã hic est fili⁹ dei, & nõ sinebat ea loqui: quoniã sciebãt eum filiũ esse dei. ℂSolutio. Dicti sunt dęmões sciuisse ꝓpter suã existimationẽ: qa potius existimabãt deũ esse Christũ q̃ veraciter sciret: sic em̃ deus diabolũ semper dubiũ reliquit: vt semp post humilia aliqua alta faceret: & post sublimia ad humilia rediret: vnde post illud insigne miraculũ de Lazaro, cũ diabolus prorsus putaret deũ esse, permisit se capi, ligari, flagellari: vnde iterũ diabolus purum hominem eum esse arbitrabatur: sed ipso iã ducto ad pręsidẽ & ipsis Iudæis in malo cõfirmatis aliquo modo ei reuelatum est, ꝙ per eum ius suum perderet: & persuadere voluit Pilato per vxorem vt eum dimitteret. Mar.1. Supra fo. 260

C Questio.21. Mar.12. Matth.27. ITem quęrit tertio de Iudęis quõ verũ sit ꝙ eũ nõ cognouerũt, cũ de eis scriptũ sit in parabola euãgelica. Ecce hęres, Venite occidam⁹ eũ. Et alibi. Quia p inuidiã tradiderũt eũ: sed si cognouerunt, & tñ occiderũt: incredibilis crudelitas ĩ eis fuit. Itẽ si sciebãt eũ esse deũ, sciebãt eum immortalẽ, & sic nõ posse mori: quõ ergo eius mortẽ quęrebãt, si ip̃m nõ posse mori sciebãt? ℂSolutio. Dicũt quidã Iudęos cognouisse Christũ ꝙ negare nõ potuerũt. Vel in veritate aliqui eorũ cognouerũt ipsum esse illũ: q in lege & prophetis promissus erat. Non autẽ ipsum esse deũ credebant, ꝙ tñ eum, quẽ sciebãt esse iustum occiderunt, inuidia erat. Cuius est talis natura vt contra sua bona quærat aliena incõmoda: diuini ergo consilii dispensationem penitus ignorauerunt.

D Quest.22. VT sciamus quę donata sunt nobis. Quęritur quid sit scire ea quæ data sunt nobis? ℂSolutio. Scire a quo sunt data & nõ esse ingratũ datori: ille em̃ dicitur vere habere, qui scit vnde habet: ille nõ habere q nescit vnde habeat: & ingratus est ei a quo habet: nemo em̃ donis dei est beatus qui danti est ingratus.

E Questio.23. SPiritalibus spiritalia comparantes. Quæritur quos vocet spiritales: alii enim vita & non intelligentia sunt perfecti: alii, intelligentia & non vita. ℂSolutio. Quos superius perfectos nuncupauit hic dicit spiritales.

F Queſt.24. QVęritur quę dicat animalē. Eſt eñ aĩalis ſcd̃m vitã & ſcd̃m intelligẽtiã. ℭSolutio. Terrenę ſapiẽtię intẽtũ vocat animalem, qui terrena conſiderãs quę dei ſunt ſtulta reputat.

G Queſt.25. SPiritalis vero oĩa diſcernit quę ad ſalutem ſunt neceſſaria, & ipſe a nemine iudicaẽ. Nequit eñ aĩalis intelligere qđ faciat vel quare. Opponiẽ. Petrus a Paulo eſt reprehẽſus, ergo ſpiritalis a ſpiritali iudicatur. ℭSolutio. Spiritalis a nemine iudicatur. i. dãnabilis & dãnatione dignus a nullo oſtẽditur: licet eñ in aliquo peccet, nõ tamen hoc dãnabile eſt illi.

H 1.Corith.3. Queſtio.26 NOn potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus &c. Nonne Apl'us ſpiritalis erat tã vita q̃ ſcientia & ſic potuit loqui ſpiritualia: quod & faciebat. Vnde ſuperius. Sapiẽtiã inter pfectos loquimur: quõ ergo dicit, nõ potui vobis loqui tãq̃ ſpiritalib⁹? ℭSolutio. Nõ hoc dicit quin facultatẽ docẽdi maiora intrinſecus haberet: ſed qa ipſi cõgrui auditores non erant, ſępe tamen permixtis perfectis & imperfectis eadem dicuntur, & ſi non eodẽ modo intelligantur.

I Queſtio.27 EGo plãtaui, Apollo rigauit: ſed de⁹ nunc incremẽtũ dedit. Quęriẽ quõ Apl'us diuidat inter ſe & deũ & Apollo, cũ Paul⁹ vel Apollo nil faciat niſi ex deo & per deũ: & ſic quicquid vel Paulus vel Apollo operaẽ & deus opereẽ. ℭSolu. Diuidit Apl's vt oſtẽdat qđ deus per ipſum Paulũ, & p Apollo & p ſe opatur. Apl'us eñ prędicãdo ad fidẽ Chriſti operabatur quod & deus fecit per Paulũ. Fruſtra eñ Apl'us extra loqueretur, niſi ſpũſſanctus intus eſſet operãdo & mentẽ moueret.

K Queſtio.28 QVi rigat & qui plantat vnũ ſunt. Quæritur quõ vnũ, cũ ſint tam in ſubſtãtia q̃ in accidẽti diuiſi? ℭSol'. Vnũ ſunt. i. indifferẽtes. Neq; eñ Paulus plus confert ex eo qđ Pauli eſt, q̃ Apollo ex eo qđ Apollo eſt. In collatiõe. n. donorũ non plus facit iſte q̃ ille: ſolus eñ deus dona cõfert: plus tñ laborat Paul⁹ q̃ Apollo: & maius donũ cõfertur p officium Pauli q̃ Apollo: qa p fidẽ q̃ ex pdicatiõe eſt venit ad baptiſmũ. Vel p ſacramẽta ipſa nõ pl⁹ cõferẽ ex iſto q̃ ex illo: vel p hũc q̃ p illũ.

L Queſtio.29 DEi eñ ſumus adiutores &c. Nũqd de⁹ indiget aliquo? Quõ ergo Apl'i erant adiutores dei. ℭSolutio. Ideo dicti ſunt adiutores dei: quia per illos operaẽ deus: licet illud idẽ per ſe operari poſſet.

M Queſt.30 VT ſapiens architectus fundamẽtũ poſui &c. Quæriẽ qđ dicat fundamẽtũ. ℭSolutio. Fidẽ Chriſti quę per dilectionẽ operatur: quã cõſecuti ſunt ex prędicatione ipſi⁹ Pauli: hoc fundamẽto manẽte, nemo perire põt: licet aliquæ maculę adhęreãt quæ per ignẽ purganẽ. Quis eñ hic aliqua mũdana deſiderio poſſederũt, hęc deo tñ nõ prętulerũt, ſed deũ oĩbus. Deũ aũt pręferre oĩbus eſt ſi daretur optio vel electio moriẽdi vel Chriſtũ negãdi: malle mori q̃ Chriſtũ negare. Super hoc fundamẽtũ ali⁹ id, ali⁹ illud ędificat.

N Queſt.31 QVęriẽ quid p lignũ, fœnũ & ſtipulã intelligaẽ? ℭSolutio. Dicũt quidã ꝙ per hęc tria intelligiẽ peccatũ veniale: ſed hęc quõ ſup hoc fundamẽtũ ędificãt, cũ poti⁹ quodlibet peccatũ pertineat ad deſtructionem q̃ ad ędificationẽ. Item quõ hęc ędificãs ſaluus erit, quaſi p ignẽ: cũ fides ſine operibus mortua ſit. Item ſi quis habuerit oẽm fidem ita vt montes trãſferat caritatẽ nõ habuerit nihil prodeſt: ergo ſi nõ eſt ſalus ſine caritate, quõ poteſt aliquis ſaluari: ſola hæc tria, ſuper hoc fundamentum ędificans?

O Queſt.32 ALiter alii dicũt, ꝙ per lignũ, fœnum ſtipulã intelligũtur bona opera, ſed imperfectã. Scd̃m quã ſentẽtiã quęriẽ quõ bonũ opus ſit arſurũ, vel quõ detrimẽtũ patiaẽ? ℭSolutio. Non opus bonũ qa bonũ, ſed qa impfectũ a ſua impfectiõe purgabiẽ: & pręcipue a qbuſdã affectionibus carnalib⁹ quas habẽt taliũ ædificatores, quę vidẽtur peccata venialia eſſe.

P Queſt.33 OMnia veſtra ſunt: vos aũt Chriſti: Chriſtus aũt dei &c. Quæritur ſm quam naturã nos ſumus Chriſti, hoc eſt an ipſi⁹ ſum⁹ ſm humanã naturã an ſm diuinã. ℭSolu. Poteſt dici ꝙ ipſi⁹ ſum⁹ nõ ſolũ ſm naturã diuinã ſm quã noſter eſt creator, ſed etiã ipſi⁹ ſum⁹ ſcd̃m humanã naturã, ſcd̃m quã eſt noſter redẽptor: ipſe autẽ ſcd̃m vtrãq; naturã dei patris eſt, a quo habet quicqd habet: ſed aliter & aliter, ſcd̃m eñ ꝙ deus eſt habet per naturã omnia quæ patris ſunt: & omnia eadẽ habet ſcd̃m ꝙ eſt homo: ſed per gratiã: hæc eſt norma rectæ fidei.

Q Quest.34. 1.Cor.4. 1.Ioan.3. Nihil mihi cõscius sum &c. Quæritur quõ dicat Apostolus se sibi in nullo cõscium esse, & tñ in hoc nõ iustificatũ esse: & Ioannes in epistola sua dicat: Si non reprehenderit nos cõscientia nostra iam fidutiam habemus ad deum. 2.Cori.1. Et ipse Paulus alibi. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientię nostræ: quare nos iustos esse debemus putare, & inde gloriam nos habere, si nos non reprehendat conscientia nostra. Quæ est enim maior perfectio iustitiæ q̃ tam puram conscientiã habere? ℭSolutio. Potest aliquid semper nos latere, ideoq; ad hoc ꝙ verã iustitiam habeamus: non sufficit ꝙ conscientia nostra nos non remordeat: tamen gloriari inde possumus ꝙ nostra coscientia munda est & pura.

R Quest.35 Item quæriť quomodo Apostolus non esset sibi conscius, cum sciret se nõ esse sine peccato. 1.Ioan.1. Vnde Ioãnes. Si dixerimus qa peccatũ nõ habemus, mẽdaces sumus, & veritas in nobis nõ est. Iob.25. Et puer cui⁹ vita est vnius diei super terram nõ sit sine peccato. Roma.7 Vnde ipse ait. Et facio quod nolo. ℭSolutio. Apostolus tantę perfectiõis erat ꝙ quicquid cõscientia sua sibi dictabat esse faciendum, hoc faciebat. Vnde si quandoq; vt homo vel per ignorantiam vel surreptionem vel fragilitatem peccasset, totum sicut stipulam vis diuinę dilectionis consumpsit.

S Quæstio 36. Nolite ante tẽpus iudicare &c. Aliud est iudicare de ambiguis qđ est prohibitum, quia damnabile: aliud est suspicari, quod est humanæ infirmitatis, qua nemo forsitan caret: sed cum Apostolus ꝓhibeat iudicare: & ipse dñs idẽ in Euãgelio prohibeat. Matt.7. Quid est quod alibi dominus dicit. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ. Ibidem. Qualiter etiam discerni possunt ipse subdit dicens. A fructibus eorum cognoscetis eos. Hinc videtur innuere ꝙ de talib⁹ debeamus iudicare. ℭSolutio. Aliud est malos discernere, vt caueanť: aliud iudicare dãnatione dignos: quos nescim⁹ definite an sint boni an mali.

T Quæstio 37. Item quõ falsi prophetę possint ex operibus discerni quęriť: cũ oĩa eadem faciãt quę & boni: per fructus eñ opera intelligũtur. ℭSolutio. Virtute perseuerãtię ꝓbantur & discernuntur falsi a veris.

V Questio.38. Quęritur an verũ sit qđ dicit Apostolus Iã saturati estis, cũ ironice loquatur: quod nõ videť, cum cõtrariũ sit verũ. ℭSolu. Quoties tale gen⁹ locutiõis aduenerit quãtũ ad supficiẽ vocis & primã significatiõnẽ locutiõis falsum est qđ diciť: ipse tñ q loqtur nõ mẽtitur, sed poti⁹ verũ dicit qđ cõtigit ex natura tropi.

X Questio.39. Non vt cõfundã vos. Nõne bonũ est facere verbo, vt peccator cõfundať, & erubescat de culpa sua, & sic corrigať? quõ ergo dicit Apl's Nõ hoc dico vt cõfundã vos? ℭSolutio. Cõfusio est duplex. Est cõfusio quę ad mortẽ est, ex qua peiores efficiũtur aliqui: & est cõfusio quę est correctiõis cũ erubescit ex correctiõe de peccatis vt amplius abstineat homo.

Y Quest.40. Veniã ad vos in virga an in caritate. Quæriť quõ Apl'us diuidat dicens, an in virga an in caritate. ℭSolutio Nomen caritas hic ex adiũcto restringiť circa suauia & delectabilia quę ex caritate fiũt: qñq; autem caritas oĩa significat aspera & suauia quę ad salutẽ ptinent.

Z Quest.41. Dicit expositor, ꝙ illis qui puniũtur per pœnã illatã minuitur peccatũ: sed quæritur quomodo hoc sit verũ cum inuiti pœnam illatã sustineant: & in hoc sint cõtrarii iustitiæ, & sic magis peccẽt: & sic peccatũ eorũ augeť in hoc ꝙ puniũtur? ℭSolutio. Potest de talibus dici ꝙ saltem peccata in quę caderẽt si amplius viuerẽt, per pœnã quã patiũtur vitãt: si eñ volũtarie pœnã sustinerent etiã peccatũ iam commissum dimitteretur.

A 1.Corith.5. Iudicaui tradere hmõi hoĩem sathanę &c. Ex hoc loco Apl'i accipit eccl'ia sentẽtiã anathematis. i. separationis: fit aũt separatio nunc de notis psonis & manifestis: nũc de ignotis, sed siue de his siue de illis prius prouocãdi corã ecclesia sunt. Quidã etiã diutius expectãdi, & sępius admonẽdi ẽm psonarũ & peccatoꝝ diuersitatẽ & q̃litatẽ: vt si rex per cui⁹ irã strages ĩminet ecclesię. Post q̃ vero separati fuerint si noti sunt nullomõ cõicãdũ est eis: si ignoti, si cõicet qs ignorãter nõ peccat: si vero suspiceť, si sine scãdalo vitare possit, vitet: si non potest, cõicet. Hęc autẽ vindicta debet fieri causa cõmunis vtilitatis & ei⁹ & aliorũ.

ex co mmunicatio

B
Queſt.42. QVærit ergo an excõicare aliquẽ bonũ ſit: quod videtur, quia iuſtum. ℭSolutio. Bonũ.i.expediens eſt, nõ tñ in ſe & ex qualitate ſui bonũ eſt:cũ autẽ tale quid dicit iuſtũ ſic intelligit.i.ꝑ merito retributum,nõ ꝙ ſit qualitate iuſtitię informatum.

C
Queſt.43. SImiliter an eſſe excõmunicatum ſit bonũ quæritur. ℭSolutio. Iuxta rationẽ prædictã videtur eſſe bonũ: quia nõ ſolũ cæteris,ſed etiam illi, excõmunicatio videtur expedire:ſi enim reſiſteret ammonitioni eccleſię peccaret.

D
Queſt.44. QVæritur autẽ ſi cõtingat illũ excõmunicari qui non meruit,ſed odio vel inuidia prelati percutitur quis ſententia excõmunicationis,vtrũ debeat reſiſtere,an cedere? ℭSolutio. Si ſine ſcãdalo reſiſtere poteſt,reſiſtat:& tumorẽ ſui prælati bono zelo reprimat:ſi ſine ſcandalo nõ poteſt,cedat: & ꝑ deo patiẽter ſuſtineat: vnde ſententia prelati ſemper timẽda,nõ ſemper tenẽda. ℭCum aliquis excõmunicatur,in poteſtatẽ traditur Sathanæ,vt eius carnem vexet,vt ſic tandẽ reſipiſcat: non tamen ſemper Sathanas vexat. Callidus enim hoſtis vni parcit,vt multos acquirat,vel vt ipſum ſibi conſeruet.

E
Queſt.45. EXpurgate vetus fermentũ &c.Quæritur quid vocet vetus fermentum? ℭSolutio.Inanem gloriationem,vel vitæ vetuſtatẽ,q̃ p nouitatẽ vitæ eſt purgãda.

F
Queſt.46. NOn poſſũt tales Chriſto lucrari &c. de gloſſa hoc eſt.Quæritur cum humana mens ſit prona ad malum magis q̃ ad bonũ,& maxime cũ ſuadetur ei ad cõſueta redire:quare Apoſtol⁹ cõuerſis nuper ad fidem cõceſſit mẽſam & colloquiũ cum gẽtibus habere cõmune, cũ facilius chriſtiani ad idololatriã ſuaſione gẽtiliũ accederẽt q̃ gentiles Chriſtianorũ ammonitione ad fidem. ℭSolutio. In primitiua eccleſia cõuerſi ad fidẽ caritate feruentes nõ facile poterãt a fundamento auelli:qđ Apoſtolus cognoſcens, eis cõſortium tm̃ conceſſit gentilium.

G
Queſt.47. SI is qui frater nominatur inter vos eſt fornicator &c. Cum tanta multitudo ſit modo in eccleſia,quęrit an cõtra præceptũ Apoſtoli faciamus,cum cibũ ſumimus cum talibus:an omnes tales ab eccleſia ſint eiiciendi & falce anathematis pręcidendi. ℭSolutio.Ita quidẽ eſſet faciendũ ſi poſſet fieri ſine ſcãdalo:ſed tñ quia tanti & tot potius ſchiſma facerẽt q̃ correctionẽ & emẽdationẽ,tolerãtur:& ideo nil aliud reſtat niſi vt Rachel ploret filios ſuos. ℭNotãdũ ꝙ fornicationũ alia eſt H
corporalis, alia ſpiritualis:corporalis oĩs vſus illorũ membrorũ pręter legitimum: ſpiritualis eſt quę a deo animã ſeparat,& tanq̃ ſponſam ſponſo aufert.

I
AN neſcitis quoniam ſancti de hoc mũdo iudicabũt? Hic oñdit Apl's ꝙ licet ſanctis de rebus ſecularib⁹ iudicare:ſed ſi hoc eſt,quomõ poſtea ſubiũgit.Iam omnino delictũ in vobis ꝙ iudicia habetis inter vos : ſi licet iudicare, quomodo hoc delictum eſt? ℭSolutio.Licet ſanctis cauſas habere ſub diſciplina: ſed non licet inter ſe contendere. Quę.48 1.Cori.6

K
QVæritur quõ hoc verũ ſit,ꝙ liceat ſua repetere, cũ dñs dicat:Si quis abſtulerit tibi tua,noli repetere? ℭ Solutio.Sua repetere & ſi nõ ſit malum, tamẽ eſt occaſio mali:ideo dñs conſulit non repetere ſua propter contentiones vitãdas. Hoc eſt quod Apoſtolus ait,Omnia mihi licent,ſed non omnia expediunt. Quę.49 Luc.6.

L
QVæritur qualiter ſancti in futuro ſint iudicaturi? Et dicitur nõ ſolũ melioris facti cõparatione,ſed etiã authoritate & poteſtate. Vnde nõ imerito quæritur quę ſit illa poteſtas:quia ſcriptũ eſt: Pater nõ iudicat quẽq̃,ſed omne iudiciũ dedit filio. ℭSolutio. Sicut dicit Daniel: Sedit iudiciũ & aperti ſunt libri.ſ.ęternarũ rationũ ſcđm quas fiet iudiciũ:& libri cõſcientiarũ de quibus fiet iudiciũ.Hi libri æternarũ rationũ & cõſcientiarũ erũt aperti & manifeſti iis, qui cũ dño ſunt iudicaturi. Et hæc occultorũ reuelatio ſm quoſdam eſt eorꝫ poteſtas & authoritas: ſcđm alios ideo dicti ſunt ſancti cũ domino iudicaturi:quia eorum comparatione mali damnabiles apparebunt. Vnde ꝙ iudicabunt ſancti nationes,legitur. Queſt.50

M
Queſt.51 QVæritur an ſit pręceptũ an cõſiliũ, an permiſſio hoc quod dicit de iudiciis. Eſt aũt cõſiliũ de ſummis.vt illud De virginibus præceptũ nõ habeo conſiliũ autẽ do.Pręceptũ de mediis,vt,Nõ occides, non adulterabis &c. permiſſio de infimis,vt de cibo ſumendo. Videt aũt ꝙ

sit pręceptum: si enim mea non repeto, illũ in errore foueo q abstulerit: quare causa vtilitatis cõmunis debeo repetere: quare ex præcepto repeto: quia omẽ malũ ex pręcepto fugiendũ est. ℂSolutio. permissio est repetere: consiliũ autẽ non repetere. Apl's ergo ostendit quid liceat infirmis: dñs aũt ostendit qđ conueniat perfectis. s. non repetere: contendere aũt & lites exercere ante iudicem pręcipue infidelẽ omnino delictum est.

N Questio lii.

QVi adhęret meretrici vnum corpus efficitur. Quęrit̃ de hac vnitate quę sit: & secundũ quid sit intelligenda. ℂSolutio. notat ꝙ tales non solũ vnũ corporali sunt cõiunctione: sed in libidinis ardore: & hoc turpissimũ est, sic vnũ corpus effici cũ meretrice, q vnus spũs deberet esse adhęrẽs deo.

O Questio liii.

ERũt enim, inqt, duo in carne vna. Quęrit̃ quomõ hanc authoritatẽ quę est de illa cõiugali copula quæ sancta est: inducat Apl's ad hãc turpem copulam ostendẽdã: quę est inter fornicãtem & meretricẽ: cũ nullo mõ illa q̃ ibi est copula hoc esse possit. ℂSolutio. sensus est. si in illa copula coniugali vnũ corpus efficit̃ amborum, multo magis hęc vna caro efficitur propter maiorẽ vitii delectationem.

P Questio liiii.

POrtate deum &c. Quid est deũ portare? ℂSolutio. sobrie, & iuste, & pie viuere: deũ ergo portãt q in ipõ bene viuũt: hoc eñ est ei⁹ imaginẽ & formã iustitię induere: sicut deũ cõculcãt q male viuendo eũ negant: deponũt vero deum: qui in caritate tepescũt & laxiores, ac remissiores efficiuntur.

Q Questio lv.

DIcit glos. Grauius est in deũ peccare q̃ in proximũ: sed nõne q in proximũ peccãt deum offendunt? quo modo ergo distinguit̃ & hoc & illud? ℂSolutio. in deum peccare est per contemptũ in his rebus, quæ ad ipsum specialiter pertinent vt in sacramentis: & fide & similibus deum offendere. In proximũ peccare: est ipsum aliqua iniuria lędere quod est minus graue q̃ primũ. Vel in deũ peccare est interius mẽtem violare. In proximũ, exteri⁹ hoĩem verbo vel exemplo lædere. nõ ergo oĩs qui eũ offendit, in deũ peccare dicitur.

R 1.Cor.7. Questio lvi.

DE quibus aũt scriptis mihi &c. De coniugio tripliciter agit, secundũ pręceptũ: secundũ pmissionẽ: secũdũ consiliũ. q̃ singula diligẽs lector in suis locis distinguat. Quid sit cõiugiũ vidẽdũ est, q̃ causa efficiẽs, quę causa ꝑpter quã contrahit̃, quę sint legitimę ꝑsonę, & quæ sint bona cõiugii. Est itaq; coniugiũ vel matrimoniũ maritalis coniunctio maris & fœminæ: inter legitimas ꝑsonas indiuidualẽ vitæ cõsuetudinẽ retinẽs. Hęc diffinitio tm̃ cõiugio cõuenit fideliũ. Secũdũ alios: Cõiugiũ est potestas legitime cõmiscẽdi, & ex legitimo consensu contracta. Causa efficiens est consensus maritalis per verba de pręsenti expressus. Cõsensus qui in anima est corã ecclesia debet demonstrari, sine quo nõ est coniugiũ. vnde legitur, Matrimoniũ nõ facit copula corporꝫ: sed volũtas animorꝫ. Causa propter quã cõtrahit̃ est ꝑcreatio ꝓlis & vitatio fornicationis. Legitimę ꝑsonæ sunt: quas non impedit vel votũ cõtinẽtię, vel sanguis vel ordo, vel dispar cult⁹ vel cõditio, vel frigiditas naturæ. Tria sunt bona coniugii fides, ꝓles, sacramentũ. s. inseparabilitas, q̃ duplex est, sacramẽti & ipsi⁹ matrimonii: hoc enim bonũ tertiũ. s. sacramentum non ipsum est coniugiũ: licet ipsum sit sacramentũ, sicut & illud: sed vtrũ eiusdem rei vtrũq; sit potest quæri: qđ hic soluere postponimus causa breuitatis cuius vestigia seqmur: in sacramentis enim & sententiis maiorum, hæc diligentius prosequimur.

Cõiugium qd sit.

Causę eius.

Personæ legitimę

Bona cõiugii.

Nota.

S Questio lvii.

HÆc autem dico secundũ indulgẽtiam. Quęritur quid sit vel vocetur indulgentia. ℂSolutio. Indulgẽtia est concessio laxioris vitæ: q̃ licitũ sit: qđ esset illicitũ & pc̃m̃ vbi nulla cõcessio eẽt. Cõmixtio. n. carnalis viri & fœminę pc̃m̃ esset, nisi statũ coniugatorũ suscepisset: & sic p concessionem illicitum fit licitũ, quæ solet fieri causa grauioris peccati vitandi.

T Questio lviii.

VOlo autem omnes vos esse sicut meipsum. Quęritur quõ apostolus dicat se velle oẽs castos esse: cũ sciret ꝙ deus nõ vult: si eñ hoc esset quo modo gñis humani fieret propagatio?

M

Solutio.Cōditio est implicita q.d.volo & bonū est vel mihi placeret oēs tales esse:forsitā si omes boni essent q modo sunt de illis impleret numerus prædestinatorum.

V

Quęstio lix.

Vir non dimittat &c.Quęritur an vir vxorē dimittere possit,si conuicta de adulterio fuerit.Solutio.pōt eā dimittere.Item an ille vel illa altero viuente alii copulari possit quęrit: Dicunt quidam ꝙ non potest.

X

Quęstio lx.

Quęritur an coniugiū maneat adhuc.s.post diuortiū:si manet tūc vir habet potestatē corporis suę vxoris & econuerso.Solutio.manet & potestatē habet:sed nō potest vti hac potestate nisi reconciliatio facta fuerit.

Y

Quęstio lxi.

Quæritur an inter īfideles vel inter fidelē & infidelē sit matrimoniū:qđ non videt:cū scriptū sit.ꝙ nullum coniugiū qđ in deo factū non fuerit,ratum sit. Solutio.dicūt ꝙ coniugium est inter infideles: vt inter Priamū & Hecubā: & inter Philippū & Herodiadē.Vnde Io.arguebat Herodē de adulterio:qa non licet ei habere vxorē fratris sui:ꝙ si ibi fuit adulteriū & cōiugium:vt dicit Chrysostomus.

Z

Quęstio lxii.

Quod si īfidelis discedit discedat. Quęrit si inter fidelē & infidelē est coniugium:quomō Apl's dicat si voluerit discedere discedat infidelis:& si delis alteri copuletur: cū superius dicat ꝙ dimissa innupta maneat:si em̄ verum cōiugiū quō solui potest: si nō est coniugium quō ꝑsuadet simul manere cū oīs copula pręter legitimā sit fornicaria? Solutio.fidelis potestatē habet in corpore infidelis: sed nō econuerso: qa sicut legitur iniuria creatoris soluit ius matrimonii:fidelis ergo potest manere & discedere: qa etiā debitū illud qđ debuit ante solutū est:sed potestatē quā habuit nō amisit.Infidelis vero discedens: si alii se coniunxerit adulteriū committit.

A

Quęstio lxiii.

De coniugiis antiquoꝝ solet quæri an vera eēnt cōiugia:quō vn⁹ plures vxores habens ad singulas lege maritali se habebat.Quomodo erat legitimus ibi consensus indiuidualē vitæ consuetudinē retinēs.Solutio.Dicunt quidā ꝙ non erant coniugia sed vicem coniugii obtinebant. Alii vero dicunt vera coniugia fuisse inter aliquos & esse inter iudęos & infideles: q enim dicit ꝙ talium coniugiū non est ratum non negat esse coniugium : sed non esse ratum asserit.

B

Quęstio lxiiii.

Quęritur an maius bonum sit cōiugium q̄ virginitas : Et videtur ꝙ sic: quia maiores angustię & dolores & labores sunt in coniugio q̄ in virginitate: & merces vnicuiꝗ secūdū suum laborē reddet.Solutio. Non est consequens si maior labor hic q̄ ibi: ꝙ ideo maior gloria.Est enim virginitas maius bonum in se q̄ coniugium:Quidam tamen coniugati non sunt minoris meriti q̄ quędam virgines.

C

Quęstio lxv.

2.Cori.3. Quæſtio v. NOn ꝙ ſufficiẽtes ſimus &c.Hic quęriť quõ dicat apl'us ꝙ ſuffi cientes non ſum⁹ aliquid a no bis cogitare:cum mala ex nobis & cogi tare & facere poſſimus.Item cũ quædã naturaliter poſſim⁹ facere q̃ neq; ad pᵱmiũ,neq; ad pœnã ſũt:hęc aũt ſũt illa q̃ a prima creatiõe data ſũt nobis,vt digi tũ erigere,curuare,deponere & huiuſmodi. ℭSolutio.apoſtolus hic agit de bonis illis:quę meritũ habẽt apud deũ: quæ nullo modo poſſunt ſine gratia ſu Pſal.58. perueniente & iuuãte fieri. Vnde Miſericordia eius pręueniet me: & miſeri cordia ei⁹ ſubſequetur.Gratia eñ pręuenit voluntatem vt velit, & ſubſequi tur:ne fruſtra velit.Vnde apl'us hic de ſtruit errorẽ illoꝶ:q dicebant initiũ bo ni naturaliter nõ poſſe eſſe ſine gratia: ſed boni conſummationẽ eſſe ex nobis: in hoc quod dicit.ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Ex libero eñ arbitrio facultatem bene operandi habemus:non tamen hac facultate vti poſſum⁹ niſi gra tia adiuuante.Eſt enim liberũ arbitriũ per culpam ita depreſſum : vt potentia ſua vti nõ poſſit: niſi erigatur a gratia & adiuuetur:ſicut cum poteſtatem eqtandi habeam : non tñ huius potentiæ exercitium habere poſſum abſq; equo.

F Quæſ.6. LItera occidit,ſpiritus autem viui ficat &c.Quæritur quomodo lite ra dicatur occidere:nunquid talia pręcipit,quæ obſeruata occidant?quomodo ergo ſtabit quod alibi dicit apoſtol⁹ ꝙ lex ſancta eſt:& mãdatũ ſanctũ,bonũ, & iuſtum,ſi pcepta occidant? Itẽ ſi dica tur ꝙ litera ſine ſpiritu.i.ſine gratia oc cidat:idẽ de euãgelio dici poſſe videť. Itẽ ſi dicať litera ideo occidere:qa non poſſunt omnia ad literã ibi obſeruari: Ioan.6. non pereat q ea obſeruauerit.eodẽ modo dici põt de euãgelio. Nã ſi hoc,niſi mãducaueritis carnẽ filii hoĩs & biberi tis eius ſanguinẽ &c.ad literam obſeruať.i. vt litera ſonat,vt ſic manducare & bibere intelligam⁹hic,ſicut alibi:ſtul tũ & dãnabile eſt.ℭSolutio.lr̃a ſine ſpiritu occidit.i.ſine gr̃a qa occaſio mortis eſt,ſicut ſcientia abſq; caritate ĩflat. Litera vero euangelii nõ abſq; ſpũ eſt. Vel vt alibi iã dictũ eſt:p literã ſiue legẽ intelligiť mãdatũ ſine gratia : quod ſemper occidit:qa concupiſcentiam au gens ſuperaddit pūaricationẽ. Per euãgeliũ,mandatũ cũ ſpiritu.i.gratia ĩtelligiť:vnde apoſtol⁹ vocat legẽ miniſtra tionẽ mortis:euangelium miniſtrationem iuſtitiæ.

ET non ſicut Moyſi ponebant vela men &c. Quæriť de velamine an excęcet.ℭSolutio. Aliud eſt velamen fi guratum:qđ eſt lectio Moyſi:qđ figura tum eſt:per velamen qđ Moyſes loquẽs filiis Iſrael poſuit ſup faciẽ ſuã: Aliud eſt velamen cæcitatis:qđ eſt poſitũ ſuper cor Iudęorũ.vtrũq; velamen auferť per Chriſtũ. In cuius rei figura velum templi ſciſſum eſt in paſſione Chriſti. G Queſ.7.

H Quæſ.8. NOs autem oẽs reuelata facie gloriam dei ſpeculãtes,in eandẽ imaginem trãſformamur &c.Quæriť quid gloriã & quid imaginẽ vocet? Solutio. Gloriam dei,quã ſpeculamur: & imagi nem in quã trãſformamur idem vocat: ſcilicet Chriſtum qui eſt gloria & ima go dei increata: ſicut vir eſt gloria & imago dei creata.

I 2.Cor.4. Queſ.9. QVi ẽ imago dei ĩuiſibilis.Quęriť cur filius dicatur imago pa tris. ℭSolutio.vt oſtẽdať ſic eſſe ex patre vt per omnia ei ſimilis & ęqualis oſtendatur.

K Quæſ.10 SI aũt quæratur cur ſpiritus ſanct⁹: cũ ſit ex patre & ſimilis,& æqualis p omĩa,nõ dicať imago patris ſicut fili⁹. Reſpondeť:qa imago,ęqualitas, & ſimi litudo magis ptinẽt ad ꝓprietatẽ filii: q̃ ad ꝓprietatẽ ſpũs ſancti.Ea eñ q̃ naſcunť,nõ q̃ procedũt ſolẽt eſſe ſimilia. quare filius imago pris dicatur et non ſpũs ſctus ℭNotãdũ ꝙ ad imaginẽ & æq̃litatẽ ſeq tur ſimilitudo qa vbicũq; imago vel ęqualitas eſt:ibi eſt ſimilitudo : ſed non conuertiť.Itẽ nec imago ĩfert ęq̃litatẽ, nec inferť ab ea:qa & imago ſine ęqualitate,& ęqualitas ſine imagĩe eẽ põt.

L Quæſ.11. HAbẽtes eundẽ ſpiritum fidei. Di cit expoſitor ſuper hũc locum,ꝙ tempora variata ſunt, non fides,quia quicquid nos credimus,& illi antiqui

Obiect.1 crediderunt,& ediuerso. Vnde sic obiicitur Abraham credidit Christũ nasciturum,& nos credimus natũ,sed aliud est esse nasciturum,aliud natum : ergo aliud credidit ille,& aliud nos? ¶Solutio.quicqd credim⁹ nos & antiqui &c. id est res eædẽ subiectæ sunt nostræ fidei & illorum.non tamen sequit̃ ꝙ idẽ qđ est modo præteritum,esset in tẽpore eorum pręteritũ,vel qđ tunc futurũ modo sit futurum.

Obiect.2 ¶Itẽ sic opponitur. Abraham credidit Christum nasciturũ:sed modo falsum est Christum nasciturũ : ergo Abraham credidit falsum. ¶Solutio.vt nobis videtur: quid interpretatur quale.Cũ enim dicitur Abraham credidit Christum nasciturũ:sensus est,fidem habuit de Christi natiuitate:q̃ tũc futura erat:sed in assumptione, cum dicitur modo falsum est Christũ nasciturũ,sensus est:natiuitas Christi non est futura: vnde ex illis duabus nullo modo sequitur Abraham falsum credidisse.

M Quæstio xii.

SEd licet is qui foris est noster homo. Quæritur an duo homines sint homo exterior & homo interior,& an idẽ sit homo exterior,& homo vetus:& homo interior,& homo nouus. ¶Solutio, sicut homo vetus & homo nouus: non sunt duo homines,sed vnus:licet secũdum aliud vetus,secundũ aliud nouus dicatur:sic homo exterior & homo interior nõ duo homines:sed vnus & idẽ secũdum diuersa sic dictus est. Nec idẽ est homo vetus & hõ exterior, nec idẽ est homo nouus & homo interior. Vetus enim homo cõsistit in culpa & pœna,quę duo non solum inueniuntur in homine exteriore: sed etiam in hoĩe interiore.Homo vero nouus intelligitur secundum iustitiam & gloriam : q̃ duo etiam ad hominem interiorẽ ꝑtinẽt. Homo vero exterior dicit̃ quicqd habemus commune cum brutis: homo interior quod nobis cõmune est cũ angelis.

N 2.Cor.5. Quæstio xiii.

QVi dedit nobis pignus spirit⁹ &c. Quæritur quomodo spiritus sanctus dicatur pignus, & cuius rei sit arra? ¶Solutio.spirit⁹ sanctus amor est,& ex amore, quem habemus erga deũ,certi sumus de ꝓmissione ipsius:& quia hãc certitudinem habemus ex spiritu sancto: ideo spũs sanctus quasi arra & pignus nobis dat⁹ est a deo . Est autem pignus certitudo rei creditæ,vel promissæ,vel credendæ.

O ¶Scientes ergo timorem domini hominibus suademus. Timor in quinq̧ species diuiditur vt iam in epistola ad Romanos dictum est,nec op⁹ est repetere.

P Quæstio xiiii.

SIue enim mẽte excedimus &c.Quæritur qui sint mentis excessus.Solutio.Duo sunt excessus vel pauor,vel intẽtio ad superna: ita vt quodam modo a memoria labant̃ inferiora.In hoc mẽtis excessu fuerunt omnes sancti:quib⁹ arcana dei mundum excedentia reuelata sunt.

Q Quæstio xv.

PRo omnibus mortuus est Christ⁹. Quæritur quomodo pro omnibus mortuus sit Christus: cũ ei⁹ mors non omnibus prosit. Damnandis enim non prodest:sed tm̃ electis.¶Solutio secundum Hieronymum sic intelligitur,pro omnibus saluandis.Vniuersitas em̃ qñ ꝙ restringitur: & hoc modis pluribus. Quandoq̧ enim colligit signũ vniuersale singula generum,quandoq̧ genera singulorum,quandoq̧ neutrũ sed partem maiorem vel digniorem ipsi⁹ vniuersitatis. Vel secũdum Augustinum: mortuus est pro omnibus Christus, qa hoc eius mors promeruit,vt per ipsum omnes saluarentur,nisi in ipsis remaneret:sufficiens enim erat ad omnium salutem.

R Quæstio xvi.

DEus erat in Christo mundũ recõcilians sibi. Quæritur quomodo pater in filio vel fili⁹ in patre dicatur esse:vel quomodo illud sit intelligẽdũ. Ioan.14. Qui videt me,videt & patrem.¶Solutio.ideo alter ĩ altero esse,vel videri dicitur,quia vna est substantia eorum naturaliter.Quod addo,vt hæresim sabellianã excludam.Ibi est vnitas, vbi nulla diuersitas,sed omnimoda indifferentia,& æqualitas,& identitas.vnde Hilarius ait. Pater videtur in filio ꝑpter vnitam naturę similitudinem:sic enim detestamur pestem Arrianorum,ꝙ nihilominus execramur insaniam Sabellianorum : sic deum trinum cõfitemur ꝙ vnum.& sic vnum,ꝙ trinum . Multi

enim in dieb⁹ nostris sunt Sabelliani,quā tū ad intellectū,qui cōfitentur tres perso nas:sed cū dicitur ꝙ tres ꝑsonę sunt vna substātia, nō aliud intelligūt q̄ Sabellius intellexit:quod inde contingit, quia non aīaduertūt multiplicē hui⁹ noīs substantia significationem.Dicit em̄ Hilarius ꝙ cum dicitur pater & filius sunt vna substātia: Talis loquutio habet & fidei conscientiā, & fraudē paratā. Deinde aperit vtrūq; dicens:si singularē deū patrē & filiū significes:falsa est intelligentia:si autē dicas ideo patrē & filiū vnā substātiā,vel vnū simpliciter:vt intelligas vnū, par, & indifferens,& per oīa ęquale:ex nulla parte dissimile vera est intelligētia. Quibus verbis manifestissime distīguit, inter vnitatem personalem, & vnitatem naturalē: pater enim & filius vnum sunt in natu-

S ra,non in persona.

Quęst.17 2.Cori.6 ECce nūc dies salutis &c. Quęritur cur tēpus gratię dies salutis dicitur,cū etiā in tpe legis naturalis & scriptæ,multi saluarētur? ℭSolutio. Ideo dies salutis hoc tempus gratiæ dicit̄,quia in hoc tpe hostia oblata est per quā solā introitus patet in regnū,per quā etiā illi qui præcesserūt salutē meruerūt. Vnde etiā tēpus gratię dicitur,ꝓpter maiores vires nobis datas,ꝑ fidei & dilectionis manifestationē: vnde & vires diaboli sunt īminutę:& qa nunc omnia gratis,nō causa alicuius terreni commodi fiunt: & quia illa quę in aliis tēporibus sunt pro-

T missa,hoc tempore sunt adimpleta.

Quęst.18. CAritate nō ficta &c.Quærit̄ quę caritas dicatur ficta.ℭSolutio.Quę nō perseuerat,vel quę nō est sufficiēs ad salutē,vel simulata,scilicet aliquod signū dilectionis exterius ostensum:cū intus nō sit

V in corde,& hęc caritas non est caritas.

Quęst.19 QVasi morientes & ecce viuimus. Quęritur iuxta hæc quomodo iugum domini sit suaue & onus leue? cum sancti tot & tāta dura & difficilia patiātur,& quomodo laborātes & onerati, ad se venientes requiem inueniant, cum nō a labore ad requiē,sed potius a requie ad laborē videantur transire. ℭSolutio.Sanctis grauia & aspera sustinentibus adest spiritussanctus,qui in exterioris hoīs corruptione, interiorem hominem reuocat, de die in diē:& gustata requie spirituali, spe futurę beatitudinis oīa aspera releuat & sic in tot duris leui⁹ est onus Christi. Oīa em̄ sęua & īmania,facilia & ꝓpe nulla facit amor dei,& dn̄i nr̄i Iesu Christi. X

Quęstio.20 2.Corith.8. VT fiat ęqualitas,sicut scriptū est: Qui multum nō abundauit &c. Quęritur an minores,q(quasi ꝓuinciales)ministrant stipendia militibus Christi,sint illis in meritis æquales:quod videt̄ Ap̄lus velle dicēs,vt fiat ęqualitas. ℭSolu.Ista ęq̄litas non est pietatis:sed qa vtriq; sustentāt, & sustentatur abinuicē. Minores enim maiores in carnalib⁹ sustētant,& sustentantur in spiritualibus. Et maiores minores,id est spiritales carnales sustentant in spiritalibus,& sustentantur in carnalibus ab eisdem. Y

Quęstio.21. PRouidemus em̄ bona nō solū coram deo &c.Quærit̄ quō diuidat Ap̄s.s. corā deo & corā hoībus,cū nō possit fieri corā deo nisi etiā fiat coram hoībus?Nec tn̄ semp exigitur opus exterius:videlicet cū deest facultas. Semper autē exigitur, vt munda sit conscientia. ℭSolutio. Vt Ap̄lus ostēdat cōsciētiā nō posse esse mūdā,nisi etiā bona prouideantur corā hoībus:ideo distinguit inter hæc duo. Z

Quęstio.22. QVęrit̄ quid est prouidere bona corā deo?ℭSolutio.Sic mentē aptare vt nihil fiat cōtra deū:qd̄ fieri nequit nisi scandalū vitet̄ fratrū exterius:vel ideo diuidat īter ꝑdicta,vt ostēdat quędā esse quæ licet fieri quātū ad deū ꝑtinet:qa in se bona sunt,q̄uis aliter videatur hoībus ideoq; possunt pretermitti.ℭQd̄ ergo expedit & decet,illud fiat qd̄ expedit nobis ad meritū:quod decet ad exēplū cæteris. Ergo ꝓpter cōscientiā bona ꝓuidere demus corā deo.Propter famā prouidemus etiam bona coram hominibus: qui enim conscientię fidens famam negligit,crudelis est:quod facit qui non curat, an quod facit placeat,an displiceat: & propter scādalum fratrum,nihil dimittit. A

2.Corith.9 Quęstio.23 QVi parce semīat parce & metet. Quærit̄ de pauperib⁹ qui parce seminant vel nihil,an ideo parce & ipsi metēt?ℭSolutio. Nō parce semīat ille qui parū largit̄,si animus prōptus sit dare si plus haberet.Parce ergo seminare dicēdus est,q paruā habet dilectionē,siue

plus,siue minus det:& hic parce metet.i.
B paruā pcipiet retributionē ī vitā ęternā.
2.Cori.10. Questio.24. NOn eñ audem⁹ nos inserere &c. Id est nō vsurpamus nobis potestatē,sed potestate nobis a deo data vtimur.Quęrit̃ itaq; quid sit vsurpare potestatē? ℂSolu.Ille vsurpat sibi ptātē,q nō electus vel nō vocat⁹ sumit sibi honorem:qui ingerit se, & non accepta potestate vult dominari.
C
Questio.25 NOs aūt nō in imēsum gl'iamur.Quęrit̃ quid est in imēsum gl'iari? ℂSolutio.Plusq̄ debet & in eo qđ nō debet qs gloriari.qđ facit ille, q extēdit se in id,in quod ius non habet.Abuti aūt potestate est adulari,& vitia peccātiū palpare. Vti potestate est peccātes arguere,& cętera q̄ ad ædificationē pertinēt facere.
D
Quest.26. Gala.6. Roma.5. QVi gloriat̃ in dño glorieť.Quęrit̃ qđ sit in dño gloriari,cū alibi dicat.Absit mihi gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi.Et illud.Non solū gloriamur in spe filioꝝ dei, sed etiā in tribulationib⁹ nr̃is.Nūqd idē est ī dño & ī cruce dñi & ī tribulationib⁹ gl'iari?Quid est gl'iari? ℂSolu.Gl'iari est gaudere laude,& gl'ia se dignū iudicare. In dño gl'iari ē totā fiduciā nō sibi,sed dño tāq̄ authori attribuere,& ī Christo exultare gaudio spiritali.In cruce dñi gloriari duob⁹ modis potest intelligi.Ille eñ recte in cruce dñi gloriari dicit̃, qui cū gaudio & spe futurę vitæ imitat̃ dñi passionē,& hoc est gloriari in tribulationib⁹. Dicit̃ etiā aliquis gloriari in cruce dñi,qui nō iudicat se di-
Actuū.4. gnū salute,nisi per passionis dñicæ meritū:dicēs cū Apl'o Petro:qa nō est aliđ nomē sub cęlo, ī q̄ oporteat nos saluos fieri.
E hęc dico absq; pīudicio melioris sentētię.
Quest.27. 2.Corin.11. AEmulor eñ vos dei ęmulatiōe &c. Quærit̃ qd est æmulatio? ℂSolu. Æmulatio est motus mētis in bonū vel in malū propter alienum statum. Quādo est in bonū,tunc est amoris:quādo est in malum,tunc est liuoris.
F
Questio.28 QVęrit̃ itē qđ est æmulari dei ęmulatione? ℂSolutio.Diligere ad honorē dei vel ea ęmulatiōe quā de⁹ īspirat.
G
Questio.29 DEspōdi eñ vos vni viro virginē castā exhibere Christo.Quęritur de hac desponsatione Apl'i,cū nō oēs q sunt in eccl'ia sint virgines, vt coniugati:quō ergo pōt eos q nō sunt virgines:exhibere virginē,quasi vnā,insup castā? ℂSolu.Duplex ē virginitas, corpis & mētis. Carnis virginitas ē corp⁹ ītactū:mētis virginitas est integritas hoīs interioris incorrupta. Hęc aūt exigit̃ ab oī fideli:sine qua illa q̄ est carnis nō prodest. Virgo aūt vna oēs dicūtur ppter vnitatē integrę fidei, solidę spei,syncerę dilectiōis.Casta,nō habēs ęstum malę voluntatis.
H
SAthanas trāsfigurat se ī angelū lucis &c.Quęrit̃ an periculosum sit credere Sathanā esse angelū lucis,cū ea dicit vel facit,quę cōgruūt bonis. ℂSolu.Si tūc qñ dicit vel facit ea q̄ cōueniūt: nō est error periculosus.cū aūt suas fallacias īcipit ducere:ne quis post eum eat, opus est vigilantia.quod non fit sine deo. Quęst.30
I
IN fame & siti &c.Quærit̃ vbi est promissio dei dicētis:Primum quęrite regnū dei,& hęc oīa adiicieťur vobis? Videtur eñ pmissio titubasse,cū Apl'us dicat se laborasse in fame & siti,frigore,& nuditate. ℂSolutio.Nouit ille medic⁹,cui semel nos totos cōmisimus, & a quo promissionem præsentis vitę & futurę habemus,qñ hæc adiutoria apponat vel subtrahat sicut nobis expedire iudicat. Quest.31. Matth.6
K
PEr fenestrā in sporta a fratrib⁹.Quęrit̃ an hoc factū sit laudabile, an dignū rephēsione: qđ videt̃ quibusdā:quia dei auxilio nō est liberatus. ℂSolu.Ante nō est necessariū suffragiū dei, q̄ defecerit humanū auxiliū:nec debet aliquis expectare dei auxiliū,dum habet quod faciat,ne videatur tentare deum. Quest.32
L
ET sic effugi manus eius.Quęrit̃ an Apl'us fecerit fugiēdo, vt bon⁹ pastor,an vt mercenari⁹.Nōne lupo veniēte oues deseruit & fugit? & sic videtur q nō bonus pastor, sed mercenarius fuerit. ℂSolu. Qñ aliqs pastor specialiter a psequutoribus quęrit̃ licet ei cedere,& rabiē persequutorū declinare,& fugiēdo vtilitati totius gregis se custodire:& interim cęteri q ita nō requirunt̃:cōseruis suis cibaria prębeāt.Cum aūt oīm cōmune instat periculū,ii qui aliis indigent,non deserantur ab iis quibus indigent. Quest.33
M
SIue in corpore siue extra corpus nescio:deus scit &c.Quærit̃ quō Apl's dubitauerit an in corpore, 2.Cor.12. Quest.34

an extra corpus sit rapt⁹.cũ nemo in hac vita existẽs deũ sicuti est videre possit.vñ
Exod.33. dicit Moysi. Nõ videbit me homo,& viuet.Itẽ si extra corp⁹ sit rapt⁹:ita.s.ꝙ aĩa separata a corpe fuerit,nũqd corpus ei⁹ interim fuit mortuũ? Item si ĩtellectuali visione deũ vidit,tũc eũ vidit vere:& illam cognitionẽ habuit,in qua summa est btĩtudo,& sic in btĩtudine fuit.sed btĩtudo semel habita nunq̃ amittit:aut si iã suscepta de⁹ ei abstulit,videt ꝙ ĩiuste de⁹ egerit.℄Sol'. Vtrũq; cõtingere potuit:vel ꝙ aĩa a corpe separata deũ in se viderit:vel aĩa libera a sensib⁹ corpis,in ipso corpore sic deũ cõtẽplaret.& qm̃ alterũ istorũ recte contingere potuisset,dubitando dicit Apl's,siue in corpe siue extra corp⁹.vnde qd̃cũq; horũ fuerit:salua erit authoritas
N illa:Nõ videbit me hõ,& viuet:qa vtroq; modo exuisse hoĩem potuit.Si autẽ extra corpus fuit,tũc corp⁹ mortuũ fuit, & ab aĩa separatũ:& iterũ aĩa redeũte viuificatũ.Cũ autẽ plenã dei cognitionẽ habuit,& sic in btĩtudine fuerit:si iterũ eidẽ eadẽ gloria subtracta fuit,non est mirũ nec incredibile:qa sic de⁹ seruo suo dilectissimo beatitudinẽ & gaudiũ futurũ,qd̃ acceptur⁹ erat preostẽdere potuit:vt firmi⁹ in ei⁹ dilectiõe & seruitio perduraret: & tẽpus ipm̃ recipiẽdi vehemẽtius desideraret:quemadmodũ in monte transfiguratus gloriam humanitatis tribus discipulis suis ostendit.

O Quest.35 Quid p tertiũ cęli intelligẽdũ. PEr tertiũ vero cælũ & paradisum,in quẽ rapt⁹ est,idẽ intelligit,videlicet plenã diuinitatis ĩtelligẽtiã vel cognitionẽ,Nota de trib⁹ cęlis quadripertitã sententiã.Scd̃m primã sentẽtiã primũ cęlũ est aereũ:vnde aues cęli.Secũdũ est firmamẽtũ:vnde & vocauit firmamẽtũ cælũ.Tertiũ est empyreũ,qd̃ statim ex quo factum, angelis est repletũ:vbi angeli & aĩę sãctæ
P fruũtur cõtẽplatione dei. ℄Scd̃m secũdã sentẽtiã primũ cælũ est corpalis visio,qua cælũ & terra,& oĩa oculis cõspicua cernũtur.Eadẽ visione qñq; dei munere videntur quædã:vt Helisęus currus ignitos:& Balthasar manũ scribẽtẽ in pariete,mane thetel phares.Secundũ cælũ est visio imaginaria vel spiritalis,qua videtur nõ corpora,sed imagines eorũ:sicut solẽt in somnis vel in extasi:vt Pharao spicas:& Petrus discũ.Tertiũ visio intellectualis,qua nõ corpora nec imagines corporũ videntur, sed incorporalia & immaterialia instinctu mẽtis cõspiciunt. vt substãtia,deitas,& omnis animę affectio. ℄Tertia sententia tres cælos triplicẽ angelorũ hierarchiã ſm Dionysiũ vocat.Prima in ascẽsu Q est,q̃ cõtinet angelos,archãgelos & virtutes.Scd̃a potestates pricipat⁹ & dñatiões. Tertia thronos Cherubin & Seraphin. Hanc itaq; tertiã hierarchiã in ascẽsu,& primã in descensu,vocat Apostolus tertiũ cælũ siue paradisum:ad quod cum dicit se raptũ, ostendit ꝙ deũ vidit ĩmediate facie ad faciẽ. ℄Quarta sentẽtia est ꝙ R primũ cælũ dicitur cognitio cælestiũ corporũ,secũdũ cælestium spirituũ,tertiũ cognitio deitatis.

S Quæst.36. SCio huiusmodi &c.Quęritur quõ hominẽ raptũ dicat siue in corpore siue extra,cũ homo ĩ corpore & aĩa subsistat. quõ ergo dicit hoĩem posse extra corpus rapi? ℄Solutio. Veritas hoĩs ibi cõsistit: vbi est imago & similitudo dei.Vnde est illud.Mens cuiusq; ipse est quisq;.Nomine itaq; hoĩs,vocat hominẽ interiorem.

T Quest.37. DAtus est mihi stimulus carnis meę angelus &c. Quæritur a quo sit ei datus stimulus iste:an a deo, an a diabolo? Si a deo:quõ angelus Sathanæ dicit, quasi ab eo missus?Item si a diabolo missus:quõ verũ est quod seqtur, Ne magnitudo reuelationũ extollat &c.Nũqd ideo Sathanas per angelũ missum a se,Apostolũ colaphisabat, ne in superbiã extolleretur? ℄Solutio. Et a deo & a diabolo missus est ille,qui Apostolũ vexabat:sed propter aliud a deo,& propter aliud a diabolo. A deo ideo missus est, ne magnitudo reuelationũ extolleret eũ.A diabolo ideo vt eũ ad defectũ traheret.A deo etiã ideo missus est,vt virt⁹ ĩ infirmitate pficeret.

V Questio.38 PRopter qd̃ ter dñm rogaui &c. Diabolus expetiuit Iob tentãdũ,& exauditus est:Apl'us petiuit vt angelus sathanę recederet ab eo,& nõ est exaudit⁹.Vbi est ergo diuina iustitia?nunqd iustũ fuit diabolũ exaudiri,& nõ Apl'm? ℄Sol'. De⁹ eos quos sanare disposuit,nõ semp exaudit ad voluntatẽ,sed ad sanitatẽ.Quosdã vero iratus quãdoq; exaudit ad voluntatem,vt diabolum.

X Questio.39. ITem cũ sciret Apl'us hãc infirmitatẽ sibi datã ad profectũ & ad humilitatis cõseruationẽ, quęrit an rationabiliter pœnitierit, vt ab eo talis tentatio recederet. ℭSolutio. Licet hoc sciret, tñ humane casum ex afflictione timebat: & sic ex timore humiliabatur: humilitas vero expellebat morbum superbę elationis: & hac dispensatione diuinæ prouidentię, datus est ei stimulus ille.

Y Quest.40. ET nõ egerũt pœnitẽtiã &c. Quęrit an pœnitẽtia sit necessaria emẽdãti mores in meli⁹. Et qbus modis agit pœnitẽtia. ℭSolu. Nõ sufficit mores meli⁹ mutare & a malis recedere, nisi per pœnitẽtię dolorẽ, & humilitatis gemitũ, & cordis cõtriti sacrificium satisfiat de culpa. Item notãdũ est ꝙ trib⁹ modis agit pœnitentia: ante baptisma, & post baptisma, pro grauioribus: & quotidie pro leuioribus & crebris. Iuxta illd. Vitasti grãdia: vide ne opprimaris arena.

Z 2.Corin.13. ORamus deũ vt nihil mali faciatis. Hic innuit Apl'us ꝙ sola gratia dei declinat a malo, dicendo oramus &c. Nihil eñ valet exterior plãtatio & irrigatio sine interiori incremento: quod dat deus sola gratia. Quest.41. Quæritur ergo cur in sacris scripturis sæpe præcipitur nobis, & declinare a malo, & facere bonum: cum ad neutrum istorũ sufficiat liberum arbitrium, cum solius gratię opus sit proprium tam hoc q̃ illud. ℭSolutio. Voluntas nonnihil facit, sed sola non facit. Ideo cum præcipitur vt fiat hoc vel illud, liberum arbitrium debemus agnoscere: cum autem oratur, gratiæ beneficium postulatur. De gratia & libero arbitrio iam in superioribus dictum est: & similiter quid per se gratia sine voluntate operetur: & quid sine illa non operetur: nec opus est vt eadem iterum repetantur.

ℭFiniunt quæstiones Hugonis de sancto Victore super Epistolam ad Corinthios Secũdam.

ℭIncipiunt quæstiones eiusdẽ super Epistolam ad Galatas.

PAulus Apostolus &c. Hãc epistolam Apostolus mittit Galatis: qui de Gallia venientes, in quãdam Gręcię prouinciam Græcis se miscuerunt. A Gala.1. Galatę. Vnde prouĩcia illa prius Gallogręcia dicta est: deĩde Galatia. Vnde cũ Græci acuti ingenii sint, hi stulti & ad ĩtelligẽdũ tardiores vt indociles Galli habẽtur. Hi prius ab Aplo B in fide & ĩ doctrina euãgelica sũt instructi, postea a pseudoapostolis mltis modis sunt subuersi: vt crederẽt gratiã Christi sine lege Moysi nõ sufficere ad salutẽ. vnde patet quę sit materia specialis. s. status Materia epistolę. Galatarũ in quo tũc erãt. generalis autẽ materia, cõmunis status ecclesię. Intentio vero Apl'i in hac epl'a est Galatas versutiis pseudo circũuentos, ad veritatẽ fidei catholicę & doctrinę euangelicę reuocare. Modus talis. salutem prę̃mittit: vbi cõtra detractores, & de operibus legis gloriantes, de sua dignitate & Christi gratia breuiter tangit: commendans personã suam, quã pseudo deprimebant. Post salutationem de leuitate eos redarguit. post personam suam latius commendat. Deinde legem Moysi improbat: docẽs eam nõ esse tenendam post Christum: quia nõ solum nõ proficit ad salutem & iustitiam, sed etiam officit. post commendat euangelium & fidem Christi: quæ sufficit ad salutem. C

Quæst.1. QVi dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo &c. Cum mundus siue seculum sit opus dei, qui bonorum tm̃ author est, quæritur hic quomodo totus in maligno positus sit mundus: vel quomodo seculũ dicatur nequã. ℭSolutio. Non solum loca sed etiam tempora & instrumenta malorum trahunt infamiam eorum, quæ in eis fiunt. vnde dies pessimi, & tempora periculosa dicũtur. Salt⁹ quoq; pleni latronibus, mali dicũtur: & gladius quo sanguis effunditur, & calix quo venenũ propinatur, & sic mundus vel seculum mali

tię nomen sortitur propter ea quæ in eo fiunt.

D

Quest.2. SEd licet nos vel angelus euangelizet vobis pter id &c. Nõne multa erãt q̃ nõdũ eis euãgelizauit, quæ sunt credẽda & tenenda paruulis q lacte simplicis doctrinę sunt nutriẽdi? ℭSolu. Nõ ait plusq̃ accepistis: sed præter id (inquit) p quod intelligit contrarium. Vnde promittebat se venire ad quosdam: vt impleret ea quę eis deerãt.

E

Quest.3. SI adhuc hoĩbus placerẽ &c. Quęstio q̃ solet hic fieri, in prima ep̃la ad Corinthios soluta est. Sed dicet aliq̃s: qcq̃d alibi dictũ sit: vellẽ audire quõ vtrũq; verũ sit. Si adhuc hoĩb⁹ placerẽ, Christi seruus nõ essem. & illud, Placete oĩbus p oĩa. Ipse nõ vult placere hoĩbus, vt sit seru⁹ Christi. Nobis aũt pręcipit, vt oĩbus hoĩb⁹ placeamus. Nũqd nõ vult nos nõ esse seruos Christi, cũ vtrũq; nõ possimus, & illis placere, & Christi serui esse? Vnde scriptum
Psal.52. est, Dissipauit ossa eorũ q hoĩbus placent.
Matth.5. Eadẽ quæstio nascit̃ ex verbis dñi diuersis. Alibi enĩ dicit̃, Luceat lux vestra corã
Matth.6. hoĩbus. & alibi, Nolite iustitiã vestrã corã hoĩbus facere. ℭSolu. Nihil aliud monemur siue ex verbis dñi siue ex verbis Ap̃li, nisi ne finẽ bonorũ operum in laude hominũ ponamus, & ne eãdem quasi pro mercede bonorũ operum optemus.

F

Quest.4. PErsequebar ecclesiã dei &c. Quærit̃ an Ap̃ls persequẽdo ecclesiã dei peccauerit, cũ zelũ legis habuit, idq; faciẽdo crederet pter deũ esse faciẽdũ. Nã quisq; tenetur, vt illud faciat, qđ cõsciẽtia dictat esse faciendũ pter deũ: & ita si non faceret, videt̃ deũ offendere per cõtẽptũ. Itẽ ecclesiã persequi malũ esse quis dubitet? ℭSolutio. Dicũt quidã siue hoc siue illud faceret, peccaret. Alii vero dicunt q; zelus ille quẽ habuit Apostolus erat bonus: sed opus illud malum fuit & erroris scilicet persequutio ecclesię.

G

Quest.5. NEminẽ autẽ aliorũ Apostolorũ vidi nisi Iacobũ fratrẽ dñi. Quare Iacobus minor filius Alphęi frater dñi dicat̃ solet quęri. ℭSolutio. Dicunt nonnulli q; ideo frater dñi dictus est, qa fuit filius Ioseph de alia vxore, qui pater dñi putabatur: sed hoc non est ratũ, cũ Ioseph virgo esse credebat̃, alia ergo quærẽda est solutio. Sciendũ itaq; q; Maria mater dñi Ioachim & Annæ filia fuit, q̃ nupsit Ioseph: & ita fuit Ioseph putatiuus pater dñi. Mortuo aũt Ioachim Cleophas frater Ioseph eãdẽ Annã accepit vxorẽ: & genuit ex ea filiã quã vocauit Mariã quę nupsit Alphęo: q genuit filios. s. Iacobũ, Ioseph, Simonẽ, & Iudã. Mortuo aũt Cleopha, quidã Salomas eãdem Annã duxit: & ex ea filiã genuit noĩe Mariã, quę nupsit Zebedeo: & habuit ex eo filios Iacobũ q dictus est maior, & Ioannẽ Euãgelistã. Tres igit̃ viros Anna habuit, & tres filias. Nũc videndũ est quare Iacob⁹ Alphęi & minor dictus est frater dñi. Minor dict⁹ est ad cõparationẽ alterius qui prius adhęsit dño: & ideo maior vocatus est, nõ scđm tẽpus natiuitatis, sed cõuersionis. Frater autem dñi dictus est scđm quosdã, quia fili⁹ materterę eius erat: vel pter similitudinem sanctitatis eius, vel potius qa nepos fuit patrui Christi. i. Cleophę. Hebræi enĩ germana cõsanguineitate ex parte patrũ cõiunctos fratres vocãt.

Cur Iacob⁹ minor dict⁹ sit frater dñi.

H

Fratres.

Notandũ q; q̃tuor modis in scripturis fratres dicũtur. Natura, vt Esau & Iacob. Gẽte, vt oẽs Iudæi fratres ĩter se dicũtur. Cognatiõe, vt oẽs illi q sunt de eadẽ familia, cũ ex vna radice turba diffundit̃, vt Abrahã & Loth, & Iacob & Laban scriptura vocat fratres. Affectu fratres oẽs christiani, eiusdẽ grãe participes, eundẽ patrẽ cæleste habẽtes.

I

Gala.2. Quest.6. COgis gentes iudaizare &c. De hac reprehẽsione quæri solet, an fuerit vera an dispẽsatoria: & an peccauerit Petrus & vere reprehensibilis fuerit. ℭSolutio. In respõsione huius quęstionis illa duo pręclara lumina Hieronymus & Augustinus videntur dissentire. Hieronymus dicit q; reprehẽsio illa dispensatoria & non vera fuit: & q; Petrus non peccauit, nec reprehensibilis fuit. Augustinus vero asserit q; vera fuit reprehensio: nec simulatoria. & q; Petrus vere reprehensibilis fuit: nec secundũ veritatem euangelii ambulauit: Non in hoc q; infirmus factus est infirmis: sed quia suo exemplo cogebat gentes iudaizare, alioqui consequens erit falsum scripsisse Paulum: quod nullatenus credẽdũ est. ℭItem de abolitione legaliũ post Christum: nihilomin⁹ idem magistri duo nõ idẽ sen-

K

statuebat paulus legem et eandem destruebat et quomodo

tiũt. Hieronymus.n.dicit ꝙ post Christũ mortiferę sunt illę legales obseruãtię. August. dicit ꝙ licuit Iudęis tũc in primitiua ecclesia eas obseruare: tñ nõ ponerẽt spem in eis. Ante.n. Christi aduẽtũ videt̃ fuisse necessariæ: in ipso confinio legis & gr̃æ indifferẽtes, si in eis nõ poneret̃ spes: nũc aũt sunt mortiferę. Nota ꝙ dispensatio est iferioris stat⁹ cõcessio causa vitãdi scãdali, in qua min⁹ fit malũ vt maius vitet̃.

Dispẽsatio.

L ¶ Salua reuerẽtia secretorũ, beati Augustini sentẽtiã pręferimus sentẽtię beati Hieronymi sup pdicta rephẽsiõe & legis abolitione. Vnde obiectionib⁹ bti Hieronymi sic r̃ndemus. Prima est. Christ⁹ est finis legis.i. cõsummatio & plenitudo legẽ implẽs & cõsummãs in se & ĩ suis. Nõ tñ ita ꝙ lex post Christi aduẽtũ per nullũ tpis curriculũ licite a quoq̃ fieret. Itẽ lex & prophetæ vsq; ad Ioãnẽ. Venerãde senex Hieronyme, r̃nde mihi sensu puero, qualr est hoc intelligẽdũ, lex & prophetæ vsq; ad Ioãnẽ? Nũqd sic ꝙ post Ioãnẽ nõ licuit legẽ seruare? Qđ videt̃ ₣m tuã disputationẽ. Sed nõne Christ⁹ etiã post Ioãnẽ legẽ seruauit, vet⁹ pasca celebrãdo? Nũquid Christ⁹ fecit, qđ nõ decuit? Est itaq; intelligẽdũ sic: lex & pphetę vsq; ad Ioãnẽ.i.a Ioãne gr̃a noui testamẽti incepit & pręaicari & exhiberi: & ex tũc vet⁹ testamẽtũ cœpit cessare. Item tũc tpis nõ erat hęresis legales obseruare cerimonias: licet modo esset: maxime si qs crederet gratiã nõ sufficere ad salutẽ sine lege. Itẽ si sunt obseruãdę salutẽ afferũt. Nõne quædam obseruamus quæ salutẽ nõ cõferũt, sed p nostro arbitrio eis possum⁹ vti & nõ vti?

M

Quęstio.7.

EX operibus legis nõ iustificabit̃ homo nisi p fidẽ Christi. Quærit̃ quõ fides iustificet & nõ opera, cũ de⁹ reddat vnicuiq; ₣m opera sua. Nõne ex quo habet esse meritũ, & pręmiũ, corona, & iustitia? Si ergo corona est ex operib⁹: videtur ꝙ iustitia sit ex eisdem. ¶ Solutio. In epistola ad Romanos disputatũ est pro modulo nostro de hac quæstione, hic modo sufficiat dicere: fides ideo dicitur iustificare: quia ex certitudine inuisibiliũ æterna bona diliguntur: dilectio autem iustificat. Ex fide ergo dicit nos iustificari, quia ipsa prima est ex qua impetrãtur cętera. Nec cũ dicit nos ex fide iustificari, opera bona frustrãtur: sed ideo hoc dicit, quia ipsa opera sunt ex gratia fidei.

quomodo fides dicatur iustificare

N

Quęst.8.

SI ea quę destruxi iterũ rędifico, præuaricatorẽ me cõstituo. Sed dicet aliquis: nõne fidẽ quã ĩpugnabat destruxit, & iterũ eã rędificat pdicãdo: & sic videtur esse puaricator? ¶ Solu. Qui rẽ falsam quę destrui põt, destruit: si eã iterũ rędificat, puaricator est. Fides aũt nõ potest destrui, licet possit impugnari. Licet itaq; Paulus pri⁹ conaret̃ nostrã fidẽ destruere & iteꝝ rędificare: nõ tñ puaricator fuit.

O

Quęst.9.

ITem opponitur de eodẽ sic. Si ea quæ destruxi iterũ rędifico. Ecce manifeste dicit se destruxisse legalia, alibi vero dicit, Legẽ ergo destruimus? Absit: sed legẽ statuimus. Quõ ergo verũ est vtrũq;? ¶ Solutio. Duob⁹ modis dicit̃ qs legẽ destruere. Ille legẽ destruit, qui eam in statu suo, ante verbi incarnationẽ dicit inutilẽ, nec a deo datã asserit: & hoc modo legẽ Paulus nõ destruebat. Ille etiã dicit̃ legẽ destruere, q eã ostẽdit post Christi aduentũ ₣m carnalia nõ esse tenẽdã: & hoc modo Paulus legẽ destruebat dicẽs. Si circũcidimini, Christus nihil vobis prodest.

P

Quęst.10.

NVnqd Christ⁹ peccati minister? cũ lex bona sit: & mãdatũ bonũ, iustũ, & sanctũ: quõ Christus si legẽ ministrat, & peccatũ? Nunquid deus qñ legẽ dedit peccatũ ministrauit? ¶ Solutio. Lex quidẽ bona, tñ occasio peccati: iuxta quã rationẽ minister legis dicit̃ minister peccati.

Q

Quęst.11.

PEr legẽ.n. legi mortu⁹ sum &c.i. per authoritatẽ legis eã dimisi. sed p quã authoritatẽ q̃rit̃? ¶ Sol. Moyses dicit. Suscitabo vobis pphetã de fratrib⁹ vestris, quẽ sicut me audietis. Et Hieremias, Consummabo testamẽtũ nouũ domui Israel. Et Dauid. Et holocaustũ p pp̃lo nõ postulasti: tũc dixi, ecce venio. Ex hoc etiam qđ in lege scriptũ est, Odio habebis ĩimicũ tuũ: cũ null⁹ cũ odio ĩimici possit saluari, cõstat ꝙ lex neminẽ iustificat. Ideoq; ab ea ad gratiã q̃ iustificat fugiendũ est. Et qa lex tñ manũ & nõ animũ cohibebat de exteriorib⁹ agẽdo, & oẽs cultores suos sub maledictione cõstituebat, liquet ꝙ p ipam ipsi moriẽdũ est, vt ĩ deo viuat.

Deut.18.

Psal.26.

Matt.5.

R

Quæst.12.

QVi dilexit me & tradidit seipsũ pro me &c. Reuoca quęstionẽ illam ad memoriã quõ pater, filius, & Iudas cõueniant in traditione filii, super epistolã ad Romanos, ₣m posse nostrum pertractatã,

quid intendat in illa consequentia apostolus si per legem iustitia xpus gratis mortuus est

S ¶Si eñ per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. sed Christus non est gratis.i.sine causa siue vtilitate mortu⁹: ergo ex lege nõ est iustitia. Lector autho ritatẽ reuoca ad memoriã quotiẽs opus fuerit tibi probare, ꝙ ex lege nõ est iusti tia:hoc dico, qa sunt authoritates quib⁹ videtur ꝙ possit ostẽdi ꝙ ex lege sit iusti tia:sicut in superiorib⁹ ostensum est.

T Quęst.13. Gala.3. QVis vos fascinauit nõ credere ve ritati &c.Quęrit̃ quid sit fascina tio. ¶Solutio. Magica ludifica tio qua oculis hoĩm ostẽdũtur aliter quę dã q̃ sint,fascinus vel fascinatio vocatur: vel vulgo fascinatio,quod nocet infanti bus.Oculi eñ quorũdã dicunt̃ visu vre re:& hic act⁹ fascinatio existimat̃.Sic in uidia nõ solũ iuido nocet aliena felicita te tabescẽti, sed iis etiã in quibus aliqua bona incipiunt esse. Vnde scriptũ est:fa scinatio nugacitatis obscurat bona.

V Quest.14. QVi ex fide sunt,benedicentur:q ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.Quęritur quid sit esse ex fide: qd sit esse ex operibus legis.¶Solutio. Illi sunt ex fide quorũ esse pẽdet ex fide.i. qui per fidem tendunt ad verũ esse:& qui per fi dei gratiam quærũt iustificari.Et soli hi a deo ęternę vitę benedictionẽ consequẽ tur.Ex operibus autẽ legis esse dicũtur,q ex eis quęrũt iustificari:ideoq; sub male dicto sunt,tanq̃ legis transgressores.

X Quest.15 MAledictus omnis qui permãserit in omnib⁹ quę scripta sunt in libro le gis,vt faciat ea. Quæritur an deus in le ge præcepit aliquid quod nõ possit adim pleri? Si dicatur nihil: quomodo omnes qui sunt ex operibus legis,sub maledicto sunt?Item si deus præcepit aliquid homi ni quod ipse non vellet facere: videtur deus iniustus & crudelis. ¶Solutio. Di cunt quidam ꝙ nihil præceptũ est in le ge quod homo nõ possit adimplere. Cõ tra quos dicit expositor ꝙ multa præce pit deus:quæ oĩa nullus potuit adimple re.Vnde Apostolus Petrus.Cur tentatis deũ,nobis imponere iugũ quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus?

Actu.15.

Y Quest.16 MAledictus omnis qui pendet in li gno. Quæritur an Christus sit sub hac vniuersitate maledictionis cõtẽtus? Sed ille est qui super oĩa est deus benedi ctus in secula:per quẽ tollitur oĩs maledi ctio,& qui benedixit nos omĩ benedictio ne in cęlestib⁹. Ipse eñ semen Abrahę ꝓ missum: in quo fit oĩm gẽtiũ benedictio. quõ ergo iste potest esse maledictus? ¶So lutio.Alia est maledictio culpę,quæ lõge est a Christo:alia est poenę,quã Christus voluntarie suscepit,factus pro nobis ma ledictũ,siue peccatũ.i.hostia pro peccato: vt omniũ maledictionẽ tã culpę q̃ poenę, de medio tolleret.Potest etiã dici ꝙ ma ledictus fuit Christus maledictione cul pæ:nõ vere sed scdm opinionẽ hoĩm:vn de tanq̃ peccator cũ iniquis reputat⁹ est.

quomodo xpus male dictus maledictionem quam arcepit ut omnibus esset benedictio

Z Quęst.17. SI eñ ex lege hereditas, nõ ex promis sione.De hac cõsequẽtia quæritur an vera sit. Ad sui veritatẽ requirit, vt sint opposita hereditatẽ esse ex lege,& ex pro missione.alioquin nõ sequeretur, si ex le ge nõ ex promissione.Quid est ergo hęre ditatẽ esse ex lege?qd est esse ex promissio ne?quid etiã vocat hęreditatẽ? ¶Sol.Hę reditatẽ vocat ęternã vitã.esse ex lege est esse ex operib⁹ legis,ad quorũ impletionẽ hõ videt̃ sibi sufficere,nec gr̃a dei indige re,qd est ex meritis esse hęreditatẽ.Ex ꝓ missione vero esse hęreditatẽ,hoc est esse ex gr̃a. Vide ergo ꝙ esse ex lege & ꝓmis siõe sunt opposita. Vnde alibi dicit Apl's Si ex operib⁹,iam non ex gratia.i.si ex de bito,non ex gratia. Roma.11.

A Quęst.18. QVid ergo lex? Cũ priores sancti q ante legẽ fuerũt,fuerint per gratiã fidei iusti,& ꝓmissiõnẽ sint cõsecuti:quę rit̃ quare lex sit data?& qd vtilitatis cõtu lerit? ¶Solutionẽ hui⁹ q̃stionis Apl's po nit dicẽs:ꝑpter transgressionẽ lex posita est,qd duob⁹ modis potest intelligi.s.pro pter trãsgressionẽ cohibẽdã:vt saltẽ timo re cessarẽt hoĩes trãsgredi:vt qñq; idẽ fa cerẽt volũtarie.vel ꝑpter trãsgressionem lex posita est.i.vt faceret hoĩes trãsgredi & sic humiliarent̃,& medicũ quererẽt,& gratię auxiliũ ĩplorarẽt.Data est ergo vt supbos humiliaret & infirmitatẽ ꝓderet: & duris in flagellũ,& in signũ futurorũ.

B Quęstio.19. QVærit̃ cur statim post hoĩs casum lex nõ sit data?vel quare ĩpe filius ilico non venerit?vel q̃re tot hoĩes perire ꝑmiserit? ¶Solu.Magno cõsilio hoc factũ est, vt post hoĩs casum nõ ilico lex daret̃ vl' fili⁹ mitteret̃.Nisi eñ supbia hoĩs pri⁹

in lege [illegible]

vires experiretur sui arbitrii libertati suf
ficientiā arrogaret:& legem supflue datā
& filiū frustra venisse iudicaret. Nec oēs
qui tūc fuerūt perierūt: sicut nec oēs qui
modo sunt fiunt salui.Itaq; hoc factū est:
vt homo morbū infirmitatis suę agnosce
ret,& gratiā sibi necessariā imploraret.In
lege em̄ naturali relictus est sibi,vt sic vi
res naturæ experiretur,& cōuictus est de
ignorātia:& cōfessus est qa defecit lumē
oculo℞ suorū:adhuc tñ credebat se habe
re virtutē qua possit implere quicqd ne-
cessariū ad salutē erat. Vnde & dicebat:
non deest qui impleat,sed deest q iubeat.
quasi diceret cognitione nō virtute indi
geo.Data est itaq; lex quę ignorātiā illu-
minaret, sed infirmitatem nō adiuuaret:
quę peccatum detexit, sed nō cōsumpsit.
qua data inualuit morb⁹ & aucta est cō-
cupiscētia nō legis,sed naturę vitio,& in
stantia diaboli: vt ita cognita vtriusq; le
gis insufficiētia,& sua infirmitate clama
ret ad medicū,& quęreret gratię auxiliū:
& sic multiplicatis infirmitatib⁹ accelera
C uerūt ad medicū,q veniēs in forma serui
Luc.10. sanauit vulnera lāguidi. Hic est.n.Sama
ritanus ille,q ad vulneratū,q incidit in la
trones,appropinquit, & vulnera eius alli
Heb.7. gauit:quem sacerdos & leuita.i.lex & sa
cerdotiū ptrāsierūt:qa lex ad pfectū ne
4.Reg.4. minē perduxit. Hic est Heliseus qui post
missum baculū nō effectiuū salutis,venit
ad suscitandū mortuū filium Sunamitis.
Ioan.5. Hic est angelus magni cōsilii,q descendit
in piscinam, & mota aqua sanabat vnus.
Sap.18. Hic est oīpotēs sermo, q a regalib⁹ sedib⁹
venit dū mediū silentiū omnia tenerent.
D ¶Nota tria esse silentia. Primū silētiū est
ignorātia lāguoris,qđ fuit sub lege natu
rali.Secūdū silentiū est desperatio salutis
qđ fuit sub scripta lege:& hoc silentiū est
mediū.Tertiū silentiū est adeptio sanita-
tis:qđ erit in gloria æternę beatitudinis.
Dū itaq; oīa mediū silētiū tenerēt.i.de sa
lute desperarēt:summi regis fili⁹ de lumi
ne cæli ad tenebras mūdi vel inferni de-
scēdit.Et veniēs locutus est pacem:dedit
gratiā,ꝓposuit mīam,ꝓmisit veniā.Et sic
rupto medio silētio cœperūt ęgroti pura
fide & vera confessione,quasi magnis cla
moribus flagitare remedium, & accelera
re ad medicum,per quem ęgroti sanarē-
tur,& vulnera curarentur. E

Lex posita est in manu mediatoris. Quęst.20
Querit cur Christ⁹ dicat mediator?
¶Solu.Quia mediat nos.i.recōciliat deo. F

Sed cū nō solū fili⁹ nos sibi recōciliet, Quęst.21
sed etiā deus pater:sicut dicit Apl'us.
Deus erat in Christo, mūdum recōciliās 2.Cori.5.
sibi.Quęritur cur solus filius dicatur me
diator dei & hoīm.¶Solutio.Tota trini-
tas virtutis vsu nos sibi recōciliat:sed so
lus fili⁹ impletiōe obœdiētię,& sacramē-
torū susceptiōe nos iustificat & reconci-
liat.Vñ nō imerito solus mediator dicit.

Cum Christus deus & homo, dei & G
hoīm mediator sit,quærit scđm quā Quęst.22
naturā,an scđm diuinā, an scđm hūanā,
an scđm vtramq; sit mediator.¶Solutio.
Authores dicūt ꝙ nō est mediator scđm
qđ est deus,sed tm̄ scđm ꝙ homo,ꝑ mor-
talitatē nobis appropiquās,deo ꝑ iustitiā.

Sed cōclusit scriptura oīa sub peccato. H
Querit qd vocet scripturā.¶Solu.Le- Quęst.23
gem quam alibi vocat literā hic appellat
Apl's scripturā:qa tm̄ iubet: nō adiuuat:
ægrotū,q sibi sanus videbat,de morbo cō
uicit,& sic ostēdēdo peccata,& nō auferē
do cōcludit oīa sub peccato.Data est er-
go lex,vt gratia quęreret:& gratia colla-
ta est,vt per eā lex impleret:huic cōsonat
qđ alibi dicit.Conclusit deus oīa in incre Roma.11.
dulitate,vt omniū misereretur. I

Quicunq; in Christo baptizati estis Quæstio
Christū induistis.Quęrit de illo q 24.
ficte accedit ad baptismū,an sit in Chri-
sto baptisat⁹ & Christū indut⁹. Qꝫ si di-
cat sic,cōsequtur ꝙ Christo sit cōformis:si
aūt nō est baptisat⁹, si pœnituerit de sua
fictiōe poterit baptizari:sed hoc ei nō cō
cedit:cōstat ergo ꝙ sit baptizat⁹. ¶Solu.
In Christo baptizari, & Christū induere
duob⁹ modis intelligit:vel sacramēti per
ceptiōe,qđ cōe est bonis & malis, vel san
ctificatiōe interiori & vitæ conformita-
te,quod solis bonis cōuenit. K

Querit quō Christ⁹ sit indumētum Quęst.25
sancto℞,& an ne sancti sint indumē
tū Christi?¶Solu.Christ⁹ dr indumētum
sancto℞,& sancti etiā indumētū Christi.
Sed aliter & aliter.Christ⁹.n.dr indumē-
tū sancto℞ per obūbrationem spūssancti:
ab ęstu vitiorū eos protegēs.Sancti vero
indumentū Christi: quasi ipsum intra se

habentes, & circũdantes. Etiã ipsum sua sancta conuersatione honorant: sicut mali male viuendo, blasphemant.

L Quę.26. SI vos Christi ergo Abrahæ &c. Christus dicitur semen Abrahę: & fideles dicuntur semen Abrahę. Vnde quęritur an secundum eãdem significationem, & Christus & fideles dicãt semen Abrahę? ℭSolutio. Christ⁹ semen Abrahæ est corporaliter, quia de eius stirpe natus: fideles semen Abrahæ spiritualiter sunt. i. iusti per fidem: sicut ille fuit.

M Quę.27. Gala.4. SVb elementis mundi eram⁹ seruientes. Si ergo Iudæi etiam sub elementis seruiebãt: in quo a paganis distabant? ℭSo. Iudæi sub elemẽtis deo: non ipsis elementis seruiebant. Pagani vero non deo, sed ipsis elementis cultũ diuinum exhibebant.

N Quæ.28. VBi venit plenitudo &c. Quæritur cur aduentus saluatoris dicat plenitudo temporis. ℭSolutio. Ideo qa hoc tempore adimplentur, quæ præcedentib⁹ temporibus erant prænunciata, & magis proprie videretur dictum tempus plenitudinis q̃ plenitudo temporis: & finis sæculi idem dicitur.

O Quę.29. MIsit filium suum &c. Quæritur vñ & quo missus est filius? Audi a patre exiui & veni in mundum.

P Quæ.30. SEd dicet aliquis nõne in mundo erat & mundus per eum factus est. ℭNunqd missus est illuc vbi prius erat. ℭSolutio. Prius erat in mundo per potẽtiam & essentiam: sed cœpit aliter esse in mundo visibilis factus, per seruilis formę susceptionem. Sicut ergo quãdo a patre exiuit patrem non deseruit: sic in mũdũ venit in quo prius erat. Quare autẽ missio filii vel spũs sancti cum sit opus trinitatis patri attribuatur, iam in præcedentibus dictum est.

Q Quę.31. FActum ex muliere. Cum sit nat⁹ de virgine dominus: quęritur cur Apostolus factum de muliere asserat? ℭSolutio. Vsus ẽ hebraicæ locutiõis mõ ponẽtis mulierẽ pro fœmĩa: vt Eua in Genesi nõdum passa concubitum mulier vocatur.

R An fact⁹ Christ⁹. ℭNota ꝙ expositor dicit ꝙ creator qui semper erat factus est, vt creatura esset: quia fact⁹ est homo, vt fieret qđ nõ erat: non vt periret quod erat: hoc dico propter quosdam: qui negãt eum aliquid factum esse.

S Quęsti.32. FActum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret &c. Nõne per mortem suam redemit tam eos qui sub lege erant q̃ eos qui sine lege erant? Quomodo ergo dicit Apl's Christũ sub lege factum vt eos qui sub lege erãt redimeret, quasi per legis obseruationẽ eos redemerit? ℭSolu. Factus est sub lege vt eam impleret & impletam cessare faceret: & sic etiam iudæos a legis præuaricatione redimeret. Nisi em̃ legẽ obseruaret in qua facta est promissio: qs crederet ꝙ ipse eẽt semen Abrahæ promissum Abrahæ, in quo non solum Iudæi: sed etiã omnes gẽtes benedicerentur?

T Quęst.33. VT adoptionem filiorũ reciperem⁹. Quid vocat adoptionẽ an bõa gratuita ad pręsentem iustitiam, an ad futurã gloriã pertinẽtia per quę efficimur filii? ℭSolu. Quidam distinguẽdũ putant inter filios adoptiõis & filios gratię, ego autem arbitror eosdem esse.

V Quęsti.34. A quo fit missio tp alis filii & spũs sancti. MIsit deus spm̃ filii sui &c. Nota trinitatem hic manifeste significari. Sunt qdã qui dicunt ꝙ sicut æterna verbi generatio a solo patre est: sic & temporalis ipsius missio: quia secundũ hos patrem filiũ mittere est ipsum a patre esse, & nobis in carne assumpta apparere. Similiter asserunt de spiritu sancto ꝙ sicut æterna ipsius processio a patre & filio & non a semetipso est sic & temporalis: sed Aug. manifeste dicit: ꝙ tam filii q̃ spirit⁹ sancti temporalis missio opus est trinitatis: vnde ipse filius dicit se missum a spiritu sancto.

X Quæst.35. CLamantẽ abba pater. Quæritur cur Apl's duo vocabula idem significantia posuerit: videtur em̃ alterum superflue poni. ℭSolu. Ideo hoc facit, vt duos populos vna fide cõiũctos innueret. Hebraicum em̃ nomen iudæos: græcũ vocabulum gentilem populum significat: eadem vtriusq; vocabuli significatio vnitatem fidei & spiritus figurat.

Y Quęsti.36. HIs qui natura dii non sunt. Hic innuit ꝙ vna natura est patris & filii & spiritus sancti. Si em̃ filius non est natura deus: ergo nec colendus nec ado-

rãdus. Sed opponitur sic nobis. nõne humanitas Christi colitur & adoratur? nec tamen natura est deus. ℭSolu. Qđ est assumptum adorať, non ꝓpter se: sed ꝓpter assumentẽ: nõ ergo solã & nudã, sed deitati vnitã adoram⁹ saluatoris hũanitatẽ.

Z

Quæst. 37. IMmo cogniti sitis a deo. Nõne de⁹ oĩa ab æterno nouit? Quõ ergo dicit deus tũc quasi primũ nos cognoscere: qñ incipimus in ipsum credere? ℭSolu. Tropica locutione qđ deo authore agim⁹ ipsi attribuiť. vnde diciť. Postulat pro sanctis: qa facit eos postulare. sic cognoscere nos quia pręstat nobis sui cognitionẽ: & quiescere, qa facit nos in seipso conquiescere.

A

Quæ. 38. QVomõ cõuertimini iterũ ad infirma & egena? Galathæ prius legẽ nõ tenebãt. quõ ergo dicit, iterũ conuertimini ad egena &c. ℭSol. Vt ostẽdat legalẽ obseruationẽ post Christi aduentũ distare parũ vel nihil ab idololatria. Vel ideo hoc dicit, quia nõ solũ legẽ seruare volebãt: sed ad pristinos etiã errores cõuertebantur. sic duplici errore a pseudo circũuenti erant.

B

Quæ. 39. ET septimæ decadis septimũ q iubile⁹ diciť. Quid est hoc qđ dicit expositor? nõne quinquagesimus annus iubile⁹ dicebatur in lege? quõ ergo septimę decadis septim⁹ ann⁹ iubileus dictus est? nã septim⁹ septimæ decadis est sexagesimus septim⁹. ℭSol. Filii israel aliqñ captiuitate pressi nõ potuerunt seruare annũ iubileũ suo ordine. Sexagesimo sexto aũt anno data est licẽtia redeundi a Cyro & Dario: & ex parte redierunt: & sexagesimũ septimũ annũ coluerunt pro iubileo. Sed dicet aliqs ꝙ anteꝗ̃ septuaginta anni essent impleti: nõ sunt reuersi de captiuitate. ℭSol. Nõ quidẽ gñaliter & ex toto sunt reuersi ante annũ septuagesimũ: tñ in anno sexagesimo sexto, vt prędiximus, qbusdam indulta est licentia redeũdi. qđ significatur per alleluia qđ caniť ĩ sabbato post parasceuen, qui sexagesim⁹ sextus dies est septuagesimę. Sed qm̃ adhuc quidã detinebanť in captiuitate, sequtur tractus qui est signũ laboris: sicut alleluia est signũ lætitię. Sequẽti aũt sabbato canitur etiã secũdum cum primo alleluia præfigurans generalẽ reuersionẽ iudęorũ: quæ est cõpletis ãnis septuagita.

in cuius signum in feria ... canitur alleluia cum tractu sabato post paras eodem

C

Quæ. 40. SI potuisset fieri eruissetis &c. Nõne illud fieri potuit qđ ait apl's? ℭSolu. Sacra scriptura illđ dicit nõ posse fieri, qđ iuste non fit. vnde Iob ait. Vtinã possem me occidere. Et dñs ad Loth: Nõ possum qcq̃ facere donec illo introeas. Nõ posse se dixit qđ sine dubio poterat per potentiam, sed non per iustitiam. Iob. 10. Geñ. 19.

D

Quę. 41. ABraham habuit duos filios. Nõne de cethura post mortẽ Sarę plures filios habuit? Quõ ergo dicit apl'us eum duos habuisse quasi non plures q̃ duos? ℭSolu. Si plures q̃ duos, ergo duos: non eñ dicit tm̃ duos: sed tñ potius de his, q̃ de aliis dicit, qa scriptura de istis singla ꝓsequiť innuẽs aliqd egregiũ ꝑfigurari.

E

Quę. 42. HÆc aũt sũt duo testamẽta. De hac & cõsimilibus locutionibus quæritur quõ verę sint. Nõne aliud est figura, aliud veritas: aliđ significãs, aliud significatũ? quõ ergo nomẽ veritatis prædicatur de nomine figuræ, cũ dicit: hæc sunt duo testamẽta, & petra erat Christ⁹? ℭSolutio. Hoc verbum esse in huiusmodi locis, ponitur pro significare.

F

Quę. 43. ITẽ cur sacra scriptura in tali loco vtatur verbo substãtiuo põt quæri. Nõne planius esset, si diceret: hęc aũt significãt duo testamenta: & petra figurabat christum? ℭSolu. vocũ est significare, rerũ est esse proprie. In theologia vero nõ solum voces habent significationẽ: sed etiã res in aliarũ rerũ ponuntur significationẽ. i. quædã res aliis reb⁹ significanť. Quoties ergo scriptura sacra vult ostẽdere q̃ res quã rẽ habeat significare, nõ dicit hoc significat illud: sed hoc est illud: vt petra erat Christus. si eñ diceret petra significat Christũ: videreť ꝙ hui⁹ noĩs petra & nõ hui⁹ rei petrę demonstraretur significatio.

G

Quæstio 44. NOta ꝙ superius dicit ꝙ Hismael natus est scđm carnẽ: Isaac non scđm carnẽ: sed per repromissionem. sed nonne Isaac sicut Hismael natus est cõmixtiõe vtriusq; sexus? quõ ergo nõ est nat⁹ scđ; naturã: vel secundum carnẽ? ℭSolu. Hismael natus est vsitata lege naturæ. s. ex naturaliũ causarũ cõcursu: generatio vero Isaac non naturæ, sed diuinæ virtutis & gratiæ fuit operatio. Tali. n. cõmixtioni: q in tali ætate esse potuit inter Abra-

quid fecerit ismael isaac unde apostolus dicat ismaelem persequutorem fuisse isaac

ham senē & Sarā vetulā & sterilē natura non cōcedit filios: sed quod natura negauit gratia contulit.

H Quę.45. SEd quō tunc qui scđm carnē nat⁹ est persequebat̄ eū qui scđm spm̄ vel repromissionē natus est: sic & nūc. Quærit̄ vbi hoc inueniat̄ ꝙ Hismael persequeretur Isaac. In Genesi eīm legit̄ ꝙ maior cū minore ludebat. Quid ergo mali fecit? quid peccauit? quō ludendo tm̄ eū persequebatur? ℭSol. Lusum maioris cū minore intellexit Sara esse delusionem. Vñ & indignata ait. Eiice ancillā & filiū ei⁹. Et apostolus talē delusionē vocat persecutionē. Ita & nos magis persequuntur delusores q̄ aperti persecutores.

Gene.21.

I Qu.46. Gala.5. SI circūcidimini Christ⁹ vobis nihil prodest. Nōne circūcidit apl's Timotheū? Ergo decepit eū, & fecit vt Christ⁹ nihil prodesset? ℭSol. Hoc dicit de iis q quærebāt iustificari ex circūcisione: & ideo se circūcidebāt, & sic a grā exciderūt quā credebāt insufficientē esse. Illis aūt q eā ex quadā reuerētia susceperūt, nō tñ ponētes spem in ea, nō erat perniciosa ſm August. scđm vero Hieronymū omnibus suscepta nocuit nisi fieret dispensatio. De qua cōtrouersia supi⁹ plenius dictum est.

K Questio 47. TEstificor oī circūcidenti se, qm̄ debitor est vniuersę legis faciēdę. Nūqd si vniuersam legē impleat etiam sic poterit iustitiā cōseq? Quod videt̄ ex his verbis: s; alibi manifeste habet̄, ꝙ ex lege nō est iustitia. Itē nōne oīs hō tenet̄: vt legē impleat, saltem secūdū spm̄? Quid est ergo ꝙ oīs circūcidēs se hoc debet nō ali⁹? Item nōne oīs tenetur, vt diligat proximū sicut seipm̄: sed qui diligit proximū totā legē adimplet. Nōne ex his videtur ꝙ oīs tenet̄ vniuersam legem adimplere? Quid est ergo, qđ dicit, testificor omi homini circūcidenti se &c. ℭSo. qui ex circūcisione vel ex lege quærit iustificari: tenet̄ ad hoc vt iustitiā habeat vel dignus sit vita: vt impleat qcqd pręcipitur in lege. s. vt nihil cōcupiscat: & deum ex toto corde diligat: in quibus duobus cōsistit perfecta iustitia, quā si qs haberet, non indigeret gratia fidei: sicut nec angeli dei: quæ nulli cōcessa est in præsenti: nisi soli mediatori dei & hominū. vñ necesse est, vt si quis vult iustificari vel beatificari, ad solā gratiam confugiat. si eīm in lege quærit iustificari: hoc exigitur ab eo qđ non potest ab homine solui.

L Quęsti.48. IN Christo Iesu neq; valet circuncisio, neq; præputiū. Dicit expositor ꝙ iis q sūt in Christo Iesu sūt vitia fugiēda, virtutes appetendæ: media vero nec fugienda nec appetenda, in qbus ponit circūcisionē. Vnde videt̄ ꝙ ipsa non ꝓdest neq; obest. sed superius dictū est, ꝙ circūcisio non solū nō ꝓdest: sed etiā obest. Et apl's dicit. si circūcidimini: Christus vobis nō ꝓdest. Si ergo aufert nobis Christū: multū obest. ℭSolu. Circūcisio simpliciter suscepta, ꝙ in ea nō ponatur causa salutis, videt̄ esse indifferens: & sic non prodest nec obest. si aūt hac intētione & hoc aīo, vt ex ea quæratur salus: obest percepta.

M Quęsti.49. OMnis lex in vno sermōe impletur. Diliges ꝓximū tuū sicut teipsum. Cū duo sint pręcepta dilectionis, dei. s. & proximi: quęritur quō in dilectione ꝓximi, omnis lex impleatur? ℭSo. In dilectione proximi continēt dilectio dei. qs enim pōt diligere ꝓximū ꝓpter deum: nisi diligat deū? Itē nemo potest diligere ꝓximū sicut seipm̄, nisi diligat se. null⁹ aūt se diligit, nisi deū diligat. quid est eīm se diligere nisi bonū suū amare? bonū aūt verum & summū est Christus. alioquin qui diligit iniquitatē odit animam suam.

N Quæsti.50. QVærit̄ qs sit ꝓxim⁹. ℭSol. Oīs homo. Tenemur ergo ex ꝑcepto oēm hominē diligere, & exhibere officia pietatis omni indigenti.

O Quęsti.51. SIcut temetipsum &c. Quęrit̄ an debemus ꝓximum quātū nosmetipsos diligere? Quod videt̄ cum dicatur sicut temetipsum. ℭSolu. sicut non est quātitatis sed qualitatis: hoc qdē tenemur aliis facere: qđ volum⁹ scđm rationē ab aliis nobis exhiberi. ℭNota cū vtrūq; præceptū de dilectione in vtroq; cōtineat̄: sæpe ponit̄ vnū poti⁹ q̄ duo. si. n. vtrūq; simul poneret̄, videret̄ ꝙ alterū sine altero haberetur vel posset haberi.

secundum dominum hoc tantum valet dicere diliges proximum tuum sicut teipsum sicut si diceretur sicut tu velles diligi a proximo tuo. quod est dicere que omnia vultis ut vobis faciant homines et vos facite eis illis

P Quæst.52. CAro cōcupiscit aduersus spiritum. Quęritur quō dicatur caro cōcupiscere, cū sola aīa cōcupiscat. ℭSolu. ꝙ aīa facit ex carne hoc carni attribuit: sicut auris dicit̄ audire, ocl's videre, cū aīa hęc

Q per hmõi instrumẽta agat.

De eodẽ. Quæst. 53. CVm ergo scdm substantiam idẽ sit aĩa & spũs, quõ aĩa cõcupiscit aduersus spm? Nũquid aduersus semetipsam? ℭSol. Carnẽ cõcupiscentẽ vocat delectationẽ carnalẽ quã aĩa habet ex carne. Nomine aũt spũs significat delectationẽ spiritualẽ. Et propter has duas delectatiões hõ interior diuisus est & diuersa sortit̃ vocabula. Secundũ eñ inferiorẽ delectationẽ, nunc caro, nũc hõ, nũc aĩa vel aĩalis vel carnalis dicit̃: secundũ vero supiorẽ dicit̃ spũs vel spiritalis vel nouus hõ.

R

Quæ. 54. SI spiritu ducimini nõ estis sub lege. Quæritur qd est esse sub lege? ℭSolu. Timore pœnę non amore iustitię abstinere ab omni malo opere, hoc est esse sub lege. Vt ille dicitur esse sub lege qui ex ea quærit iustificari: qui debitor est vniuersæ legis implendæ.

S

Quæ. 55. MAnifesta aũt sunt opera carnis, quę sunt fornicatio &c. Quæritur quõ apl's inter opera carnis enumeret quædã q̃ non sunt vitia carnis, sed poti⁹ aĩæ: vt vt ira, inuidia &c. ℭSolu. noĩe carnis totũ significat hoĩem q scdm se viuẽdo in hæc cecidit. Credere eñ oĩa vitia ex carne esse, error est: ne diabolus qui carnem nõ habet ab his videatur immunis.

T

Quæsti. 56. FRuctus aut spũs sunt caritas. Dicit expositor ꝙ apl's opa spũs vocat fructus, qa propter se petenda sunt. Sed Augustinus dicit ꝙ virtutes ꝑpter solã beatitudinẽ petendæ sunt: ꝑpter se aũt nihil amandũ nisi summũ bonum: cuius fruitio nos beatos efficit. Quid ergo dicendũ? qd tenendũ? ℭSolu. Virtutes petendę sunt ꝑpter se: quia possessores suos sincera delectatione delectant: sed nõ tñ propter se, sed etiam propter beatitudinẽ q̃ est finis supremus.

V

Gala. 6. Quæ. 57. SI præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c. Quærit̃ quid sit præoccupari, & qd vocet delictum. ℭSolu. Prẽoccupat̃ q ideo cadit in aliquod delictũ siue pctm̃, vel qa ignorat qd agendũ sit vel dimittendũ: vel cũ cognoscit: sed tñ infirmitas ad peccandum impellit. ℭDelictũ est boni desertio, sicut pctm̃ mali perpetratio. vel delictũ est qd ignoranter fit: pctm̃ qd a sciente. indifferenter tñ vnum pro altero ponitur.

VNusquisq; onus suũ portabit &c. X Quærit̃ quõ vtrũq; sit verũ. Alter alterius onera portate. &c. & hoc qd hic dicit: vnusqsq; onus suũ portabit? ℭSol. Alia sunt onera participandæ infirmitatis, de qbus superius egit: alia sunt reddẽdæ deo rationis de actibus nr̃is: de quib⁹ hic agit. Verum est itaq; ꝙ in pñti debemus subuenire inuicẽ: & q fortiores sunt aliorum infirmitates sustinere. & tamen in futuro vnusquisq; onus suũ portabit, id est pro peccato suo & non pro peccato alterius punietur. Quę. 58.

Y

OPeremur bonũ ad oẽs &c. Quærit̃ an præcepto teneamur officia pietatis impẽdere etiã inimicis? Qd videtur cũ apl's dicat, Operemur bonũ ad oẽs: & dñs in euãgelio. Diligite inimicos vr̃os: benefacite iis q oderunt vos. Sed Augu. ait: Diligere inimicos nõ est tantę multitudinis quantã credo exaudiri in dñica oratione, vbi dicit̃: Dimitte nobis debita nr̃a sicut & nos dimit. de. no. & Greg. ait Sufficit non odisse inimicos. i. salutẽ eoꝝ velle: etsi opera mĩæ nõ eis impendant̃. ℭSo. Pręcepto tenemur oĩm salutẽ velle: sed impẽdere etiã officia pietatis inimicis quãtũ ad infirmos & min⁹ pfectos cõsiliũ est: quãtum ad perfectos pręceptum. ℭDiligenter ergo notandũ est qd secundũ consiliũ, qd scdm p̃ceptum dicatur. Quę. 59. Luc. 6.

Z

ITem qñ cõstat ꝙ bonum sit benefacere malis & peccatoribus & impiis, qd est qd dicit scriptura: Da mĩam: & ne suscipias peccatorem: & impiis & peccatoribus redde vindictam: & benefac humili, & ne dederis impio. ℭSolutio. Sensus prædictarum authoritatum est vt nulli pctõri ideo benefacias, quia peccator est: sed quia homo. i. nullius culpam debem⁹ fouere, sed naturam. In vnoquoq; diligamus quod deus diligit, & odiam⁹ qd ipse odit. si autẽ non possumus omnibus tam bonis q̃ malis subuenire: famulis dei bona quæ possumus debemus impendere. vnde Apl's: maxime autẽ ad domesticos fidei. Quę. 60. Eccli. 12. Gala. 6.

ℭFiniuntur quæstiones. M. Hugonis de sancto Victore super epistolam ad Galatas.

¶Incipiunt quæstiones eiusdem super epistolam ad Ephesios.

A Ephe.1. PAULUS apostolus &c. Hanc epistolã scribit Ephesiis: quos ĩ fide Paulus nõ fũdauit, sed ab Ioãne aplo fundatos confirmauit: q̃ firmiter ĩ fide & bõis operibus perstiterunt: quos hortať vt in bo-

B Materia eplæ. nis proficiant, scribẽs eis a Roma de carcere. Est itaq; materia apl'i in hac epistola status Ephesiorum in quo tunc erant. Intentio vero eos in bonis habitis cõfirmare, ad vlteriora prouocare, necnon ad humilitatẽ actionẽq; gratiarũ informare. Modus agendi talis est. more suo salutationem pręmittit: deinde agit gr̃as exponens multiplicia dei beneficia: tum generi hũano, tũ ipsis apostolis, tũ ipsis Ephesiis p solã gratiã collata. Deinde Christi dignitatẽ & plationẽ ostendit. Postea ad patientiã & charitatẽ eos inuitat, vnitatẽ fidei & ecclesię cõmendãs, & dona gratiæ enumerans. tandẽ ad certamẽ exhortans: cõtra principes tenebrarum militię

C Quæ.1. christianæ armaturam describit.

Benedict⁹ deus qui bñdixit nos &c. Cum benedici dicatur de deo & de homine: quæritur an eodem modo dicať & secundũ eãdẽ significationẽ. ¶Solutio Aliter & aliter de vtroq;. Nam deus ab homine benedicitur, cum dignis laudib⁹ extollitur: homo vero a deo benedicitur cum deus ei munera gratiæ suæ imper-

D Quæ.2. titur.

Dicit expositor q̃ apostolus hic ponit duas præordinationes: vnã de præsenti iustitia, alteram de futura corona. Sed cũ vna sit dei prædestinatio quæ est ipse deus: quæritur quomodo duę dicanť? ¶Solutio. Non ideo duæ dicuntur quin vna sit: sed quia duos habet effect⁹,

E Obiectio scilicet p p̃sentẽ iustitiã & futurã gloriã. ¶Cui solutioni sic obiicitur. Si numerus prædestinationum assignandus est secũdum numerum effectuum, iam erũt infinitæ prędestinationes: cũ sint infiniti prędestinationis effectus. ¶Solutio. Omnes iustitiæ quia numero & non specie differunt, vnus effectus dicũtur esse: sic & oẽs coronæ, quia non specie sed solo numero discernuntur, vnus effectus prædestinationis dicuntur. Quoniam vero pręsens iustitia & futura gloria nõ solum numero, sed etiam specie differunt, non incongrue duo effectus p̃destinatiõis dicunť.

F ¶Notãdum q̃ multa sunt huiusmodi q̃ cũ sint plura numero & vnũ specie, simpliciter nõ plura, sed vnũ scd̃m vsum loquendi dicuntur: vt fides mea & fides illius cũ duæ sint numero, nõ tñ duæ simpliciter sed vna dicitur: q̃a vna sũt specie. sic de hęrba, de voce, de intellectu, visu & multis aliis, litera, figura, elemento, vocali, differendum est.

G Quæst.3. Quare scti electi.

Sicut elegit nos vt essemus sancti &c. Dicit Pelagian⁹ q̃ eos quos deus ab æterno elegit, ideo eos elegit: q̃a pręsciebat eos futuros bonos & per liberę volũtatis arbitriũ: non quia eos erat sanctificatur⁹. Sed hãc ei⁹ hęresim destruit apl's cũ dicit, Elegit nos vt essemus scti & immaculati: nõ dicit quia futuri eram⁹ sancti: sed vt essem⁹. Si em̃ hoc esset qđ dicit Pelagianus: iustificatio nostra cã eẽt diuinæ electionis, nõ diuina electio causa nostræ iustificationis. & sic qđ est temporale causa esset eius qđ est æternũ, nõ ecõuerso: quod non potest esse.

H Quæsti.4.

In quo habemus redẽptionẽ &c. Quæritur an idem vocet redẽptionẽ & remissionẽ peccatorũ? si idẽ, videť q̃ alterũ superflue positum sit. ¶Solu. Redemptionem precium illud per qđ redẽpti sum⁹ vocat: p qđ datur facultas nobis redeundi: remissio vero peccatorum quæ nobis cõfertur in baptismo, effectus est ipsi⁹ redemptionis.

I Quęsti.5.

Instaurare oĩa quæ in cælis sunt &c. Cũ Christus pro angelis non sit mortuus, quæritur quomodo ea quæ sunt in cœlis per Christũ sint restaurata? ¶Solu. Ideo hoc dicitur quia qui per gratiã saluantur supplent numerum angelorũ diminutũ. vel per ea quæ in cœlis sunt intelligit animas quę iam sunt in cœlo, per ea q̃ in terris sunt sanctos adhuc in hac vita degentes.

K Quæst.6 SIgnati estis spū sancto q est pign⁹ hæreditatis. Quæritur quō spūs sanctus dicat̄ pign⁹ hæreditatis nostræ. nōne pignus est illud qđ ad tēpus pro aliquo p̄cio datur, & iterū cū preciū soluit̄ illđ aufertur: nūqđ ergo spūs a nobis aufert̄ cū ipsa hæreditas nobis datur? ℂSol. Pign⁹ hic ponit̄ pro arra q̄ est de ipso p̄cio, nec aufertur cum preciū soluit̄. vñ quidā codices habent arram nō pignus.

L Quest.7. COnstituēs ad dexterā suā &c. Deus spūs est, nec corporis forma finit̄ vel cōcluditur. quō ergo dicit̄ fili⁹ sedere ad dexterā p̄ris, cū p̄r nō habeat lat⁹ dextrū vel sinistrū, quia nō habet corpus? ℂSol. Per dextrā dei in sacra scriptura qñq; significat̄ ęterna beatitudo, qñq; ęqualitas diuinæ naturæ, qñq; iudiciaria p̄tās. Est em̄ Christus ad dexterā p̄ris, qa in patris maiestate manet ęq̄lis: & qa p̄r non iudicat quęq̄, sed oē iudicium dedit filio. Per dexterā ergo dei, vel p manū, vl̄ brachiū vel digitū, vl̄ oculū, vl̄ aurē & silia: nihil corpale debet ītelligi: sed totū spūaliter.

quid nomine dextre in sacra scriptura intelligatur

M Quest.8. SVpra oē nomē qđ noīat̄ nō solū ī hoc sęculo &c. Nōne nouem sunt ordines angelorū? Angeli, archāgeli, virtutes, potestates, principat⁹, dñatiōes, throni, cherubin, seraphin. & nō sunt plures iis q in p̄senti oēs nomināt̄. Quō ergo dicit constitutū super oē qđ noīatur nō solū ī hoc sæculo, sed etiā in futuro: quasi aliq sint ī futuro noiandi, q ī p̄nti nō noiant̄? ℂSo. quorūdā angelorū denoīationes datę sūt eis scđm officia q̄ nobis exhibēt in p̄nti, vt angeli, archāgeli, virtutes, potestates, principatus, dñationes. ideo dicunt̄ noīa in p̄nti, qa hoc mō eorū denoīatio spectat ad pręsens. Vñ in futuro euacuabunt̄ qñ xp̄s tradet regnū deo & patri: qñ de⁹ erit oīa in oībus. Quorūdam vero angelorū denoīationes ad futurū statum spectant: vt throni, cherubin, & Sraphin. vñ nec in futuro euacuabunt̄. sed super oēs hos ordines supercœlestiū spirituū sublimata est humanitas saluatoris.

N Que.9. ET ipsum dedit caput super omnem ecclesiā. Quæritur scđm quā naturam, scilicet diuinā, an humanā, Christ⁹ sit caput eccl'iæ. ℂSolu. pōt dici φ s̄m diuinam: scđm quā caput, principiū, & author est oīm fideliū. Cui solutiōi sic obiicit̄. Eadē ratione pōt dici φ sit caput lapidis & oīs creaturę, quorū est author: & nihil diceret̄ de eccl'ia. Ideo dicim⁹ φ xp̄s p̄prie scđm hūanitatē est caput ecclesiæ.

xpūs secundum humanitatem est caput eclesie quia secundum illam est eiusdem speciei cum membris eclesie et non secundum divinitatem modo in corpore perfecto sicut est eclesia membra omnia debent esse eius dem natura alias esset monstrum. et etiam secundum humanitatem oritur [illegible] licet non potestative quia potestate divina indicavit [illegible] ... et ideo solus ipse [illegible] tota trinitas iudicavit / videritur iudicare quia solus ipse formam assumsit visibilem. ita potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est

O Quæ.10. QVare Christus dicit̄ caput eccl'iæ. Quare dicat̄ caput esse: nō inconueniēter pōt q̄ri. ℂSolu. Ideo xp̄s caput ecclesiæ dictus est, qa sicut in capite hominis plene sunt oēs sensus carnales. s. visus, auditus, odorat⁹ vel olfact⁹, gust⁹, & tact⁹: sic in christo est plenitudo oīm sensuū spūaliū. s. plenitudo gr̄ę, de cuius plenitudine nos oēs accepim⁹. vñ & mēbra dicimur, quasi aliquē sensū nō oēs habentes: sicut cętera mēbra corpis vnū solum sensum habent: nullum habet oēs pręter caput. Ioan.1.

P Ephe.2. Quę.11. ERamus natura filii iræ &c. De⁹ est author naturæ. si ergo natura sumus filii irę, videtur φ deo authore hoc sum⁹. ℂSolu. Natura trib⁹ modis accipit̄ in sacra scriptura. s. pro illo integro & incorrupto bono in quo cōditus est hō: scđm quā acceptionē dicit̄ φ oīs creatura dei bona est. Dicitur etiā natura corruptio pcī̄ in qua concipit̄ & cū qua nascit̄ oīs hō: & sic accipit̄ hic cū dicit̄: Eram⁹ natura filii iræ. vitiū em̄ inoleuit p natura: qa ergo p culpa originalis pcī̄ cū quo nascimur, digni sum⁹ gehēna: ideo dicimur natura filii irę. Accipit̄ ēt natura p reliqis ill' boni natural' q̄ remāserūt ī nobis post pcīm. & sic accipitur vbi legit̄ φ gētes naturaliter faciunt ea quæ legis sunt. Rom.2.

Q Ephe.3. Quę.12. MIhi omnium sanctorū minimo data est gratia. Cū apostolus nō esset minimus in numero omniū sanctorum, imo inter ap'los vn⁹ de primis esset: quomodo verum dicat se minimum omniū nominando. ℂSolutionē huius quęstiōis quęre super locum illū: Ego sum minim⁹ ap'loꝝ. in prima ep'la ad Corinthios.

R Quę.13. INuestigabiles diuitias Christi &c. Quæritur quomodo apostolus intellexit vel euangelizauit, si inuestigabiles sunt diuitiæ. Inuestigabiles enim res dicuntur quæ non possunt comprehendi. ℂSolutio. Quę natura sua īuestigabiles, per gratiā & reuelationē sc̄ī spūs factæ sunt vestigabiles nō solum ap'lo, sed etiā cæteris fidelibus: quos ipsa vnctio docet

S de omnibus.

Quę.14. SAcramenti absconditi &c. Quærit q dicatur abscõdita. ℭSo. In mũdo causæ absconditę sunt oĩm quæ naturaliter fiũt. In solo aũt deo abscõditæ sunt causæ omniũ quæ per gratiam fiunt. De his duobus generibus causarum iam in superioribus aliquantum dictum est.

T

Quæ.15. VT innotescat principibus & potestatib⁹ in cælestib⁹ per ecclesiã &c. Quærit an mysteriũ incarnationis fuerit reuelatũ supercœlestib⁹ essentiis añ ipsi⁹ impletionẽ. ℭIn solutione huius quæstionis videntur cõtrarii Hieronym⁹ & Augusti. Dicit eñ beat⁹ Hiero. angelicas dignitates ad purum nõ intellexisse supra memoratũ sacramentum. vñ sic quærũt.

Esa.63. Quis est iste qui venit de Edom? Et alibi

Psal.23. Quis est iste rex gloriæ? Beat⁹ vero Augustin⁹ dicit ꝙ nõ latuit angelos mysterium regni cœlorũ. vñ litera diuersis exponitur modis: vt innotescat &c. Hęc autẽ contrarietas quæ videtur esse inter pdictos doctores sic potest solui. illis q maioris dignitatis sunt reuelatũ est prædictũ sacramẽtũ: aliis vero nõ ad purum, vt dicit beatus Hieronym⁹.

V ℭQꝫ autem angeli crescant quotidie in cognitione, ex iis quæ in mũdo fiunt: multi cõsona voce asserunt doctores. Vnde nos quasi pro certo hoc habem⁹ cũ canonica scriptura hoc videatur manifeste innuere.

X

Quæ.16 EX quo oĩs paternitas in cœlis & ĩ terra noĩat. Ex hoc loco habem⁹ ꝙ non solũ deus pater noster est: sed & angeli & hoĩes patres nostri dicũt. Sed ali-

Mat.23. bi dicit dñs. Vn⁹ pater est vester qui est in cœlis. Si ergo vn⁹ est quõ plures? vel si plures quõ vnus? ℭSolu. Sicut deus q solus vere est, & solus vere bonus est, essentiæ & bonitatis suę nomẽ cæteris impertit: vt ipsa quoq; & esse & bona dicatur: ita & ipse q solus vere pater est oĩm creatione, & fideliũ regeneratione, paternita-

Y tis nomẽ cæteris cõcessit. ℭSciendum est ita ꝙ de⁹ trinitas oĩm pater est creatiõe, & fideliũ regeneratiõe. De⁹ vero ingenitus sol⁹ pater est vnigeniti per naturam. Angeli vero patres nostri dicũt authoritate exẽpli, rõne bñficii, cura & ꝓuidentia. Hoĩes vero pr̃es & natura, & authoritate exẽpli, & rõne beneficii, & cura & prouidentia.

Z

Quęst.17. QVę sit latitudo & lõgitudo & sublimitas. Quæ sit latitudo dilectionis: quæ lõgitudo æternitatis: quę sublimitas potẽtię: qđ ꝓfundũ sciẽtię: ẜm hoc ꝙ de deo exponit, talis põt eẽ ĩtelligẽtia.

A

Quæst.18. SCire etiã supereminẽtẽ sciẽtię caritatẽ Christi. Si caritas christi supereminet sciẽ: quõ põt sciri? si nõ põt sciri, quõ orat apl's vt eã sciat discipuli? ℭSol: quæ scia hũana nõ põt cõphendi per grãm ex parte cognoscit: qđ vt fiat apl's orat.

B

Quęst.19. VT impleamini ĩ oẽm plenitudinẽ dei &c. Nõne min⁹ habebimus q ipse de⁹? quõ ergo possumus ĩpleri ĩ oẽm plenitudinẽ dei? quõ põt aliqs hr̃e plenitudinẽ dei: & nõ esse plenus de⁹ & ęqualis deo? ℭSol. sensus est vt sitis pleni deo nõ plen⁹ de⁹. Hoc est in plenitudinẽ oẽm impleri: in pñti hr̃e plenitudinẽ virtutũ, & in futuro plenitudinẽ glię. nõ. n. optat Paulus alicui plenitudinẽ diuinę naturę cõferri: sed vt simus pleni deo in præsenti & in futuro.

C

Ephe.4.

Quęsti.20. VNus dñs, vna fides, vnũ baptisma: Quõ intelligãt. ℭSol. Vn⁹ dñs pater & fili⁹ & spũs in natura nõ in psona. Vna fides nõ ĩ nũero sed gñe, qa filis in oĩb⁹: sicut oĩm idẽ volẽtiũ dicit esse eadẽ voluntas. De fide iã dictũ est. Vnũ baptisma dicit qa ęqle est & eiusdẽ essentię a quocũq; detur: & ideo etiã, quia non potest reiterari.

D

Quęsti.21. DEdit dona hominib⁹. Dauid dicit

Psal.67. accepisti dona ĩ hoĩb⁹: si dedit quõ accepit? vl' si accepit quõ dedit? ℭSo. tãq de⁹ dedit. accepit nõ solũ ĩ semetipso ẜm ꝙ est hõ, sed etiã in mẽbris suis, in qbus est: de qua acceptiõe agit ꝓpħa. vnde dicit, accepisti dona in hominibus.

E

Quæsti.22. QVę dona dedit ascẽdẽs. Quærit q dona dederit ascẽdẽs. ℭSol. spiritũ sctm̃ & dona ẽt q nõ sũt spũs sanct⁹. q cũ dat ẽt ĩ ipsis dat spm̃ sanctũ: nõ seorsum dat spm̃ sctm̃ & dona ei⁹ q nõ sunt ipse: sed dãdo spm̃ sanctũ dat dona, & dando dona spũs scti donat ipm̃. Hoc dico ꝓpt eos q nolũt cõcedere spm̃ sctm̃ dari cum sit immutabilis, sed dona ei⁹ tm̃. Tũc eñ dicit spũs sctũs nobis dari a pr̃e & filio, & etiam a semetipso, cum cordibus nostris caritatem hanc virtutẽ infundit ad

F hoc vt diligamus deum & proximum.

Quę.23. CVm Christꝰ sit deus & homo quæ-rit scđm quā naturam dedit dona? ❡Solu.Secūdū eam dedit,vt dicit exposi tor scđm quam ascendit & descendit: & sic secundum ꝙ est homo dedit:quia di-uinitas quæ est vbiqꝫ nec descendit nec ascendit.Sed hoc videtur esse contrariū prædictis vbi asserui ꝙ tāq̄ deꝰ dedit nō tanq̄ homo.Cum ergo legitur ꝙ tāq̄ ho mo vel secūdum humanitatem dedit sic intelligi debet:qui est homo non quia est homo,sed quia est deus.

G

Quę.24. AN deitas descēdit & quomodo. Itē dicit alia expositio ꝙ Christus scđꝫ deitatem descendit & secundum huma-nitatem ascendit:qđ videtur cōtrarium superioribus.Dictum em̄ est quia diuini tas quæ vbiqꝫ est nec descendit nec ascen dit.hic autem dicitur ꝙ deitas descēdit, quid ergo tenendū est? ❡Solu.cum dicit ꝙ deus descēdit:hoc intelligit de descē-sione incarnationis qua deus factꝰ est ho mo.Cum dicitur ꝙ homo descendit hoc debet intelligi de descēsione ad inferos,q̄ fuit tm̄ scđm animam non secundū cor-pus,qđ iacuit in sepulchro nec scđm dei tatem,quæ vbiqꝫ erat.

H

Quęst.25. IN virum perfectū &c.Quæritur q̄ per fectione.Solu.Hæc perfectio pōt intel. ligi vel de toto Christo idest corpore & capite.vel de singulis membris.Christus em̄ in se cōsummatus in aliis crescit & ꝑ ficit,sed in futuro tandē perficietur vt nec viribus nec numero aliq̄d superadda tur.Vnusquisqꝫ etiā tunc erit vir perfe-ctus:tam virtutum cōsummatiōe,q̄ cor-poris statura.Vnde sequitur.In mensurā ætatis plenitudinis Christi.Vnusqsqꝫ.n, in ea perfectiōe resurget in qua erat,vel ad quam ꝑuētūrus erat,cū esset trigin-ta annorum.non em̄ omnes erūt eiusdē magnitudinis vel illius cuius Christus erat de hac vita exiens.

I

Quæst.26 IRascimini & nolite peccare &c. Per-mittit apostolus irasci quod non pōt vitari:sed dominus ꝓhibet irasci dicēs. quicunqꝫ irascitur fratri suo reus est iu-dicio. Vnde videtur ꝙ illud qđ dominꝰ ꝓhibet,apostolus ꝑmittat.Item dictū est superius ꝙ nihil ꝓhibetur in nouo testa mēto quod non possit vitari,sicut nec ali quid pręcipitur quod non possit impleri quod non videtur esse verū si dn̄s prohi bet irasci.& nullus possit vitare irasci. ❡Solu.primꝰ motus irę qui non est in po testate nostra ꝑmittitur ab apostolo: dn̄s autem non prohibet primū motū qui di citur propassio,sed voluntatē & ꝓpositū tum nocendi alteri.Aliud itaqꝫ permitti tur ab apostolo:& aliud ꝓhibetur a dn̄o quod pōt vitari gratia adiuuāte.

K

Quę.27 QVę sint portę mortis & vitę.❡No ta ꝙ concupiscentia & timor mū-di duę sunt portę mortis:per quas intrat diabolꝰ.sicut timor & amor dei duæ sūt portę vitę ꝑ quas intrat Christus.vterqꝫ stat ad ostium:& Christus pulsat & dia-bolus:sed hostis expellatur Christus in-troducatur.

L

Quæ.28 NOlite cōtristare spm̄ sanctum &c. Quæritur quō quis possit spm̄ san ctum contristare cū impassibilis sit, nec tristitiæ passionem possit in se suscipere. ❡So. quodā tropo vsus est in theologia satis vsitato: quo ea quæ deo authore in nobis fiūt ipsi attribuūtur.quia illi ergo quos implet caritate, sicut gaudent de ꝑfectibus aliorū sic cōtristātur de lapsi-bus cadentiū:dicit Apostolus nolite con tristare spm̄sctm̄.i.eos in quibus habitat spiritussanctus per charitatē.

M

Quę.29. DOnate inuicē.&c. Dicit scriptura nisi dimittamus conseruis nostris ꝙ deus repetit dimissa.sed queritur quo modo deus repetit?Nunquid iterum pu niet deus pro pctīs, pro quibus iam sa-tisfactū est per cordis contritionē & oris confessionem:& per dignos fructꝰ pœni-tentiæ.Nunquid bis puniet in idipsum? ❡Solutio.ad hoc vt aliqs faciat dignos fructus pœnitentiæ exigitur vt de cæte ro non peccet mortaliter.vnde quicunqꝫ post pœnitētiam peccat inutilē sibi prio rem satisfactionem reddit.

N

Quę.30. QVid bis punire in idipm̄?Bis autē punire in idipsum,est pro peccato per pœnitentiam deleto nec repetito, in alia vita iterum punire:quod deus nō fa cit.Si aliquis autem pœnitens affligitur pro aliquo peccato,& iterum idē repe-tat si in hac vita vel in alia pro illo ite-rum puniatur hoc non est bis punire in id ipsum.

[illegible]

O Ephe.v. Quęs.31. IN odorē suauitatis &c. Si mors Christi fuit deo suauis odor, ergo mortem eius libenter accepit. ergo non peccauerunt Iudęi, qui illum crucifixerunt: quia id fecerunt qđ bonū erat, & deo placuit. ℂSolut. actio Iudęorꝫ mala erat, nec deo placebat id qđ fiebat ab eis sed passio Christi bonū fuit, & salutis nostrę causa.

P Quęs.32. DIes mali sunt &c. Nonne dies habent eē ex deo authore: sicut scriptū est: tuus est dies & tua est nox? quomodo ergo dicuntur mali? ℂSolutio. ꝑ malitia & miseria hominū dicunť dies mali. alioquin quantum ad horarū spatia ordinati sunt & boni.

Q Quęs.33. NEmo carnem suā odio habuit &c. Nonne viri sancti carnē oderūt, ꝑsequuntur, crucifigunt & mortificant, non nutriunt, nec fouent? quomodo ergo verum est: nemo carnē suā odio habuit? ℂSolutio. sancti non carnē sed carnis vitium oderunt & ꝑsequuntur.

R Quęs.34. PRopter hoc relinquet homo patrē. Queritur quomodo hoc ad filium dei pertineat: qui nunq̄ patrem deseruit, sed semper cum eo inseparabiliter ꝑmāsit? ℂSolutio. quia filius ī forma qua patri ęqualis est nobis non apparuit, dict⁹ est patrē deseruisse, vel reliquisse: nunq̄ tamē ab eo recessit. in mūdum venit & patrem non deseruit.

S Quęs.35. QVi vxorem suam diligit. Quęriť de qua dilectione hic agat. si eñ de dilectione qua diligim⁹ nos mutuo propter deū: sensus est qui diligit vxorē suā seipsum diligit. i. facit qđ sibi vtile est: sed scđm hoc ita posset dicere de quolibet proximo. ℂSol. hoc ideo dicit apl̄us qa magis īstat viro ꝓuidere vxori, q̄ alii: vnde si ꝓpter deum acquirit ei necessaria & regit: & se diligit. i. facit quod sibi vtile est: qa inde mereť apud deum.

T Ephe.6. Quęs.36. SErui obœdite dñis vr̄is. Hic q̄ritur an liceat christiano seruum habere cum hoc apl̄us ꝑmittat. Catholica quoqꝫ & maxime Gallorꝫ ecclesia hoc recipit. ℂSolutio. Melius esset huiusmodi seruitutem nō exigere, nec ecclesia quasi bonū recipit, sed quasi malum tolerat.

V Quęs.37 FIlii obœdite parentibus vestris: & vos patres nolite ad iracūdiam ꝓuocare filios. Quæriť quare apostolus præcipiat parentibus vt filios diligāt, & filiis vt parētes honorent, cū natura ad se mutuo diligēdos compellat. ℂSolutio. naturalis amor non habet meritū nisi ꝓpter deū fiat: ideo præcipit vt se propter deum diligant: & sic meritū habeant.

X Quęs.38. NOn ē nobis colluctatio cōtra carnem. Nōne sancti pugnant cōtra carnem & sanguinem, contra malos homines, vel contra vitia quę ex carne & sanguine oriunť? quō ergo dicit nō est nobis colluctatio &c. ℂSolutio. non est nobis colluctatio tm̄ cōtra carnē & sanguinem, sed etiam contra dæmones.

Y Quęs.39. ADuersus mundi rectores. Nonne deus qui mūdū condidit, mūdum gubernat & regit vt idē sit conditor & rector? quō ergo dęmones vocat Apl̄us mundi rectores. ℂSol. hic noīe mūdi significat mūdi amatores. Hic est mūdus q totus in maligno posit⁹ est: hic est mūdus in quo non reꝑiť nisi cōcupiscentia carnis, concupiscentia oculorꝫ, & superbia vitæ. hunc mundum vocat apl̄s tenebras, subiungēs harum tenebrarū, & alibi dicēs. Fuistis aliqñ tenebrę nūc autem lux in domino. Ephe.5.

Z Mūdus malus.

Finiuntur Quæstiones M. Hugonis de Sāto Victore super epistolam ad Ephesios.

Incipiunt Quæstiones eiusdē sup epistolam ad Philippenses.

A Philip. PAulus & Timotheus &c. Hanc epistolam scribit apl̄s Philippensibus q sunt Macedones. Sūt eñ Philippi metropolis ciuitas in Macedonia. q̄ est quędam prouincia in Gręcia quā ędificauit Philippus pater Alexandri vocans eam noīe suo. Hi autem accepto verbo prædicationis ab apostolo firmi in fide fuerūt: nec pseudo receperunt. Hos ergo munit contra duplex bellum. s. tribulatio-

O

num & pseudoprędicatorum. Est itaque in-
Intentio apostoli tētio apl'i in hac epistola cohortari Phi
lippenses ad patientiam contra tribula
tiones, & ad cōstantiam contra pseudo
apostolos. Mod⁹ talis more solito salu-
tē præmittit. Deinde gratias agit pro eis
implorans eis maiora bona, vt virtuti-
bus crescētes ad perfectionē perueniāt.
Deinde ad patiētiā tribulationum mo
net exemplo suo & Christi. Postea vt si
bi caueant a versutiis pseudoapostolo-
rū. Tandē admonitionem moralem in
terserit: & prope finem de gratia quam
sibi Romani per Epaphroditū miserant
B se gaudere dicit.

Quęst.1. Quid em̄? dū omni modo siue p oc
casionem, siue per veritatē Chri-
stus annuncieť. Quęriť quō permittat
apl'us malis prędicare euāgelicā doctri
nā: cum alibi scriptum sit: Peccatori di
Psal.49. xit de⁹: quare tu enarras iustitias meas
&c. Item non est speciosa laus ī ore pec
Grego. catoris. Item cuius vita despiciť: restat
vt prædicatio eius negligať. ℂSolutio.
Inhuiusmodi prædicator increpať pro
pter se non propter alios. Non em̄ sibi p
dest sed aliis qđ prędicat. vnde laus dei
in ore peccatorum non est speciosa. i. ei nō
est speciosa. Tolerandi ergo sunt merce
Matt.23. narii. vn̄ dn̄s: Super cathedrā Moysi se
derunt scribæ & pharissæi: quæ dicūt fa
cite &c. Itaque prędicatores qui pro veri
tate prędicant diligendi sunt: mercena
rii qui ex occasione & temporali cōmo
do veritatem annunciant permittendi
sunt: fures & latrones siue lupi cauen-
C di, immo fugiendi sunt.

Quæst.2 Quid eligā ignoro &c. Quæritur
quō apl'us dubitet vtrum eligat:
an manere in carne, an dissolui & eē cū
Christo, cum sciat quod quanto pugna for
tior tāto corona maior. Nonne sciebat
maioris meriti esse pugnare quam quiesce
re? ℂSolutio. Affectus ad vtrūque trahe-
bat: idcirco dicit se ignorare qd eligat.
Dubitat ergo apostolus ex affectu non
ex ignorantia. ℂSed tunc quęritur quo
modo dicat multo melius esse dissolui
& esse cum Christo. ℂSolutio. meli⁹ hic
D ponitur pro suauius & securius.

Quęst.3. Vobis donatum est non solum vt
in eum credatis, sed etiam vt pro
ipso patiamini &c. Quęriť an ipsum pa
ti sit bonū, & an sit donū dei. Qđ si est,
appetendum est. ℂSolutio. A quo est fi
des credentium, ab eo est tolerantia pa
tientium. Pœna autem ipsa in se nō est
bona nec propter se appetenda: nec in-
ter dona dei debet enumerari. Pati ta-
men pro Christo bonū est & desideran
dum: quia magnum habet meritū. Nec
apostol⁹ dicit simpliciter: Vobis dona-
tum est pati: sed sic: Vobis donatū est
pro Christo pati. E

Philip.2 Quęst.4. Qui cū in forma dei esset. Quęri
tur quid hic notet forma. ℂSo
lutio. Forma aliquādo ponitur
pro repręsentatione: aliquando pro verita
te rei. vt hic: qui cum ī forma dei esset
.i. in veritate diuinę essentię, & in ęqua
litate substantiæ. sicut enim homo ho-
minem, canis canē gignit: sic de⁹ deum
genuit per omnia æqualem non impa-
rē. vnde & filius dicitur esse hoc qđ pa
ter est. & quoniam hoc potest secūdum
personam & naturam intelligi, Augu-
stinus ostendit huius dicti intelligētiā
dicēs. Ideo filius dicitur id quod pater
est: quia sicut pater est deus, sic & fili⁹:
& sicut pater est om̄ipotens, sic & fili⁹:
& sicut pater est immutabilis, sic & fi-
lius. Ideo em̄ vnum & summe vnū sūt
pater & fili⁹: quorum nulla est diuersitas
naturę vel voluntatis. Vtrūque ergo di-
cit scriptura, quod filius est æqualis patri,
& quod pater maior est filio: sed hoc secū-
dum formam serui, hoc autem secūdū F
formam dei.

Quęst.5. Et habitu inuēt⁹ est vt homo &c.
Quot modis aliquid habeť? Solu.
Quatuor modis aliqd alicui accedit vt
habeatur. vel sic vt mutet & non mute
tur, vt sapiētia. vel sic vt mutet & mu-
tetur, vt cibus. vel sic vt nec mutet nec
mutetur, vt annulus. vel sic vt nō mu-
tet sed mutetur: non a sua natura, sed a
quadam priori forma: vt vestis quando
induitur non mutat hominem, sed mu
tatur non a natura sua, sed accipit spe-
ciem & formam quam deiecta non ha-
buit. secundum quam comparationem
& similitudinem intelligitur incarna-
tio: sic enim forma serui accessit ad for
mam dei, vt eam non mutauit vel con-

uertit:sed ipsa forma serui est mutata, non a natura sua, sed in excellẽtiorẽ & digniorem statum q̃ prius fuerat. hoc ergo totum qđ August. dicit de habitu ideo adducit vt offendat: ꝙ quãdo verbum caro factum est, non est mutatum, vel conuersum in hominem: sicut nec homo mutatur in vestem quando ea ĩduitur. Hoc autem qđ quidam addunt de suo: ꝙ sicut homo quando induitur veste sua non fit aliquid: sic nec de⁹ quãdo formam serui accepit factus est aliquid. Hoc inquam non habẽt ex verbis Augustini nec alterius sancti, cũ sit falsum. si enim in omnibus volunt tenere similitudinem adductam de veste, oportet eos concedere: ꝙ sicut homo nõ fit vestis quando ea induitur, ita nec de⁹ homo, quando se forma serui induit, factus sit. Si enim Christus non est nisi id quod fuit ab æterno, nullũ esse habuit commune cum matre: ergo non cõsubstantialis matri: quia nullum substantiale dicitur de vtroq;. Cum enim dicitur: Christus est homo, & virgo mater domini est homo: nõ idem significatur hoc nomine homo secundũ hos nouos hereticos. De his plenius dictum super epistolam ad Romanos.

G Quest.6 QVi humiliauit semetipsum fact⁹ obœdiens &c. Querit̃ an Christ⁹ aliquid meruit. ℭSolutio. nobis non sibi meruit. Nos enim per eius meritum facti sumus digni vita æterna: ipse vero per mortẽ suã sibi non acquisiuit aliquid quo prius dignus non erat. Dici tamen potest: vere per humilitatem passionis meruit claritatẽ resurrectiõis. s. impassibilitatem & immortalitatẽ. Nõ dico ꝙ Christus nisi moreretur immortalis & impassibilis nõ fieret: sed dico ꝙ tale meritũ tali pręmio erat dignũ.

H Quest.7 QVærit̃ quomodo simul in eadem anima potuerit esse summa beatitudo & tristitia: ante enim passionem hæc duo fuerunt in Christo. Q꞉ enim ibi fuerit beatitudo secundum mẽtem ex quo fuit homo credendum est: alioquin quomodo esset verus deus nõ video. Item ꝙ ibi fuerit tristitia cõstat, cũ ipse dicat: tristis est anima mea vsq; ad mortem. ℭSolutio. sicut in Paulo fuit vis inferior & vis superior: sic in Christo fuit vis inferior animę. s. motus vel affect⁹ quidam qui mortem horrebat: ratio tamen superior in sua beatitudine libera vigebat. Non enim affect⁹ carnis in ipso sicut in cęteris rationẽ impediebat in aliquo, vt min⁹ diuinitatem contemplaretur.

I Quest.8. ITem querit̃ quomodo maiorem beatitudinẽ nõ habuit post resurrectionem: quando immortalitatem & impassibilitatem induit. ℭSolu. non tunc habuit plus quantum ad mentem: sed qđ prius habuit tunc quietius possedit, sicut rex quietius & securius regnũ suũ possidet cessantibus infestare inimicis.

K Quest.9. PRopter qđ donauit &c. Nõne pri⁹ habuit nomen quod est super om̃e nomen? Quomodo ergo dicit, ꝓpter qđ donauit: non solum enim secundum ꝙ deus est datum est ei hoc nomen ab æterno secundũ naturam, sed etiã secundum ꝙ est homo a sui conceptione datum est illud homini assumpto secũdũ gratiam. ℭSolu. tũc res dicitur fieri qñ innotescit: qđ enim prius habuit, tunc primum post resurrectionẽ hominibus & dęmonibus innotuit.

L Quest.10. ITem quæritur cui datum sit hoc nomẽ: an deo, an homini. ℭSolu. Augu. dicit ꝙ homini & non deo datũ est nomen quod est super om̃e nomen. s. vt sit deus filius dei per gratiam non participationis sed vnionis, & totũ habeat homo assumpt⁹ per gratiã qđ habet deus genitus p naturam. Per gratiã itaq; hõ habet vt sit fili⁹, nõ filius gratię sed filius naturę. Aliter dicit Ambro. ꝙ deo non homini datum est nomẽ quod est super omne nomen.

M Quest.11. SEd nunqd Augu. & Ambro. sup hoc cõtraria sentiũt? ℭSol. alia est donatio gratuita de qua Augu. alia naturalis de q̃ loquit̃ beat⁹ Ambrosi⁹. Datum est hoĩ vt sit de⁹ p personalẽ vnionẽ statim in sui cõceptione. qñ em̃ de⁹ factus est hõ per dignationẽ, & hõ fact⁹ est de⁹ p grãm, nõ de⁹ adoptiu⁹ sed de⁹ naturalis, deus æternus, deus omnipotens. Deo aũt genito datũ est ab æterno esse deũ p naturã. Itaq; nulla est in ĩtelligẽtia cõtrarietas ĩter doctores veritatis.

N Philip.3. Queſ.12. QVi ſpiritui ſeruimus deo &c. Quæritur qua ſeruitute. Nota φ ſeruitus q̃ ſoli deo debetur dicitur latria. vnde & idololatra q dei culturã exhibet idolis: & abominatio dicitur idololatria, & domus idolium, & ſacrificiũ idolothytũ. Sed ſeruit⁹ qua per caritatẽ iubemur ſeruire inuicẽ, græce dulia dicitur. vtraφ vero ſeruit⁹ ſermone latino nuncupatur.

O Queſt.13 HEbręus ex hebræis, ſecũdũ legem phariſſęus. Quęritur vnde dicti ſint hebręi. ℭSol. Hebręi dicũtur ab heber nõ ab Abraham vt viſum eſt beato Augu. aliqñ, qd' poſtea retractauit. qd' inde patet quia ipſe Abrahã eſt hebręus ĩ quo dã loco dictus: qd' nõ eſſet ſi hoc nomẽ ab ipſo deriuatũ eſſet. Itẽ Abrahã interpretatur pater multarũ gentium, Hebręi tranſeuntes. Cõſtat ergo verũ eſſe φ hebręi non ab habrã dicti ſunt ſed ab heber: qui ſolus in diuiſione linguarũ hebraicam retinuit linguam.

P Queſ.14. SEcundũ iuſtitiã quę in lege eſt. Quęritur quomodo dicat ſe conuerſatũ ſecundũ iuſtitiã q̃ in lege eſt ſine querela: cum alibi dicat ſe cum aliis ĩ deſideriis carnis dum eſſet in lege ambulaſſe, vnde & filium iræ ſe nominat? ℭSolu. vtrũφ verum eſt, & φ ſecũdum deſideria carnis ambulauit, & tñ ſcd'm iuſtitiã quæ in lege erat: quæ timore pœnę non amore ſeruire facit: q̃ manum non animum comprimit: conuerſatus ſit ſine querela. talis erat iuſtitia in lege.

Q Queſ.15. NOn habens iuſtitiã meã &c. Nonne de⁹ legẽ dedit & ei obœdire p̃cepit? quõ ergo iuſtitiã q̃ eſt ex lege dicit ſuã? ℭSolutio huius q̃ſtionis in ſuperiorib⁹ cõtinetur. Dũ eñ erat in lege q̃rẽs ex operibus legis iuſtificari: in hoc φ credebat propriis viribus poſſe adimplere ipſam legẽ: iuſtitiã legis ſuam faciebat.

R Queſ.16 IN fide ad cognoſcẽdũ &c. Hoc de fide non habente tempus operandi intelligitur. ſed diligere nõne eſt opus fidei? Sed fides ſine dilectione poſtq̃ aliquis eſt adultus nunq̃ valet. Quomodo ergo dicit expoſitor φ hoc debet intelligi de fide non habẽte tempus operandi, φ ipſa valeat ad deum cognoſcẽdum & ad alia? ℭSolutio. hoc ideo dicitur, ne quis putet ſufficere hoc ad ſalutem, ſcilicet credere & habere fidem ſine operibus, cum habeat bene operandi facultatem.

S Quæſ.17 QVorum nomina ſũt ſcripta &c. Quæritur quid ſit liber vitę. ℭSol. liber vitæ eſt prædeſtinatio dei: in qua omnes ſaluandi ſcripti ſunt vel ſaltẽ p ſolam prædeſtinationem: vel etiam per iuſtitiam & prædeſtinationem.

T Phili.4. Queſ.18. GAudete in dño ſemper &c. Dicit expoſitor φ gaudium in ſeculo & gaudiũ in deo cõtraria ſunt, nec in eodẽ ſimul eſſe poſſunt. Sed nonne aliquis eſt: qui diuiſus eſt: & partim gaudet in ſeculo, & ptim in dño: ſicut partim diligit mũdũ, & partim diligit deum? ℭSolutio. Illo gaudio dicitur quilibet gaudere, quod in illo cognoſcitur præponderare: & illam partem hominis interioris quam occupat gaudium mundi, non tenet gaudium quod eſt in domino: quia non poſſunt eſſe in eodem circa idem.

V Queſ.19. PEtitiones veſtræ innoteſcãt apud deũ &c. Nonne deus omnia plene & perfecte nouit anteq̃ eueniãt? quomodo ergo dicit apoſtolus, vt petitiones ĩnoteſcant apud deum? ℭSolutio. Sẽſus eſt, petitiones veſtræ adeo ſint vehemẽtes & non tepidæ vt dignæ ſint exaudiri & impleri. Cum enim adimplẽtur nobis innoteſcunt, φ ad deum perueniunt.

X Queſ.20 DIcit expoſitor φ angeli offerunt orationes noſtras deo. ideo quæritur qualiter hæc oblatio ſit intelligẽda. ℭSolutio. Salua reuerentia ſecretorum dicimus, φ ab angelis noſtras orationes deo offerri, nihil aliud eſt, q̃ per eos dignas fieri vt a deo exaudiantur. Itẽ angeli medii ſunt inter nos & deũ: ſicut enim diuina ſecreta nobis annunciant, ſic ea quæ apud nos hic aguntur deo nunciare dicuntur.

Y Queſ.21. SEd cum deo ſua perfectio ad omnia cognoſcenda ſufficiat, quæritur ad quid ad angeli ei aliquid nunciãt? ℭSolutio. Non vt eum doceant, ſed vt æternam & incõmutabilem veritatem eius conſulant: & vt ſciant quid ſibi ſit fa-

ciendum,quid & qbus & quando sit an
Z nunciandum.

Quest.22. NOn quæro datum sed fructū &c. Quæritur qd distet inter datū & fructū. ℭSolutio. Datumvocat id quod datur:vt cibus,nummus,vestis. Fruct⁹ vero intentio datoris:q̄ ideo dicit̄ fructus quia secundum eam opus iudicat̄ vtile & fructiferū. Vel fructum vocat mercedē ipsam. Vnde opus bonum dicit̄ flos,ex quo fructus æternæ vitę nascitur. ℭNota ꝙ per coruum qui pauit Heliam intelligit̄ donum,vbi opus bonum fuit sine intentione bona. Per viduam quę eundē prophetam pauit,intelligitur fructus:vbi fuit bonum opus cum intentione bona.

Finiuntur Quæstiones M.Hugonis de S.Victore sup epl'am ad Philippēses.

Incipiunt Quęstiones eiusdem super epistolam ad Colossenses.

A
Coloss.1. PAulus apostolus &c. Hanc epistolam scribit apostol⁹ ad Colossēses qui sunt Asiani:qbus nō ipse apostolus prędicauit,sed eius discipuli,scilicet Archippus & Epaphras. Sed Archipp⁹ ministerium ī eos acceperat: Epaphras vero ex eis oriundus fuit,& ab apostolo instructus doctrinam Archippi confirmauit. Postea vero pseudoapostolis superuenientibus & carnales obseruantias prædicantibus: in dubiū illis venerat quibus esset credendū. Vnde apl'us cui⁹ authoritas celebris erat quasi me-
Materia eplę &c. dius iudicat quę pars potius sit tenenda,scribens eis ab Epheso. Intētio itaqꝫ apostoli est ī hac epistola cōfirmare Colossenses in ea fide & doctrina quā a discipulis eius acceperūt, & non ī aliquo p̄ter Christū spem ponēdam esse docet. Modus tractādi talis est. more solito salutem præmittit:deīde gratias agit de bonis eorum,fidem & dilectionem eoꝝ cōmendans. Orat vt perficiant̄ in Christo.cui⁹ beneficia & scđm vtrāqꝫ naturam primatum commendat: & post ministerii sui dignitatē cōmemorat:& monet ne p p̄hiam, vel legis cerimonias seducti,a Christo recedāt. Tādē oēs simul & separatim.s.sex⁹ & ętates & cōditiones moraliter instituit. In fine monet Archippū sollicitū esse ministerii sui. B

GRatias agentes &c. Dicit expositor ꝙ hic incipit apl'us ostendere ꝙ lex non prodest,sed nocet. Nonne lex bona & a deo data:& non solum nō nocuit sed profuit in statu suo? quō ergo verum est ꝙ non ꝓdest sed nocet? ℭSolutio. Verū est ꝙ lex ante gratiam profuit: sed post gratiam inutilis fuit. Quæst.1.

ℭCui solutioni sic obiicitur. Nōne lex modo perhibet testimonium veritati:& per illā illuminamur in cognitione deitatis? ergo etiā nūc tpe gratię nobis ꝓdest lex. quō ergo verū est:lex non prodest sed nocet? ℭSolutio. lex lecta & spūaliter intellecta ꝓdest & non nocet: secundum vero literam obseruata non prodest sed nocet. Obiectio. C

QVi dignos nos fecit in partē sortis sanctoꝝ. Quęrit̄ qd vocet sortē cuius participes facti sumus. ℭSolu. futuram hæreditatem quę sorte.i. diuina gratia & voluntate sine meritis dat̄ hic vocat apostolus sortem. Quęst.2. D

ITē quæritur quomodo sine meritis futura hæreditas det̄ sāctis,cum per fidem & dilectionem & bona opera eam mereantur. ℭSolutio. sine meritis præcedentibus fidem intelligēdum est: nō sine subsequentibus. quæ sunt ex gratia:& ideo non excluduntur cum dicit̄ ꝙ sola gratia dat̄ futura gloria. De his iam diximus superius. Quęst.3. E

TRanstulit nos in regnū filii. Quęrit̄ quid dicat regnū filii dei. ℭSolutio. Regnum cælorum vel filii,pluribus modis accipitur.s.pro futura gloria,vt ibi Adueniat regnū tuum. Vel pro præsenti ecclesia:vt ibi. Cum tradet regnū deo & patri. Vel p fide Christi,vt ibi. Regnum dei ītra vos est. Vel pro sacra scriptura: vt ibi,Auferetur a vobis regnum cælorum,& dabitur gēti facienti fructum. Quęst.4. Matt.6. 1.Cor.15. Matt.12. Matt.21.

F Queſt.5. Filii dilectionis ſuę. Nõne ſpũs ſanctus ẽ dilectio qua pater diligit filium & filius patrem: & Christus eſt filius dilectionis? Videt ergo ꝙ ſit filius ſpiritus ſancti. qđ fides nõ recipit. ¶Solutio. dilectio communiter accipitur ꝑ diuina natura ſiue ſubſtãtia ſiue eſſentia, cum dilectionis filius eſſe prædicatur. Eſt enim filius naturę, ſubſtãtiæ & eſſentię patri conſubſtãtialis & coeſſentialis. Quid aũt dilectio ſignificet, cum dicitur, ſpũs ſanctus eſt dilectio qua pater diligit filiũ, & ediuerſo, alibi expoſitum eſt. De redẽptione itẽ & imagine, & de eo ꝙ Chriſt⁹ dicit caput eccleſiæ iã dictum: nec oportet vt acta agamus.

G Quęſt.6 Quæritur aũt an Chriſtus ſecũdũ humanitatem fuerit caput ſãctorum incarnationem prędecentiũ. Videtur ꝙ ſic. ſed qui nondũ ſcđm humanitatem erat quõ potuit eſſe caput eorꝝ? Vel ipſi quõ potuerunt habere qđ nõdũ caput erat? ¶Solutio. Chriſtus etiã ſecũdũ humanitatem poteſt dici caput eorꝝ qui fuerunt ab Abel, quia ꝑ fidẽ futuri omnes ſaluati quotquot ſaluati ſunt. ¶Nota ꝙ Chriſtus eiuſdẽ naturæ eſſe cum patre prædicat, vbi filius dilectionis eſſe oſtẽditur. Vbi vero imago, non ſolum eiuſdem ſubſtantiæ identitas, ſed etiã ꝑſonalis ꝓprietas inſinuatur. Vbi primogenitus omnis creaturæ eſſe dicitur, ibi patri coæternus aſſeritur. Vbi ꝙ oĩa ꝑ ipſum cõdita ſunt legitur, omnipotentia ipſius declarat. Vbi dicitur ꝙ oĩa in ipſo conſtant, imẽſitas eius manifeſtat cuius ęternitas in

Ioan.1. Ioãnne inſinuat vbi ſcriptum eſt. In principio erat verbum. & ꝑſonalis ꝓprietas cũ ſubiungit: & verbũ erat apđ deũ & ſubſtãtię identitas, cum dicit & deus erat verbũ. Eſt itaq; filius patri coæternus, cõſubſtãtialis, coomnipotens: alius in ꝑſona, idem cum patre omniũ creaturarum principium.

H Queſ.7. Et ipſe (Chriſtus. ſ.) eſt caput eccleſiæ. Dicit ꝙ eccleſia cœpit primo ab Abel qui primus fuit iuſtus. ſed nonne Adam fuit iuſtus? Creditur eñ ꝙ poſt lapſum ꝑ pœnitentiam & fidẽ fit iuſtificat⁹. quare ergo nõ dicit eccleſia incepiſſe ab Adã? ¶Solutio. Ab Adã maculã originalis ꝑccati contraxit eccleſia, ab Abel nullã: & ideo ab Abel melius incepiſſe dicitur ꝗ ab Adam. quia ſcriptura de ꝑccato Adã, & non de iuſtitia facit mẽtionẽ: & de iuſtitia Abel, & non de ꝑccato. Chriſtus ergo ſemꝑ caput omnium qui fuerunt ab initio, ſicut eorum qui ſecuti ſunt eũ: ꝑ quẽ ſolum acceſſum habemus ad patrem.

I Coloſ.2. Quæſ.8. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam &c. Nonne cognitio rerũ naturaliũ quã tradiderunt philoſophi vtilis fuit ad dei inuiſibilia cognoſcenda? Per viſibiles. n. rerũ viſibiliũ formas quarum doctrina docetur in mathematica, venit ad inuiſibiles rerũ viſibiliũ cauſas quas docet phyſica: ꝑ quas venitur ad cognoſcendas inuiſibiles ſubſtãtias, & inuiſibilium ſubſtantiarũ inuiſibiles naturas. Quomodo ergo apl'us talem cognitionẽ vocat inanem fallaciã? ¶Solutio. Apoſtolus non rephẽdit philoſophos de hoc ꝙ naturas rerum inquirebant: ſed de hoc ꝙ potentiam dei, cũ ſit infinita, ſub cauſis naturalibus coarctare conabantur: dicẽtes deum nil poſſe facere contra naturam. Vnde deum creaturam fieri, virginem parere, mortuum reuiuere, dicebant eſſe impoſſibile. Hunc ergo errorem eorum iure repꝛhendit apoſtolus: non veram quam habebant de naturis cognitionem.

K Queſt.9 In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Cũ vna & ſimplex plenitudo diuinitatis ſit: quærit quõ dicat, oĩs plenitudo diuinitatis: cũ omnis ſoleat colligere multitudinem? ¶Solutio. oĩs plenitudo diuinitatis dicitur: vt notetur ꝙ omĩ modo inhabitãdi ibi eſt: etiã ꝑſonaliter. Vel aliter. omnis plenitudo dicit vt inſinuetur ꝙ in ipſo eſt plenitudo nõ ſolũ ſciẽtiæ ſed etiã potẽtiæ & bonitatis. In quo deſtruit error eorũ qui dicunt ꝙ homo aſſumpt⁹ habet omnem ſciẽtiam ꝑ gratiam, quã habet verbum ꝑ naturã: ſed nõ oẽm potẽtiã.

L Queſ.10. Plenitudo diuinitatis corpaliter. Cũ diuinitas ſit icorporea: qͥritur quõ poſſit habitare corporaliter i xp̃o. ¶So. corpaliter dicit. i. cõpletiue, ſolide & veracit: reſpiciẽs ad legales figuras, ꝗ

fuerunt vmbra futurorꝫ,quarũ corpus .i.impletio & veritas est Christus.Vel aliter. Corporaliter nõ significat naturam rei existentis,sed potius modũ existendi.Sicut enim corpus sic habet esse naturaliter in vno loco, ꝙ simul nõ potest esse ĩ alio:sic plenitudo diuinitatis habet esse ĩ homine assumpto:quo modo in nulla alia est creatura.In oĩ creatura est per essentiã,in iustis per grãm, in solo Christo secũdũ psonalẽ ꝓprietatẽ.Hoc est ergo deitatẽ habitare ĩ Christo corporaliter.i.psonaliter. Sicut corpus est in pluribus locis simul nõ corporaliter sed spũaliter.

M ❡Hoc dicẽs nõ nego veritatem & essentiã corporis dominici esse simul in pluribꝰ altaribꝰ:sed per hoc insinuo ꝙ modum illum existẽdi nõ habet cõem corporibus aliis,vel ex natura corporis,sed potius cõem cũ spũ,non creato sed increato. Vtrũq; mirum & verũ:ꝙ spũs creatus alicubi est corporaliter,& corpus Christi sacramẽtale in pluribus locis spiritualiter.

N Quest.11. Delens chirographum decreti qđ erat contrariũ nobis &c.Quærit̃ quid vocet decretũ,qđ chirographum. ❡Solu.decretũ noĩat vt ipsã legẽ Moysi,vel dei pceptũ qđ primo hoĩ dedit in paradiso,dicẽs,de ligno sciẽ boni & mali ne comedas.Chirographum vtriusq; decreti violati memoriã.omniũ autem culparũ chirographa deleta sunt fuso sanguine sine culpa.

O Quest.12. Quę sunt vmbra futurorũ,Corpꝰ aũt Christi. Quęrit̃ quõ distinguant̃ vmbra,corpus,spiritus.❡Solut. Aliud est vmbra,aliud corpꝰ,aliud spiritus:q̃ tria aliis noĩbus dicunt̃ figura, res,veritas : vt idẽ sit vmbra & figura: idẽ corpus & res:idẽ spũs & veritas.Legales cerimonię vmbra & figura futurorꝫ dicebant̃.Sacramẽta gratię corpus siue res illarũ vmbrarũ vel figurarum sunt.spũs vel veritas dicit̃ gratia spiritalis.s.quã cõferũt sacramẽta noui testamenti & significãt. Sacramẽta vero veteris testamẽti tantũ gratiam spũalẽ significant,& non conferunt.& hęc differẽtia inter hæc & illa sacramẽta.❡Itẽ sciendum est ꝙ illa quæ tempore legis fuerunt præcepta,nũc tempore gratiæ nõ sunt præcepta:sed tm̃ veritatis testimonia.vnde tũc peccatũ erat nõ obseruare etiã vnũ.Nũc aũt non est pctm̃ ea nõ custodire.imo q custodit offendit. P

Mortificate membra vestra &c. Colos.3. Quęritur quid vel q̃ vocet mẽbra q̃ sunt mortificanda. Quęs.13. Nũqđ oculus,manus,pes , sunt mortificandi? ❡Solutio. Membra hic vocat aplus cõcupiscẽtiã membrorꝫ: sicut ipse subiungit & exponit fornicationem &c. Q

Auaritiam q̃ est idolorꝫ seruitꝰ &c. Quęs.14 Nõne aliud ẽ auaritia,aliud idololatria?quomodo ergo auaritiam vocat idolorum seruitutẽ?❡Solutio.Ideo auaritiam comparat idololatriæ,qa nõ est dispar malitia . Sicut eñ idololatra colit trũcum,sic auarus nũmũ.Et sicut idololatra nitit̃ auferre deo honorẽ suum,sic auarus res quas deꝰ cõmuniter pro omnibus creauit sibi vsurpat soli. R

Expoliantes veterem hominẽ &c. Quęs.15. Quæritur quid hic vocet veterẽ hominẽ.❡Solu.dicit̃ qñq; vetus homo Adam primus homo,qui pccãdo se & totam posteritatem suã induit tunica vetustatis:Dicitur qñq; vetus hõ,quilibet homo qui portat imaginem terreni:quandoq; vero dicitur vetus homo ipsa vetustas, quæ consistit in culpa & in pœna:quandoq; vetus homo habitꝰ vitiorum nuncupatur:vt hic secũdum expositorem.

S Et induite nouum hoĩem.Quærit̃ Quęs.16. similiter quid hic vocet nouũ hominẽ? Nam nouus homo quandoq; dicitur Christus a quo est oĩs nouitas: quãdoq; nouus homo dicitur quilibet in Christo renouatus: quandoq; etiam habitus virtutum:quãdoq; specialiter mens rationalis.Sed superius, ꝙ homo interior vocatur mens,dictũ est:hic autem dicitur ꝙ mens interior dicit̃ nouus homo:quod videtur esse contrariũ cum aliud sit nouus homo,aliud interior,vt iam ostensum est. ❡Solutio.Dicit expositor ꝙ nouum hominẽ vocat rationalem mentem.nec est cõtrarium ad id quod superius dictum est,ꝙ mens interior homo dicitur: idem enim propter diuersas proprietates diuersa sortitur vocabula.

sacramenta veteris legis gratiam spiritualem significabant neque conferebant sed sacramenta nove legis significant et gratiam conferunt

aſtros ...i di ferentes
ꝙ ſubditi prelatos moneant

T Queſ.17. QVi renouatur ĩ agnitionem dei ſecũdũ imaginẽ ei⁹ &c. Itẽ quęritur quõ mens dicatur renouari ſecũdum imaginẽ dei, cũ ipſa ſit imago dei. nũquid renouari poteſt ſecũdũ ſeipſã? ℭSolutio. eadẽ eſt imago quæ renouaẽ & illa ſcdm quã renouatur: ſicut dicimus aliquem mortuum eſſe ſecundum corpus. i. corpore non ſecundum ſpũm. Mẽs itaq; ſcdm ſemetipſam. i. in ſemet ipſa renouatur. In epl'a tñ ad Epheſios dicit, ꝙ ipſa renouatio fit ſecundũ deũ: ideo ſecũdũ deũ ne ſecũdũ creaturã eſſe dicatur. Per talẽ enim renouationẽ deo conſimilis & cõformis efficit: ideo ſecũdum ipſum eſſe dicitur. ℭNota ꝙ hæc imago quę in cognitione dei renouaẽ æque in viro & in fœmina inuenitur: q̃ alia eſt ab illa de qua ſupi⁹ dictũ

V eſt. Vir eſt imago dei & mulier viri &c.

Queſ.18. DOnantes vobiſmetipſis, ſiquis ad uerſus aliquẽ habet querelã. Hoc

Matt.6. idem præcepit dominus dicẽs: Debitoribus veſtris dimittite. ſed qđ eſt quod a nobis dimitti poſſit? qđ eſt debitum qđ a nobis poſſit exigi ab illo q nobis ĩiuriam intulit? ℭSolutio. hoc eſt dimittere iniuriã illatã: pro nobis nullo modo ſatiſfactionẽ ꝓpter iniuriã poſtulare. quædam alia ſuper hoc alibi a nobis

X dicta ſunt.

Queſ.19. DIcit expoſitor ꝙ q ab illicitis abſtinet laudem habet, qui vero a licitis temperat laudẽ & pręmium: quaſi diceret ille vitat pœnã, hic etiã mereẽ coronã. Sed nõne etiã ille qui abſtinet ab illicitis nõ ſolũ laudẽ ſed etiã mercedẽ habet? Solutio. qui abſtinet ab illicitis ſemper vitat pœnam, ſed nõ ſemper meretur coronam, niſi tũc tm̃ quando

Y tentatur & impugnatur.

Queſ.20 OMnia in noĩe domini facite. Per oĩa nõ intelligit niſi bona q̃ ſunt a nobis faciẽda. Vñ q̃riẽ an oĩa faciẽda ꝑcipiat ꝓpter deũ fieri. Nunquid ex ꝓceptis cõſtringor dare palliũ meũ pauperi quẽ indigere video, & ſciã hoc deo placere? Nã ſi dimitto, videor contẽnere, qđ ſcio illũ velle fieri. ℭSol. ſic debet intelligi: omnia facite in noĩe dñi. i. nihil contra deũ faciatis, & in bonis non gloriã veſtrã ſed dei q̃ratis. Nõ tñ ĩ oĩbus quæ agimus meremur: quia quędã ſunt indifferentia, vt ſedere, ſtare, ſpiritum ducere, manũ claudere, oculos aperire, & huiuſmodi. Quædam vero talia ſunt quæ ſic habent meritum ſi fiãt: & nõ ſint peccatum ſi non fiant: vt palliũ dare pauperi, & omnia vendere & dare pauperibus. quod perfectorum eſt q nudi Chriſtum ſequuntur. Z

Coloſ.4 Queſ.21. DIcite Archippo. Vide miniſterium quod accepiſti ĩ domino vt illud ĩpleas. Quæriẽ an ſubditi prælatos monere poſſint. Solutio. Ecce authoritas vt ſubditi ꝓlatos moneant ne pigri ſint in præuidendis his quæ ad ſalutem ſpectant.

Finiuntur Quæſtiones Magiſtri Hugonis de Sancto Victore ſuper epiſtolam ad Coloſſenſes.

Incipiunt Quæſtiones eiuſdem ſuꝑ epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes. A 1.Theſ.

PAul⁹ & Sylua nus &c. Hanc epiſtolam ſcribit Apoſtolus Theſſalonicenſibus. Theſſalonica metropolis eſt Macedoniæ, quæ eſt ꝓuicia græcorũ. Theſſalonicẽſes ergo ſunt Macedones ſiue græci qui facile ab apoſtolo cõuerſi, & nec per tribulationes nec per pſeudoprædicatores potuerũt moueri a fidei veritate. Hos collaudat apoſtolus quia tantæ fidei imbiberant ſpiritũ, vt ſpe etiam futurorum a ciuibus ſuis nõ credẽtibus pericula deuoto animo pro nomine Chriſti ſuſtinerent. Erãt tamẽ aliqui inter eos ocioſi & curioſi: aliqui etiam minus recte de reſurrectione ſentientes: & ideo nimis de amicorũ morte tenere dolentes. Hoc ergo corrigit apoſtolus in hac epiſtola: & monet perfectos nõ cedere aduerſis & pſeudoapoſtolis: & vt alios corrigant. ſcripſit autem ab Athenis. Et eſt intentio apoſtoli in hac epiſtola prauos & incorrectos corrigere, & bonos ad perſeuerãtiã aliorumq; correctionem cohortari. Modus talis more ſuo ſalutem præmittit: qua B Materia

præmissa de bonis eorũ gratias agit cõmemorans non solum fidẽ & opera, sed etiam conuersionis modũ & malorum sustinentiã: & vt ad perseuerandũ prouocet de suis quoq; laboribus, & euangelii veritate, & prudenti inter eos conuersatione, & quanto affectu desideret eos videre interserit. Deĩde prauos vt a luxuria & ocio & curiositate contineant obsecrat, & mortuos resurrecturos confirmat. Circa finem est moralis instructio. Dicit itaq;: Paulus & Syluanus & Timotheus &c. Nota q; mos erat apostoli eos in salutatione sibi adiungere, qui secum apud illos vel fuerãt vel futuri erant.

C Quęst.1. Deo viuo & vero &c. Quærit quare dicat vero. ¶Solutio. Vnus est naturaliter deus: multi participatiõe. ad quorum differentiam dicitur verus deus, vtpote si ex se non aliunde deus est. Alii enim nõ ex eo q; sunt, dii sunt, sed ex eo quod acceperunt.

D 1.Thes.2 Quęst.2. Deruenit enim ira dei super illos. Quærit quomodo propter peccata sua ira dei & pœna sup eos peruenerit. i. ante mortẽ. Nũquid pœna æterna alleuat per pœnã temporalẽ? si enim non alleuatur: videtur deus immisericors qui hic punit & ibi. Itẽ si alleuat æterna p tẽporalẽ, videtur q; talis pœna non procedat ex ira dei, sed ex misericordia: & ideo non ira sed misericordia dicenda. ¶Solutio. Magna quidem dei misericordia est per pœnã temporalẽ vocare ad pœnitentiã: sed ipsi nolentes pœnitere, dei misericordiã vertũt sibi in irã: & pœna inflicta quæ potuit esse salutis medium, fit illis æternę pœnæ initium.

E Quęst.3. Festinamus videre faciem vestrã cũ multo desiderio &c. Dicit expositor: in quo mala eis fierent. sed quærit quomodo ex præsentia doctoris fierẽt mala discipulis: cũ potius bona q̃ mala ex ea fieri videantur: vnde ipse desiderabat videre eos propter vtilitatẽ præsentię suę. s. vt eos cõfirmaret & ea quę deerant superadderet. ¶Solutio. Maior corona & laudabilior victoria si starẽt immobiles absente magistro: tamẽ apostolus humane timuit ne caderent: & ideo ad eos venire desiderabat.

F Quęst.4. In aduentu eius. s. dñi. Quæritur in quo aduentu. ¶Solutio. Triplex est aduentus domini. vnus in carnẽ, vnus in spiritu, vnus in carne. In carnem venit factus homo. In spiritu venit quando spiritũ suũ spiritui nostro infudit, ipsum sanans & iustificãs. In carne veniet in iudicio. Occulte etiã venit vnicuiq; i morte vel vt eos purget, vel vt ianuã regni apiat: malis vt eos puniat.

G 1.thes.4 Quęst.5. Vt non contristemini sicut cęteri qui spem non habent. Quæritur an cõtristari & flere pro morte amicorũ sit peccatum, cum apl's dicat, vt non contristemini? ¶Solutio. necesse est vt cum mors occupat dilectum vt cõtristet dilectionis affectum. non est ergo culpa si contristemur necessitate amittendi: si cõsolamur spe recipiendi. vnde Apostolus non dicit simpliciter vt non cõtristemini: sed ait, vt non cõtristemini sicut cęteri qui spem non habent: quasi diceret licet contristari, sed cum spe.

H Quęst.6. Quæritur quomodo dominus flebat Lazarũ mortuũ continuo eo iubente victurum? ¶Solutio. non mortuũ sed mortẽ quã non meruit peccando deflebat: ad quã Lazarus & miserias mundi iterum erat reuocãdus. & inde dominus est motus.

I Quęst.7 Quæritur an orationes, eleemosynę, sacrificia altaris, omnibus prosint pro quibus fiunt. ¶Solutio. His solũ prosunt pdicta post mortẽ: q ita vixerũt ante mortẽ: vt digni sint, vt hæc vtilia sint eis post mortem. his enim q sine fide per dilectionem operantem ab hac vita exierunt non prosunt: qa hic viuentes salutis pignore caruerunt. s. ad salutem.

K Quęst.8 Cum Christus omnia possit: quæritur cur fidelibus suis non donauerit statim ĩmortalitatẽ, vt omino mortẽ nunq̃ experirentur. ¶Solutio. Si hoc fieret, carni quidem daretur quędã felicitas: sed fidei minueretur fortitudo. Nemo tunc ad Christi gratiam propter futuram vitam festinaret: sed tãtũ propter mortis molestiam fugiẽdam: & sic quodãmodo delicate crederet in Chri

ſtũ. Vbi igitur tunc eſſet glorioſus tri
L umphus martyrum?

Queſ.9. ET eos qui dormierunt. Quæritur cum Chriſtũ qui iam viuit dicat mortuũ: cur fideles mortuos non mortuos, ſed dormientes appellat? ℭSolutio. ideo dicit Chriſtum mortuũ & ſurrexiſſe: vt dũ hoc audimus idẽ ſperem⁹ ſcilicet nos reſurrecturos per virtutẽ deitatis. Electos vero ideo dicit dormientes: qa nemo tã facile poteſt excitari a ſomno: q̃ facile eos oẽs excitabit de⁹
M a ſomno mortis.

Quç. 10. IN voce archangeli &c. De hac voce q̄rit̃ an materialis erit. ℭSolutio. dicũt quidã ꝙ materialis erit miniſterio angeloꝝ formata: ſicut illa materialis fuit q̃ audita eſt baptizato dño. quę ideo dicit̃ dei: qa efficaciã ei dabit de⁹, vt ꝑ illã mortui reſurgãt. Alii dicũt ꝙ aliquod euidẽs ſignũ erit. De incerto ambigua ſolutio. Omnia enim futu
N ra in nouiſſimo, nobis incerta.

Queſ.11. DEinde nos qui viuimus. Q̄rit̃ quõ dicat Apl'us ꝙ illi primi reſurgent, q iã dudũ mortui fuerũt: & deinde illi q tunc viui inuenti fuerint: cũ ipſe alibi dicat ꝙ reſurrectio erit ĩ ictu oculi & in momento: vbi nec prius nec poſterius ſit aliquid, ſed omnia ſimul? ℭSolutio. poteſt dici ꝙ ideo ſimul fieri dicitur mortuorũ reſurrectio: quia par
O ua mora erit.

Quæ. 12. QVæri aũt ſolet vtrũ illi quos viuos inueniet Chriſtus, ſint morituri, an ſine morte ad immortalitatem tranſituri? ℭSolutio. De hoc nihil certũ habemus: videtur tñ quibuſdã ꝙ in ipſo raptu moriant̃ & reuiuiſcãt. cum
1.Cor.15. alibi dicat apl's: in Chriſto oẽs viuifica
Ibidem. bunt̃: & alibi, qđ ſeminas non viuificat̃ niſi prius moriat̃. Nec incredibile hoc videri debet: cũ in momento & in ictu oculi cõmunis & generalis reſurrectio
P futura eſſe credatur.

Quç. 13. RApiemur obuiã Chriſto in aera. Q̄rit̃ an id de omnib⁹ dicatur? ℭSolutio. Boni quaſi leues Chriſto occurrent in aera. Mali vero quaſi ponderoſi nõ obuiam in aera Chriſto: ſed terræ quam ſemp amauerunt adhęrebũt.
Q ℭNota quatuor eſſe genera eorũ q ad iudicium veniẽt: quidam enim veniẽt vt iudicent tñ: vt valde boni: nõ vt iudicentur: de quorum ſalute cõſtat. Alii ſunt minus ꝑfecti, de quoꝝ ſalute nõ dũ conſtat: hi venient ad iudicium vt iudicentur. Sic malorum duo ſunt genera: Alii venient ad iudicium vt iudicẽtur vt minus mali, de quorũ damnatione non cõſtat. Alii vero nõ vt iudicẽtur: qa iam iudicati ſunt, quia de eorũ damnatione iam certum eſt. Quare ergo veniẽt? nunqd vt iudicent? abſit. Quare ergo? vt audiant cũ diabolo. Ite Matt.25.
maledicti in ignem ęternũ &c. De modo iudicii iã dictũ eſt in prima epiſtola ad Corinthios: quõ. ſ. ſancti iudicaturi an ſola cõparatione, an etiã poteſtate.
R

1.Theſ.5. DIes dñi ſicut fur ĩ nocte ita veniet &c. Cũ nemo ſciat an die an nocte dñs vẽtur⁹ ſit ad iudi Quç.14.
ciũ: Q̄rit̃ quõ Apl's tẽpus aduentus dñi vocet diẽ. ℭSolutio. Dies in tali loco nõ ponit̃ pro illuminatione aeris ſicut alibi: ſed ꝑ reuelatione. i. manifeſtatione: qa tunc oĩa manifeſta erũt. Sciet enim vnuſquiſꝙ quare ſe vel alium do
minus ſaluet vel damnet. S

Queſ.15. SIne intermiſſione orate. Q̄rit̃ quõ hoc ꝓceptũ Apl'i ĩpleri poſſit. Quis eñ poteſt ſemper orare? Nõne oportet qñꝙ dormire? ℭSolutio. ſic ĩtelligitur, Sine ĩtermiſſione certarũ horarũ. Vel ꝑ orationẽ ĩtelligit̃ ſanctũ deſiderium, & pius affectus. & ſic iuſtus nunq̃ deſinit orare, niſi deſinat iuſt⁹ eſſe: q. n. ſemꝑ bene agit ſemp bene orat.

Finiũtur queſtiones M. Hugonis de Sãcto Victore ſup epiſtolã ad Theſſalonicenſes primam.

Incipiunt quæſtiones eiuſdẽ ſup epiſtolam ad eoſdem ſecundam.
A

2.Theſ.1. PAulus & Syluanus &c. Hãc itẽ epiſtolã ſcribit Apl's Theſſalonicẽſib⁹. Orta eñ apđ eos grauiori tribulatiõe monet eos ad patiẽtiã, oſtendẽs iuſtũ dei iudiciũ, vt boni gloriã conſequant̃, mali pœnã. Et qa in prima ep'la quędã dicit de aduẽtu dñi, & de reſurrectiõe mortuorũ, vñ putabat̃ dies dñi

instare: Nũc alteram scribit epistolã: in qua significat, licet obscure: (Nec enim aperte potest) de abolitione regni Romani, & de Antichristi apparẽtia, & damnatione: & de quorundã fratrũ ingratitudine. Scribit etiã non instare diẽ dñi sicut occasione prioris epistolę qbusdã videbat. Est itaq̃ intẽtio apl'i ĩ hac epistola, bonos & quietos ad patiẽtiã mouere: & inquietos corrigere: & q̃ obscure dixerat in priori epistola hic aliquatenus aperire. Modus talis. primo salutat. Deinde gratias agit de bonis eorũ: postea monet ad patientiã & ad cõstãtiam: inde asserit q̃ aduẽtũ Christi pręueniet Antichrist⁹, & aliqua aduẽtus Antichristi signa licet obscure denunciat, agẽs de abolitione Romani regni, & de interfectione Antichristi. Circa finem vero vt curiosos atq̃ ociosos corripiant, obsecrat.

B Intẽtio apostoli

C Quęst. 1.

IN flamma ignis dãtis vindictã iis q nõ nouerũt deũ. Querit an dñs igne circũdatus vẽtur⁹ sit ad iudiciũ? ¶Solutio. In flãma ignis dicitur venturus: qa terribilis ĩpiis apparebit, vt eos exurat atq̃ cruciet. Ignis quidẽ eius aduẽtum pręcedet, quo elementa soluentur vt renouentur.

D Quęst. 2.

QVærit quõ viui reseruabunt illi quos viuos inueniet dñs. ¶Solutio. sicut tres pueros in camino fornacis, ignis nõ læsit: sic ille ignis p̃cedens aduentum iudicis bonos non lędet.

E Quęst. 3.

QVærit quas pœnas aĩæ impiorũ nũc patiunt apud ĩferos: an materiales, an tm̃ cõsciẽtię tortiones? ¶Solutio. Creditur q̃ pœnas materiales, vt ignẽ & frigus patiãt. vñ dicit: trãsibũt de aqs niuiũ ad calorem nimium. Iob. 24.

F Quæ. 4.

ITẽ quærit quõ his pœnis torquent cũ res spiritales a corporeis cõtingi nequeãt. ¶Solutio. Fieri potest vt p ea puniant a qb⁹ non cõtingunt: velut qs horrorẽ magnũ ex aliquo viso, vel imaginato cõtrahit: etsi ab illo nõ cõtigat.

G Quæs. 5.

ITẽ resumptis corporibus cũ illa deinceps ĩmortalia futura sint quõ in illis punientur: cũ dissolui nequeant? ¶Solutio. Erũt qdẽ corpora malorũ ĩmortalia, sed passibilia. i. talia in quib⁹ mali patiant, sine tñ læsione naturalis

penas materiales ore [illegible] pati [illegible] me dam natorum et si ab illis materi alibus rebus [illegible] [illegible] corpora etiam eorum materi aliter pati [illegible] post diem iudicii nam [illegible] in mortalia passibilia [illegible]

quãtitatis, vel essentiæ ipsorũ corporũ.

H

NIsi venerit discessio primũ &c. Quærit quomodo qd̃ dicit de discessione fiet? ¶Solutio. Hoc quatuor modis potest intelligi, vel de terreno Romano imperio, vel de spũali imperio Romanæ ecclesię, vel de fide, vel de Antichristo. Cũ alia trãslatio dicit Refuga. ¶Nota q̃ legit q̃ Antichristus nascet in Babylone de tribu Dan. Iuxta qd̃ Iacob ait. Fiat Dan coluber ĩ via & cerastes in semita. Qui cũ primũ se manifestabit veniet Hierosolymã: & circũcidet se dicens. Ego sum Christus iudęis promissus. 2. Thes. 2 Quęs. 6.

I Antichristus Gen. 49.

antichristus nas[cetur] in babilonia de tribu dan et cum primo manifestabit se circumcidetur et veniet ierosolimam et dicit se esse christum iudeis promissum

K Quęs. 7.

QVi extollit sup oẽ qd̃ dicit de⁹: vt dii gẽtiũ vel sancti: Aut qd̃ colit: vt de⁹ trinitas. Sed q̃rit quõ poterit se extollere sup deum trinitatẽ? Nõne hæc erit maxĩa ei⁹ supbia & extollẽtia q̃ dicet se Christũ esse, & ita deo ęqualẽ, non em̃ maiorẽ se dicet: quõ ergo extollit sup omne qd̃ colitur deus? ¶Solutio. vt mihi videt ĩ hoc intelligitur hęc extollentia, q̃ ille iniquus, hõ peccati, filius perditiõis, venerationem & culturam soli deo trinitati debitam, faciet sibi exhiberi, & non deo. ¶Legit q̃ sicut ĩ Christo habitauit plenitudo diuinitatis, ita in antichristo plenitudo malitię & oĩs iniqtatis: & (vt ita dicã) plenitudo diabolitatis erit.

antichristi malitia.

L Quæs. 8.

VNde potest queri an erit hõ simpliciter, an diabolus p̃sonaliter eũ assumet vt deus hominẽ. ¶Solutio. non potest diabolus sic hoĩem assumere vt sibi p̃sonaliter vnitus sit: erit ergo purus homo: quem tamen diabolus sic possidebit vt omni virtute nequitiæ suæ, & omni iniquitate impleat. vt prorsus deditus illi & deuot⁹ nihil velit, nihil possit: nisi quod diabolus vult & potest.

M Quæ. 9.

MYsterium iam operatur iniquitatis. Dicit expositor q̃ in Nerone & in aliis malis occulte operatur iam diabolus: qui in Antichristo aperte sæuiet. Vnde quæritur quomodo occulte operetur in Nerone. Nonne Nero Christũ negauit, & aperte eos q Christum prædicabant persecutus est? ¶Solutio. Ideo dicitur in Nerone operari

occulte:quia hoc fecit Nero fraudulē-
ta quorundā ſuggeſtione. Vel,qđ me-
lius eſt,ideo dictus eſt diabolus opera-
ri occulte in Nerone,non quin manife
ſta eſſet illa perſecutio:ſed quia illa eſt
vmbra & figura & imago quædā illi⁹
quę fiet p Antichriſtū:quę multo gra-
uior erit omnibus quæ præceſſerunt.

N ¶Regnabit em̄ trib⁹ annis & dimidio:
& ſedens in papilione in mōte Oliueti
interficietur virtute ſpirituſſancti per
Michalem,vel ipſum dominū, vel aliū
O angelum,vt dicunt doctores.

Queſ.10. Quem dominus deſtruet illuſtra
tione aduent⁹ ſui &c.Nōne An-
tichriſtus prius interficietur anteq̄ do
minus veniat ad iudicium? Ex libro.n.
Danielis intelligitur,ꝙ concedētur ele
ctis quadraginta duo dies ad pœniten
tiam poſt mortem Antichriſti.Quanto
vero poſt venturus ſit dominus pœnit⁹
neſcitur non ſolū ab hominib⁹ ſed etiā
ab angelis.Quomō ergo dicit Apoſto-
lus:illuſtratione aduentus ſui,(cū an-
te aduentū ſit interficiendus)deſtruet
illum domin⁹? ¶Solutio. Interficietur
quidem(vt creditur)ante aduentū do
mini Antichriſt⁹ corporis & animæ ſo
lutione: dominus tamē deſtruet illum
iam reſuſcitatum cum toto corpore il
luſtratione aduentus ſui damnando,&
in ignem æternum mittendo,dicēs illi
Matt.25. & aliis reprobis:Ite maledicti in ignem
P æternum.

Queſ.11. Secundū operationē ſathanę &c. Di
cit expoſitor:non tamen ſine ſenſu
vt phrenetici,qui culpā nō habent de
malis quę agunt. Vnde poteſt queri:ſi
totum faciet Antichriſtus diabolo in-
ſtigante & cooperante, & quodāmodo
cōpellēte:quare ei īputeť poti⁹ q̄ phre-
neticis:vel ſi phrenetici hoc faciūt dia
bolo inſtigante,quare eis non imputa-
tur? Et quomō ſunt ſine culpa de ma-
lis quę agūt,potius q̄ ille iniquus?¶So
lutio.Phrenetici q ſunt ſine ſenſu ma-
gis dicēdi ſunt aliquid pati, q̄ aliquid
agere:& mala fiūt potius per eos, q̄ ab
ipſis:quoniā ipſi non ſunt authores,cū
volūtatē ad hoc nō applicēt. Antichri
ſtus vero ſic diabolo inſtigante oīa fa-
ciet,ꝙ volūtatem ſuam oēm & ſenſum
ad eundem applicabit:& ideo ei omnia
imputabuntur ad pœnam æternam. Q

Queſ.12. Signis & prodigiis mendacibus &c.
Quęritur de ſignis illis quę per dia
bolum faciet Antichriſtus, an ideo di-
cta ſint mendacia,quia non vera vt vi-
dentur,ſed phantaſtica erunt: id eſt qa
mortales ſenſus p phātaſmata deceptu
rus eſt:vel ideō dicta ſunt mēdacia, qa
dei pmiſſione ad mēdaciū trahēt?¶So-
lutio. Videtur nobis veriſimile eſſe ꝙ
oīa ſigna illa quæ diabolus poterit fa-
cere,& Antichriſtus faciet vere.Illa ve
ro quę diabolus non habet in ſua pote
ſtate:nec ille iniquus faciet vere, ſed p
ſolam magicam artem deludet oculos
mortaliū, vt videatur facere quæ vere
non faciet.Vnde Apoſtolus dicit.Cui⁹
aduentus erit in omni virtute, quātū
ad ea quę vere faciet: & in omni ſedu-
ctione,quātū ad ea quæ nō vere faciet.
Omnia tamen valēt ad ſeductionē im-
piorū.Quæ autem ſunt illa quæ diabo
lus poterit,& quæ nō poteſtati ei⁹ ſub
iacēt,nō eſt nřę paruitatis euoluere. R

Queſ.13. Mittet illis deus operationem erro
ris,vt credant mendacio,vt iudi
centur &c. Quæritur autem de illis q
ſignis & prodigiis illius iniqui permo
ti credent ipſum eſſe bonum, & dei fi-
lium: an habeāt aliquam excuſationē.
Si enim ei nō diuinū cultū exhibebūt,
cum conſcientia eorum dictet eis, ipm
tanq̄ deū adorandum,ad mortē pecca-
bunt:& ita videnť inexcuſabiles eſſe.
¶Solutio.Apoſtolus dicit.qa nō recepe
rūt claritatē veritatis vt ſalui fierēt.i.
Chriſtum prius manifeſte prędicatum:
mittet illis deus operationem erroris:
vt credant mendacio & iudicētur. vbi
ſatis docet ꝙ propter pcedentia pecca
ta non habebūt excuſationem,etſi arbi
trentur ſe obſequium pręſtare Chriſto
id eſt vero deo, credēdo ī Antichriſtū. S

Queſ.14. Dicit Auguſtinus ꝙ poſſe habere
fidem vel caritatem,natura fide
lium eſt: habere fidem vel caritatē.gra
tia dei.Vnde poteſt queri quomō hoc
debeat intelligi.Nonne quod naturale
eſt,nobis in noſtra facultate eſt? ſed cū
habere fidem vel caritatem ſine gratia
non poſſumus:quomodo poſſe haber e

fidem natura est fidelium? ℂSolutio. Posse habere fidē, id est potentia habēdi, naturalis est: sed hui⁹ potētię vsum habere, solius gratię est & non naturę.

T 2. Thes. 3 Quęst. 15. QVi non vult operari non mādu cet. Quæritur de quo opere hic agatur. Si eñ de exteriori, quomodo pręcipit ne manducet q nō vult operari? Multi enim digni sunt māducare, licet nō operenť. ℂSolutio. Augustin⁹ dicit ꝙ Apostolus vult seruos dei corporaliter operari: vt non compellantur egestate, necessaria petere. nō tamē male agunt qui opera exteriora ꝑ spiritualibus postponunt: cū habeant vnde viuant: quia Maria optimā partem elegit. Illi vero q curiositati dediti operari nolunt reprehenduntur: non qui minora bona pro maioribus deserunt.

V Quę. 16. SI quis non obœdierit verbo nostro per epistolam, hunc notate: & nō cōmisceamini cum illo vt confundatur. Dicit itaqꝫ apostolus ꝙ ille qui admonitioni ecclesiæ resistit excōmunicandus est. Vnde quæri potest qualiter id faciendum est. Et certum, ꝙ magna discretione faciendum est: ne ecclesia detrimentum incurrat: nec leui causa talis vindicta exercenda est.

ℂFiniuntur quæstiones Magistri Hugonis de Sancto Victore super epistolam ad Thessalonicenses secundam.

Incipiunt quęstiones eiusdem super epistolā ad Timotheū priorē.

A 1. Timo. 1 PAulus apostolus &c. Hāc epistolam scribit Apostolus Timotheo: q fuit fili⁹ cuiusdam mulieris fidelis patre gentili procreat⁹. & cū nō esset circūcisus & ipse esset gētilis, & de eo darent bonum testimoniū fratres, q erāt in listris & iconio: hunc voluit Paulus proficisci secum: & ideo eum circuncidit propter iudæos, qui in locis illis erant. Eratqꝫ eruditus tam diuinis scripturis q̄ liberalibus artib⁹. Hunc Apl's episcopum creauit: ideo eum relictum in Asia instruit in hac epistola de officio episcopali: scilicet quomodo pseudoapostolis resistat, & quomodo ecclesiam instruat, quales presbyteros vel diaconos ordinet: quales viduas honoret, & quomō in ecclesia se habeat, vel quomodo eam regat. Et est intētio apostoli in hac epistola instruere Timotheum de episcopalis dignitatis officio. B Intētio.

Modus talis. primo salutat eum. deinde monet vt pseudo resistat: Postea instruit de episcopali officio, docens quales debeat ordinare presbyteros & diaconos. Deinde quales viduas recipere debeat: postea de modo correptionis instruit eum. in fine autem monet vt vitet prophanas nouitates.

C Quæst. 1. DEi patris saluatoris nr̄i &c. Cum filius frequenter dicatur in scriptura saluator, qui solus pro salute nostra mortuus est, non pater, nō spiritus sanctus: Quęriť cur Apostolus salutem nostram ad deum patrē referat, dicens hic dei patris saluatoris nostri. ℂSolutio. Deus pater in hoc ꝙ dignat⁹ est nobis filium suum mittere, & spiritūsanctum in sacramentis noui testamenti tribuere, author est salutis nostræ: & ideo saluator dicitur.

D Quæ. 2. ET Iesu Christi spei nostræ. Itē quęritur quare spem specialiter ad filium referat dicens, & Iesu Christi spei nostræ: cum in totam trinitatem speremus & credamus. ℂSolutio. Ideo spem nostram ad Christum, quia ipse a mortuis resurrexit, & ad cælos ascendit, referimus: quia per eius resurrectionem speramus ad gloriam resurrectionis futuræ pertingere.

E Quęst. 3. GRatia misericordia & pax &c. Quęriť cur pręter solitū Apostolus in hac salutatiōe tria ponat dicēs, gratia, misericordia, & pax. ℂSolutio. Nouē pręcedentes epistolas scripsit cōmuniter ad ecclesias. Hanc autē specialiter Timotheo coepiscopo: ideo tria ponit. Per misericordiā idē intelligēs quod in aliis per gratiam. s. remissio-

nem peccatorũ. Per pacẽ, tranquillitatem & p̃libationẽ futurę vitę. Per gratiam vero ĩtelligit donationẽ spũs sancti qua armantur ministri Christi.

F Quę. 4. VT non intẽderẽt fabulis &c. Quęrit qd hic p fabulas ĩtelligat apostolus. nunqd legis verba & diuina eloquia sic vocat ĩ hoc loco? & alibi dicit: pphanas & aniles fabulas deuita. ¶Solutio. Fabulas hic dicit doctrinã illorũ qui legẽ cũ gratia prędicãt esse necessariam. Vel fabulas hic dicit traditiones quas iudęi non scriptas tenent, & alter in alterũ trãsfundit loquẽdo: quas deuterosin vocãt. vbi dicunt & credũt duas vxores deũ primo creasse: ex quibus hominũ texunt genealogias infinitas parientes infructuosas quæstiones. De quibus traditionibus a sacris scripturis alienis, dominus dicit in euãgelio: Matt. 15. Quare irritum fecistis mandatũ dei p pter traditiones vestras?

G Quęs. 5. FInis aũt pręcepti est caritas, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Hic diffinit apostolus caritatem, vt dicit expositor. Vnde potest quęri quę sit diffinitio hic data: an hoc finis pręcepti: an hoc, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta? ¶Solutio. Diffinitio caritatis est, esse de corde puro, & cõscientia bona & fide non ficta.

H Quæ. 6. ITem potest quæri an hæc diffinitio conueniat omni caritati. Quod si cõcedatur, nullus est habens caritatẽ qui non sit perfectus: quia legẽ cõsummans & pficiẽs: qa caritas finis est præcepti, Finis. id est perfectio & consummatio. Sic em̃ finis ponit pro consummatione in hoc loco. Alibi autem ponitur pro cõsumptione: vt cum dicitur, panis finit. Alibi pro termino, vt cũ dicitur: hic finit ager. Itẽ quis potest habere cor purum & conscientiam bonã sine caritate. nõne cordis mundítia & bona consciẽtia procedit ex caritate? quõ ergo caritas pcedit de corde puro? ¶Solutio. Videtur mihi ꝙ hic diffinitio pfectæ & consummatę caritatis assignat: & ita non cõuenit hęc diffinitio impfectę caritati. Primũ datur dilectio, quæ cor mundat, & ex qua bona opa fiunt, & ex quibus nascit bona conscientia. tandẽ corde mundato, & bona conscientia cõparata pficitur caritas & cõsummat: quę est finis pręcepti. Hæc dico sine præiudicio melioris sententię.

I Quęs. 7. BOna est lex si quis ea legitime vtatur. Quærit quid sit legitime vti? ¶Solutio. Vt dicit expositor: ille vtit legitime lege, qui eam spiritualiter intelligens per eam cognoscit morbũ, & quærit medicũ: & qui scit eã ad tẽpus datam, & deserit eam propter Christũ. ¶Notandũ ꝙ iniustus legitime vtit lege, cum intelligit quare data sit, & eius timore fugit ad gratiã Christi, vt fiat iustus. Iustus aũt legitime vtitur lege, cũ eam terrendo imponit iniustis.

K Quęst. 8. LEx non est posita iusto. Nõne Dauid & alii iusti q sub lege erãt tenebantur legẽ custodire? quomodo ergo lex nõ est iusto posita? ¶Solutio. lex non imponit iusto vt ei dominetur & eũ timore coerceat: & iustus nõ est sub lege, sed potius cũ ipsa, tãq̃ legis amicus.

L Quęs. 9. QVia ignorãs feci &c. Dicit expositor ꝙ istud, quia, potest causam notare vel consecutionẽ. Sed quęritur quomodo ignorantia quę culpa est, possit eẽ causa diuinę misericordię. ¶Solutio. Est quædam ignorantia ex infirmitate: ex qua si quis zelo bono agat contra deũ, ex affectu quẽ habet meret ab illa ignorantia liberari.

M Quęs. 10. VEnit in hũc mũdũ peccatores saluos facere &c. Quęritur de paruulis qui sunt nati ex parentibus baptizatis an pertineant ad peccatores, p pter quos saluandos venit Iesus in mũdum. Hi enim peccatum actuale nõ habent: & originale quomodo contrahere possunt a parentibus, qđ ipsi non habẽt: qa est eis dimissum? ¶Solutio. sciẽdum est ꝙ originale peccatũ sic dimittitur in baptismo, non vt omnino non sit: sed vt culpa nõ sit. Manet vero corruptionis vitium etiam in baptizatis qui generãt nõ ex eo quo sunt renati, sed ex vetustate corruptionis, per quã transit culpa originalis in paruulos: vnde & ipsi indigent remedio. Vnde & ipse medicus ait: Paruulos sinite venire ad me. Marci. x.

O Quęst. 11. Quorum ego primus sum. Nonne Cain & Saul priores Paulo fuerunt? quomodo ergo Paulus inter peccatores primus? ℂSolutio. Primus erat Paulus non ordine tẽporis, sed magnitudine iniqtatis. ℂCui solutiõi sic obiicitur.

P obiectio. Nonne Paulus peccauit per ignorantiã, & multi alii scienter? sed maius peccatũ est peccare sciẽter q̃ p ignorantiam: non ergo Paulus prim⁹ erat inter peccatores magnitudine iniqtatis: cum alii, maxime illi q peccauerunt in spiritũ sanctũ, multo peiores sint Paulo etiã secũdũ statũ primũ in quo fuit blasphemus, psecutor, cõtumeliosus. ℂSolutio Paulus magnitudinẽ delictorũ suorũ cõsiderãs oĩbus peccatorib⁹ iudicauit se peiorẽ: licet in oculis dei aliter fuit.

Q Quę. 12. Regi aũt seculorũ ĩmortali, inuisibili, soli deo, honor & gloria in secula seculorũ. amen. Dicit expositor ꝙ homo assumptus a verbo ex eo tẽpore rex est seculorũ ex quo assumptus est a verbo. sed si homo assumpt⁹ nõ est hõ, nec deus nec psona: vt qdã ausi sunt pferi: quõ hõ assumpt⁹ ex quo est assũptus, & non ante, rex est seculorũ? Nos autẽ dicimus ꝙ hõ assumptus a verbo est hõ & de⁹: ipsum verbũ a quo assumptus est: & cœpit ĩ tẽpore esse rex seculorũ: qñ videlicet cepit assumi a verbo. Quãdo eñ cœpit esse de⁹ hõ, cœpit & homo esse deus: sicut multæ authoritates protestantur.

R 1. Tim. 2. Quęst. 13. Qui oẽs hoĩes vult saluos fieri. Cũ de⁹ sit oĩpotẽs, & diuinę voluntati nullus resistere possit: quomodo non oẽs salui fiũt: cũ de⁹ oẽs velit saluos fieri? Vel nunqd voluntas eius est vt reprobi saluent? Ambro. sic soluit. de⁹ vult oẽs saluos fieri si ipsi velint. Sed nõne multi volũt salui fieri: q tñ nõ saluant? quõ ergo verũ est: deus vult oẽs saluos fieri? Ideoq; alii sic exponũt. De⁹ vult &c. placeret ipsi si oẽs saluarẽt. vel oẽs. i. de omĩ gñe hoĩm aliq. Vel sic, Oĩb⁹ grãm offert p quã si volũt saluari possunt. Sed hęc solutio quõ vera? Nõne multi sunt & fuerũt q ne verbũ quidẽ pdicationis audierunt? Vel oẽs vult saluos fieri. i. facit sãctos velle vt oẽs salui fiant. Vel sic: vult omnes saluos fieri. i. nullus fit saluus nisi ipse velit. Simili mõ intelligitur illud: Qui illuminat oẽm hoĩem. i. nullus illuminatur nisi ab ipso. & oẽs in Christo viuificant, iuxta eũdẽ modũ oportet ĩtelligi. Sic de ãbiguo diuersę sentẽtię dãt. Ioan. 1.

S Quę. 14. Unus mediator dei & hoĩm homo Christ⁹ Iesus. De mediatore iam superius ex parte dictum est. Hic aũt illud sufficiat ĩtueri qđ dicit expositor, ꝙ inquantũ est homo est medius, nõ inquantum verbum. Sed nonne inter angelos & deum patrem & etiam inter spiritum sanctũ medius est inquãtum est verbum: licet aliter inter angelos & deum patrem, & aliter inter spiritũsanctum medius sit & patrem? ℂSolutio. Bene concedi potest ꝙ inquantum est verbum, medius inter rationales creaturas & deũ patrem est. sed non est medius inter deũ trinitatem & homines inquantũ verbum est, sed inquantũ est homo similis deo in iustitia, hominib⁹ in mortalitate. Si enim inquantum est verbum esset medius inter homines & deũ trinitatẽ, iam aliquid esset mediũ inter seipsum & aliud, quia verbum inter se & homines: qđ non est concedendum.

T obiectio. ℂDicet aliquis. Iam Christus nõ est mortalis: quomodo ergo est medius inter homines mortales & deũ immortalẽ: cũ ideo medius dictus sit: qa similis est hoĩb⁹ p mortalitatẽ & deo p iustitiã? ℂSolutio. adhuc nos Christ⁹ dei patri tanq̃ mediator optimus reconciliat p id quod pro nobis fecit in dieb⁹ carnis suæ. i. mortalitatis.

V Quę. 15. Adam nõ est seductus sed mulier. Queritur vter plus peccauerit an Adam an Eua? ℂSolutio. Dicunt doctores ꝙ mulier non solum peccauit: sed etiam virum peccare fecit. Cui solutioni sic obiicitur.

obiectio. Adam est seduct⁹: quia nõ credidit verum esse quod hostis persuasit: mulier vero est seducta credens verum esse quod serpens dicebat: & sic cõsequens est ꝙ ille scienter, & illa per ignorantiam peccauit. sed grauius est scienter peccare q̃ per ignorantiam: vnde consequens est ꝙ plus peccauerit vir q̃ mulier. ℂSolutio. Ignorantia illa non habuit excusationem, quia

ex culpa pcessit: dubitando em respon
Gen.3. dit dicens, Ne forte moriamur. Vir au
tē cogitauit de dei misericordia & pœ
X nitentia: & ideo minus peccauit.

Quæ.16. QVęritur quomō verum sit φ vir non est seductus? Nōne credidit cōmissum esse veniale, quod erat mortale? Ergo & ipse aliquo modo est deceptus. ¶Solutio. non est seductus prior, & in eo in quo mulier, vt dicit authoritas.
obiectio ¶Sed nunqd non est seductus si prior non est seductus: & in eo in quo mulier? Si enim quis non est vulneratus in capite, ergo non est vulneratus? Nūquid ad negationem determinatā,
Y sequit̄ simplex negatio? ¶Solutio. doctores noui testamenti quandoqꝫ dicūt aliquid non fuisse, qđ scriptura veteris testamēti nō dicit fuisse. Vnde qa scriptura geneseos loquens de seductione mulieris: nihil dicit de aliqua seductione viri: ideo Apostolus dicit, Adā non est seductus, sed mulier. Iuxta eundem modū loquendi: alibi idē Apostolus φ
1.Tim.2. Melchisedech non habuit principium neqꝫ finē, non patrem non prolem asserit: cū tamē in veritate principium & finē, & patrē, & forsitā prolē habuerit. sed quia scriptura sic īducit eū: vt nec de eius genealogia, nec natiuitate, nec morte aliquid dixerit: ideo Apostolus asserit omnia prędicta non habuisse. Et Ambrosius dicit φ vir cum prima muliere benedicitur & nō cū secunda: quasi diceret: in sacra scriptura legimus benedictionem viri cum prima muliere: sed non legimus vbi de⁹ benedicat vi-
Z rum cum secunda.

Quæ.17. SAluabitur aūt mulier per filiorum generationē. Si generatio filiorū saluet, quid faciet continēs vel virgo? nūquid non saluabitur quia non habet filios? qđ est qđ alibi ait Apostolus, Beatior aūt erit siue vidua siue virgo si sic permanserit? ¶Solutio. non ponit causam salutis in filiorū generatione: sed potius in fide & dilectione. vnde subiūgit Si permāserint in fide & dilectione. Et est sensus. & si mulier fuerit causa peccati, tamen saluabitur nō solū continens vel virgo, sed etiam nupta: etsi nunq̄ a filiorū generatione cessans, sed per filiorū generationē incedēs ab hoc mundo exierit: si tamē permāserint in fide & dilectione. Vel ad augmentū salutis valebit ei, si filii eius per doctrinā & industriā ipsius permanserint in fide & dilectione. Vel mystice potius intelligitur. Mulier typus est carnis, quę alibi signatur per turturem. Adam est figura rationis, quæ per passerē figurat̄. Filii sunt bona opera: quę p pullos turturis intelliguntur, q in nido catholicę fidei tantū viuunt: extra non vigēt, immo conculcantur: qa bona opera nō prosunt paganis, iudęis, hęreticis, schismaticis. Vnde dicit hic, Si permanserint in fide & dilectiōe scilicet filii mulieris, pulli turturis, bona opera.

SI quis desiderat episcopatū. bonū opus desiderat &c. Sed iste ambitiosius desiderat episcopatum, nunquid potest inferri, ergo desiderat bonū opus? ¶Solutio. Episcopatus est intentio sup suam & aliorū vitam, & sic nomen est operis: qđ desiderat bonus, qui intermissa, sed nō relicta Rachele decora facie, cum Iacob intrat ad Liam oculis lippam, propter filiorū fœcunditatem: De monte cōtemplationis cum Moyse descendit ad campos actionis. Non enim sic debet quisq̄ esse ociosus: vt in eodem ocio non cogitet vtilitatē proximi: Nec sic actuosus vt contemplationē dei non requirat. Episcopatus etiā nomē est dignitatis: quā desiderat omnis ambitiosus, q vult potius prę esse q̄ prodesse. A 1.Tim.3. Quę.18.

VNius vxoris virum &c. Quæritur an monogam⁹ debeat dici & possit ordinari, qui ante baptismū habuit vxorē: & ea dimissa renatus est in Christo, & post fidelem duxit. ¶Solutio. Dicit Hieronymus φ talis non est bigamus, & φ potest ordinari: cui iam nouo nec stupra nec alia imputantur. Sed Aug. dicit φ monogamus non est, nec debet ordinari: licet ei nō obsit qđ pri⁹ fecerat: ppter mysterium quod in ordinādis seruari debet: quod in prędicto non potest seruari. B Quę.19.

SEd nunquid Hiero. & Aug. in solutione prędictę quæstionis contraria sentiunt? ¶Solutio. Hieronymus dicit C Quę.20.

ꝙ talis monogamus est quantũ ad meritum,nec est peccatũ si ordinetur. Augustinus vero dicit ꝙ monogamus non est quantũ ad vim sacramenti,nec potest ordinari vbi sacramentum monogamię seruetur.nec exigitur vt in quolibet ordinãdo seruetur,alioquin virgo non possit ordinari cum non sit vnius vxoris vir. Ecclesia est conuocatio multorum ad vnius dei cultum.

D Quę.21. Magnũ pietatis sacramẽtũ &c. Quęritur quid hic dicatur sacramẽtũ. Quandoq; eñ sacramentũ dicit rei sacrę signum:vt sacramentum baptismi, & altaris:quãdoq; dicit aliquid occultũ & secretum siue mysterium. ℂSolu. Sacramẽtum vocatur Christus secundũ deitatẽ occultus,qui causa est totius religiõis & veræ culturæ. Quis eñ vnq̃ fuit pius & deuotus in fide,nisi sacramenti huius prius percepta cognitione?

E Quę.22. Quod manifestatũ est in carne.&c. Quæritur de qua manifestatione hic agatur. ℂSolut. De illa quæ facta est pdicatione,virtutibus & signis in carne assumpta ostensis.

F Quæ.23. Iustificatũ in spiritu. Nõne sermo pręcessit de verbo dei? hoc aũt non est iustificatum,sed potius ab ęterno iustũ natũ. ℂSol. Cũ sermo fit de Christo,diligenter intuendũ est qd dicatur & scdm qd. hoc ergo,iustificatũ ĩ spũ,intelligit Christus secundũ assumptum hominẽ:secũdũ quem ĩmunis est ab omni peccato,oĩmodam habens iustitiam. *supra 310*

G Quæstio 24. Vtrũ angeli pficiãt in scia. Apparuit angelis. Hic habemus authoritatẽ ꝙ angeli pficiunt in sciẽtia,per ea quæ fiunt in ecclesia.qd iam superius super locũ, Vt multiformis sapiẽtia innotescat &c.diligẽter prosecuti sumus: & expositor idẽ testat in hoc loco.

H 1.Timõ.4. Quę.25. Nihil reiiciendũ qd cũ gratiarum actione percipit. Quærit an hoc sit cõtrariũ legali doctrinæ,quæ discernit quosdã cibos dicens alios mundos alios immundos? ℂSo. In lege quędã aĩaliũ dicta sunt immũda nõ natura, sed significatione. vt si de porco & agno requiratur:vtrunq; mundum in natura: quia omnis creatura bona est:in significatione tamen agnus mundus est:porcus immundus.

I Quæst.26. Pietas ad omnia vtilis est,promissionẽ habens vitæ q̃ nunc est &c. Quęritur quid vocet pmissionem psentis vitæ:nam de pmissione futuræ cõstat. ℂSolu. Temporalium sufficientiam, & spũalium abundantiam. Vtrũq; eñ deus promittit cultoribus suis. Sufficientia tẽporaliũ promittitur vbi dicit, Primũ quęrite regnũ dei,& hæc oĩa adiiciẽtur vobis. (Matt.6.) Abundantia spũalium vbi scriptum est, Quicũq; hæc vel illa reliquerit propter me cẽtuplũ accipiet. (Matt.19.) i. in pñti spũaliũ bonorum iocunditas temporalium bonorũ affluentiam tm̃ excedit,quantũ centenarius vnitatem superat.

K Quæst.27. Quæ data est tibi per pphetiã &c. Quæritur quid vocet prophetiã? ℂSo. Prophetiam vocat electionem sanctorũ,qui elegerunt eum in pontificem. Vel potius spũs sancti inspirationẽ, per quam cognouit apl's ipsum esse dignum episcopatu.

L Quęst.28. Cum impositiõe manũ. Quid ea est? ℂSo. Impositionẽ manuũ vocat verba mystica quibus confirmat ad hoc opus electus,authoritatem accipiens conscientia sua teste,vt audeat vice domini sacrificia offerre.

M 1.Timo.5. Quęsti.29. Dignus est operarius mercede sua &c. Quæritur an id qd a plebe datur pdicatori sit debita merces & condigna:& an peccet si pro ea prędicat,& an qui hoc facit vendat euangelium. ℂSol. Quis audeat dicere non esse mercedem quod ipsa veritas vocat mercedẽ? Non tñ pro tali mercede debet prædicare:sed vt æternã mercedẽ accipiat a dño. Necessitatis itaq; est accipere vñ viuitur,caritatis est præbere ĩmo debitum vt q accipiunt spiritalia ministrent carnalia. Prędicator debet accipere vt prædicet: nõ prædicare vt accipiat. *predicator debet accipere ut predicet et non predicare ut accipiat*

N Quæsti.30. Peccantes vero coram oĩbus argue. Huic videtur esse contrariũ qd dñs dicit in euãgelio. Si frater tuus peccauerit in te,corripe eũ ĩter te & ĩpm solum. (Matt.18.) Nũqd tã bonus discipulus discordat a tam bono magistro? ℂSol. Vtrũq; verũ est:& aliqñ illud qd dñs ait pprio ore.s.qñ tu solus sis faciendũ est:culpa eñ occulta secreto debet argui:vt Ioseph iustus fecit de Maria,solus suspicãs adulteriũ: alioqn

P

immortalis est deus solus mortem quod affert peccatum angeli vero et anime et sicut corporum sunt immortales solus tamen deus per naturam

si aliter feceris:eris ꝑditor,nõ corrector. Aliqñ etiam faciendũ est qđ Veritas dixit ore Pauli.s.quãdo palam peccat. Publica eñ offensa publica indiget satisfa-

O ctione.

Quæst.31 MOdico vino vtere. Quærit̃ quõ id consuluit.☾Solu.Speciale dat consiliũ vt semetipm̃ salubri regat doctrina: prudenter eñ vult deus seruiri sibi, non vt nimia abstinentia debiles fiãt, & post

P medicorum suffragia requirant sui.

1.Timo.6. Quæsti.32. EAngues circa quæstiones & pugnas verborũ &c. Quæstio erat an aliqs esset seru⁹,cũ oẽs ex eisdem patribus sint orti, & oẽs Christ⁹ redemerit.Itẽ pugnæ verborũ liberauerit:

Ioan.8. quia dñs dicit:Si filius vos liberauit, vere liberi estis.quæ & similia videt̃ dissentire a doctrina apostolica:quæ hortat̃ seruos subiectos esse dominis suis:& simili-

Luc.20. ter verbis domini dicẽtis : Reddite ergo quæ sũt Cæsaris Cæsari &c.☾Sic aũt soluenda est talis cõtrouersia verborũ.hoc, si filius vos liberauerit vere liberi estis, intelligẽdum est de spiritali libertate nõ de carnali.Paulus aũt loquitur de libertate & seruitute carnali,quam non tollit

Q spiritalis.

Quęsti.33. RAdix omniũ malorũ est cupiditas.

Eccli.10. Alibi dicit scriptura.Initiũ oĩs peccati est sꝑbia.hic aũt ꝙ auaritia vel cupiditas.Si.n.auaritia habetur species pro genere:quõ vtrũqꝫ verum est?si eñ superbia initiũ est omnis peccati,ergo cupiditatis:& si cupiditas radix est omniũ malorꝫ, ergo superbię:& sic idem causa est & effectus eiusdem.☾Solu. Cum dicitur ꝙ radix omniũ malorꝫ est cupiditas,vel oĩs peccati initiũ superbia,si gña singula intelligũtur falsum est,si aũt genera singulorum verum est.Nullũ eñ genus peccati est:qđ nõ quãdoqꝫ ex superbia:quãdoqꝫ ex cupiditate nascatur. Nã sunt aliqui q diuitias cupiũt:vt per eas ad culmen honoris pertingere valeant:sunt alii q ideo

R dignitatẽ appetunt vt ditiores fiant.

Quæ.34. SOlus potens.Nõne angeli potẽtes sũt vñ & virtutes & potestates vocãtur? ☾Solutio. Solus deus potens per naturam ex eo quod est: Angeli vero per gratiam ex eo quod acceperunt potentes sunt.

S

Quæ.35. QVi solus habet immortalitatẽ.&c Nõne animæ & angeli etiã per naturam sunt immortales?☾Sol. Solus de⁹ habet immortalitatem.i.immutabilitatẽ qa nec potuit nec potest nec poterit peccare.Hanc immortalitatem non habent nec angeli nec animæ sanctorum:licet.n. sint immortales per gratiã,tamen mutabiles per naturam vere esse creduntur.

T

Quę.36 Psal.33. QVi lucem habitat inaccessibilem. Propheta dicit.Accedite ad eũ,& illuminamini.nõne ipe deus est ipsa lux, quã dicitur ĩhabitare?quõ monemur accedere ad hanc lucẽ si ipsa est inaccessibilis?☾Solutio.Nemo ex se accedit ad eam sed cui datur dono eius.

V

Quę.37. QVem nemo hominũ vidit, nec videre potest.Nõne Abraham vidit deũ & Moyses & cæteri patres?Quõ ergo verũ ꝙ nemo deũ vidit vnq̃?Itẽ nõne & nos eius visionem speramus? Sed quõ si nemo põt eum videre?☾Solu. Deus in natura sua est inuisibilis oculo carnis.illæ vero visiones sanctis patribus in creatura subiecta exhibitæ sunt : vñ Moyses post figuras illas in quibus deus videba-

Exod.33. tur ait:Dñe,ostende mihi faciem tuam. In futuro aũt videbit̃ deus a mundo corde,& nunc videtur a sanctis angelis.

X

Quæ.38 DEuitans prophanas vocũ nouitates &c.Quæritur an oẽs vocũ nouitates sint vitandæ.☾Solut.Non,qa nõ omnes sunt ꝓphanę:vt hoc ipsum nomẽ christianum,homousion,mandatũ nouũ, & testamẽtũ nouũ,& canticũ nouũ:nouitates vocant non ꝓphanas sed sacras &

Hypostasis. religioni congruentes.Hypostasis autem tempore hæreticorum notabat prophanam nouitatem:quo nomĩe hæretici vtebantur , nunc in significatione personæ, nunc in significatione substãtiæ,ad deceptionẽ simpliciũ:vt si concederẽt trinitatẽ esse hypostasim vnã,inferrẽt: ergo sũt vna persona.sin autem dicerent Patrem, filium,& spiritũ sanctum esse tres hypostases:concluderent,ergo sunt tres substantiæ.Nunc autem hoc vocabulũ non notat prophanam nouitatem,quia redactum est ad significationem personę. Vñ cõcedimus modo simpliciter trinitatem esse tres hypostases & non vnam : qđ nõ erat concedendum sine determinatione

olim quando adhuc retinebat multiplicem significationem. Z

Quæ.39. ET oppositiones falsi nominis scientiæ &c. Quæritur quid vocet apostolus sciẽtiam falsi nominis. Nũqd logicam? sed si hoc est, quõ Augustin⁹ vocat dialecticã scientiam scientiarũ: quæ non solum facit scientem, sed etiã demõstrat scientem? ¶Solutio. Vt arbitror scientiã falsi nominis vocat artẽ sophisticam: cuius oppositiones deuitãdę sunt a piis & mansuetis: quia non valẽt nisi ad subuersionem simplicium.

¶Finiuntur quæstiones. M. Hugonis de sancto Victore super epistolã ad Timotheũ primã.

¶Incipiunt quæstiones eiusdem super epistolã ad Timotheum secundam.

A 2.Tim.1. PAulus Apl's &c. Iam a mundo transitur⁹ hanc secũdã epistolã scribit a Roma de carcere, Timotheo ĩfirmitatib⁹ & aduersitatibus fatigato: vt cõstanter laboret in dei gratia sibi credita, exhortans eũ ad martyriũ multis modis, & vt perseueret in officio rectę prædicationis & sancta operatione: & pdicẽs quid futurum sit in nouissimis temporibus & de suo obitu. Intẽtio &c. Et est intentio Apostoli in hac epistola exhortari Timotheũ ad sui officii diligentem executionem & ad palmã martyrii, & quædã adhuc addit de episcopali officio. Modus talis. primo salutat, deinde gratias agit de bono qđ habet, vbi suum videndi eũ desideriũ ostendit. postea monet ad prędicandum, & ad patientiam martyrii suo exẽplo & aliis modis. inde dicit quales futuri sint in nouissimis diebus: tandem de tempore resolutionis suæ instanti.

B Questi.1. NOn dedit nobis deus spiritũ timoris. Quærit de quo timore hoc dicatur. ¶So. De timore quẽ expellit amor dei.

C Quę.2. QVæ data est nobis ante tẽpora sæcularia &c. quomodo aliquid nobis nondum exestentibus potuit dari? ¶Solut. Data est, id est præuisa dari. vñ non dicit simpliciter data est: sed addidit in Christo Iesu.

D Quęst.3. ITem quæritur cur non dicat simpliciter ante tempora sed addit, sæcularia. Nõne oĩa tẽpora sunt sæcularia? ad quorum ergo differentiam dicit sæcularia? ¶Solu. Dicunt quidã angelos creatos eẽ ante mũdi creationem, & spatia illa quæ erant a creatione angelorũ, vsq; ad creationẽ mũdi vocat apl's alibi tẽpora ęterna, ad quorũ differentiam dicit hic tẽpora sæcularia. Obiectio. ¶Sed dicet aliquis, nõne tẽpus notat mutabilitatẽ & æternitas immutabilitatẽ? Quõ ergo possũt aliqua tẽpora esse ęterna? quõ simul eẽ mutabilia & immutabilia? ¶Solu. Sic pdicti doctores hoc intelligũt. In illis spatiis quæ dicuntur tempora æterna erat successio, & nulla decessio: & sic quædã immutabilitas, & scđm hoc quędã ęternitas. ¶Huic sententiæ videť Hieronymus cõsonare. Fere aũt oẽs doctores dicunt creatos angelos non ante, sed cũ mundo. sed qđ fm illos per tempora æterna debeat intelligi, videat & inquirat q eorum opinionẽ sectatur. Mihi autem priorũ sententią videtur potior salua reuerentia secretorũ: hoc dico nihil temere asserendo.

E 2.Timo.2. Quęst.4. NEmo militãs deo implicat se negociis sęcularibus &c. Nõne viri actiui deo militãt, & tamẽ implicati sunt sæcularib⁹ negociis? quomodo ergo dicit apl's: nemo militãs deo &c. ¶Solu. Negocia vocat sæcularia cũ animus occupatur cura colligendę pecunię: qđ nemo potest simul facere & deo militare. Viri autem actiui non ad hoc exterioribus vacãt: vt pecuniam colligãt: sed ad hoc tm̃ vt sibi & aliis necessaria prouideant.

F Quæst.5. EX semine Dauid secundum euãgeliũ meũ in quo laboro vsq; ad vincula. Quærit de qua trib u erant Christ⁹ & Maria. Sed ex hoc loco nota Christũ ex dauid natum: sicut in principio ait, ex semine Dauid secundũ carnẽ. Et Gabriel archangelus de eodẽ. Lucæ.1. Dabit ei dñs deus sedem Dauid patris sui. Hæc dico propter eos qui nolunt matrem domini esse ex semine Dauid, qui de tribu Iuda erat:

ſed de tribu Leui tm̄ fuiſſe:& propter Ioſeph virū Mariæ qui erat de familia Dauid,Chriſtum dicunt dictum ex ſemine Dauid.& Origenes(vt dicitur) ſic ſenſit.Alii dicunt,qđ & nobis videtur, Mariam etiam de ſtirpe Dauid proceſſiſſe:& ita de ſtirpe Iuda,non ſolum de ſtirpe Leui.Nam duæ tribus regalis & ſacerdotalis permixtę erant,& ideo non eſt mirum virginem traxiſſe originē de vtraq; tāq̄ verum regem & ſacerdotem paritura.

[Virgo dei mater ex parte patris erat de tribu iuda et ex parte matris ex tribu levi vide infra 327]

G Noli verbis contendere.Inter ſeruos dei non debet eſſe cōtentio,ſed collatio & modeſta veritatis inquiſitio.

H Dicentes iā reſurrectionem factam.

Quæſti.6. Quærit̄ de qua reſurrectione hoc dicat apl's: an de illa quæ eſt mentium: an de illa quę eſt corporū?Nam ſi de illa quæ eſt mentium quæ fit in baptiſmate hoc dicatur:quomodo illi qui hanc dixerunt iam factam eſſe ſubuerterūt quorūdam fidem,cum hoc ſit verum & credendum?Item ſi de reſurrectione corporum hoc dicebāt: quomodo per hoc aliquorū fidem ſubuertebant,cum cōſtet omnib⁹ hoc falſum eſſe? ℭSol.Pōt hoc de vtraq; reſurrectione intelligi:per hoc em̄ ꝙ dicebant iam reſurrectionem mentiū factā eſſe,nec aliam corporum futurā eſſe, decipiebant.ſ.quia ſubdole reſurrectionem corporum negabāt.Vel etiam in hoc fidem ſubuertebant:ꝙ dicebāt reſurrectionem corporum factam eſſe:inde ſumētes occaſionem erroris ſui:ꝙ ſcriptum eſt in

Matt.27. euangelio.Multa corpora ſanctorū ſurrexerunt, & apparuerūt in ſancta ciuitate: negantes generalem reſurrectionem quā expectamus futuram.

I

Queſt.7. IN magna domo ſunt non ſolum vaſa aurea & argentea &c.Quęrit̄ quos intelligit per vaſa aurea & argētea:& quos per vaſa lignea & fictilia?ℭSol. Per vaſa aurea & argentea intelligit prædeſtinatos:per vaſa lignea & fictilia reprobos. Vel per vaſa aurea intelligunt̄ boni ſiue ſint prædeſtinati ſiue nō:per vaſa lignea & fictilia mali,ſiue ſint ad vitam præſciti ſiue reprobi.Et ſic ſecundum hanc ſententiam de vtriſq; quædam ſunt ad honorem,quædam ad contumeliam. Secundum vero priorē ad honorē tm̄ ſunt vaſa aurea & argentea:ad contumeliam vero lignea & fictilia.

Stultas q̄ſtiones & ſine diſciplina deuita &c.Hic innuit non oēs quæſtiones vitandas eſſe:ſed illas tm̄ in q̄bus nullus eſt fructus. K

ℭHabentes ſpeciem pietatis: virtutē ei⁹ negātes.Tales multi ſunt in hoc tēpore quales hic deſcribit apl's:q ſe,nō deū diligunt,habentes nomē & habitum ſanctitatis:cū intus ſint pleni oīm immūditiarū.Virtutē pietatis vocat caritatem de qua ſcriptum eſt,Fortis eſt vt mors dilectio.hāc neceſſario p̄cedit mūdi cōtēpt⁹. L Canti.8. M

Omnes q volūt pie viuere ī Chriſto perſecutionē patiunt̄. Nōne eccl'ia habet tp̄s pacis, in q̄ multi pie viuūt,nec tm̄ perſecutionē patiunt̄? ℭSol.Sancti pluribus modis patiūt̄,vt in corde & corpe.Nūc a diabolo,nūc a malis hoīb⁹:nūc a cōcupiſcētiis ſuis : qb⁹ ēt eſt pſecutio infirmorū cōuerſatio. Hi.n. dicūt cū aplo. Quis infirmat̄ & ego non infirmor?quis ſcādalizat̄ & ego nō vror? Non ſunt itaq; ſine perſecutiōe pie viuētes in Chriſto,etiam tempore pacis. 2.Tim.3. Quæ.8. 2.Cor.11.

Curſum cōſummaui &c. Nonne ad curſus cōſummationē adhuc reſtabat acrior & crudelior inimicus.ſ.Neronis gladius?Quō ergo verum erat Paulū cōſummaſſe curſum an̄ paſſionis triūphum?ℭSolu.Hoc dicit nō re plena ſed ſpe certa.Qui em̄ fecit eū victorē in certamīe,iā certū & ſecurū p reuelationē eū reddiderat de cōſūmatiōe. N 2.Tim.4. Queſt.9.

ℭFiniuntur quæſtiones.M.Hugonis de ſancto Victore ſuper epiſtolā ad Timotheū ſecūdā.

ℭIncipiunt quæſtiones eiuſdem ſuper epiſtolā ad Titum.

Paul⁹ſeruus dei &c.Hāc epiſtolam ſcribit Tito relicto Cretæ epiſcopo, ex hūilitate & ſimplicitate nimis patienti a Nicopoli,de Epiſcopali officio O Titū.1.

imperiose & potestatiue tractando, pscripta ei sua authoritate vtili. Debet.n. põtifex habere maternã pietatẽ & paternã seueritatem: vt sit fortis superbis, & suauis modestis: nec habens timoris angulũ nec elationis superciliũ. Vrat & luceat: vnde in veste legalis pontificis erat coccus bis tinctus qui habet speciem ignis. Ignis autem duo facit, vrit & lucet. ita & põtifex gladio prædicatiõis scilicet ignito eloquio vrere debet mordaci increpatione & metuenti comminatione: & lucere blandis, fouendo & delectabilia promittendo. Ideoq; de manna dicitur q in durabatur ad ignẽ & liquescebat ad solem. Et baculus pontificalis ab inferiori pungit: & in summo ad anteriora extendit in se rediens. quia ecclesiastic[9] doctor gladio verbi pũgere d3: id est aspere arguere peccantes, qđ est ex ĩferiori natura: & correctos in anteriora dirigere, ita tñ vt ad propriam conscientiam sui consideratione redeat, si forte in se habeat qđ aliis improperando annũciat. Forma itaq; baculi hoc figurat q pontifex rebelles pungere, & mites ad se trahere debeat: vnde quidam ait: Curua trahit mites pars, pũgit acuta rebelles. Est ergo ĩtẽtio apostoli in hac epl'a instruere Titũ de episcopali officio, atq; monere vt id imperiose tractet & hereticos vitet. Mod[9] talis. Primo salutat, deĩde ĩstruit eũ de episcopali officio doces eũ quid agere debeat, & q̃les episcopos per ciuitates cõstituere. Deĩde q̃liter diuersos vel sexu vel ætate vel cõditione ĩstruere debeat. Postea monet eũ de vitãdis hereticis. P

Que.1. QVam pmisit ante tẽpora sæcularia &c. Querit quõ vitã æternam pmisit deus ante oĩa tẽpora, cum nondũ essent homines qbus promitteret? Solut. promisit id est in seipso æterno immutabiliter proposuit, vt in tẽpore vitam ęternam iis quos iam prædestinauit, daret. Q

Que.2. SIne crimine &c. Non ait sine peccato: quia vt dicit authoritas, null[9] quantũcũq; pie viuat, etsi dignus nomine iusti sit, est sine peccato. Sed dicet aliqs: nõne in baptismate & per veram pœnitentiã fit plenaria oĩm peccatoꝶ remissio? Qđ si est, imo qa ita est: cõstat q iste baptizatus & vere pœnitẽs est absq; pctõ. quõ ergo verũ est, null[9] est sine peccato? ℭSolutio. cũ dicit nullus est sine pctõ, sic ĩtelligit: null[9] quãtũcũq; sit bon[9] potest transigere hanc vitã sine pctõ. põt tñ viuere sine crimine. i. graujori pctõ & querela. i. pctõ tali qđ est dignũ accusatione & dãnatiõe, vt adulteriũ, homicidiũ, furtum, & similia. R

Quæst.3. CRetenses semper mẽdaces &c. Queritur cur apl'S doctrinę suę cui inest diuina authoritas interseruit verba gentilis & ĩfidelis authoris. & loquẽs Atheniensibus ait, in ipso viuimus mouemur & sumus: & alibi ait: Inueni aram in qua scriptum est, Ignoto deo: quæ de scripturis ethnicorum sumpta esse certum est. ℭSolutio. Licet diuĩæ authoritati, vnde voluerit, assumere testimoniũ veritatis qđ necessarium esse iudicauit. Nõ eĩm ppterea oĩa alia quæ ibi sunt approbat & vera esse iudicat. In cuius rei figura hebręi spoliauerunt Ægyptios auro & argento, & aliis quæ erant necessaria ad diuinum cultum. Et in lege præceptum est iudæis vt si mancipium gentile emerẽt, eius pili raderentur, & vnguiũ incrementa abscinderentur: deinde ad vsus domesticos assumeret. Sic vanis & superfluis gentilium superstitionibus abrasis & decisis: qđ purum repertum fuerit assumendum est ad ministerium domus dei. Notandum est q diuini authores hmõi testimonia ponunt in alia significatione, q̃ sint posita a suo authore: vt illud, Expedit vt vnus homo moriatur pro populo Ioan.11. † q̃ tota gens pereat: aliter intellexit Caiphas, aliter euangelista. ille enim cui[9] potẽtia & virtute locuta voce hominis est asina velut organo: vsus est Caipha in pdictorum verborum prolatione. † & non S

Quest.4. COnfitentur se nosse deum: factis autem negant. Nota q quidam confitentur deum verbis tm̃: alii etiam factis: quidam deum tm̃ factis negant, quidam & verbis & factis. qui deum verbis & factis confitentur, boni sunt: qui autem negãt & verbis & factis infideles sunt. Qui autem verbis confitentur & factis negãt an dicendi sunt confitentes, an negantes simpliciter? ℭSolutio. Audi. A fructibus Matth.7. eorum cognoscetis eos: non ait a verbis. Omnes itaq; mali deum factis negant:

ita dicit ag. q sine crimine bene bibitur qui autem dixerit se sine pecato esse ipse se seducit

Supra fo. 245

ꝙ initio non ita stricte accipiatur tempor
ꝙ ob eius mediatum sit deus

omnes antichristi sunt qui Christum negant vita. Antichristus nondum venit: & tamen iam multi antichristi sunt in mundo.

Tit.3. Quæst.5. T HÆreticũ hominẽ post vnã & secũdã correptionẽ deuita &c. Hęreticũ vocat q̃ p legẽ, legẽ ĩpugnat Sed quare talis est vitãdus. Nonne meli⁹ esset, cũ eo sæpe cõferre & ab errore eum ad veritatẽ reuocare? ¶Sol. ex quo incorrigibilis est, melius est eum deuitare. quia si sæpius corriperetur, exercitatio esset ad malum.

Quęst.6. V CVm sit proprio iudicio condẽnatus ¶Quęritur quõ iste talis ꝓprio iudicio sit condẽnatus: nã credit verũ esse qđ dicit, & sic nõ iudicat se dãnatum. ¶Sol. de eo qui sciẽter peccat, qui errorẽ agnoscit & veritatẽ nouit, & tñ errorẽ laudat & veritatẽ vituperat, hic loqui videtur apostolus: & hic talis teste cõscientia dãnatus est vt liquet omnibus.

¶Finiuntur quæstiones. M. Hugonis de sancto Victore super epistolam ad Titum.

¶Incipiunt quæstiones eiusdẽ sup epistolam ad Philemonem.

X PAul⁹ vinct⁹ Christi Iesu &c. Hãc epistolam scribit Philemoni colossensi. q̃ nulla ecclesiasticæ ministrationis p̃dit⁹ erat dignitate: ꝫ vir laudabilis in plebe: cui fami res lite ras mittit pro Onesimo seruo suo qui cum dãno eius fugerat, sed ab apostolo audito euangelio baptisatus: cui & veniã precatur, & culpã deprecatur apostolus scribens ei a Roma de carcere. Et est intẽtio apostoli implorare veniã Onesimo apud Philemonem. Modus talis est. prius salutat eũ cum vxore & filio: deinde agit gratias deo de bonis eorũ cõmẽdans fidem & caritatem eorũ. postea Philemonẽ obsecrat cum ei imperare posset vt onesimo parcat & grãs deo agat quia talẽ illũ recepit vt nõ seruũ existimet sed dilectissimũ fratrẽ. Deinde dicit vt paret sibi hospitiũ sperãti ad ipsum venire.

Y Quęst. PHilemoni & appię & archippo &c. Quæritur quare in hac salutatione nõ seruet p̃sonaꝝ dignitatẽ. s. cur Archippũ q̃ erat ep̃s colossensis non p̃ponat sed supponat, & philemonẽ q̃ nulla dignitate ecclesiastica erat præditus p̃ponat. nũquid ideo quia iste pater & ille fili⁹ fuit? ¶Solutio. ideo laicum ordinato præponit quia de re familiari agitur.

Z Quæ. ITa te fr̃ fruar ĩ dñ̃o &c. Quid est frui? nõne alicui inhęrere ꝓpter se p̃ amorẽ? sed sic solo deo fruẽdũ est q̃a sol⁹ de⁹ propter se diligẽdus est. quõ ergo dicit apl's ad Philemonẽ, ita te frater fruar in dño. ¶Sol. Nõ dicit simpl'r ego te fr̃ fruar: sed addit in domino: per hoc innuens se finẽ dilectionis in domino posuisse. Vel frui dicitur vti cum quadam delectatione, & sic potest hic accipi.

¶Finiũt q̃stiões. M. Hugonis de sancto Victore super epistolam ad Philemonẽ.

¶Incipiunt quæstiones eiusdem sup epistolam ad Hebræos.

A Hebre. MVltiphariã &c. Paulus doctor egregius gẽtium apl's ministeriũ suũ volẽs honorificare, Iuxta qđ in epistola ad Romanos ait: Ro.11. quãdiu quidẽ apl's gẽtiũ sum, honorifico ministeriũ meũ, tentãs si quo modo ad ęmulandum ꝓuocẽ carnẽ meam. Ecclesiis hebræorũ hanc epistolam scribit agens de eminẽtia Christi secũdũ vtrãq; naturã, & legis Mosaicę inutilitate: astruens multis modis fidẽ Iesu Christi absq; legalibus sufficere ad iustitiam & salutẽ. Legalia vero post Christi passionẽ non modo non proficere, verũ etiam officere: quorũdam hebræorũ existimationẽ excludens, qui Christum confitentes legales obseruantias tenẽdas esse putabant: & in hũc errorem quosdam etiam qui de gentilitate venerãt ad Christum: sua authoritate induxerant. ideo ꝓuidens apostolus gẽtibus ne deinceps in hunc errorẽ hebræorum authoritate trahantur: iudæos quoq; ad ęmulandum ꝓuocãs, gratiam dei commẽdat per Christum verum pontificem hoc tempore fidelibus factã, legem ostendens reprobatã.

B ¶Intentio itaq; Apostoli in hac epistola est Christi eminentiam & fidei sufficientiam, necnon legis insufficientiam & inutilitatem ostendere. Modus tractandi talis est. Primo ꝓponit audiẽda esse verba Christi sicut prophetarum & ampli⁹ conferendo eum prophetis & præferendo: quia in eo locutus est deus vt in prophetis, & maior est eis. Deinde cõmendat eum alternatim scd̃m vtrãq; naturã, hũanam. s. & diuinã. postea cõparat eũ angelis & præfert, multa interserens de excellentia eius scd̃m vtrãq; naturam. Deĩde cõparat eum Moysi & præfert. Deinde multis rationibus & authoritatibus gratiam fidei, vmbræ legis præferendam declarat: & sacerdotiũ Christi sacerdotio leuitico: & testamentum nouũ veteri: eiusq; sacrificiũ vnũ multis illius sacrificiis præponendũ ostẽdit: quia ibi vmbra, hic veritas. Tãdẽ ponit fidei descriptionem: eam multis testimoniis commendãs. Circa finẽ vero moralẽ subdit instructionẽ.

Intentio &c.

C Quę.1.

IMprimis quæritur cur huic epistolæ sicut cæteris non præposuit nomẽ suũ suum qd̃ est Paulus: cur etiã nomẽ dignitatis tacuit quod est apl's? Solu. quia hebręis odiosus erat, quibus legis destructor videbatur: nomẽ suũ eis odiosum tacuit: ne præscripta noĩs inuidia sequẽtis excluderet vtilitatẽ lectionis. sciens quoq; eorũ superbiã: suãq; humilitatem demonstrans: sui ordinis dignitatẽ noluit anteferre nominãdo se aplm: sed meritũ sui officii tacẽs, superbis ipse humilis nõ se aplm nominauit ne superbi indignarẽtur. Sed dicet aliquis: nonne apl's scribit fidelib⁹ qui erãt Hierosolymis, quib⁹ nomen Pauli non erat odiosum: nec eius tanq̃ superbi dignitati inuidebãt. quõ ergo verũ est, ꝙ ideo nomẽ propriũ vel nomen dignitatis tacuit, quia hebræis erat odiosum, cũ his quibus scripsit nõ odiosus sed dilectus fuerit? ¶So. Inter eos qb⁹ tanq̃ egregius gratiæ prædicator multũ placuit: erãt quidã legis ęmulatores: q legem cum gratia tenendam esse putabãt & prædicabant: & his Pauli nomen fuit odiosum. Neminem eñ suæ falsæ opinioni ita cõtrariũ inuenerunt sicut Paulum vnde persequebantur eũ quãtũ poterãt.

D Obiectio

E ¶Notandum ꝙ fuerunt quidam dicentes hanc epistolam fuisse minime apostoli Pauli: quia eius nomen huic non præponitur sicut in omnibus aliis: & ideo ꝙ splendidiore atq; facundiore stilo q̃ aliæ resplendeat: sed aut Lucę aut Barnabæ, aut Clementis fuisse: quibus Hieronym⁹ sic respondet. Si ideo non est dicẽda Pauli, quia eius nomine nõ est inscripta, ergo nec alicuius illorum, immo nullius omnino: cũ nullius nomẽ habeat in titulo: qd̃ propter prędictam iam causam factũ est. Qꝫ aũt maiore refulget facundia q̃ aliæ non est mirandum cum naturale sit vnicuiq; in sua lingua plus valere q̃ aliena. cum ergo hãc solã lingua hebraica, alias vero gręca scripserit: quid mirum si maiore nitet facundia?

F Quęst.2.

DIebus istis. Quærit quos dies vocet. Sol. Tẽpus gratiæ vocat dies apostolus propter eminentẽ fidei doctrinã, & salutis cognitionẽ. vnde alibi. Ecce nunc dies salutis. 2.Cor.6.

G Quæst.3

QVem constituit hæredem vniuersorum &c. Quæritur scd̃m quam naturam Christ⁹ hic dicatur hęres vniuersorum. ¶Solu. Bene dici potest ꝙ ẜm naturam diuinã hic dicatur hæres. i. possessor & dñs vniuersorum. i. oĩs naturæ. Vel secundum humanitatem dicitur hęres vniuersorum. s. saluandorum, vel iudęorum & gẽtium. Hic est eñ hęres mũdi, semen illud in quo bñdicũt oẽs gẽtes ad quẽ loq̃tur pater dicẽs: Postula a me & dabo tibi gentes hęreditatẽ tuã. Psal.2.

H Quæsti.4.

PEr quem fecit & sęcula. Nõne deus pater fecit oĩa per filium visibilia & inuisibilia, mutabilia & immutabilia? Cur ergo apl's non dicit: per quẽ oĩa fecit: sed per quẽ fecit & scl'a? ¶Solutio. Hęc visibilia & mutabilia sunt magis nobis nota: & ideo in his dei potentiam amplius miramur q̃ in iis quę sunt ignota. & hęc est ratio quare scl'a poti⁹ noĩauit specialiter.

I Quęst.5.

QVi cum sit splendor gloriæ &c. Quęritur quare hac vtatur similitudine: & alibi alia? ¶Solutio. Apostolus volens ostendere ꝙ licet filius sit ex pr̃e, tñ illi est coæternus: vtitur proportionali rerũ tẽporaliũ similitudine dicens: qui cũ sit splendor glorię. quasi diceret: sicut splẽdor ignis licet sit ex igne, tñ igni est coęu⁹, & eẽt illi coętern⁹, si ille eẽt ętern⁹.

xpus secundum humanitatem et maior angelis et minor est diverso tamen modo mortalitate siquidem et passibilitate minor plenitudine autem gratie maior

nunq̃ enim ignis fuit sine splendore: sic filius licet sit ex patre, tñ illi est coæternus, quia nũq̃ pater fuit sine filio. Itẽ volens ostendere idẽtitatem naturę quã habet filius cum patre, aliarum rerũ vtitur proportionali siĩitudine vocans filiũ figuram substantiæ, qa vtrũq; in eisdem rebus non potuit demõstrare. In creaturis em̃ nil inuenitur quod habeat esse ex alio, & sit eiusdem naturæ vel substãtiæ, & qđ non pręcedatur ab eo. filius aũt sic habet esse ex patre, ꝙ illi est coæternus: sicut splẽdor igni coęuus: & est eiusdem essentię siue naturę cum patre. sicut homo generãs: & homo ex eo genitus. sicut enim homo nõ põt gignere nisi id qđ ipe est. i. quia homo hominẽ generat: sic de⁹ non aliud generat nisi qđ ipse est. i. deus deũ. Lector diligenter intuere hęc verba apl'i & expositionem sanctorum super eadem: & animaduertes quõ tã hæresis Sa-
K belliana q̃ Arriana destruit̃ hic mãifeste.

Questi. 6. POrtansq; omnia verbo virtutis suę. Quęritur quomodo dicatur omnia verbo portare deus, cũ ad proprietatem verbi non pertineat portare. Similiter an omnibus subsit & non potius p̃sit & sup sit, vt ea portare dicatur. ℭSol. Ideo verbo potius q̃ virtute dicitur oĩa portare: vt in portando. i. continendo & gubernãdo & conseruando nullum laborẽ vel difficultatẽ intelligatur sustinere: qui omni re est interior, quia omnia sunt in ipo: & omni re est superior, quia ipse super oĩa: & omni re antiquior, quia ipse est añ oĩa: & omni re est nouior, qa ipse post omnia
L id est post omnium initia.

Quæ. 7. SEdet ad dexteram &c. Dicit expositor ꝙ homo assumptus est sublimat⁹ vsq; ad patris æqualitatẽ, quę intelligitur per dexteram. ideo quęrit̃ an concedendũ sit, ꝙ homo assumptus sit æqualis patri. sed cũ fili⁹ dicat: pater maior me est: qđ itelligẽdum est scđm id quod est assumptũ: quõ idem est æquale p̃ri, cũ filius scđ; id sit minor p̃re? ℭSolut. Homo ille inquãtũ est homo: minor est patre, & non ęqualis: inquantũ vero homo assumptus est de⁹, filius dei non est minor patre: sed ęqual'. Vidẽdum itaq; est qd de quo dicatur & scđm qd, quotiẽs sermo occurrit de xpo. sunt tñ multi qui non cõcedunt ꝙ hõ as-

supra folio 266. et folio 315

sumptus sit deus, vt iã superi⁹ dictũ est. M

TAnto melior angelis effectus. Quęritur scđm quam naturã hic loquatur de Christo. ꝙ autem scđm diuinitatẽ melior sit angelis, nulla quęstio est: sed tamẽ melior non est angelis effectus, sed potius natus. Per hoc itaq; ꝙ effect⁹, cogimur hic intelligere de Christo secũdũ humanitatem. s. ꝙ melior sit angelis effectus. Sed huic videtur esse contrariũ qđ inuenitur in Psal. Minuisti eum ab angelis. quõ secundum eandem naturã potest esse melior & minor? ℭSolutio. Minorat⁹ est angelis carnis mortalitate & passiõe: & eisdem maior & melior est gratiæ plenitudine, de qua & ipsi angeli accipiunt. N Quæ. 8. Psal. 8.

Quę. 9. EGo hodie genui te &c. Quærit̃ de quo die loquatur. ℭSolu. Dicit augustinus ꝙ hoc potest intelligi de die illo quo Christus nat⁹ est secũdum carnẽ. diuinius tamen intelligi põt de æterna ipsius generatione. vnde dicit genui: ne noua ĩtelligatur: hodie. n. de præterita & sic innuitur esse ęterna: in qua nil est præteritum quasi esse desierit, nec futurum quasi nondum sit. O

Quę. 10 SEd iterũ potest quæri quomodo hoc de temporali Christi generatione valeat exponi: cũ deus pater Christũ nõ genuerit secũdũ humanam naturam? Sicut em̃ Christus non habet matrẽ secundum deitatẽ: sic nec patrem scđm hũanitatẽ. Cum ergo non sit eius pater secũdũ hãc naturã, quõ põt dici ꝙ eũ genuerit scđm eam? ℭSolu. Gignere non semp notat generationenem naturalẽ: sed quãdoq; gratuitã: vt ibi, Volũtarie genuit nos verbo veritatis. Quia ergo Christi gñatio temporalis, opus fuit totius trinitatis: nõ incõueniẽter potest dici ꝙ pater eũ genuerit etiã scđm humanitatẽ. Sed dicet aliquis. ergo Christus est filius gratię: & sic adoptiu⁹. ℭSo. Nõ ẽ verũ: p grãm gdẽ hõ ille fact⁹ est fili⁹ non grãæ sed naturæ. P Iacobi. 1. Obiectio

Quę. 11. ET rursũ dicit: ero illi ĩ patrẽ & ipse erit mihi ĩ filiũ &c. Quęrit̃ de hac authoritate quõ ad xpm ptineat, cũ nec p̃cedẽtia nec subsequẽtia illi⁹ loci, vñ hęc authoritas sũpta ẽ: hoc videat̃ pati. In libro. n. Regũ inducit̃ de⁹ p̃r ad Dauid loquẽs: Tu nõ ædificabis mihi domũ, quia vir sanguinũ es: s; fili⁹ tu⁹ q post te regna-

generatio non semper accipitur ... naturali sed aliquando gratuita unde xpus in quantum homo etiam est ... genitus ... et sicut ... filius gratie sed nature habet tamen per gratiam quod sit filius nature.

bit:qui si inique egerit corripiā eũ in vir
†verberibus. ga virorum & in† plagis filiorũ hominũ,
& ponā regnũ ei⁹ in sæculũ sęculi:& ero
illi ī patrē,& ipse erit mihi in filium &c.
Hæc oīa nec Salomoni nec Christo ada-
ptari possunt.¶Solut.In diuina scriptu-
ra sæpe in eadem serie quædam ponũtur
q̃ ad solā historiā referũtur:quędā ad so
lũ mysticũ sensum:quędā etiam q̃ vtroq;
modo accipi possunt.vt in prędictis:q̃dā
ad Salomonē:quædā ad Christũ referun
Quæ.12. tur.Itē cōtingit in multis aliis. Si qs em̄
historiam sequēs,cōsiderās præcedentia
& subsequētia,vbi scriptum est.Ecce vir
go cōcipiet & pariet filiũ:magis videbit
ei ꝙ hęc authoritas ad iuuēculam illam
Esaiæ q̃ ad virginē referatur: cũ ibi q̃dā
sint,quæ nullo mō matri nostri Emanue
lis possint cōuenire,quæ ad historiā solā
spectant.licet aliquis modus locutionis,
& proprietas relatiōis satis idicet ꝙ oīa
ad eādem personā referant.filius, inquit,
Q tuus q post te regnabit &c.¶Solu.Scien
dum est:tria gn̄a esse relationũ:alia est.n.
personalis,vt Saulus q & Paul⁹:alia gene
ralis & simplex,vt mulier q̃ dānauit sal-
uauit:alia vocalis,vt manus meæ q̃ vos
R fecerunt clauis cōfixę sunt.

Quę.13. Item quæritur secundũ quā naturam
pater dicat:Ero illi in patrem. Nā ſm
humanā non est pater:secundũ diuinam
ab æterno fuit pater.quō ergo dicit: ero
illi pater?¶Solu.Tũc res dicitur fieri,cũ
incipit cognosci:qa ergo per resurrectio-
nem omnibus fidelibus patuit:& in futu
ro etiā infidelib⁹patebit ꝙ ipse sit pater,
& ille filiusi,deo dicit,ero illi in patrem.
Vel sic.Ero illi id est homini assumpto ī
patrem,& ipse homo erit mihi in filium
S nō tñ ſm hũanitatē sed scd̄m diuinitatē.

Quę.14 Et cũ iterum introducit primogeni
tũ &c.Quęritur quō apl's aduentũ
Ioan.19. quē ipse dn̄s exitũ vocat dicēs,ex p̄re exi
ui & veni in mũdũ,vocet introitũ dicēs:
& iterũ cũ introducit.¶So. quātũ ad pa
trē q intus erat aduent⁹ dn̄i dicit exit⁹.
quātũ vero ad nos qui foris eramus dici-
T tur introitus.vel econuerso.

Quę.15 Et adorēt eũ oēs angeli dei &c. De
hoīe assũpto solet q̃ri vtrũ illa ado
ratione q̃ dicit latria sit adorādus:latria
em̄ soli deo & non creaturæ exhibet,sed
homo assumptus est creatura,& sic vide
tur ꝙ latria nō sit ei exhibenda.¶Sol.La *supra folio 252*
tria hoī illi exhibet nō quia hō, sed quia
deus.de hoc iam superius dictum est.Illa
aũt adoratio quæ hominibus vel ange-
lis exhibetur dulia vocatur. V

Qui facit angelos suos spirit⁹ &c. Quæsti.16.
Quæritur quō hoc faciat?¶Solu.
Spũs nomē est naturæ vt hō,angelus no
mē est officii vt miles:ideo de spiritibus
fiũt angeli sicut de hoīb⁹ fiũt milites:nō
de angelis fiunt spiritus,sicut nec de mi
litibus fiunt homines.

Et ministros suos flammā ignis &c. X
Quæritur quō flammā ignis.i.sera Quęst.17.
phin,faciat ministros suos:cum seraphin
semper assistant.quō ergo ministrare di-
cit ordo ille,si semper assistat?Nō.n.mini
strare dicunt:nisi ex eo ꝙ ministrāt.¶So
lu.Potest dici ꝙ seraphin imediate a deo *Seraphin ministrant et*
accipit qđ inferiori reuelat,q ad nos mit *quo modo*
titur.vñ & inferior noīe superioris cēset
cuius gerit officiũ,vel potius a quo acci-
pit officiũ.Vñ Esaias ait.Volauit ad me Esa.6.
vn⁹ de seraphin,& tetigit labia mea.Vel
pōt dici ꝙ cũ aliqua magna facienda vel
nunciāda sunt,tũc illi superiores mittũ-
tur,quorꝫ tñ officiũ nō est ministrare sed
potius assistere.¶Nota ꝙ nihil fit qđ nō Y
fiat vel deo iubente,vel deo permittente.
qbus verbis innuit ꝙ non oē qđ fit, op⁹
sit dei.qđ em̄ tm̄ permittit nō facit. hoc
dico ꝑpter eos q dicũt ꝙ qcquid est, ī eo
ꝙ est, a deo est.Si hoc est:nulla est præ-
dicta distinctio,ꝙ alia fiunt deo iubente
alia fiunt deo permittēte. Z

Propterea vnxit te &c.Dicit exposi- Quest.18.
tor,ad hoc vnctũ Christũ vt dilige-
ret iustitiā.Sed nōne ex quo fuit,iustitiā
dilexit,nec pri⁹ vnct⁹ q̃ dilectione plenus
fuit?quō ergo dicit ad hoc vnct⁹ vt dili
geret iustitiā?¶So.Per oleũ vnctionis in
telligit ipsa gr̄a & virt⁹:per diligere ipm̄
actũ de virtute ꝓcedētē insinuat.Causa-
liter ergo p̄cedit vnctio actum diligēdi,
& nō tp̄e.Vel aliā expositionē ꝓsequere. A

Proptea vnxit:id ē,ideo qa dilexisti Quæst.19.
iustitiā vnxit te. Sꝫ nōne ab ipā sua
cōceptiōe habuit plenitudinē vnctiōis?
quā ergo vnctionē q̃si ī p̄miũ accepit qa
dilexit iustitiā?¶So.ꝑ oleũ exultatiōis q̃
vnct⁹ est merito dilectiōis,ſm quosdam

B intelligitur stola maturę resurrectionis.
Quęsti. 20. Vnxit te deus,deus tuꝰ &c. Alter.i. prior,est casus vocatiuꝰ:quasi dice ret:o fili deus,deꝰtuus vnxit te.Sed quis deus habet deū:quis deus est vnctꝰ? ℭSo lu.Christus deus est:& deū habet,nō in- quantū est deus,sed inquantū est homo.
C & secundum id est vnctus.
Quę.21. IPsi peribunt &c.Quærit de quibꝰcœ- lis dicat ꝙ sint perituri.ℭSolu. de cœ lis aereis(vt dicit expositor)qui per dilu uiū perierunt,& igne perituri sunt. Vn̄ quæritur si iā per diluuiū perierūt, quo- modo iterū p ignē perituri sunt? Nōne si iā perierūt,esse desierūt:& si iā desierunt quō iterū igne peribūt? ℭSolu. Per dilu- uiū perierūt.i.in deterius mutati sunt:& iidē ipsi igne perituri sunt.i.in meliorem
D statū mutādi sunt.ℭDe terra aūt & cœ-
2.Pet.3. lis superioribus nō est q̄stio quin in me- lius sunt mutāda.vn̄ Petrus ait. Nouos cœlos & nouā terrā expectamꝰ.De aqua & aere dubitat̄ an in meliorē statum sint
Apoca.21. mutāda,sicut terra & cœlū:quia in Apo calypsi scriptū est.Et mare iam nō erat. Et hic de cœlis aereis scriptū est.Ipsi peri bunt.Vnde quibusdam videt̄ ꝙ aqua & aer illas proprietates ex qbꝰ hęc nomina eis cōueniunt amittēt,& cū ipsis etiā no mina perdent:nō tn̄ ex toto adnihilabūt̄ sed nec aqua,nec aer ampliꝰ vocabūt̄ pri uatis & adnihilatis his,vnde prius sic di
E cebantur.
Quęst.22. OMnes spūs administratorii sūt &c. Dictum est superiꝰ ꝙ superiorū nō est officiū ministrare. quō ergo oēs sunt administratorii? ℭSo.Pōt dici ꝙ oēs spūs nobis ministrāt,vel immediate,vt inferio res:vel aliis mediantibꝰ,vt superiores & medii.Vel per oēs,nō colligit nisi eos q sunt vltimi ordinis:q ꝑprie dicūt̄ angeli quorꝫ est specialiter officiū ministrare:&
F ideo soli proprie sunt administratorii.
Hebr. 2. Quęst.23. QVis est hō ꝙ memor es eiꝰ &c. Quæritur quō hoc exponendū. ℭSolut.Tribus modis exponit̄. Primo sic:ꝙ per hoīem intelligit̄ hō vetꝰ per filiū hoīs homo nouus intelligit̄.Se- cūdo sic vt per hoīem intelligat̄ quilibet bonus,per filiū hoīs christꝰ.Tertio sic vt per hominem & filium hominis idem in telligatur,scilicet Christus.

MInuisti eū paulominus ab angelis G &c.Superiꝰ dixit ꝙ melior effectꝰ Quę.24 est angelis:hic dicit ꝙ minoratus est eis: & nos qualiter vtrūꝗ sit verū diximus. hic aūt quæritur an simpliciter sit conce dendū ꝙ Christus minor sit angelis.Qđ sic quidā volunt ꝓbare.Christꝰ est oē qđ factus est:sed factꝰ minor,ergo minor est angelis.ℭSolu.Non est dicendum simpli citer ꝙ sit minor angelis:hoc autē paulo minus factus est minor,sic intelligit̄.i.ſm aliquid minoratus est,scilicet scđm car- nis infirmitatē,& passionē mortis, vt di- cit authoritas.nec cōsequēs ē ꝙ si minor est ſm aliqd,ꝙ ideo simpliciter sit minor. H
OMnia subiecisti sub pedibus eius. Psal.8. Omnia aliqn̄ vniuersitatē colligit Quæ.25. vt oēs angeli cœli iusti sūt. Aliqn̄ per de terminationē ī partē redigit̄: vt oīa mea tua sunt.hoc eīm dicit deus pater ad se- niorem filiū.i.ad iudaicū populū: ideo p omnia hic intelligere oportet,nō ea quæ deo scđm naturam cōueniūt:sed ea tm̄ q̄ sūt necessaria ad salutē. Aliqn̄ etiam oīa habet vim negationis:vt omnia quæ au diui a patre meo nota feci vobis.i.nulla nisi quæ audiui.Vnde potest quæri quō hic accipiatur cū dicitur oīa subiecisti. ℭSolu.dicunt quidā ꝙ in partem redigi tur:& per oīa tm̄ angelos & homines in telligunt.Sed si excellētiora subiecta sūt Christo,quō non minora? Cum Ambro- sius dicat ꝙ sicut a dei opere nihil excipi tur,ita nec a Christi potestate. Et Augu stinus ait.Nulla creatura erit non subie cta,cui primates angeli subiiciuntur.Et ipse Apl's ostendit nil esse exceptum:cū subiūgit.In eo eīm ꝙ oīa ei subiecit,nihil dimisit non subiectū ei.
I
NVnc aūt necdū videmus oīa subie Quę.26. cta ei,&c. Propheta ait, oīa subie- cisti ei.qđ exponens apostolus subiunxit nihil dimisit non subiectum ei.quomodo ergo dicit hic:necdum videmus omnia subiecta ei? ℭSolutio.Dauid vtitur præ terito pro futuro more suo ex certitudi- ne dicēs:Omnia subiecisti ei.Apostolꝰ in Psal.8. telligens superius ait orbem futurū sub- iectum ei : & hic ait, necdum videmus omnia subiecta ei.quasi diceret iā ex par- te prophetia impleta est,ex parte adhuc implenda.

Obiectio K ¶Sed dicet aliquis. nõne diuinæ dispensationi oĩa famulãtur, cuius volũtati nihil resistere põt? & sic iã velint nolint ei subiiciũtur vniuersa. Quõ ergo dicit Apl'us Necdũ videm⁹ oĩa subiecta ei? ¶Solutio. Subiectio alia est gñalis, alia specialis: Itẽ alia occulta, alia necessaria, alia voluntaria. Scdm generalẽ & occultã ac necessariã iam oĩa subiecta sunt deo: scdm volũtariã nondũ oĩa quæ subiiciẽtur subiecta sunt. Nõdũ oĩs lingua cælestiũ terrestriũ & infernorũ cõfitetur qa dñs Iesus est in gloria patris. Nondum oẽs inimici positi sunt scabellũ pedũ eius. Quod quidẽ totũ fiet in futuro. ideo dicit Apl'us, Nõdũ videmus oĩa subiecta ei. s. voluntarie vel L palam. ¶Nota ꝙ mẽte humana solus de⁹ maior est, nõ aliqs angelorũ. Possunt quidem angeli maiores dici q̃ hoĩes quãtum ad corpus & animũ corporis corruptiõe aggrauatum: sed non ad ipsam mẽtis puritatem in qua assumpta est a verbo.

M Quæstio 27. VT gratia dei ꝓ oĩbus gustaret mortẽ &c. Mors Christi nõ oĩbus profuit: quõ ergo pro oĩbus mortẽ gustauit? ¶Solutio. Vniuersitas hic redigiẽ in partem. s. ꝓ oĩb⁹ prędestinatis gustauit mortẽ. Vel ideo dr̃ ꝓ oĩbus gustasse mortẽ, qa quãtũ ĩ ipõ est oĩb⁹ sufficit mors Christi.

N Quęs. 28. DEcebat eũ ꝓpter quẽ oĩa & per quẽ oĩa &c. Quęriẽ quõ decuit deũ patrẽ, authorẽ salutis fideliũ per passionem mortis cõsummare. In quo cõsistit ista decẽtia, cũ poti⁹ videaẽ indecẽs ꝙ dñs glorię moriaẽ? ¶Solutio. Si Christ⁹ nõ moreretẽ: homo periret. qđ si eẽt, de⁹ ab vniuersitate nõ glorificaretur: & hoc esset indecens, cũ ꝓpter deũ glorificãdũ oĩa sint facta. Itẽ si Christus nõ moreretẽ, homo non saluaretẽ, & sic diuina prędestinatio nõ impleretur: & hoc esset inconueniẽs vt ipsa cassaretẽ. Nec indecẽs erat vt author salutis pro nobis moreretẽ, cũ sit proxim⁹ noster & frater: & deceat proximũ ꝓuidere vtilitati ꝓximoꝝ q̃tũ potest. vñ seqtur.

O Quęs. 29 PRopter quã causam nõ cõfunditur fratres eos vocare &c. Quæritur an ideo Christus dicatur frater noster qa nostrę naturę factus est particeps, formã serui accipiẽdo. Sed cum natura suscepta a deo, cõmunis sit bonis & malis, videtur ꝙ Christus nõ solũ sit frater fideliũ, sed etiã infideliũ. ¶Solutio. Nõ solũ ideo dr̃ Christus frater noster, qa ipse participat de natura nostra: sed etiã ideo qa nos de plenitudine gratię eius accepimus. Ad hoc ergo ꝙ aliquis dicatur frater Christi, oportet ꝙ ei coniunctus sit natura & gratia. P

Quęstio. 30. ET ipse. s. Christ⁹ siliter participauit eisdẽ. s. pueris vel carne & sanguĩe. Sed quęriẽ quõ Christ⁹ pueris participauerit? ¶Solutio. i. factus est puer cõstãs ex aĩa & carne: vt expositor dicit. Vel participauit carne & sanguĩe. i. fact⁹ est homo: & hoc similiter. i. passibilis & mortalis. Q

Quęstio. 31. VT destrueret eũ q mortis habebat imperiũ. Cũ mors sit pœna iuste illata a deo, & ita a deo esse nõ incõueniẽter dicatur: Quęriẽ quõ diabolus dicatur author mortis: Nõ. n. idẽ videẽ posse esse a deo & a diabolo. ¶Solu. Quia mors accidit ex pctõ qđ diabolus ꝑsuasit: ideo imperiũ mortis habet, vel habere dr̃: qa causa mortis fuit, ideo author appellatus est: vnde dr̃ ꝙ de⁹ mortẽ nõ fecit. i. causa ei⁹ nõ habet esse ex deo. ¶Nota ꝙ hęc est iustitia qua redempti sum⁹. Quia eñ fudit diabol⁹ sanguinẽ nõ debitoris, iussus est reddere debitores: & qa fudit sanguinem innocentis in quo nihil inuenit, est iussus recedere a nocentibus, quos quodam iure videbatur possidere. R

Quęstio. 32. DIcit expositor ꝙ nisi homo esset q diabolũ vinceret, nõ iuste sed violẽter homo ei tolleretẽ. Sed nõne diabolus iniuriã deo fecerat, q seruũ pri⁹ fraudulẽter decepit, & post violẽter possedit? Quã ergo iniustitiã faceret deus si solo verbo potẽtię suę eriperet hoĩem de manu iniustissimi ĩuasoris? ¶Solutio. Oĩa opera dei iusta: sed in quibusdã etiam est manifesta potẽtia, & latet iustitia: in quibusdã etiã occulta latet potẽtia, & manifesta est iustitia. Si ergo Christ⁹ in liberatiõe nostra vtereẽ manifesta potẽtia & occulta iustitia, posset videri alicui minus discreto, ꝙ homo nõ iuste sed violẽter diabolo tolleretẽ. vt autẽ oĩs iniqtas oppilaret os suũ, vsus est dñs noster in nostri redemptione manifesta iustitia, & occulta potentia. S

Quęstio. 33. VT liberaret eos qui timore mortis &c. Quęriẽ cuius seruituti subditi erãt quos liberauit dñs? ¶Solu. Diabolus ante aduẽtũ Christi effectũ nequitię suæ

per mortẽ obtinuit:cuius timore deiicie-
bat quos nullo alio modo potuit deiice-
Iob.1. re.Nã ꝓ vita sua oĩa dabãt. Vñ in Iob le
giť:Pellẽ ꝓ pelle,oĩa q̃ habet hõ dabit pro
aĩa sua.Itaq; timore mortis victi cedebãt,
& tẽtationi succũbebãt,donec Christꝰ ve
nit,q moriẽdo & resurgẽdo timorẽ mor-
tis tulit de medio. Vñ sancti mortẽ irri-
dẽt & cupiũt dissolui, & esse cũ Christo.
Vel de timore pœnæ põt ĩtelligi,quo Iu-
dei sub lege seruiebãt,quos Christus eua
cuata lege per gratiã a legis onere & ser-
T uili timore liberauit.

Quest.34. NVnq̃ eñ angelos apphẽdit &c.Que
rit an deꝰ posset assũpsisse angelicã
naturã in vnitatẽ psonę sicut fecit huma
nã?℄Solu. Videť nobis ꝙ potuit sed no-
luit:in quo dignitas gñis nři ĩtelligiť:hoĩ
eñ q minꝰ accepat angelis in sua creatio
ne plus collatũ est in sua glorificatione p
gratiã.Nõ.n.natura hũana adorat supra
V se naturã angelicã,sed potius econuerso.

Quest.35. VNde debuit p oĩa fratribꝰ assimila-
ri.Nõne p solã gratiã assimilatꝰ est
fratribꝰ ĩ hoc ꝙ hõ natꝰ ẽ,ꝙ educatꝰ, pas
sus,mortuꝰ?quõ ergo dicit Apľus ꝙ hoc
debuit,cũ hoc nõ sit debitũ,sed donũ dei
gratuitũ?℄Solu.Nõ dicit simpľr debuit,
sed addidit vt misericors fieret:moriẽdo
enim non posset nobis misereri,nisi fieret
priꝰ passibilis & mortalis. Vel ideo dicit
debuit.i.decẽs fuit fratribꝰ assimilari.Per
hoc eñ ꝙ nostras infirmitates & mortem
pro nobis pertulit, nos ad humilitatẽ ꝓ-
X uocauit,& caritatem in nobis accendit.

Quest.37. IN eo.n.ĩ quo passus est ipse & tentatꝰ
potẽs est &c. Nõne ante passionẽ ĩmo
añ ĩcarnationẽ potẽs erat tẽtatis auxilia
ri?nõ eñ eiꝰpotẽtia p passionẽ est augmẽ
tata,qd est ergo:in eo ĩ quo passus.potẽs
est eis q tẽtanť auxiliari?℄So.Post passio
nẽ bñ nouit etiã p experimẽtũ q̃ sit ista tẽ
tatio & tribulatio patiẽtiũ. vñ cũ multa
alacritate ꝓtẽdit manũ ad cõpatiẽdũ:iõ
dř potẽs hęc facere & perfecte hæc nosse.
Scit.n.q sũt illi q ꝓ ipo patiunť:nouit qñ
& quõ quibꝰ manũ debet porrigere.Vn-
Psal.9. de Propheta.Factꝰ est dñs refugiũ paupi
Y in opportunitatibꝰ in tribulatione.

Heb.3. QVãto ampliorẽ honorẽ habet do
Quest.37. mus q fabricauit illã &c.Nonne
sępe ille q dispẽsat in domo maio
rẽ habet ĩ ea gloriã,q̃ ille q fabricauit eã?
quõ ergo dicit Apľs quãto ampliorẽ &c.
℄Solutio. Hoc intelligendũ est de domo
spũali:q̃si diceret Christꝰ tãq̃ dñs & crea
tor maior est Moyse seruo & ministro. Z

SCđm diẽ tẽtatiõis &c.Queriť a quibꝰ Quęs.38
fiat tẽtatio.℄Soľ.Tẽtat hõ vt sciat qđ
ignorat.ſm quã acceptionẽ tẽtatio est q̃-
dã aĩ blãda pręcurrẽs experiẽtia,ad aliqd
agnoscẽdũ qđ priꝰ ignorabať.Tẽtat deus
vt ꝓbet p afflictionẽ & tribulationẽ,vt ꝓ
batũ coronet. Tẽtat diabolus vt deiiciat
aliquẽ ĩ pctm̃:vnde dř,& ne nos inducas Matt.6.
in tẽtationẽ.i.ne sinas deiici in pctm̃.Ten
tat caro,cũ eius motus inordinatos senti
mus.Tentat mundus,cum nos per vani-
tatem ad amorem sui prouocat. A

PRopter qđ offẽsus fui &c.Alia trãs- Quęs.39
latio habet ꝓximus fui. quõ ergo si
offensus, fuit ꝓximus: & si ꝓximus, quõ
offensus? & si vtraq; lřa nõ põt stare,vtra
potiꝰ tenẽda?℄Soľ.Proximꝰ fuit adhibẽ-
do correctiõis flagella:qa ꝓximi est ꝓxi-
mũ corrigere.offensus fuit & iratꝰ qa per
flagella etiã noluerũt pœnitere. Vel bo-
nis q̃dragita annis in hoc põt ĩtelligi ira
tus:qa tãto tpe nõ eos ĩtroduxit in terrã
ꝓmissiõis.hãc tñ sentẽtiã nõ videť seq̃ns
lřa approbare.Malis vero in hoc põt ĩtel
ligi ꝓximus q̃draginta annis,quia tanto
tpe eos sustinuit nec ex toto deleuit. B

SI introibũt in requiẽ meã.Queriť qua Quę.40
figura id sit dictũ.℄Solu.Figura est q̃
dř aposiopesis.& est sensus:si hoc erit,qd-
libet impossibile erit,vľ nõ ampliꝰ credať
mihi ĩ aliquo.℄Nota q̃tuor esse sabbata,
siue requies. Prima requies est illa dei,de
qua scriptũ est in Genesi,Et reqeuit deus
die septimo.Scđa requies est terra ꝓmis-
siõis.Tertia,quies mẽtis.Quarta est ęter-
na. Prima & q̃rta dei:scđa & tertia hoĩs.
Prima,figura est quartę,secunda tertię. C

SIcut iuraui in ira mea &c. Queriť qd Quęs.41
hic voceť ira dei.cõstat.n.ꝙ talis pas-
sio nõ cadit in deũ.℄Soľ. Irã vocat dei i-
mobilẽ ęternę iustitię sentẽtiã,p figurã q̃
dř anthropopathos:q̃ fit quotiẽs ea q̃ de
hoĩbus dicta passionẽ significãt,deo figu
ratiue attribuũtur.Iurat ergo deꝰ in ira,
qñ firmiter statuit punire aliquẽ ꝓ pecca
ti obstinatione.℄Nota q̃tuor esse genera
symbolorũ.i.signorũ.i.eorũ quę figuratiue

dicūtur de deo. Alia.n.symbola sunt silia & sunt a reb9 corpalib9 sumpta, vt ignis, lux, sol, & alia hmōi. Alia silia & a reb9 in corporeis sumpta, vt ratio, ītellect9, spūs, & silia. Alia sunt dissilia & a reb9 corpeis sumpta, vt leo, vrsus, vermis, & eiusmodi. Alia sūt dissilia, & a reb9 incorpeis sūpta, vt ira, furor, dolor, pœnitentia, & similia.

D Quęst.42 VT nō obduret qs ex vobis fallacia pctī &c. Querit qd vocet fallaciam pctī. ¶Solu. Fallacia pctī est cū qs psumit de gra dei: & hac securus fiducia iacet in pctis. Vel qn pmittit qs q in futuro āno se corriget, vt in præsenti securi9 peccet. qd fit authore diabolo. ¶Potest etiā triplex fallacia hic notari: vt Prima sit quādo prauo motui consentimus. Secūda qn ad opus malū prorūpimus. Tertia, qn in peccatis consuetudine delectamur.

E Quęst.43 QVib9 aūt infensus est q̄dragīta annis &c. Queritur quō id intelligatur. ¶Sol. Quadragenari9 indicat integritatē annorū: ideo infensus dicit illis quadraginta annis, quia irascitur peccantib9 vsq in finem vitę suæ.

F Heb.4. Quęst.44 ET quidē opib9 ab īstitutiōe mūdi &c. Quærit vbi fiat mētio de illa requie æterna, q̄ significat p terrā pmissionis. nā de requie sabbati ibi agit. Gen.2. Et requieuit deus die septimo ab oī opere qd patrarat. De requie vero terræ palestinę ibi mētio videt fieri vbi dr: Si introibūt in requiē meā. ¶Sol. Vbi agit de requie sabbati vel de requie terrę palestinę sm lram, ibidē agit de vera requie anagogice, quę per illas duas significatur.

G Quęst.45 REquieuit de9 die septimo &c. Dicit scriptura q sex dieb9 deus fecit oīa opa sua, vt nihil nouū postea faceret. sed nōne quotidie creat nouas aīas? quō ergo nihil nouū facit? ¶Sol. Nihil facit de9 nisi de materia in pria cōditiōe facta, vt quęlibet corpea: vel ad silitudinē iā tūc factorū, vt spūs incorporeos. s. hūanas animas.

H Quęst.46 ITerū terminat diē quendā hodie &c. Quærit quō p hoc qd hic īducit Apls cogat Iudęos ad intelligendā requiē aliā ab illa q̄ erat terrę pmissionis, dicēdo, Hodie si vocē eius audieritis. &c. ¶Solu. Illi quibus scribebat fidē habebant, & Dauid prophetā esse credebāt: sm quod necesse erat aliū diem & aliā requiē itelligere ab illa terrę pmissiōis reqe ex prophetę verbis ibi positis: & sic pcedit pbatio Apli.

I Quęst.47. VIu9 est.n. sermo &c. Dicit expositor q filius dei videt quō ratio & sensualitas in suis differentiis cōueniūt. sed nōne in differētiis differunt? quō ergo in differētiis suis cōueniūt? Nūquid aliqua possunt in eodē cōuenire & differre? ¶Solu. Nō dicit q in differētiis quib9 rō differt a sensualitate vel ediuerso, hæc duo cōueniāt: sed q ratio differētias habet qbus ipa a seipsa distīguit, dū in deū īhiat de diuina vsia cogitās, vel inferi9 cęlestia cōsiderās, inuisibiliū spirituū naturas cōtemplat: vel in terra de mūdanis recte per tractādis agit. Silr & sensualitas differentias habet, qb9 a seipa diuidit, dū plus de dita infimis reb9 īterior est, vel ab illis reuocata dignior est. Videt itaq filius dei quō supior differētia sensualitatis cōsentiēdo cōuenit cū differētiis rōnis: vel inferior differentia rōnis pressa & captiua aliqn cōsentit inferiori differētię sensualitatis. ¶Nota q aīa ponit vel pro sensualitate vel p carnalib9 peccatis, vel p carnalib9 cogitationibus: sic & spiritus p rōne, vel p spiritualib9 peccatis, vel p bonis cogitationib9: Cū dicit q sermo dei pertingit vsq ad diuisionē aīæ & spūs. vnde triplicē expositionē inuenies in glossa, ppter triplicē animę & spiritus acceptionem. Anima. Spiritus.

K Quęst.48. TEntatū per oīa pro silitudine absq pctō. In eo q tentat9 est, scit cōpati. In eo q absq pctō, pōt liberare. Dicit expositor q īpossibile est hoī scire afflictorū afflictiōes, nisi eas expert9 fuerit. Sed nōne multi ex solo visu sciūt aliorū afflictiones, quas nusq̄ passi sunt: adeo etiā q eis cōpatiūtur? quō ergo verū est impossibile est hoī &c. ¶Solu. Nō expert9 non scit ita pfecte sicut ille q per experimentū nouit. quē modū cognoscēdi notat Apostolus dicens: Non habemus pontificem qui non possit compati, id est nouerit.

L Heb.5. Quęst.49. NEc qsq̄ sumit sibi honorē &c. Nōne multi maxīe in hoc tpe, seipsos ingerūt: & nō vocati etiā qnq p violētiā sumūt sibi honorē? quō ergo verū est: nec qsq̄ sumit sibi honorē. ¶Sol. Nemo pie & religiose agēs seipsum ingerit.

M Quęst.50. NEq Christ9 seipm glorificauit &c. Cū hæc glorificatio patris de filio

M facta sit secũdum humanam naturam.

Questio.50 QVerit quõ hęc authoritas, Ego hodie genui te: quę scdm Augustinũ exponitur de ęterna gñatione, in hoc loco ab Aplo inducit. quõ pater dicẽs, Ego hodie genui te, testatur Christũ scdm ꝙ homo filiũ suũ esse, & mũdi redemptorẽ? ℂSolu. Hieronymus dicit ꝙ hęc authoritas de hũana Christi gñatione sic itelligitur: hodie.i. in tẽpore gratię & lucis genui te.i. incarnaui te: vel genui.i. ostendi te esse genitum. scdm quod bene inducitur hæc authoritas.

Infra q̄ ironia

N

Questio.51. SEcundũ ordinẽ Melchisedech &c. Dicit expositor ꝙ tẽporalis nõ fuit Melchisedech: sed nonne homo fuit tñ, & sic tẽporalis: qa oĩs homo est tẽporalis? ℂSolutio. Ideo dictũ est ꝙ nõ est tẽporalis: qa scriptura subticuit eiusdẽ initiũ & finẽ vitę, in figura Christi, q caret initio & fine. Vel potest dici sacerdos non temporalis propter eius sacerdotium quod manet in Christo inęternum.

O

Questio.52. EXauditus est pro sua reuerẽtia &c. Querit qd sit Christũ exauditũ esse pro sua reuerẽtia. Nõne Stephanus similiter exaudit⁹ ẽ ꝓ sua reuerẽtia, & cæteri sancti? Quid ergo magnũ de Christo si sit exauditus pro sua reuerẽtia? ℂSolu. Nõ est mirũ si quædã dicãtur de Christo cõmunia martyrib⁹, cũ quædã etiã cõia legalibus sacerdotib⁹ hic ponãtur. Potest tñ dici ꝙ Stephanus exaudit⁹ est pro reuerẽtia Christi potius q̃ pro sua: Christ⁹ eñ p se itrauit, alii p ipm: vnde & de ple-

Ioan.1. nitudine ei⁹ oẽs accepim⁹. & sic aliqd speciale dr̃ de Christo cũ legit, ꝙ exaudit⁹ est ꝓ reuerentia sua: quę in hoc notat ꝙ sine pctõ & sola caritate mortu⁹ & passus est.

P

Questio.53. DIdicit ex his q̃ passus est obœdientiã &c. Ea discim⁹ quę ignoramus: cũ igit Christus oĩa nouerat tanq̃ deus, quõ didicit qđ nõ ignorauit? ℂSol. Hæc questio iã satis superius est agitata. Dictũ est eñ ꝙ duplex est cognitio, vna cõprehensionis, altera experientiæ: illã quæ est comprehensionis ab æterno habuit, alterã vero didicit ex tempore.

Q

Quest.54. QVę sunt elemẽta exordii sermonũ dei &c. Queritur quę sit differẽtia inter hęc tria, elemẽta, exordiũ, sermonem dei. ℂSolu. Sermonẽ dei vocat doctrinã euãgelicã, exordiũ symbolũ & orationem dñicã: elemẽta sunt materia quã symbolũ continet, vt natiuitas, passio, & alii fidei articuli.

R

Quest.55. OMnis q lactis est particeps &c. Dicit expositor q nõ capit, verbũ caro factũ est: quõ capiet, in principio erat verbũ. Querit ergo quõ ad intelligẽdũ leui⁹ sit, verbũ caro factũ est, q̃ istud, in principio erat verbũ: cum istud de incarnatiõe verbi sit cõtra rationẽ humanã: illa vero altiora vt de ꝑsonarũ trinitate & vnitate essentię ratione inuestigẽtur, vt ex prophetis apparet? ℂSolu. Illa de incarnatiõe ideo leuiora dicta, quia visibiliter exhibita sunt: hæc vero difficiliora, qa paucorum solo intellectu comprehensa.

S

Quest.56. ITem querit quõ illi qbus loqtur Apls hic, indigebãt vt docerent quę sint elemẽta exordii sermonum dei. Nõne fideles erãt? quõ ignorabãt natiuitatẽ, passionẽ & alios articulos fidei: cũ sine his nemo fidelis est? ℂSolutio. Illi hęc sciebant sed non plene.

T

Heb.6.

Quest.57. QVapropter intermittẽtes sermonẽ &c. Cũ illis necessari⁹ esse videat sermo ichoatiõis, quõ dicit intermittẽtes inchoatiõis sermonẽ? ℂSo. Sẽsus est: nõ ſp imorari debetis i his q̃ ad ichoationẽ ptinẽt, sed ad pfectionẽ tẽdere.

V

Quest.58. NOn rursus iaciẽtes fundamẽtũ &c. Hoc videt cõtrariũ pdictis. Si.n. elemẽtorũ adhuc indigebãt doctrina: fundamẽtũ erat illis necessariũ. ℂSolu. Glossæ huic quæstioni sufficiunt exponẽtes qualiter nõ rursus debeat intelligi.

X

Quest.59. AB operib⁹ mortuis &c. Mortua opera vocat pctã mortalia, vl opa bona q̃ p malũ supueniẽs sunt mortificata. querit ergo quõ verũ sit ꝙ nullũ bonũ sit irremuneratũ, sicut nullũ malũ impunitũ. ℂSol. Talia bona ideo mortua dicunt qa nõ ꝓsunt ad vitã ęternã: & tñ in hoc remunerabũtur qa minus in futuro puniẽtur, q illa fecerũt: Vel forsitan tpale commodũ pro eis datũ est. Itẽ talia bona mortua dicitur qa ꝑ pœnitẽtiã reuiuiscere possunt ſm quosdã: nõ ideo ꝙ ampli⁹ pro eis remunerẽtur: sed qa ex bonis ante factis facili⁹ gratiã cõsequẽtur. Nobis autẽ videt ꝙ deleto pctõ ꝑ pœnitẽtiã, ꝑ qđ erãt mortificata, sicut prius anteq̃ essent

Y mortua, digna sunt vita æterna.

Quest.60 Baptismatũ &c. Quærit quõ hic dicat pluraliter baptismatũ, cũ alibi dicat: Vnus dñs, vna fides, vnum baptisma &c. si vnũ quõ plura? ℂSol. Sicut dicitur vna fides non numero sed gñe vt tradit authoritas, sic põt dici vnũ baptisma nõ numero sed gñe, qa vna forma: nec potest iterari: & qa est ibi vna triũ psonarũ operatio, plura quãtũ ad singulas ablutiones dicuntur. Vel ideo baptismatũ in plurali dicit qa est baptisma in aqua, in potẽtia, in sanguine: nec hoc ideo ꝙ sacramẽtum baptismatis celebreẽ nisi in aqua: sed qa vicẽ baptismi supplet sanguinis effusio, fides, & pœnitẽtia: ibi dũtaxat vbi articulus necessitatis, nõ cõtemptus religionis excludit sacramẽtũ baptismatis. Cui solutioni sic obiicit. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spũsancto, nõ intrabit in regnum cælorũ. scdm hãc authoritatẽ videtur ꝙ nullus dign⁹ sit salute sine susceptiõe huius sacramẽti. ℂSol. Doctores sic prędicta verba dñi exponũt: nisi qs renatus fuerit ex aqua &c. i. nisi quis renat⁹ eo spũ & regeneratione fuerit, qua renascũtur illi q renascũtur ex aqua & spũsancto, non potest saluari. Hoc autẽ spũ diuersis modis renascũtur hoĩes. Renascũtur alii per pœnitẽtiã, alii per effusionẽ sanguinis, alii p baptisma. ℂNota ꝙ fundamẽtũ christianę religionis diuidit in sex quę hic ponũtur ab Aplo. s. pœnitẽtia, fides, baptisma, manuũ impositio, resurrectio, futurũ iudiciũ. q ad instructionẽ neophytoꝝ ptinẽt.

(Ephe.4. · Obiectio · Ioan.3.)

Z

Quest.61 Impossibile est eos q semel illũiati &c. Hic videẽ Apls grauiter prolapsis negare pœnitẽtiã, sicut in sequẽti vbi dicit, Volũtarie peccãtib⁹ iã nõ relinquiẽ hostia pro pctõ. ℂSol. Nobis videẽ ꝙ vtrobiꝗ describit pctm̃ in spm̃sanctũ, in cui⁹ baratrũ quicũꝗ semel inciderit, ĩpossibile est ꝙ pœnitẽtiã cõsequaẽ vel salutẽ. ℂDoctores vero dicũt ꝙ hic ĩpossibile &c. non negat oẽm renouationẽ sed tm̃ baptismatis iterationẽ. Vel de futuro statu potest intelligi. cui sententię quædam glossæ deseruiunt.

A

Quest.62 Dicit expositor ꝙ baptisma valet ẽt cõtra seqntia pctã. Sed quęriẽ quõ peccata quę nõdũ sunt facta iã sint dimissa. ℂSolu. Dicũt quidã ꝙ ideo baptisma dicit valere cõtra sequẽtia peccata, qã per gratiam in baptismate collatã futura peccata vitãtur. Sed scdm hanc solutionem quid est hoc ꝙ in eadẽ glossa sequitur, si pœnitentia de his agatur? Nobis sic videtur esse intelligẽdũ ꝙ baptisma valet cõtra sequẽtia: quia ex virtute baptismatis minore satisfactione deleri possunt: vt si contingat fidelem & infidelem idem peccatũ cõmittere: pœnitentia quæ sufficit renato ad salutem, eadem infideli vel nõdum renato non sufficit. Hoc dico absꝗ prẹiudicio melioris sententię.

B

Questio.63 Iurauit dñs per semetipsum &c. Cum dñs in euangelio dicat: Sit sermo vester est est, non non: quod autẽ ampli⁹ est a malo est: quæritur quõ iurauit dñs tũc Abrahę. Nũquid nõ crederet vel tardius crederet Abrahã deo, si promitteret sine iuramẽto? ℂSolutio. Non propter Abraham iurauit dñs cum sine iuramento ei firmiter crederet: sed ꝓpter eos qui post eũ futuri erãt, qui ꝓmissioni factę Abrahę aut oĩno nõ crederent, aut tardius crederẽt, nisi esset per iuramentũ cõfirmata: & sic iuramẽtũ illud fuit nõ a malo Abrahę, sed illorum qui futuri erant. (Matth.5.)

C

Quest.64. Si quęrat quare iurauit dñs per semetipsum. ℂSolu. Quia solent hoĩes p maiorem sui iurare, deus autem non habuit maiorem. vnde cõstat eos peccare qui per aliquod inferius iurant. Nam illud per quod iurant quodammodo superius se constituunt.

D

Questio.65 Et omnis controuersiæ eorum finis iuramẽtum. Quid ergo dicemus de iudicio ignis, vel aquæ, vel aliorum huiusmodi quæ recipere videtur ecclesia. Nonne in illis etiam finis cõtrouersię cõsistit? ℂSolutio. Hæc iudicia ecclesię non sunt: vnde & rei multotiens inde absoluũtur: & non rei quãdoꝗ iudicantur: quod nequaꝗ fieret si mater ecclesia hæc haberet. Vnde in quibusdã locis potius hæc tolerat ꝗ cõmendet. Sed dicet quis. idem iudicium debet fieri de iuramẽto. Id nos concedimus. Non enim ecclesia instituit illud, sicut nec prædicta.

E

Heb.7. Quest.66. Secundũ ordinem Melchisedech, &c. Quæriẽ quõ? ℂSolutio. Christus scdm ordinem Melchisedech põtifex multis modis dr. Tũ qa ille rex &

xpus quibus de causis dicatur sacerdos secundum ordinem melchisedech magis quam secundum ordinem aaron .l. alterius

sacerdos solus fuit,ita Christ9. Tũ qa nõ oleo visibili,vt Moyses institutus fuit,sed oleo exultatiõis, & puritate fidei vnctus est:nec aĩalia ĩmolauit, sed in pane & vino oblato sacrificiũ Christi dedicauit.sic & Christ9 spũsancto vnctus est a p̃re:q se metipsum in ara crucis deo patri obtulit & qa verũ corp9 & sanguinẽ ĩ cœna discipulis dedit: & qa eius sacerdotiũ manet ineternum ꝭm ritum & dignitatem.

F Quęst.67. QVæritur,qđ illa oblatio Melchisedech in pane & vino ꝓfuit sumẽtibus:❡Solu. Dicũt quidã ꝙ tantũ iis q sumebãt cũ fide quãtũ nũc corpus Christi prodest. qđ nobis nõ videt̃ esse verũ:non enim sacramenta legis naturalis vel legis scriptæ tantum profuerunt vel prodesse potuerunt,quantum sacramenta gratiæ.

G Quęst.68. QVod min9 est sine vlla cõtradictione bñdicit̃.Nõne sępe vir sanct9 bñdicitur ab eo q est minoris sanctitatis:vt cũ monach9 bñdicit̃ ab aliquo sacerdote sęculari. quõ ergo verũ est: qđ minus est bñdicit̃ a maiore?❡Solu.Potest aliqs esse minor aliquo excellẽtia meritorũ,& maior eodẽ dignitate. hic autem agitur de maioritate & minoritate quæ consistit secũdũ dignitatẽ.Quod ergo minus est dignitate,bñdicit̃ ab eo qđ est mai9 dignitatis excellẽtia.Nec agit̃ hic de q̃libet bñdictiõe, sed de illa tm̃ q̃ cõuenit cõsecratis.

H Quęst.69. PEr Abrahã & Leui q decimas accepit,decimat9 est &c. Dicit Aug.ꝙ sicut Adã peccãte q in lũbis ei9 erãt peccauerũt,sic Abrahã decimas dãte q in lũbis eius erãt,decimati sunt.Sed nunqd Christus,vel Adam peccãte peccauit:vel decimas dãte, decimat9 est, cũ fuerit in lũbis vtriusꝗ ꝭm carnẽ?Cũ ergo Leui & Christus in lũbis Abrahæ pariter fuerint:quõ Leui est decimatus,& nõ Christus? Vel si Christ9 est decimat9 sicut Leui:quõ probat Ap̃lus sacerdotiũ Christi sacerdotio Leuitico maius esse:ꝑ hoc ꝙ ordo Leuiticus in Leui,sit decimat9 in Abrahã? ❡Solu. Erãt quidã & forte adhuc sunt dicentes carnẽ Christi ab Adã vsꝗ ad virginẽ integrã & incorruptã seruatã esse,qui nõ sunt audiẽdi. Leui ergo est decimatus & nõ Christ9 ,q̃uis vterꝗ ibi fuerit,qa Leui inde cõtraxit vnde decimatiõi subiacuit, id est culpã,Christ9 aũt nihil inde cõtraxit vnde decimationi foret subiect9:cui9 caro nõ vulnus,sed vulneris medicamen tũ inde cõtraxit.❡Cui solutioni sic obiicit̃.Tota caro quę fuit in Ysaac ex Abrahã descẽdit scđm cõem legẽ.s.ꝑer cõcupiscẽtiã:sed caro Christi fuit in Ysaac:ergo caro Christi ꝑer cõcupiscentiã descendit ex Abrahã.❡Sol̃.Nõ est simpl'r cõcedendũ ꝙ caro Christi per cõcupiscẽtiã inde sic descẽderit:hoc eñ esset ꝙ ꝑ cõcupiscẽtiã fieret caro Christi. põt tñ cõcedi ꝑ diuisionẽ:quadã caro q̃ postea fuit Christi scđm cõem legẽ inde descẽdit, q̃ ab prio hoĩe vsꝗ ad Mariã sub origĩali fuit pc̃tõ.

xpus sicut neque in adam peccavit ita in lumbis abrahe minime decimatus est

I Obiectio

K Quę.70. TRanslato sacerdotio necesse est legis fieri translationẽ.Queri põt quõ ad sacerdotii trãslationem necessario sequat̃ legis trãslatio.❡Sol̃. Quia.n.simul ab eo dẽ sub eadẽ spõsione vtraꝗ data sũt:qđ de vno asserit̃ & de altero necessario intelligit̃.Vl' iõ trãslato sacerdotio necessario trãsfert̃ lex:qa iõ fit traslatio sacerdotii ꝙ ei9 misterio nemo iustificabat̃: &;sic ꝑpter suã ĩsufficiẽtiã & infirmitatẽ trãslatũ est.sed lex ęque insufficiẽs & ĩfirma. Vnde Ap̃lus:nihil ad pfectũ adduxit lex Heb.7. Eadẽ ergo necessitate trãsfert̃ ipa. Quia neutrũ ergo potuit cõsummare,vtriusꝗ fit trãslatio.qđ figuratũ ĩ sacerdote & leuita,languidũ q incidit ĩ latrones, trãseũtib9, & mĩam curationis nõ cõferẽtibus. Luc.10.

L Quęst.71. MAnifestũ est autẽ ꝙ de Iuda ortus est dñs noster.Quæritur igitur an etiã mater eius?❡Sol̃. Quęstionẽ illã qua superi9 posuim9 sup ep̃lam ad Timotheũ reuoca ad memoriã,quã faciũt verba Origenis dicentis ꝙ Maria tm̃ fuit de tribu Leui,& ꝑpter Ioseph tm̃ dict9 est dñs de tribu Iuda.Sed sicut dixi duę trib9ꝑermixtę erant regalis & sacerdotalis:& virgo ex parte patris de tribu Iuda fuit, & ex parte matris de tribu Leui.

M Quę.72. NIhil ad pfectũ adduxit lex &c.Nõne qdã pfecti erãt tpe legis, vt Dauid & alii multi, & iustitiã illã qua iusti erãt ex obœdientia diuinę legis habebãt?quõ ergo ex lege iusti nõ erãt?❡So. Iusti illi9 tpis nõ ex lege, sed ex fide futuri iustitiã habebãt:lex eñ delicta oñdit,nõ abstulit.

N Quę.73. AD interpellãdũ ꝑ nobis &c.Querit̃ quõ Christ9 ĩterpellet ꝑ nobis.❡Solu.Dicit expositor ꝙ rep̃sentatiõe sui,qđ

sic intelligēdū est, ꝙ meritū passionis suæ quā in sua humanitate exhibuit, nos cre
O dentes patri reconciliat.

Questio 74. QVi nō habet quotidie necessitatē. Querit de sacrificiis legis qd vtilitatis cōtulerūt: nunqd pctoꝝ remissionē? ℭSo. Pro qbusdā pctis peccātes phibebāt ab īgressu: & p sacrificia sic recōciliabant vt liceret eis īgredi ī tēplū: nō aūt p talē
P remissionē fiebant digni vita æterna.

Heb. 8. Que. 75. SI ergo sup terrā esset, nec esset sacerdos &c. Querit quō hec intelligēda? ℭSolu. Hui⁹ capituli lra min⁹ cōtinēs est & decisa: ideoq caliginē ingerit. Vñ quisq exponit modis, sicut habet ī glossis. ℭNota: in oī sacrificio q̄tuor cōsiderant. s. cui offerat, & a quo offerat, qd offerat, & p qbus offerat. Idē ipe vn⁹ vtriusq mediator p sacrificiū pacis recōciliās nos deo, vnū cū illo maneret cui offerebat, vnū in se faceret p qb⁹ offerebat,
Q vn⁹ ipe esset q offerebat, & qd offerebat.

Que. 76 QVi exēplari & vmbræ deseruiunt &c. Quærit qd hic dicat exēplar. ℭSolu. Veritas in mōte Moysi ostēsa dicitur figurarū iuxta se factarū exemplar. Itē ipsę figurę dicūtur exēplar veritatis: quę postea impleta est. & sic ipsæ figuræ diuerso respectu, & exēplū & exēplar dici possunt. Exēplar em̄ pprie dr̄ ad cui⁹ simi-
R tudinē aliqd fit: exēplū qd inde trahitur.

Que. 77 NAm si illud pri⁹ culpa vacasset &c. Nōne lex bona facta & a deo data? quō ergo nō vacat a culpa. ℭSol. Ea rōne dr̄ vet⁹ testamētū a culpa nō vacare, q̄ dr̄ lex iram operari. s. qa nō iustificat, & qa
S pręcipit quod nō potest fieri sine gratia.

Que. 78 QVęrit cur nō eo ritu colim⁹ deum quo coluerūt eum Hebręi patres? ℭSol. Quia aliud de⁹ pręcepit nobis p patres noui testamēti: neq hæc contra vet⁹ testamentum sunt quæ nos obseruamus:
T sed in illo pręd icta & prænunciata.

Que. 79 ITem cur authoritatē illi⁹ testamēti teneam⁹. ℭSol. Ne pphetas extingamus & testimoniū de medio offeram⁹ veritatis. Cū ergo aliqd legit qd a nobis nō obseruat: q̄rēdū est tm̄ qd significet, nō reph-
V ēdēdū, qa eo ipso ꝙ iam nō obseruat, nō damnatū sed impletū probatur.

Que. 80. ITem querit, vnde illud vet⁹ dicat testamētū, hoc nouū, cū lex impleat p nouū testamētū. ℭSol. Vet⁹ testamētū, vet⁹ vocat p veteri noxa quę per literā iubēte & minantē nō sanat. Hoc aūt nouū dicit propter nouitatē spūs quę hoīem sanat a X vitio vetustatis. ℭNota diligēter quæ sit differētia īter duo testamēta: illud vetus, hoc nouū. Ibi lra quę sola occidit, hic spirit⁹ viuificās. Illud scriptū est in tabulis lapideis: hoc ī mētib⁹ & in cordib⁹. Illud pmittit terrena, hoc cælestia. Illud habet sacramēta salutē significātia nō cōferentia: hoc habet sacramēta salutē cōferētia. Itē nota ꝙ testamētū dicit: & ipa pmissio tēporalis, vel ęterna, & scriptum cōtinens ipsam pmissionē. Vetus ergo testamentū est cōtinens promissionē ad veterem hominē pertinentē. Nouū vero testamētum quod cōtinet pmissionem æternę hęreditatis quæ ad nouū hominē spectat. Y

Testamētorū duorum discrimina.

Heb. 9. Quest. 81. SI em̄ cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat &c. Quærit qd vocet coinquinationē a qua sanctificat cinis vitulę aspersus. ℭSol. Cōtactū mortuorū sic vocat, vel lepram a qua mūdat cinis ille. i. a pœna quæ scdm legē tali immunditię debebatur. quo tactu significatur consensus peccati. Z

Quest. 82. ET queādmodū statutū est hoīb⁹ semel mori &c. Dicit expositor ꝙ eadē necessitate & iure naturę Christ⁹ mortuus est: qua necessitate & iure alii hoīes moriunt. Vnde q̄rit an Christ⁹ sit necessitate mortu⁹, & an habuit necessitatem moriēdi? Qd videt manifeste fm pdictā authoritatem. Sed si necessitate, quō sola volūtate mortu⁹: sicut scriptū est: oblat⁹ qa voluit. ℭSol. Dicūt qdā ꝙ īter cęteras pœnalitates quas dñs suscepit cū natura nostra sine culpa: etiā hanc pœnalitatē. s. necessitatē moriēdi suscepit volūtarie: q̄ nō excludit volūtatē nec excludit ab ea. Esa. 53. ℭNec tñ ītelligēdū est quin Christ⁹ potētia diuinitatis posset deponere hanc pœnā sine aīę & corporis dissolutione, & superuestire naturā assumptā stola īmortalitatis: sed si amplius nō cōferret q̄ ei collatū est ante mortē necessario moreretur. A B

Quest. 83. EXpectātib⁹ se in salutē &c. Sup hūc locū dicit expositor ꝙ Christ⁹ non necessitate sed volūtate p pctō expectātiū se ī salutē mortu⁹ ē: sed supi⁹ dictū est ꝙ mortu⁹ ē necessitate: qd videt eē cōtrariū.

¶Sol. Quod hic dicit sic intellige. Christus mortuus est nõ necessitate. i. in eo nõ fuit peccatũ pro quo necesse fuit eũ mori. vnde quasi exponẽs qđ dixerat, subiungit: sed pro peccato eorum mortuus. s. qui C eum expectabant in salutem.

Heb. 10. Quęst. 84. Alioqui cessassent offerri &c. Hostię legales vt dicit Apl'us si perfectos facerẽt offerri cessarent. vnde quęrit cur hostia salutaris noui testamẽti cũ pficiat & sanctificatos cõsummet, sępius offeratur, & offerri nõ cesset. ¶Sol. Semel quidẽ oblata per passionẽ mortis in ara crucis in forma humana est: nec iterũ sic per mortẽ offertur, sed tñ in sacramento sępius offertur: nõ causa suę infirmitatis, sed poti⁹ nostrę q quotidie peccamus: & pręcipue propter recordationẽ mortis Christi, vt amor eius cordib⁹ nrĩs alti⁹ in D figatur p hoc ꝙ memores sum⁹ tãti bñficii.

Quęst. 85. Corpus aũt aptasti mihi &c. Quæritur in quo aptauerit corp⁹ Christi. ¶Solutio. Hęc aptitudo in duob⁹ cõsistit. s. in mũditia & mortalitate. nisi enĩ esset mũdũ, per ipsum immũdi nõ possent redimi: nisi esset mortale nõ posset immolari. necesse est ergo vt dñi corpus esset mũdum E per immunitatẽ peccati, & mortale.

Quęst. 86. Matth. 10. Non deserẽtes collectionem vestram. Quęrit an Apl'us dãnet hic qđ dñs permittit dicẽs: *Si vos psecuti fuerint in vna ciuitate fugite ĩ aliã*. cui⁹ rei etiã ipse dedit exẽplũ fugiẽdo in Ægyptũ. & Paulus siliter multotiẽs inuenitur idẽ fecisse. qd est ergo ꝙ hic culpat eos q deserũt collectionẽ? ¶Solu. Eos culpat Apl's in hoc loco q quasi causa sanctitatis suę ĩter alios infirmos. vel imperfectos habitare nõ possunt: & ideo deserẽdo collectionẽ scindũt F vnitatẽ: & sic peccãt ad mortẽ. ¶Cũ aliqui specialiter quęrũtur a persecutoribus tũc licet rabiem persecutorũ declinare: si G fieri potest sine detrimẽto collectionis.

cum pastor queritur a persecutoribus ut persona liceret fugere si fieri posit sine detrimento ovium scens si ut pastor queratur

Quęst. 87. Voluntarie peccãtib⁹ &c. Quęritur qui sunt voluntarie peccãtes, qbus nõ relinqtur hostia p pctõ. ¶Sol. Dicit glo. ꝙ voluntarie peccãtes permanẽtes in peccato ex volũtate peccãdi vocat: quibus non prodest Christus qui est hostia pro pecca H to, qui pœnitentibus tm̃ prodest.

Quęst. 88. Sed iterũ quęrit cur dicat Apl's, post acceptã notitiã veritatis: cũ nec ante notitiã veritatis manẽtib⁹ in volũtate peccãdi, prosit Christus? Forsitan dicet qs ꝙ talib⁹ põt pdesse per gratiã baptismatis: vt nec aliqua etiam pœna satisfactionis iniungatur: quõ post gratiã regñatiõis nõ põt renouari etiã p pœnitẽtiã. Hoc dicẽtes nõ I excludim⁹ pœnitẽtiã. vt quidã volũt ex his verbis Apl'i, voluntarie peccãtib⁹ &c. occasionẽ sumentes. Quibusdã aũt videtur ꝙ volũtarie peccãtes vocet, q sciẽter veritatẽ inuidia, vel odio, vel aliq̃ causa hmõi impugnãtes in spm̃ sanctũ peccãt: & ideo irremissibiliter peccãt: qa hoc pctm̃ nec in Matt. 12. præsenti, nec in futuro habet remissionẽ: vt dñs ait. Qđ etiã videtur insinuari superi⁹: vbi dicit Apl's, Impossibile est eos q semel illuminati &c. Et subsequenter ĩ hoc loco supponit: Qui filium dei cõculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit, & spiritui gratię cõtumeliam fecerit. Quib⁹ verbis manifeste videtur peccatũ in spiritũsanctũ significari.

K Quęst. 89. Quęrit cur baptism⁹ nõ possit iterari: cuius iteratio negata est hic ab Aplo fm quosdã? ¶So. Quia baptism⁹ siĺ & culpã & pœnã aufert. Vñ si iteraretur, nõ solũ vilesceret, sed etiã ad pctm̃ inuitaret. ¶Sed dicet aliqs: eadẽ rõne nec pœnitẽtia deberet iterari: ne vilescat vel ad L Obiectio peccandũ puocet. ¶Sol. Aliud iudiciũ est de pœnitẽtia, quæ per pœnę irrogationẽ a peccato cohibet: q̃ de baptismo, quo & culpa & pœna ex toto remittitur.

M Quęst. 90. Et ignis ęmulatio quędã. Quæritur quã pœnã hic per ignem significet. ¶Solutio. Æternę pœnę vehementiã hic ignis significat: quia nullius elementi est tanta efficacia quanta est ignis.

N Quęst. 91. Quę consumptura est aduersarios. &c. Nunquid ignis in nihilum redigẽt Christi inimicos? ¶Solu. Ideo dicit ignis ęmulatio aduersarios cõsumptura: quia nulla pars corporis vel animę a pœna vacabit quin ab igne crucietur.

O Quęst. 92. Mihi vindictam & ego retribuã, dicit domin⁹. Quæritur an semp vindicta sit reseruanda a domino. nunquid non licet homini vindictam sumere? nõne licite latrones suspendũtur? ¶Solutio. Nõ licet homini sibi sumere vindictam, nec eã affectare debet: sed si sumere necesse est, de⁹ tm̃ sit in causa & zelus iustitię.

Mat.26. qui aūt aliter sumit mortaliter peccat.Iuxta illđ,Qui gladiū accepit gladio pibit.

P Heb.11. Ques.93 Fides est sperādarū substātia rerū argm̄ nō appentiū. De hac fidei diffinitiōe querit̃,an oī fidei cōueniat:& an soli etiā aptari possit.Videt̃ aūt ꝙ hæc diffinitio tm̄ cōueniat fidei,q̄ est de reb⁹ futuris.sed cū fides sit de pn̄tibus & p̄teritis: vt de natiuitate & passione:quō fides passionis est substantia rerū sperādarū?Itē,nōne spes & caritas est substātia.i.res & causa q̄ res sperandas facit subsistere in nobis?quō ergo sola fides est substātia sperādarū rerū? ❡Solu.Scđm ꝙ glo. hāc diffinitionē exponit videt̃ ꝙ nō soli fidei cōueniat.Ceterū licet pars hui⁹ diffinitiōis aliis virtutib⁹ assignari videatur,nō tota tn̄.sola em̄ fides est argumentū nō apparētiū:p quā solā certi sum⁹ de æternis ꝙ sunt:p spem vero ꝙ ea nos sumus habituri cōfidim⁹.Et ideo ꝓprie fides substātia futuroꝝ dr̃,qa per eā scim⁹

Q ꝙ sunt. ❡Fides etiā de pn̄tibus vel preteritis pōt dici substātia rerū sperandarū.i. causa q̄ facit qn̄ꝗ ea q̄ speram⁹ subsistere in nobis:qa p fidē passiōis venit̃ ad futura bona.& est argm̄ nō apparētiū,adeo ꝙ illi q viderūt eū pati aliđ crediderūt.s. Christū esse deū qui in cruce pēdebat.

R Ques.94 Vt ex inuisibilib⁹ &c.Querit̃ qđ vocet īuisibilia. ❡Sol. Vel informē & inuisibilē materiā q̄tuor elemētoꝝ q̄ græce chaos dr̃, vel īuisibilē mūdū q archetypus dr̃ q in mēte dei erat, iuxta cui⁹ exēplar fact⁹ ē iste sensibilis & visibilis mūd⁹.

S Ques.95. Abel fide adhuc defunct⁹ loquit̃ &c. Quærit̃ quō ille q nō viuit loquat̃. ❡Sol. Loquit̃.i.materia est loquēdi.loqtur qa suo exēplo nos monet vt simus iusti.

T Ques.96 Sine fide īpossibile est placere deo &c. Querit̃ de qua fide hoc dicat.nūquid de fide incarnationis? ❡Solu. Dicitur ꝙ

V Que.97 sine ea nullus ab initio placuit deo.

Credere oportet accedētē ad deū qm̄ est &c.Queritur de qua fide agat,an de perfecta,an de imperfecta.Si de īperfecta,quō per eā potuit aliquis deo placere? si de perfecta,quō hoc pōt sufficere ad salutē,credere qa est,& qa inquirentibus se remunerator sit?his em̄ nō sunt oēs articuli cōtenti,qui sunt necessarii ad salutē. ❡Solu. Videtur hic fidei habēdę ponere ordinem.i.ostēdere quid in primis credere oportet:nō fidei sufficiētiā assignare. X

Vtrū vero aliqđ tēpus fuerit in quo hoc credere tm̄.s. qa deus est & qa remunerator &c.suffecerit quæri potest. Quod non videtur. Questio.98

Y

Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob &c. Nunqđ cū benediceret ei intellexit qđ ibi significabat̃ per hoc ꝙ minorē bn̄dicebat? Si intelligebat,tunc sciebat qđ diceret Iacob:qđ nequaq̄ historia patit̃. Nā & manus cōtrectauit,vt probaret an esset Esau,& postea veniente Esau ait,Quis fuit qui venit fraudulenter:cui benedixi,& erit bn̄dictus? ❡Sol. Licet tūc nō ītellexit tn̄ post ītellexit:& ei⁹ rei fidē habuit,ꝙ maior populus seruiet minori. Quest.99.

Z

Item querit̃ vnde Isaac in benedicēdo deceptus est? ❡Solu. Non sic deceptus quin sciret quem effectū haberet benedictio in illo quē benedicebat:nondū tn̄ ꝙ Iacob esset sciebat quem benedicebat. Solet autē proprie deceptio in iis quæ non debent fieri,accipi.Nūquid decipi dicendus est,qui pro aurichalco emit aurū,vel pro stanno argētū? Si vero large deceptio accipiat̃,pro oībus quę aliter fiant q̄ existimantur:& hic deceptio quędam fuit. Quest.100.

A

Et adorauit fastigiū virgę ei⁹,vel vt alia habet lr̃a,supfastigiū &c.Querit̃ qđ est qđ Iacob adorauit sup cacumē virgę Ioseph. ❡Solu.Forte tulerat a filio virgā qn̄ idē fili⁹ iurabat, & dū eā tenet post verba iurātis nōdū illa reddita mox adorauit deū.sic soluit Aug. Vel pt̃ dici ꝙ adorauit fastigiū virgæ eius.i.regnum Christi futurū ī gētib⁹:qđ p illud significabat,vt noīe signi signatū intelligatur. Questio.101

B

Iepte &c.De hoc q̄rit̃ an rōnale fecerit votū,& an peccauerit īplēdo illud.vnicā filiā offerēdo dn̄o.Nūqđ si canis occurrisset ei,obtulisset eū deo? ❡Sol. Videt̃ ꝙ stulte egerit vouēdo,stulti⁹ votū implendo:tn̄ si occulto monitu sanctispūs hoc fecerit excusat̃,sicut Sanson q secum Philisteos cōpressit:qa nō licet sibi manū inferre. Vn̄ & Ionas dixit:mittite me in mare. Quest.102.

C

Querit̃ cur in recordatiōe mortis illius puellę Hebręę virgines singulis annis plāctus faciūt? ❡Solutio. Exēpli causa,ne qs iterū sic stulte aliqđ voueat, vel faciat vnde talis dolor sequi possit. Quest.103.

D

Querit̃ an Abrahā volūtate peccauerit,volendo īmolare filiū suū,cū Quest.104.

ƒm quosdã imo re vera Iepte peccauerit occidẽdo filiã, nisi hoc factũ sit instinctu diuino? ¶Solutio. Abrahã nõ solũ nõ culpatur crudelitatis crimine: verũetiã laudatur pietatis noĩe ꝙ filiũ suũ nõ scelerate, sed obœdiẽter voluit occidere.

E Heb.12. Quęst.105. Deinde patres quidem carnis nŕę eruditores habuimus, & reuerebamur eos: Nõne multo magis obtẽperabim⁹ patri spirituũ, & viuemus? Si quęrať vtrũ aĩę humanę sint ex traduce: nota diligẽter hanc authoritatẽ, ꝑ quã manifeste ꝓbať ꝙ aĩę nõ sunt ex traduce sicut caro: si eñ hoc esset, nequaꝗ̃ distingueret Apostolus inter patres carnis nostrę, & patrem spirituum.

F Quęst.106. Contemplãtes ne qs desit grę dei &c. Quæriť qd sit deesse grę dei. ¶Solu. Gratię oblatæ oculos mentis claudere, & gratiã respuere, quemadmodũ radio solis oculis meis apertis eos claudere vel apertos tenere, ꝓ libitu possum. qđ est ex libero arbitrio. & sic gratia nõ excludit liberũ arbitriũ, nec ipm arbitriũ excludit grã.

G Quęst.107. Vendidit primogenita sua &c. Quęriť qd Apl's vocet priogenita Esau. ¶Sol'. Primogenita hic vocat honorem & dignitatẽ sacerdotii: qa ãte sacerdotium Aaron oẽs priogeniti sacerdotes erãt, sicut fuit Sem. Et hęc erat magna dignitas qa de substãtia & hęreditate paterna maiorẽ portionẽ sumebat, vestiũq; ornatu locupletioꝝ splẽdebat, eiq; bñdictio dabať.

H Quęst.108. Quæriť an pctm̃ Esau erat irremissibile: cũ Apl's dicat ꝙ nõ ĩuenit pœnitẽtię locũ. Nõne pœnituit? imo lachrymat⁹ est, quõ ergo verũ est: nõ ĩuenit locũ pnię? ¶Solu. Nõ ĩuenit locũ pœnitẽtiæ. i. veniæ, & locũ bñdictiõis p pœnitẽtiã: nõ ꝙ nõ pœnituerit: sed qa nõ pœnituit vti debuit. Lachrymę eñ illę poti⁹ fuerũt ex ĩdignatiõe cõtra fratrẽ: & ex dolore amissi honoris: ꝗ̃ ex humilitate veraq; pnĩa.

I Quęst.109. Testamẽti noui mediatorẽ Iesũ, & sanguis aspersionẽ meli⁹ loqntẽ ꝗ̃ Abel. Quæriť in quo sanguis Christi meli⁹ loquať ꝗ̃ sãguis Abel. ¶Sol'. Dicit glo. ideo melius, qa iste. i. Christi petebat veniã, ille vĩdictã: iste salutẽ, ille dãnationẽ. ¶Sed dicet qs. Nõne effusores sãguis Christi perierũt sicut effusores sãguis Abel? ergo sanguis Christi vindictã loqť sicut sanguis

Obiectio.

K Abel. Quõ ergo meli⁹ loqť ille ꝗ̃ ille. ¶Solu. Sãguis Christi nõ solũ vĩdictã clamat cõtẽnẽtib⁹, sed etiã veniã oĩb⁹, etiã psecutorib⁹, si ipi volũt pœnitere. Sãguis vero Abel tm̃ vĩdictã & nulli veniã loqť. Vel meli⁹ loqť sanguis Christi ꝗ̃ Abel. i. meli⁹ nos loqui facit. s. ꝙ Iesus sit fili⁹ dei a quo redẽpti sum⁹: ꝗ̃ sanguis Abel, q facit nos loq Abel fuisse virũ iustũ in figura Christi ĩmolatũ. Nota ꝙ Abel q primus iniuste occisus fuit, posit⁹ est ꝓ oĩbus aliis quorũ sanguis nullã veniã facere potuit.

L Quęst.110. Per hanc quidẽ placuerunt deo &c. Quæriť an Abrahã & Loth cognouerunt eos esse angelos. Si cognouerunt: quõ officia humanitatis prębuerũt ꝗ̃ nõ sunt necessaria nisi ĩfirmitati hoĩm? Itẽ si nõ cognouerũt angelos esse, sed hoĩes tm̃ arbitrati sunt: quõ plusꝗ̃ hoĩes venerati sunt eos? ¶Sol'. Primo hoĩes arbitrati sũt diuinitus missos, & in quibus deus esset: postea vero compererunt angelos esse.

M Quęst. Quęriť quõ angeli ĩ sumptis corpib⁹ comedere potuerũt? Nõ. n. sic illa corpa vnita habebant vt aĩę hoĩm habẽt sibi vnita corpa. vñ nec aĩata erãt nec sensibilia illa corpa: nec lędi poterãt ĩ illis corpib⁹ angeli. ¶Sol'. Nõ comederũt angeli more aĩaliũ: sed sicut ignis qđ ipsi apponiť cõsumit, & in nihilũ redigit: sic & cib⁹ ille cõsumptus est operatione illorũ, vel ipsi inde fecerũt qđ volebãt.

N Quęst. Item quæriť quõ cũ angeli essent tres visi, vnũ eorũ in fide trinitatis & vnitatis adorare potuerit Abraham. ¶Solutio. Diuina reuelatione cognouit in illis mysterium trinitatis & vnitatis.

O Quęst. Vorũ eñ aĩaliũ &c. Dicit expositor ꝙ p duplicẽ allegoriã ꝓbat ꝙ corp⁹ Christi nõ est comedẽdũ ab iis q tabernaculo deseruiũt: sed cũ vn⁹ sit sensus vtriusq; historiæ, quõ p duplicẽ allegoriã ꝓbat hoc? Quid est allegoria? nõne spiritalis sensus? ergo vbi est vnus sensus, quõ duplex est allegoria? ¶Sol'. Dicit p duplicẽ allegoriã. i. p allegoriã de duplici historia surgẽtẽ. Vel allegoria dŕ significãs & significatũ: hic aũt ꝓ significãte ponitur. Quid est aũt per duplicẽ allegoriã, nisi p duplicẽ historiã? scilicet vnam veteris, & alteram noui testamenti?

¶Finis Quęstionũ & decisionũ eruditissimarũ. M. Hugonis de. S. Victore circa omneis diui Pauli Apostoli epistolas.

VENERA-

bilis Doctoris Magistri Hugonis de Sā cto Victore in explanationem cælestis Hierarchiæ magni Dionysii Areopagitę, secundū traductionē Ioannis Scoti Prioris, libri decē: ad Regē Frācorum Ludouicū, filium Ludouici Grossi qui ædē diui Victoris Parisieñ. ędificandā curauit. Libri aūt primi hęc sūt capita.

De differentia mūdanę theologiæ atq; diuinæ, & de demonstrationibus earundem. Cap.I.
Quę sit materia Hierarchiarum, & dispositio earum. Cap.II.
De tribus Hierarchiis. Cap.III.
Quare theologiam assumpsit tractandam Dionysius Areopagites postq̄ susceperat fidem catholicā. Cap.IIII.
Quid sit Hierarchia: & dispositio illi⁹ & exordium. Cap.V.

De differentia igitur &c. Cap.I.

1.Cor.1. IVdęi signa q̄runt: & græci sapiētiā. Fuit em̄ quędam sapientia, quę sapientia videbatur iis q veram sapientiā nō nouerant. Et īuenit mūdus sapiētiam illam, & inflari cœpit & tumuit: magnum se existimās in ea: Et pręsumpsit, & dixit vt vltra pgeret ad sapientiam summā, confidens in sapiētia sua: quasi via esse potuisset ad illā. Et ascendit & eleuat⁹ est: vt ad alta corde perueniret, Et fecit sibi scalam, speciem creaturę: nitens ad inuisibilia creatoris. Tunc quæ manifesta erant dei ad illuminationem processerunt: & nota facta sunt vt probarentur corde nō puro. Nam illa quæ videbantur nota erant: & erant alia quæ nota non erāt: & per ea quæ manifesta sunt putauerunt ire in illa quę abscondita fuerūt: & corruerūt mēte vltra possibilem veritatem in mendacia figmentorū suorum, vbi nō est inuentū amplius qđ apprehenderent. Ideo stultam fecit deus sapientiam huius mundi: qa in illa nō potuit inueniri sapientia dei. & monstrauit sapientiam aliam quæ stultitia videbatur, & non erat, vt vera sapiētia inueniretur per eā. Prędicatus est Christus crucifixus: vt humilitate veritas quęreretur. Sed mūdus† medicū despexit: & nō potuit verum agnoscere. Voluit enim contemplari opera dei quæ miranda fecerat: & quæ proposuerat imitanda noluit venerari. Neq; enim morbum suū attendit, vt pia deuotione medicinam quæreret: sed de falsa sanitate pręsumens, dedit se vt vana curiositate aliena inuestigaret. Et videbatur extra se proficere: sed defecit in se: & eum qui erat supra se non inuenit. Et pposuit existimationes de illo quas corde superbo cōceperat ne verū ignorare videretur: & secutus est in via erroris, alia & alia, contra verū plurima, & nouissime indecora deitati & excellēti maiestati deformia, vt error fieret manifestus. Pri⁹ em̄ verum erat & magnū videbat: & nouissime successit falsitas cū veritas cōsummari debuisset. Et demonstratū est quasi lumē quoddā in parte vna vt ibi videretur aliquid, & erāt cōtra densę tenebrę & caligo pfunda ignoratiōis: vbi erroris laqueus ponebat in captionē superborū. Et viderunt vbi lumen erat: & vbi tenebræ erant videre non potuerunt: & ibi laqueo capti sunt propter audaciam pręsumptionis sną, qua se præcipitauerūt ire in illud. manifesta sunt hęc. Quanto enim illi excellentis ingenii monumēta reliquerunt: vbi tā multa inuestigatione secreta naturæ & abdita rerū cōditarū prosecuti sunt: vt ipsam illorū efficaciā omī studio preferendā existimem⁹. Legim⁹ artes & studia, & disciplinas, & rationū pcepta plurima: quæ illi sensu & ingenio suo dato in hoc ipsum scrutati sunt & inuenerunt: & scripserunt inuenta, & legenda posteris tradiderunt: logicā, & ethicā, & mathematicam, & physicam, de forma ratiocinationū & vitæ & morū p institu to naturæ decētium, de dispositione & ordine & causis & prouentibus rerum oīm. Et inualuerūt in parte hac vt ve-

†modicum.

rum apprehenderent: quoniã & hęc veritas per eos ministranda erat quę non erat ad vitam: qui filii vitę non erant. Ideo datum est illis propter nos quib⁹ consummmatio seruabatur & inchoatio parabatur: vt inuenirẽt veritatem illam quam oportuit suscipere filios vitæ ad obsequium summę veritatis. Cuius labor ipsis appositus est: iis fructus seruatus. Et in omnibus iis lumen intelligentiæ & acumẽ ingenii sensusq́ꝫ virtutem ad documẽta præuia percepe rũt: in quibus creaturarum vim & modum naturæ inferioris secundũ formã rationis insitę subtiliter discusserunt. Nouissime autem theologiam pro ratione diuinorum & scrutatione inuisibilium quasi consummaturi sapientiã addixerunt (vt ipsi putauerunt) consummaturi: sed vere amissuri, & verã non inuenturi. Nam ibi corruere cœperunt in mendacia figmẽtorum: & assumpserunt species visibiles simulacra diuinorum vt inuisibilia viderent per ea quæ videbãtur: & erat ibi simile aliquid, sed de longe ostendens qđ quęrebatur, neq́ꝫ lucem ingerens oculis caligantibus. Natura enim ad seruitutem cõdita creatorem suũ demõstrauit: sed erat similitudo peregrina ad excellentem & dominantem maiestatem. Neq́ꝫ potuit euidentem declarationem inuenire in iis omnibus illa quæ docenda fuerat natura: quoniã & ipsa sana non erat, vt multum clarescceret in contemplationem. Non enim habuit quę p gratiam exemplaria formabantur ad sanitatem visionis internę: neq́ꝫ arcam sapientię nouerat & conditorum thesaurorum, carnem verbi ęterni in Iesu humanitate: sed naturali solo documento vtens lippienti acie lumẽ nubilum & ambiguum adducens speculanti in rerum creatarum specie contemplabatur. Propterea errauerunt & euanuerunt cum trãsire vellent mente ea quę sola nosse acceperant: & palpantes ęstimationibus ad ea quæ videre non poterant cęci inuenti sunt, qui se videre putauerunt. Hęc sunt simulachra errorum quæ theologia (sic enim ipsi vocauerunt studium quo diuina scrutari crediderunt) vanitatis eorum & deceptionis prædicat veneranda: in quibus tam multa tam præter verum & rectũ & naturæ bonę consentaneum mentiũtur, vt ipsi quoq́ꝫ erubescere compellantur in eis. Dignum quippe erat vt confunderentur in summis qui de infimorum cognitione superbi erant: & q humilitatẽ fidei ĩ morte saluatoris despiciunt, celsitudinem eius admirẽtur in agnitione creatoris. Duo enim simulacra erant proposita homini in quib⁹ inuisibilia videre potuisset: vnũ naturæ & vnũ gratię. Simulacrum naturę erat species huius mundi. Simulacrum aũt gratię erat humanitas verbi. Et ĩ vtroq́ꝫ deus monstrabatur, sed nõ in vtroq́ꝫ intelligebatur. quoniam natura quidẽ specie sua artificem demonstrauit: sed contemplantis oculos illuminare non potuit. Humanitas vero saluatoris & medicina fuit vt cęci lumen reciperẽt: & doctrina pariter, vt videntes agnoscerent veritatem. Lutum fecit ex sputo: & liniuit oculos cæci, & lauit: & vidit. Et quid postea? Deinde videnti & nondum cognoscenti ait. ego sum: & q loquitur tecum ipse est filius dei. Pri⁹ ergo illuminauit: postea demõstrauit. Natura enim demonstrare potuit: illuminare non potuit. Et mundus creatorem suum specie prędicauit: sed intelligentiam veritatis cordibus hominum non infudit. Per simulacra igitur naturę, creator tm̃ significabatur. In simulacris vero gratię pręsens deus ostendebatur: quia illa operatus est vt intelligeretur esse: in istis vero operatus est, vt agnosceretur præsens esse. Hæc est distantia theologiæ huius mundi: ab illa q̃ diuina nominatur theologia. Impossibile eñ est inuisibilia nisi per visibilia demonstrari: & ꝓpterea oĩs theologia necesse habet visibilibus demonstrationibus vti in inuisibilium declarationem. Sed mundana (vt diximus) theologia opera conditionis assumpsit & elementa huius mundi secundũ speciem creata: vt demonstrationem suã faceret in illis. Theologia vero diuina opera restaurationis elegit secundum humanitatem Iesu: & sacramenta eius

quæ ab initio sunt: naturalibus quoq; pro modo subiunctis, vt in illis eruditionem conformaret. Maior autem (vt diximus) declaratio diuinitatis in sacramentis gratiæ & carne verbi, & mystica operatione ipsius ostenditur: q̃ naturali rerũ specie prędicetur. Et idcirco mundana theologia parum euidenti demonstratione vtens, nõ valuit incomprehensibilem veritatem sine cõtagiõe erroris educere: quũ diuina noscitur theologia simplici ac pura assertione prædicare. ¶Nunc dicendum est quid sit theologia, altius quidẽ incipiẽti ad euidentiã rerum dicendarũ. Philosophia omnis in tres principales partes secatur: Logicam, ethicam, theoricam. Quartã eñ quã in suo loco adiecimus: hic ex superabũdanti enumerare est. Philosophia itaq; tres continet partes. Primã, id est logicam: quæ vim modũq; ratiocinationũ, veri ac falsi iudiciũ assumpsit. Secũdã autẽ, id est ethicam: quę modũ viuendi rectum & disciplinę formã secundũ virtutũ instituta disponit. Tertiã vero, id est theoricam: quę sola verum in oĩ qđ est & nõ est scrutari elegit. Huius, id est theoricæ tres partes sunt. Prima, Mathematica. Secunda, Physica. Tertia, Theologia. in quibus contẽplatio veritatis quasi quibusdam contemplationũ gradibus ad summũ conscẽdit. Prima eñ, id est mathematica: speculatur visibiles rerũ visibilium formas. Secunda autem. i. physica, scrutatur inuisibiles rerum visibilium causas. Tertia vero sola, id est theologia: contẽplatur inuisibiles substantias, & inuisibiliũ substantiarum inuisibiles naturas. Et est in his quasi pgressio quędam & profectus mentis ad cognoscendũ verũ cõscendẽtis. Per visibiles eñ visibiliũ formas puenit ad inuisibiles visibiliũ causas: & per inuisibiles visibilium causas ascenditur ad inuisibiles substantias & earũ cognoscendas naturas. Hic autẽ summa philosophiæ est & veritatis perfectio: qua nihil altius esse potest animo contemplanti. In hac sapientes huius mũdi propterea (sicut iam diximus) stulti facti sunt: quia solo naturali documento secundũ elemẽta & speciem mundi incedentes, exemplaria gratiæ non habuerũt: in quibus etsi species erat hũilis, sed manifestior præstabat demonstratio veritatis. Hic ergo stultam fecit deus sapientiã huius mundi: qm̃ veritatem agnoscere nõ potuit: qm̃ in sua eruditione formã humilitatis tenere contempsit. Hęc nunc de theologia dixisse sufficiat propter Hierarchiã Dionysii: in quã explanationis gratia aliqua dicenda suscepimus. Oĩs eñ Hierarchia theologię supponitur: & necesse erat introducendis ad lectionem Hierarchię aliqua de theologia pmittere, ad definiendam materiam eius quæ tota in inuisibilibus consistit substãtiis, & earum naturis similiter inuisibilibus visibili documento vtens ad demonstrationem sui.

¶ Quæ sit materia Hierarchiarũ, & dispositio earum. Cap.II.

Dionysius areopagites ex philosopho christianus effectus theologus et Hierarchiarũ descriptor, diuinæ dispositiõis ordinem in rerũ oĩm gubernatione demonstrat: quomodo rationalem creaturam participem fecit deus potestatis suę, constituẽs magistratus & potestates & principatus sacros in cælo in angelis, & in terra in hominibus, vt dominent creaturę eius. Dignum siquidem fuerat vt illa pars operis sui particeps fieret potestatis eius in dispositione sua: quę in sui conditione similitudinis participatione acceperat: vt quę sola ad similitudinẽ conditoris sui facta fuerat, sola in sui ordinatione imaginem illius retineret. Ipse igitur rerum omniũ conditor deus, cuius ineffabilis maiestas & indeficiens virtus, potẽs erat sola gubernare quod creauerat sola, voluit in rerum a se factarum gubernatione participes habere & cooperatores: non vt illorum ipe ministerio iuuaretur: sed vt ipsi potestatis eius consortio sublimes efficerentur. Dominus ergo solus & princeps omniũ, dominationes et prin

cipatus ſub ſe & ſecundum ſe eſſe inſti tuit in miniſterio ꝑficiēdo: quod vni uerſitatis ordo depoſcebat: vt opera eius complerentur per ordines & diſ poſitiones a ſummo in vniuerſa præce pto decurrente. Maieſtas ergo & impe rium quod in domino & gubernatore omnium vniuerſaliter & omnipoten tiſſime & ſuperexcellenter & ineffabi liter adoratur: in eos q̃ participes gra tiæ,& gloriæ conſortes & ſocii maieſta tis facti ſunt,ꝑ partes & diuiſiones & gradus & ordines diſtributum eſt: ab eo deſcendens & reſpiciens ad eum,& ſub eo ordinatum qui fons & cauſa eſt omnium, & principium primũ: vnum opus,& artifex vnus: vnum imperium & vnus rector: vnus princeps & vna

Ephe.3. reſpublica:vnus domin⁹ & pater a quo omnis paternitas in cælo & in terra: vnus in omnibus omnia:& omnia vnũ in vno.Summũ namq̧ bonum partici patione gratiarum & donorum diſtri butione,ꝑ cunctos participes largitio nis vnum in ſe manens diuiditur: & omnes vno participantes ad ipſius vni tatis formam ſimplicitatemq̧ verã col liguntur.Neq̧ enim participes poteſta tis eſſe potuiſſent:niſi prius ꝑ gratiã conſortes fierent virtutis.Neq̧ cum il lo poſſent quod ipſe poteſt: niſi pri⁹ ex illo eſſe mererētur qđ ipſe eſt. Omni potens autem conditor non extranea vſurpatione neq̧ ꝑfunctoria appella tione,gubernator a ſe factorum omniũ nominatur:ſed inſita ſibi virtute & bo nitate inolita cuncta fouens & nutriēs regens & diſponens vniuerſa: eandem ſub ſe dominantibus bonitatem & vir tutem ſecundum menſuram participa tionis & miniſterii rationem per ordi nes & gradus multipharia diſpenſauit excellentioribus quidem et ſupra poſi tis imꝑio maiora et ſuperexcellentia dona imꝑtiēs: inferioribus autem et ſuppoſitis gradibus minora chariſma ta et libere famulantia ad ſubiecta quo q̧ ſine oppreſſione prælata concedens. Iſtę ſunt diſtributiones luminũ,deſcen dentes in omnia quibus ipſa participa re datum eſt a patre luminum et ſole iuſtitię:clara ſpeculamina effecta vt lu ceant et illuminent. Subiecta quidem in eo ꝙ lucent: et in eo ꝙ illuminant, prælata. Et vna lux eſt,et bonum vnũ eſt: et plurima ſunt lucentia et partici pantia bonũ vnum et lucem vnam: et in eo ꝙ participant vnum,ſunt in vno collecta et reducta ad vnum et vni con formata.Hæ ſunt Hierarchiæ, id eſt ſa cri principatus, quos ſumma Hierar chia ſecundum ſe formauit, et ſub ſe conſtituit dominari et pręeſſe in operi bus ſuis, ſecundum ordines conſigna tos ſub vno principio et poteſtate vna a qua omnis poteſtas et omnis virtus et omnis lux ſpiritualiter lucens et il luminans ſpiritualiter lucentia oĩa. Hæc eſt creaturæ rationalis celſitudo et ſublimitas et dignitas admiranda: quo dominari meruit in operibus fa ctoris ſui,accepta virtute ab ipſo, et te nens poteſtatem cum ipſo. Quæ virt⁹ quoniam ſecundum menſuram largi tionis et participationis, varie multi pliciterq̧ ad decorem ac pulchritudi nem eorum quæ ſapientia ornauit oꝑ rum, ab vna virtute et poteſtate vna diſtribuitur, multę virtutes,et poteſta tes multæ efficiuntur. Sed ne rurſum multitudo ſchiſma generet ac diuiſio nem,et aduerſum ſe pugnet orbis, do minatione contraria: vnum principi um eſt,et moderator vnus omnium, a quo habent quod ſunt,et ſub quo mo derantur quod poſſunt,et referunt ad ipſum omne quod efficiunt: vt vnitas maneat in omnibus, et pax ꝑſeueret in regno cuncta creantis et regentis omnia dei.

De tribus Hierarchiis. Cap.III.

TRes ſũt Hierarchiæ,in quarum deſcriptione theologus & narrator Hierarchiarum & po teſtatum ſacrarum, quæ in cælo & in ter ris ſunt, Dionyſius, opus conſum matum explicuit. Prima principalis

omnium & forma & exemplar reliquarum summa & ineffabilis potestas est trinitatis: simplex & vna & vniformis sine gradu & differentia & comparatione, summa & æterna & perfecta & vera:in omnia opera sua condenda & regenda propria virtute omnipotens : nihil externum suscipiens: nihil suum amittens. Secunda Hierarchia in ãgelica natura formata est, adoptione & participatiõe & dignatione,a prima & sub prima & ad primam secũda, similitudine sublimis, gradum habens & differentiam suscipiens & comparationem admittens:post summã trinitatem secunda æmulatione,trina diuisione distincta. Tertia & vltima Hierarchia in humana natura ordinata est:secundam primo & primam secundo loco imitans,& imaginem summã & superexcellentem similitudinem per media participantia suscipiens:& referẽs per idipsum vt ab vno totum sit, & ad vnum totum,& totum vnum. Theologia autem angelicam Hierarchiam primam suscepit quasi exemplar humanæ Hierarchiæ,ad cuius similitudinem ea quæ in hominibus est Hierarchia oĩs facta est & formata,explicãdam:& post eam quæ secundum eius similitudinẽ constat humanam : tertio loco summã & ineffabilem & superexcelsam constituens Hierarchiam:vt ex præcedentiũ illuminatione humanis mentibus propinquiore, quę valde intelligibilis est & obscura,clarescat.

¶Quare theologiã assumpsit tractandam Dionysius Areopagites postq̃ susceperat fidẽ catholicam. Cap.IIII.

THeolog9 Dionysius sapientiam mundi contra humilitatem fidei christianę inflatam cernẽs,& crucem Christi, & quæ opera humanitatis verbi in carne remedium facta sunt quasi ĩdigna deo & maiestati summæ incongrua & impossibilia veritati contemni, & stultum existimari prædicationis verbum in redemptionem generis humani:et ex naturæ documẽto secundum mundi huius elementa incedentes falsa iudicare, quæ de salute hominis perfecta sunt in morte redemptoris:opponit se, vt gloriam eius euacuet quæ est secundum sensum huius seculi sapientiæ. & ostendit sapientiam christianæ fidei in morte quidem redemptoris humilẽ, sed in agnitione creatoris esse sublimem:& sacramenta redemptionis quæ despecta videbantur secundum speciem huius mundi, & eorum qui mũdanam tm̃ nouerãt ęstimationem, excelsa esse & veneranda & supra mundi huius sapientiam & rationẽ & doctrinam efficacia ad demonstrandam summã veritatem. Propterea theologiam diuinã,quæ his exemplaribus vsa est in demonstratione inuisibilium,digna deo & consentanea veritati prædicare: Theologiã vero mundi,quę ratione carnis elementa conditionis secuta est, non potuisse veritatem dei apprehendere.Et ita quidẽ (vt in ęnigmate dicatur) Golias in capite suo a despecto & modico percussus prosternitur: quia mundi huius sapientia tumens in altum ab humilitate christianę veritatis ĩ summo suo manifesti erroris comprobatur.Et mõstratur deus ab humilibus inuentus & humilibus reuelatus, & crucẽ Christi credentibus contulisse:qđ superbientibus & de se præsumentibus conferre nõ potuit sapientia mundi. Propterea opponimus theologiam nostram,& excelsorum & sublimiũ & inuisibilium cognitionem,subsanantibus & arguentib9 fidem humilẽ:vt gloriẽtur si possint ipsi qui hæc despiciunt de similibus. Et si talia inuenerũt & similia cognouerũt sapiẽtia sua & ratione sua & sensu suo quã fidei nostrę pręferre non timẽt:vt inspiciant theologiam suam,& quę de deo dixerunt erubescenda & ridicula & incõgrua & falsa,vt fidem agnoscãt & suscipiant veritatem. Propter hoc enim deus in natura hominis conuersari voluit, vt conuersatio hominis in

cælo esse posset: & ob hoc ille humana sustinuit, vt diuina iste cognoscere mereretur. Hoc est sacramentũ humilitatis dei, & sacramentũ fidei, & sacramẽtum veritatis: qđ non cognouerunt superbi corde, inflati sensu suo, & sapientia sua, quę de carne erat: & nõ potuit dei sapiẽtiam inuenire: vt inueniretur stultitia esse quę sapiẽtia putabatur & non erat. In hoc sublimes facti sumus ad eos: quia sapientia dei quæ in carne a nobis creditur ab illis despicitur: In gloria & maiestate a nobis agnoscitur: ab illis ignoratur.

¶Quid sit Hierarchia, & dispositio illius & exordium. Cap. V.

QVæ oportuit in theologiam Dionysii pro descriptione Hierarchiarum ad intelligentiam dicendorũ præmittere: superioribus capitulis quantũ pro tempore animo suggestũ est expleui. Nũc superest vt quæ de his a theologo dicta sunt inspiciamus. Et quia ipsa lectionis superficies magna verborũ profunditate tecta est, & quodam alto sermonis superferẽtis se & extollentis & inuoluti secundũ magnitudinem & excellentiam rerum secretissimarũ ambiguo celata: necesse est vt primũ moderata & cõmuni facilìq; ad intelligentiam explanatione referet̃. Et hęc erit fortassis cõmodior explanatio introducendis ad magnũ principium: quoniam non oportet in tantarũ tãq; sublimiũ rerũ meditatione exercẽdos animos sermonũ inuolucris occupari. Quę licet apposita sint secretis venerãdis digna velamina ingredientibus: tamen reuelata facie ad contemplationẽ eorum quę intrinsecus sunt in libertate spiritus e medio sunt tollẽda, ad pãdenda mysteria. Hoc nunc ergo suscipimus, & hoc satis nobis est in iis quę dicemus. Nam ex reliquo si quid adiectũ fuerit: ex superabundanti sit dono. Hierarchia ex græco interpretatum sacer dicitur principat⁹: & sunt Hierarchię, id est principatus sacri, tres: quas dicemus vt supra cõmemorauimus. Prima & summa Hierarchia est potestas diuinitatis. Secunda & media est potestas angelica ad similitudinẽ primę potestatis facta & sub prima potestate constituta. Tertia & vltima Hierarchia ẽ potestas humana: ad similitudinẽ angelicę facta & sub ea constituta, & p mediã eam sub prima & summa. His Hierarchiis. i. principatibus sacris, totus regitur mũdus. in quibus summa potestas est, quę imperat tm̃: & infima, cui tm̃ imperatur: & media quæ imperat inferiori, & cui a superiori imperatur. Summa ergo potestas & prima secundã & tertiam potestatem post se cõstituit in angelis & hominibus: vt ei & conformes participatione virtutis, & cooperatrices consortio potestatis sint. Et diuisit dona virtutum, & secundũ diuisiones donorum distribuit officia potestatũ: & dedit dona plurima & multas potestates constituit, & oĩa dona de vno, & omnis potestas sub vno: & vnum in omnibus, & oĩa ad vnũ, et in vno. Angelicam vero Hierarchiam primo demonstrat theologus. Secũdo tractat de humana. Tertio quasi in fine & cõsummatiõe, de diuina et summa. Ipsam autem angelicam in tres subdiuidit Hierarchias, et vnamquãq; trium per tres ordines distinguit: vt nouem angelicorum ordinum numerus cõpleatur. Et oẽm Hierarchiam vnius potestatis et vnius officii et vnius dignitatis: et in vnaquaq; Hierarchia et primos constituit et medios et vltimos ordines. Et primos quidem illuminare: vltimos vero illuminari: medios aũt et illuminari a primis, et vltimos illuminare. Post hæc de vltima Hierarchia similiter diuisiones donorũ et distributiones potestatũ et dignitatũ, et officia et ordines et operationes ad similitudinẽ angelicę Hierarchiæ ordinata prosequit̃. Nouissime ad diuinã et simplicẽ et superexcellentẽ Hierarchiã (q̃tũ possibile est in hũanis cõtẽplãri) cõscẽdẽs et in ipã cõsummãs. cõsũmata hęc sũma est. Exordiũ autẽ (qm̃ summũ bonũ) cũ sit vnũ, mirifice multiplicat̃ & variat̃ ad decorẽ & pulchritudinẽ diuisionis & pfusionis in oẽs, q ei⁹ participatiõe di

gni sunt: vt in in illo vnũ sint omnes. Qm̃ dona eius lumina sunt: & lumina faciũt lucẽtia, & illuminata lucẽtia & illuminãtia ipsa: & fiũt lux lucentia & illuminantia lumina. lux sunt, & vna lux vbiq;,& vnũ lucẽtia in luce vna:& multiplicatur in multis vna: & multa in vna vniuntur. Ex hoc ergo theologia incipit:qa lumina lucẽtia & illuminãtia speculamina sunt diuina:& videtur in eis lux lucens & illuminãs,quæ incõprehensibilis & inaccessibilis in se manet.Et propter hoc vt videri possit exit in ipsa & infundit se illis:vt apprehendant eam & capiant & videant in seipsis lucentia ex ipsa.Nõ em̃ possunt videre vel apprehendere illam quę nõ lucent ex illa:qa sine luce,neq; ipsa videri lux potest.Et sunt qdẽ ista speciosa simulacra lucis ad inuisibilẽ profusionẽ:vt p visibilia inuisibilia videant. Nõ em̃ bonũ illud & lux ipsa ista lux est: & tñ secũdum aliqd lux est & vere lux dici potest:& cũ dicit lux,verũ dicitur,qa lux est:& lux illius imago est. Et qđ in hac luce est,ĩ illo bono est:qm̃ ipsa lux ab illo bonũ est: & totum in illo est:quia ab illo totum est.Non enim cum ab illo esse cœpit in illo esse desinit.Sedprocessit ab illo,& permansit in illo.Propterea seruit imago & mõstrat creatura opificem:qm̃ ad hoc facta est, vt videatur in illa. Propterea dona lumina sunt illuminantia,& participantia lumina illuminata,& ipsa illuminãtia,& illuminanti lumini similia.In eo q; illuminãtur fiunt gratię participes. In eo vero q; illuminant efficiunt potestatis consortes. Et constat his duobus om̃is Hierarchia: & perficitur gratia & officio virtute & ministerio:quę omnia similitudinib[9] & figuris,& ęnigmatibus variis a visibilibus sumptis theologice demonstrantur.

Explicit liber primus per modum prologi de differentia humanæ & diuinę theologiæ prælibatus.

SEQVUNtur tituli. XV. capitum cælestis siue angelicæ Hierarchię diui Dionysii Areopagitę ad Thimotheum: post quos singulorum capitum apponetur secundum Ioannem Scotum superiorẽ litera: & post literam Hugonis nostri expositio.

Q; diuina illuminatio secundum bonitatem varie impræuisa proueniẽs, manet simpla:& non hoc solum, sed & vnificat illuminata. Cap.I.
Q; pulchre diuina & cælestia per dissimilia symbola manifestantur. Ca.II.
Quid est Hierarchia,& quę per Hierarchiam intelligentia. Cap.III.
Quid significat angelorum cognominatio. Cap.IIII.
Quare omnes cælestes essentiæ cõmuniter angeli dicuntur. Cap.V.
Quæ prima cælestium essentiarum dispositio:quę media,q̃ vltima. Ca.VI.
De Seraphin,& Cherubin, & de thronis:& de prima eorum Hierarchia. Cap.VII.
De dominationibus & virtutib[9] & potestatibus: & de media eorũ Hierarchia. Cap.VIII.
De principib[9] & archãgelis & angelis & de vltima eorũ hierarchia.Ca.IX.
Repetitio & congregatio angelicę ordinationis. Cap.X.
Quare oẽs cęlestes essentiæ cõmuniter virtutes cęlestes vocantur. Cap.XI.
Quare secundũ hoĩes summi sacerdotes angeli vocantur. Cap.XII.
Quare a Seraphin dicit purgatus fuisse propheta Esaias. Cap.XIII.
Quid significat traditus angelicus numerus. Cap.XIIII.
Quæ formatiuę angelicarũ virtutum imagines,& quę deinde. Cap.XV.

Litera Cap.I.

OMne datum optimũ,& oẽ donum perfectum desursũ est descendẽs a patre luminũ.Sed & oĩs patre moto, manifestatio

nis luminũ processio ĩ nos optime ac large proueniens: iterum vt vnifica virtus restituens nos replet, ac conuertit ad cõgregãtis patris vnitatem & deificam simplicitatẽ. Etenim ex ipso omnia & in ipsum, vt diuinũ ait verbum. Ergo Iesum inuocantes paternũ lumen quod est q̃d verum, quod illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundũ, ꝑ quẽ ad principale lumẽ patrem accessum habuimus: in sanctissimorũ eloquiorum patre traditas illuminationes (quãtũ possibile est) respiciemus. Et ab ipsis symbolice nobis & anagogice manifestatas cælestiũ animorum Hierarchias, quantũ potẽtes sumus, cõsiderabimus: Et principalem & superprincipalem diuini patris claritatem, quæ angelorũ nobis in figuratis symbolis manifestat beatissimas hierarchias imaterialibus & non trementibus mentis oculis respiciẽtes: iterum ex ipsa in simplum illius restituimur radium. Etenim neq; ipse vsq̃ neq; vnq̃ radius a propria singulari vnitate deseritur. Ad anagogicam vero & vnificam eorum quæ prouisa sunt contemperantiã, optime & pulchre multiplicatur & prouenit: manetq; intra se munite in incommutabili similitudine vniformiter fixus: & in se (quantum fas est) respicientes ꝓportionaliter eis extendit: & vnificat secundum simplicem sui vnitatem. Etenim neq; possibile est aliter nobis lucere diuinum radiũ: nisi varietate sacrorum velaminũ anagogice circũuelatum & iis quæ secundum nos sunt prouidentia paterna cõnaturaliter, & proprie præparatũ. Propter quod & sanctissimã nostram hierarchiam perfectissima sacrorum dispositio cælestium hierarchiarum supermundana imitatione dignam iudicans, & dictas in materiales hierarchias materialibus figuris & formalibus compositionibus varificans tradidit: vt proportionaliter nobis ipsis a sacratissimis formationib9 in simplas & nõ figuratas ascendamus altitudines & similitudines. Quoniam neq; possibile est nostro animo ad nõ materialem illam ascendere cęlestiũ hierarchiarũ & imitationẽ & contemplationem: nisi ea quę secundũ ip̃m est materiali manuductione vtatur. Visibiles quidem formas inuisibilis pulchritudinis imaginatiões arbitrãs, & sensibiles suauitates figuras inuisibilis distributionis & immaterialis luculentiæ imaginẽ materialia lumina: & secundũ intellectum contẽplatiuę plenitudinis discursas sacras disciplinas: & adunati ad diuina & ordinati habitus earum quæ hic sunt dispositionũ ordines, & Iesu participationis ipsam diuinissimę eucharistię assumptionẽ, & quęcũq; alia cælestibus quidem essentiis supermundane, nobis vero symbolice tradita sunt. Propter hãc ergo nostram corrationalẽ theosin misericors perfectionis principium, & cælestes hierarchias nobis manifestans & cõministrã earũ perficiẽs nostram hierarchiam ad virtutẽ nostramq; similitudinem deiformis earũ sanctificationis sensibilibus imaginibus supercęlestes descripsit intellectus, in sacris eloquiorum cõpositionibus: vt nos reduceret per sensibilia ad intellectualia, & ex sacræ figuratis symbolis in simplas cælestium Hierarchiarum summitates.

Incipit Liber Secundus M.Hugonis de Sancto Victore,cõtinẽs expositionem in primum caput cælestis Hierarchiæ diui Dionysii Areopagitæ.

PRimus liber Dionysii theologi Areopagitæ q de cęlesti hierarchia.i.cælesti prĩpatu inscribit, quindecim capitulis contextus est:in quibus cælestium spirituũ dona & officia,virtutes & operationes per singulos ordines & gradus & distributiones & differẽtias diligẽter enumerat.Titulus autem primi capituli est. Quoniam omĩs diuina illuminatio secundum bonitatem varie impręuisa proueniẽs manet simpla:& non hoc solum,sed etiam vnificat illuminata. Ipsa eñ gratia diuina illuminatio est,& ipsa dona gratiæ lumina sunt illuminantia eos qui se participant : & omnis gratia ab vno fonte descendit,& omnis illuminatio ab vno lumine:& multi sunt radii,& vnum lumen: & spargit se vnum lumen vt multos illuminet:& lucent illuminati multi,& non videtur nisi vnum lumen , & fiunt lumen vnum in lumine vno.Tali similitudine monstrat theologia quomodo vnum bonum multis se participandum præbet,vt vnum sint in illo:q vnam trahunt similitudinẽ ex illo. Deinde prosequitur theologus & ostẽdit ꝙ inuisibiles gratię operationes & donorum inuisibilium distributiones, nõ nisi visibilibus signis & similitudinib⁹ possunt demonstrari aut intelligi:& ꝙ omnis visibilis species & sensibilis natura aliquam similitudinem teneat ad inuisibilium demõstrationem . Qm̃ sicut om̃e bonum a summo bono est: ita in omni bono secundum ęmulationem participationis summum bonum contemplari potest.Ideoq; theologiam cõueniẽter ex om̃i specie & forma & qualitate sensibili inuisibilium significationẽ conformare. Et hic sensus est primi capituli. Omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Authoritate apostolica & diuinæ theologię primum probat omne bonũ esse a summo bono:Deinde ex sua subiungit sententia om̃e bonum respicere & refundi ad summum bonum: quia sicut in multis participatione diuiditur : ita multa in vna similitudine & imitatione vniuntur.Data optima dona naturę sunt:dona perfecta dona gratię:pater luminum author & largitor donorum. Omne ergo datum optimum & omne donum ꝑfectum desursum est descendẽs a patre luminum: quoniam bona omnia siue q̃ natura primum bene condita accepit, siue quæ postea per gratiam glorificata obtinere meruit:ab vno authore naturæ & largitor gratiæ data sunt.Quibus quasi descendere fuit,a fonte plenitudinis summæ ad participationem inferiorum venire.Omnis enim creatura excellẽtiæ creatoris natura ĩferior est: & idcirco omne bonum qđ dono creatoris creaturæ infunditur,merito quasi ad inferiora descendere perhibetur. Descendit enim quia subditę naturę & inferiori dignitate se infundit. Descendit etiam qa a perfecta & consummata plenitudine in eã quæ ex parte est,participatione se diuidit.Ita tamen ꝙ nec descendens seruiat,nec diuisum decrescat:sed manẽs ĩ se qđ est & in eo a quo venit,quãtum est eis ad quos venit,se præbet,& hoc qđ esse accipiunt,& quãtum esse in eo qđ sunt meruerunt. Ita ab vno bono omnia bona sunt: & ĩ vno bono om̃ia bona sunt: & ipsum bonum a quo sunt om̃ia bona bonum est,& lumen est:& eorum quæ ab ipso sunt author bonorum & pater luminum:& bona ipsa lumina sunt , & illuminãtia ea quæ lucere possunt & lumina fieri lucentia ex illuminãte lumine.Hoc enim bonum nihil a se cõditũ alienum relinquit a se:nec tamẽ illuminat nisi ea tm̃ quæ creauit ad se,& formauit secundũ se.Illa enim sola lumen capiunt q̃ lucere possunt ex lumine,quę lumẽ veniẽs, sibi non dissimilia inuenit: & infusum ad maiorem sui similitudinẽ & imaginem exteriorem ꝑfectiorem extollit. Ista ergo sola data optima & dona perfecta accipiunt:quia om̃is creatura(p-

ter eam quæ imaginem conditoris habet & similitudinis capax est) si in suo genere bonum est qđ a creatore esse accepit:nec optimum erat cum datū est, nec perfectum consummatum. Rationalis vero creatura,quæ sola ad imaginem cōditoris facta est,data & dona accepit.Optima quidem dum cōderetur ad infima : & perfecta dum sublimaretur ad summa.Neq; enim melius aliqđ alteri naturæ datū est ab eo qđ primū accepit,neq; perfectius eo qđ postmodū esse meruit:quoniam & primum prę cęteris omnibus bona condita est, & postmodum ad eius a quo facta est imaginem & similitudinem perfecta.Ergo data optima & dona pfecta a patre luminum descendentia, rationalis tm̄ creaturæ celsitudinem contingunt: quæ sola sublimis facta est.Primum dum conderetur optima:& postea dum glorificaretur perfecta est,quodammodo consimilis & coæqualis ad summa.Nā ipsa data optima & dona pfecta lumina sūt quę a patre luminum descēdunt:& ipe lumen est a quo descendunt pater luminū,& in quos descendūt ipsi lumina fiūt:qa nec pater luminis aliū gignere potuit q̄ ipe est,nec susceptor luminis aliud q̄ lumē fieri pōt.Si ergo lumē est q lumē genuit,& lumē est q lumē suscepit:iā quodāmodo inuenitur esse idem & qui genuit et qui suscepit.Ita tamen vt ille hoc esse credatur per naturā:iste vero hoc esse agnoscatur per gratiam. Propter hoc ergo vnum lumen in multa se lumina participatiōe profudit: vt multos illuminatos ad vnum lumē reformaret:vt dū illud participādo multi acciperēt in illius forma omnes vnū apparerent.Propterea theologus cū ex diuina mōstrasset authoritate quoniā omne bonum a summo bono:ex sua statim subiūgit sententia. Qm̄ omne bonum ad summum bonum: & qđ ab illo quidem diuisione participationis pfunditur,& ad illud similitudine cōformationis vnitur. » Omne datū optimū & » omne donum perfectū desursum est de » scēdēs a patre luminū. In hoc ergo pbat φ omne bonū a sūmo bono est.Post hoc subiūgit φ oīe bonū ad sūmū bonū cōuersionē habet & reductionē & finē. Sed & oīs pře moto , manifestatio » nis luminū pcessio ī nos optime & lar » ge prouenieus, iterum vt vnifica virt⁹ » restituens nos replet: & cōuertit ad cō » gregantis patris vnitatem & deificam » simplicitatem. Motus patris affectus » est paternę benignitatis:sola enim benignitate & pietate sola pater moueť vt lumina sua effundat super nos. Moueť non conturbatione sui:sed miseratione nostri.Mouetur non se concutiens,sed nos colligens:non se euacuans,sed nos replens. Moueť ergo vt ad nos veniat: & non mouetur vt a se recedat.Moueť vt nobis esse incipiat qđ nō erat: et nō mouetur vt sibi definat eē qđ erat. Sic ergo pater luminum moueť super nos: & moto patre lumina eius descendunt in nos,& per procedentia in nos manifestātur per nos. Primū nobis,post hoc aliis ex nobis:& oīs ista processio manifestatiōis luminū.i.per quā lumina manifestanť(non enim manifestareņť nisi procederēt)exiens a patre moto.Omis scilicet ista pcessio manifestationis luminum in nos pueniens hoc operatur, videlicet φ replet nos:non vtiq; alio q̄ se ipsa ex eo φ replet,iterū restituēs reparando:sicut pœnis cōstituit creādo. restituit scilicet vtpote vnifica virtus q̄ dispersa colligit,diuersa componit,& ex multis vnum facit: & ita restituens et reformans cōuertit nos qui pri⁹ dissimilitudine fuimus auersi,multitudine diuersi,prauitate peruersi. Cōuertit dico ad cōgregātis patris vnitatem et deificā simplicitatē.Lux.n.patris inuisibilis in se,pcedens in nos et exiens ad manifestationē vacuos inuenit et ianes a vero bono: et īfundēs se nobis replet nos scđm vniuscuiusq; nostrū virtutē et capacitatē:et cū repleuerit cōuertit nos vt nō dissideamus a patre,sed ī eadē similitudine et imagine respiciam⁹ ad ipsum qua non discordamus ab ipo. Replet quidem illuminando:et conuertit lumina faciendo . Replemur eñ in eo φ lumen accipimus:cōuertimur autem in eo φ ex accepto lumine et ipsi lumina sumus.Nam in eo cum lumine vnum sumus , et in lumine vnum su-

mus ꝙ lumen sum⁹. & est vnitas ĩ vna similitudine, in vno lumine, in vna claritate, & vnum illuminans & lucẽs lumen. Quia igiť omne bonum a summo bono est, & omne bonum ad summum bonum est: ab illo enim accipimus ꝙ cũ illo vnum sumus: nec esset ĩ nobis quo respiceremus ad illum, nisi prius quod
» suum est nostrum fieret per illum. Et
» enim ex ipso omnia & in ipsum, vt diui
» num ait verbum. Id est vt diuini verbi authoritas testatur. Ex ipso procedentia in ipsum conuersa. Ex ipso prĩcipio in ipsum finem. Possum⁹ autem adhuc & motum patris non inconueniẽter accipere principium nostræ contẽplatiotionis. Mens etenim tenebris suis assueta, quando internam claritatem contẽplari nititur quasi trementibus & palpantibus luminibus vim insoliti fulgoris non sustinens ipsis primis aspect⁹ radiis reuerberatur: & apparet illi quasi tremulum lumen, & moueri videť ipm lumen, cum potius illius tenebræ solæ moueantur, & fugiant p̃sentiam luminis coruscãtis. Et videtur motus luminis hic esse cum sit tenebrarum fugientium lumen: & post motum ipsum funduntur lumina & procedunt ad manifestationem, quæ stantibus tenebris videri non potuerunt: & replent nos lumine vt luceam⁹, & lumina simus sicut lumẽ est ipsum quod nos illuminat: vt ex ipso sint omnia & in ipsum: quę prĩcipium subsistendi accipiunt ab ipso & finem consummationis in ipso: sicut diuinum verbum per Paulum apostolum
Roma. II testatur: qm̃ ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oĩa: ipsi gloria in scl'a. Amen.
» Ergo Iesum inuocãtes paternum lu
» men qđ est, quod verum, quod illumi
» nat omnem hominem veniẽtem in hũc
» mundum: per quem ad principale lumẽ
» patrem accessum habuimus: in sacratis
» simorum eloquiorũ patre traditas illu
» minationes quãtũ possibile respiciem⁹:
» & ab ipsis symbolice nobis & anagogice
» manifestatas cælestiũ animorũ Hierar
» chias, quantum potentes sumus, consi
» derabimus. Superiori capitulo sequẽtis operis summã breuiter cõplex⁹ est: qm̃ omẽ bonũ a summo bono & oẽ bonũ ad summũ bonũ. Nunc priusq̃ textũ materię suę ingrediatur, inuocationem facit ad Iesum qui est paternum lumẽ: quo mediante oẽs sp̃uales illuminationes & dona gratiarũ illuminandis tribuuntur: vt ipso illuminante & iuuante secundũ diuinoꝝ eloquioꝝ traditiones, quæ & ipsa ad luminãda corda hominũ a patre tradita sunt, possit & veraciter agnoscere & digne narrare cælestiũ spirituũ inuisibiles illuminationes & dispositiones sacras. Ergo Iesum inuocantes. ac si diceret: omnis quidem illuminatio a patre est: sed sine Iesu mediatore nulla illuminatio haberi põt. Ergo nos qui illuminari poscimus, Iesũ inuocãtes vt scilicet illuminari mereamur. Deĩde sequitur de ipso Iesu Christo, qđ est paternum lumẽ: pro eo qđ dicere debuerat qui est paternum lumẽ, ad sequẽtem dictionem relatio facta est, qđ est paternum lumẽ. Vel Iesum inuocantes paternum lumen: qđ scilicet lumen est: hoc est verũ & ęternũ & incõmutabile esse habet, & lumen est ex eo qđ est. Non sicut illuminata lumina: q̃ lumina sunt nõ ex eo qđ sunt, sed ex eo qđ acceperũt. Qđ etiam lumen verum subauditur est lumẽ: qm̃ ex eo qđ est lucet, & nõ solum sibi lucet sed etiã alios illuminat. Qđ illuminat omnem homi Ioan. I.
nẽ venientem in hunc mundũ. Non qa omnes illuminantur: sed quia ex omnibus nemo est q ex se habeat cur potius q̃ alter illuminari mereať. Gratię eñ illuminatio ista est, non naturę: donũ, nõ debitũ: beneficiũ largientis, nõ p̃miũ accipientis. Siue etiã oẽm hominẽ in hũc mundũ venientem hoc lumẽ illuminat quantũ oẽs natura rationis capaces facti sunt & lumen intelligentię perceperunt. Vel oẽm hoĩem venientẽ in mundũ lumen istud illuminat: non qa om̃es sicut dictũ est illuminanť: sed qa aliunde illuminari non habẽt oẽs qui vel illuminanť vel nõ illuminanť. Illuminare enim non est nisi luminis: sicut illuminari non est nisi lumen accipientis. Quapropter sicut oĩm est lumen accipere: ita soli⁹ luminis est oẽs illuminare. Sequiť. Per quẽ ad principale lumen »
patrẽ accessum habuimus. Per lumen »

Iesum accessum habuimus ad lumẽ patrem. Iesus eñ lumẽ est, & pater Iesu lumen: & genitus est a lumine patre fili⁹ lumen: & vnum lumen pater & filius. Et dicit̃ pater principale lumen, nõ qa maius lumen vel melius lumen, qa idẽ lumen: sed qa non de lumine lumẽ, ideo principale lumen. Filius lumẽ de lumine, pater lumen non de lumine: & tamẽ vnum lumen pater & filius: sicut vnus deus pater & filius. Et ideo pater principale lumen: qa de lumine patre filius lumen. Potest adhuc & aliter intelligi ꝙ pater principale lumẽ dictus est. Video enim & ipsum filiũ scđm aliqd lumen esse: in quo non potest patri æqualis esse. Pater quippe Iesu deus est & solum deus: filius autem deus est, nec solum, sed etiã homo & deus. & est lumẽ Iesus in eo ꝙ est deus: & idem lumẽ qđ est pater de⁹. In eo vero ꝙ homo est, lumen est: qm̃ & ipsa Iesu humanitas lumen fuit in eo ꝙ veritatem demonstrauit, & principale lumen patrem reuelauit. Sed lumen humanitatis Iesu min⁹ fuit lumine deitatis. & ĩ lumine quidẽ humanitatis Iesus ĩferior fuit patre: in lumĩe vero diuinitatis idẽ cum patre. Et venimus per ipsum ad ipsum: per lumen humanitatis in quo erat solus filius, ad lumẽ diuinitatis ĩ quo erat pater & filius. Idcirco accessum habuim⁹ per filiũ ad patrem: nec ad solum patrẽ sed & ad filiũ & ad patrẽ. Video & aliũ accessum per Iesum ad principale lumẽ patrem. Iesus eñ sapientia patris est, & ipsa sapientia patrem reuelauit, & exiuit sapientia patris, patre pmanente in abscondito: & mãsit pater inuisibilis, & sapientia eius visibilis facta est vt ad ĩuisibilẽ patrem pduceret. & cũ facta est visibilis nõ desiit inuisibilis esse: qa venit eo vbi nõ erat, & ide vbi erat nõ recessit. Et exiuit primum per creaturam mundi, & manifestauit se in opib⁹ suis: & cœpit visibiliter videri inuisibilis in eo quod erat visibile, & monstratũ est quoddam lumen vt duceret ad mai⁹ lumen: & erat primũ lumẽ sapientię, & secundũ lumen sapientia: Et factus est nobis Iesus via ad patrem: ex inferiori lumine ad lumen principale. Deinde venit secundo sapientia, & exiuit vt dictũ est per carnem, & facta est lumẽ in testa vt illuminaret nos, & assuefaceret ad maius lumen & perduceret ad pricipale lumen. Sed & ita accessum habuim⁹ per Iesum ad pricipale lumen patrem.

"Ergo Iesum inuocantes paternum lumen quod est, qđ verũ, qđ illuminat omnẽ hoĩm venientẽ in hunc mũdum: p quẽ ad principale lumẽ patrẽ accessum habuimus." Hucusꝙ pendet sententia donec sequentibus cõpleatur. & est sensus. Nos inuocãtes Iesum respiciemus quantũ possibile est nobis, in illuminationes sacratissimorũ eloquioꝝ, hoc est in sacratissima eloquia quæ illuminãt nos doctrina veritatis & intelligẽtia secretorum: a patre traditas. Traditæ sũt enim a patre illuminationes diuinorũ eloquiorũ vt nos ex ipsis illuminemur: quousꝙ capaces efficiamur contemplationis luminis principalis: & ipsis illuminantibus nũc agnoscimus secreta cęlestia quę nondum sensu comprehendere valemus. Illuminatiões quoꝙ sacratissimoꝝ eloquiorũ accipere possumus descriptiones sacri eloquii & configurationes ex formis visibilib⁹ sumptas: in quibus nobis statum ĩuisibiliũ rerũ & cælestium secretoꝝ rationem modũ ꝙ ex ꝓposita similitudine demonstrat. Ipsis eñ signis visibilibus humana mẽs cõmodi⁹ instruit̃ et illuminat̃ ad inuisibiliũ cognitionem. Propterea pene vbiꝙ in sacro eloquio rerum visibiliũ species ꝑ significatione adhibentur: quando humana mens de iis erudit̃ q̃ abscõdita sunt ab intelligentia humana: vt p ea quæ nouit, cavere possit & intelligere q̃ non nouit. Istas illuminationes foris ad eruditionem nobis ꝓpositas, Iesum inuocãtes qui intus corda illuminat inspicere debem⁹: & scđm ipsarum demõstrationẽ secreta cęlestia addiscere. hoc est qđ sequit̃. "Et ab ipsis symbolice nobis & anagogice manifestatas cęlestiũ aioꝝ hierarchias, quãtũ potẽtes sumus, cõsiderabim⁹." Est itaꝙ ordo, vt primũ sanctarũ scripturarum illuminationes cũ inuocatione Iesu p quẽ interna illuminatio dat̃, & sine quo exterior inanis est, inspiciamus: ac deide illumi-

nāte Iesu ex ipsis sacrę scripturę illumi nationibus & demōstrationib⁹ cęlestiū animoꝝ.i.spirituum cęlestium pricipa tus sacros & potestates (q nobis nisi p scripturę sacrę traditiones manifestarē tur,inuisibiles oīno essent & īcogniti) consideremus.Hoc est eñ qđ ait.Consi derabim⁹ quātū potētes sum⁹,siue quā tum possum⁹. Paruū est eñ nostrū pos se & exiguū ad tantarū rerū magnitu dinē.Cōsiderabim⁹hierarchias.i.sacros principatus cęlestiū aīoꝝ.i.angelicorū spirituum.Hierarchias dico manifesta tas nobis,hoc est demōstratas vel reue latas ab ipsis.s.illuminationib⁹.i.demō strationibus sacri eloquii symbolice & anagogice. Symbolū est collatio forma rū visibiliū ad inuisibiliū demōstratio nem.Anagoge aūt ascēsio siue eleuatio mentis est ad supna cōtēplanda.Notat aūt hic duplicē modū reuelationis di uinę q̄ theologorū & pphetarū mētib⁹ infusa est per visiones & demonstratio nes quas gręci theophanias appellāt.i. diuinas apparitiōes. Qm̄ aliqñ p signa sensibilib⁹ similia inuisibilia demōstra ta sunt:aliqñ per solam anagogen.i.mē tis ascēsum,in supna pure cōtemplata. Ex his vero duob⁹ generib⁹ visionum, duo quoq; descriptionum gña in sacro eloquio sunt formata.Vnū quo formis & figuris et similitudinibus rerū occul tarū veritas adumbrat̃. Alterū quo nu de & pure sicut est absq; ītegumēto ex primit̃.Cū itaq; formis et signis & sili tudinib⁹ manifestat̃ qđ occultū est, vel qđ manifestū est describit̃:symbolica de mōstratio est. Cū vero pura & nuda re uelatione ostēdit̃,vel plana et apta nar ratiōe docet̃:anagogia. Sequit̃. Et pri cipalem & supprincipalē diuini patris claritatē,q̄ angelorū nobis in figuratis symbolis manifestat beatissimas hierar chias,īmaterialib⁹ & nō tremētib⁹ mē tis oculis respiciētes,iterū ex ipsa ī sim plum illius restituimur radium. Hic manifeste edocet quibus gradibus diui nę illuminationis processio fiat vsq; ad nos:et rursum quibus progressionibus mens nostra reducatur ad summæ cla ritatis contemplationem.Diuinum eñ lumen primum in angelicam naturam descendit:& ab ipsa reuelationib⁹ & de monstrationibus diuinis & mystica sa cri eloquii narratione ad nostram vsq; intelligentiam participationeq; se trās fundit.Mens vero humana eisdem rur sum gradibus ad superna conscendens sacra diuini eloquii inspectione cęlestia secreta & eam quæ in angelis est diui nę claritatis illuminationem perpēdit: ex qua paulatim in inuisibiliū agnitio nem succrescēs ad ipsum tandē summi luminis splendorē contemplandū con ualescit:et fit qđ in principio dictū est, quia vnū lumen et ad multa illuminā da se diuidit: vt illuminata omnia ad vni⁹ claritatis aspectum similitudineq; reformet. Propterea cognita ex sacris diuini eloquii traditionibus cęlestium spirituū claritate, qualiter hanc cogni tionem summi luminis cōtēplatio sub sequat̃ ostendit dicens. Et pricipalem et superprincipalem diuini patris cla ritatem,quæ angelorum nobis in figu ratis symbolis manifestat beatissimas hierarchias,immaterialibus et non tre mentibus mentis oculis respicientes, iterum ex ipsa in simplū illius restitui mur radium. Ordo verborum est: Nos respicientes claritatē diuini patris pri cipalem et superprincipalem oculis mē tis immaterialibus et non trementib⁹: quæ claritas manifestat nobis beatissi mas hierarchias angelorum in symbo lis figuratis:iterum ex ipsa in simplum illius restituimur radium. Respiciētes enim claritatem patris restituimur, id est reformamur iterū : hoc est reducti ue conuersi ad illud vnde venimus,in simplum eius radium: vt in vno lumi ne vnum simus,qui lucemus ex lumi ne vno : et non sit discrepantia lucen tium,sicut diuersitas luminum non est vlla.Claritas autem patris principalis & superprincipalis dicitur:qa non so lum dignitate vel causa lucentibus o mnibus superior est,sed etiam excelsior natura. Et hæc claritas quia non cor poralis sed spiritualis est et spirituali ter lucet:idcirco non nisi immateriali bus tm̄,id est incorporalibus oculis vi deri pōt.Quos oculos ēt nōtremētes.i. sanos et pspicaces et irreuerberatos eē

necesse est:ne lippienti acie tãtũ lumen intuentes,tenebras sibi ex ipsa claritate inducãt. Merito aũt post claritatem angelorum per sacra eloquia cõtemplatã, ad diuini patris claritatem illuminamur:quia & ipa nobis angelorum claritas a claritate patris per eos in nos descendente ex sacri eloquii reuelatione manifestatur. Hoc est qđ ait:quę angelorũ nobis in figuratis symbolis.i.signis & conformationibus secundum species visibiles figuratis,manifestat beatissimas hierarchias.i.principatus & dignitates & potestates. Angelorum ordines & potestates & diuinę eorũ operationes omnino inuisibiles sunt:& nisi visibilibus signis & similitudinibus ex visibilibus sumptis demonstrentur,intelligi ab iis q visibilia tm̃ nouerũt nequaq̃ possunt. Propterea patris claritas ad principale lumen suum nos reparare volẽs,primũ illuminationibus sacri eloquii ad contẽplãdam angelorum claritatẽ nos excitat: & ex ea claritate illuminatos tandẽ ad suę claritatis agnitionẽ lumenq; reformat:vt vnum simus in illa,qui vnũ acceperimus ab illa. Hęc vero claritas patris vnius simplicis radii emissione & illuminatione per cuncta se diffundit,& penetrat cuncta:quoniam vnam sapiẽtiã pater genuit per quã cuncta opera sua fecit. Verbum quippe patris lumen de lumine est:vnum verbũ & radius vnus & ipsum verbum sapientia est,& ipa sapientia lumen est procedens a quo nata est:vna de vno : & propterea radius vnus a claritate vna:a quo illuminantur qui ad ipsum reformãtur vt luceãt ex ipso,& lux sint cũ ipso,sicut ille lux est. Et cũ sint multa lumina illuminata & varie dissimiliterq; lucentia:vnũ tamen lumẽ est illuminans in omnibus illuminatis. Hoc est quod sequit. „Etem̃ „neq; ipse vsq̃ neq; vnq̃ radius a propria „singulari vnitate deseritur. Sapientia em̃ dei q̃uis se varie dissimiliterq; mentibus spiritualiter illuminandis secundum suscipientium capacitatẽ ac possibilitatem infundat:in se tamen vna permanet & simplex. Nec maior sibi in iis qui abũdant ex ipsa:nec minor in iis q secũdũ inferiorem participationis gratiam vniri accipiunt in ipa: sed tota in toto & in singulis tota, summa transcẽdens & infimis cõdescẽdens : numerose se participandã prębens, & in se vna permanens. Propterea sese in plura participantia diuidit:sed ex sui participatione plura participantia ad vnitatem restituit. Nos enim colligi possumus ĩ ipsa:sed ipsa diuidi nõ potest in nobis. Et enim ipse radius.i.ipsa sapientia illuminãs a principali lumine pře exiẽs, & vsq; ad illuminanda oĩa procedens:a sua vnitate propria nõ deserit vnq̃:qm̃ semper cũ illo est:neq; vsq̃,quoniã vbiq; in illo est. Nam & cum per diuersa tempora mentibus illuminandis dissimiliter se præbet,eadem ac indissimilis est. Et cum diuersis locis diuersisq; participationis consortibus simul præsentẽ se exhibet:multiplex non est. Sequitur.

Ad anagogicam vero & vnificam eorum,q̃ prouisa sunt, contemperantiam optime & pulchre multiplicatur & peruenit:manetq; intra se munite in incõmutabili naturę similitudie vniformiter fixus:& in se (quantũ fas est)respiciẽtes proportionaliter eis extendit, & vnificat scđm simplicem sui vnitatem. „ Ac si diceret.diuinæ claritatis radius q spiritualiter lucentes illuminat:q̃uis ĩ se vnus permaneat,participatione tñ & distributione donorum varie multiplicatur:qm̃ m'tis diuersisq; modis distribuitur & multiplicatur. Hęc vero multiplicatio & variatio vniuersorum est pulchritudo: qm̃ nisi dissimiliter pulchra essent singula,summe pulchra nõ essent simul vniuersa. Nõ em̃ vnum aliquod ex vniuersis diuersis cape potuit qđ erat pulchritudinis totũ:& idcirco sũma pulchritudo varia participatiõe distributa est in singulis:vt perfecta esse posset simul in vniuersis. Ipsa vero distributio multiplicat optime & pulchre:optime in vniuersis,& pulchre in singulis,vel optime scđm participati ĩfusionem,pulchre scđm participãtium dispositionẽ. Optime.n.multiplicat vt maius fit bonũ quod a multis pcipitur: & pl'chre ml'tiplicat vt maior fit decor vniuersitatis qđ participãtibus singulis varie diuersisq; modis ĩfunditur.vt ex

multitudine numerosa in participantibus boni fiat consummatio: ex distributione dissimili participātium pulchritudo. Siue simplicis radii quo nos illuminamur multiplicatio cōuenienter intelligi potest secundū multas ac diuersas diuinorum eloquiorum figuras ac similitudines: quibus secundū nos sumptis diuina sapientia, quæ in sua puritate ac simplicitate omnino incomprehensibilis est, mentibus humanis varie multipliciterq; cum ipsa vna eademq; semper sit, declarat. Multiplicatur ergo qm̄ multis modis declaratur: optime quidem quantum ad se, & pulchre quantū ad nos. Optime multiplicat̄ qm̄ ex ipsa multiplicatione declarationum pfecti⁹ agnoscitur: pulchre declaratur quoniā pulchra ac decenti se declarātiū formarū specie ac dissimilitudine manifestat̄. Et ipsa multiplicatio fit ad contemperantiā eorum quę prouisa sunt: hoc est electorum & prouisoꝝ ad vitam: vt cōtemperentur & participationis concordia vniantur quasi multa mēbra ī vno corpore: vt ipsa diuersitas donoꝝ vnitatis & pacis societatem adinuicē confirmet. quatin⁹ vnūquodq; membrum se a totius corporis compage diuidere non pręsumat: cum boni plenitudinem quā in se min⁹ habet, in aliorum societate possideat. Quia em̄ vnūquodq; habet qđ aliđ nō habet: ꝓpterea vnūqđq; in alio habet qđ ī se nō habet: vel ī alio plus habet, qđ in se minus habet. Et idcirco singula inuicem tendunt ad se, & concordiam ac pacem seruant inter se: & ipsa concordia & pax contemperantia est qua sibi consentiunt vt stent in vnum & reforment̄ ad vnum. Propter hoc ergo ipsam contemperantiam prouisorū, anagogicā dicit & vnificā. Vnificam quidem vt stent in vnum: anagogicā, vt reformentur ad vnum. Vnificā quia dispersos in vnum colligit: anagogicam quia deiectos ad superiora reducit. Vnificam per dilectionem proximi: anagogicam per dilectionē dei. Propterea pulchra est in cōgregatione, optima in eleuatione. Ipse ergo radius diuinæ illustrationis multiplicat⁹ siue p distributionem donorum spiritualiū qua intrinsecus participatur: siue per varietatem mysticarum demōstrationum qua extrinsecus ī sacro eloquio declaratur: prouenit hoc est procedit in corda illuminanda, siue abintus per aspirationem ea replēs, siue a foris per sacri verbi eruditionem se, ipsis infundens: & tamen manet intra se munite. vt cum se mentibus illuminandis varie ac multipliciter participandum præstat: extra suæ tamen simplicitatem vnitatis non effluat. Ipsa enim eius vnitas propterea semper intra se manet: quoniam illā munit atq; custodit coessentialis incōmutabilitas, vt licet ad illius communicationem accedat participantiū pluralitas: ad diuisionem tamen illius non præualeat participationis diuersitas. Manet ergo intra se munite vt semper idem sit, neq; exeat ab eo quod est in id quod non est: sed incommutabili similitudine sua vniformiter fixus, vt videlicet a seipso nō discrepet quasi sibi dissimilis effectus. Neq; solum ipse vnus manet, sed etiam respiciētes in se & cōuersos ad se, quantum fas est, hoc est licitum & possibile illis, extendit se eis: hoc est porrigit vt ad eos etiam veniat qui longe sunt, & a se tamen non recedat. Extendit videlicet proportionaliter: hoc est vt alii plus, alii minus accipiant secundum dispensationem distributionis munerum, vel possibilitatem capacitatis participantium. Qui enim proximi sunt abundantius ex illo accipiūt: & sic deinde singuli quo magis accedunt, magis accipiunt: & quo magis recedunt, minus recipiunt. Omnes tamen accipiunt: vnusqsq; pro parte sua. Hoc est qđ ait. Proportionaliter se extendit. qa tñ ad oēs se extēdit & omnibus se infundit, omnes illuminat & lumina esse facit ex lumine suo, ac p hoc vnū esse facit sicut ipe vnus est. Et hoc est qđ dicit: Vnificat eos secūdū simplicē sui vnitatē. Vna em̄ illuminatio oīm vna est similitudo & vna forma in qua vnū sunt omnes ex illa qui illuminant̄ ab illa, & vnū cū illa: qm̄ illuminati lumina sunt sicut ipsa est lumē. Illi tamē qui ex ipsa vnū sunt vnificatione vnū sunt nō vnitate: quia q vnum sunt ex

multis,vnum sunt in vno. Ipsi em̄ multi sunt,& ꝓpterea vnum non sunt ĩ eo qđ sunt:sed quia multi in vno sunt,ex vno multi vnum sunt: et vnificatione vnum sunt non vnitate.Ipse vero non vnificatione,sed vnitate vnus est: quia vnus est ex eo ꝙ est quod vnum est. Et propterea simplicē dixit vnitatem : qa ex vno vnꝰ est, & idem vnum a quo est ipse est. Idcirco vnitas in vno simplex est: vnificatio vero multiplex ĩ vno. qa illic ex vno vnum & vnum in vno: hic autē ex multis vnū,quia multi in vno et vnum in multis.Deīde subiūgit causam quare diuinus radius.i.sapiētia diuina,quæ a patre vna est & apud patrē simplex est, varie multiplicatur ꝑ similitudines & formas demonstrationū in sacro eloquio:quoniam videlicet aliter nobis innotescere non potuit inuisibilis dei sapientia nisi se iis quæ nouimꝰ visibilium rerum formis ad similitudinem conformaret:& per eas nobis sua ĩuisibilia quæ non nouimus significādo exprimeret. Propterea diuinus radius qui in se vnus est et simplex,ad nos veniens,significationum & demōstrationum varietate multiplicatur:quia eū ĩ sua puritate ac simplicitate capere non
" valet. Etem̄ neq̧ possibile est aliter no
" bis lucere diuinum radiū nisi varietate
" sacrorum velaminum anagogice circū
" uelatum:& iis quæ secūdum nos sunt,
" prouidentia paterna connaturaliter &
" proprie præparatum. Sacra velamina in quibus nobis radius diuinus lucet, sunt mysticę ĩ sacro eloquio descriptiones:quæ visibiles adducūt formas & similitudines inuisibilium ad declarationem.Quibus videlicet velaminibꝰ ipse radius diuinus anagogice circūuelat. Anagoge em̄(sicut dictum est)ascensio mentis siue eleuatio vocatur in cōtemplationem supernorum.Anagogice igitur circūuelatur: quia ad hoc velat vt amplius clarescat:ob hoc tegit vt magis appareat. Eius igitur obumbratio nostri est illuminatio:& eius circunuelatio,nostri eleuatio. Quemadmodū infirmi oculi solem nube tectū libere conspiciunt,qui coruscum eius lumen intueri nō possunt: sic & diuinum radiū lippiētibus mentis oculis lucere ĩpossibile est:nisi varietate sacrorum velaminum circūuelatum & præparatum ꝑuidentia paterna connaturaliter & ꝓprie iis quæ secūdum nos sunt. Nisi.n. prouidētia paterna nobis ineffabili bonitate ĩ hoc prouidisset: oculis nostris lumen ipsius oīno lucere non posset. & idcirco paterne & pie ꝓuidit nobis, vt ipsū lumē præpararet nobis,& coaptaret iis quæ secundum nos sunt rebꝰ & similitudinibus & formis:& sic connaturaliter & proprie,hoc est secundū naturam nostrā et proprietatē eorū quæ naturæ nostræ sunt,præparatum et coaptatum ostenderet nobis. Conformat se nostris vt ꝑ nostra innotescat nobis: vt ea quæ cōnaturalia sunt et propria nobis,in demōstrationem proposita facilius intelligantur a nobis. Sequitur.
Propter qđ et sanctissimam nostram "
hierarchiam perfectissima sacroꝶ dispo "
sitio cęlestiū hierarchiarum supermun "
dana imitatione dignam iudicās:& di "
ctas ĩmateriales hierarchias materia "
libus figuris & formalibus compositio "
nibus varificans tradidit. Ac si diceret,quia per visibilia conueniēter inuisibilia demonstrātur:idcirco diuina sapientia quę omnia disponit ad similitudinem angelicæ hierarchiæ,quæ inuisibiliter ordinata erat ĩ cælis: humanam hierarchiam visibiliter formauit in terris:vt essent in hominibus quoq̧ sicut in angelis potestates & principatus sacri,quibus humana conuersatio tēporaliter incedens gubernetur: vt ex visibili dispositione hominū, inuisibilis innotescat dispositio angelorum.Hoc est enim quod ait. Propter qđ perfectissima sacrorū, hoc est summa hierarchia ipsa ineffabilis trinitas, a qua & secundum quā sacra omnia.i.sacræ ordinationes omnes disponuntur:iudicās sanctissimam nostrā hierarchiam.i.humanam,dignam supermundana.i.spirituali vel intellectuali imitatione cælestiū hierarchiarum,vt eas spiritualiter imitetur et secundum illas disponatur:Et idcirco varificans.i.varie ac multipliciter declarans ipas.s.iam dictas immateriales.i.spūales & angelicas hierar-

chias,materialibus.i.corporalib⁹ & visibilibus vel secũdum visibilia sumptis figuris & compositionibus formalibus hoc est aptis & competenter secũdum rationẽ formationũ expressis:tradidit, hoc est instituit ipsam videlicet sanctissimam nostram hierarchiam: vt in hoc quoq; ratio seruaretur visibiliũ demonstrationũ ad inuisibilem veritatem: vt nos ascẽdam⁹ ab ipsis sacratissimis formationibus quæ foris ad demonstrationem proponuntur,ad altitudines & similitudines non figuratas,hoc est simplices & spirituales. Ascendamus dico proportionaliter nobisipsis, hoc est secundũ proportionẽ & mensuram spũalium donorũ:illuminati per ea quæ foris sunt:in inuisibilium agnitionem & ad sublimem & simplicẽ & eandẽ semp consistẽtem veritatem.Altitudines em̃ & similitudines ipsę sunt ĩuisibiles potestates. Altitudines quidem dignitate:similitudines ĩcommutabilitate, nõ figuratę simplicitate. Ad quarum cognitionem secundum differentiam pgressionum & incrementa illuminationum pportionaliter nobisipsis ascendimus per grad⁹ spiritualium pfectuum in nobis per differentiam donorũ inter nos.Secundũ nãq; illam proportionem qua nunc dona gratiarum differenter percipimus:merito postea vel hic p mẽtis contemplationem,vel illic per retributionem,in numerum angelorũ trãsimus. Sic em̃ pportionaliter nobisipsis ascendimus: quando secundum hoc q; in præsenti per dona gratiarum & gradus dignitatũ differenter disponimur, ad inuisibilis veritatis participationẽ secreta & inuisibili promotione subleuamur.Ipsa aũt veritas in nobis quidẽ per officia spiritualium dignitatum & gradus & distributiões ordinum figuraliter et materialiter figurat̃: atq; format̃ scd̃m habit⁹& actiones & signa visibilia,q̃ in nostra sũt hierarchia ad declarationẽ opposita:q̃ oĩa in cęlesti atq; angelica hierarchia secũdũ simplicẽ veritatem sublimi & nostrę naturę supexcellẽti modo absq; signis & figuris pure & vniformiter cõstant.scd̃m quã excellẽtiã ipsos angelicos ordines altitudines theologia vocat & similitudines: vel quia per nullam mutabilitatẽ a semetipsis discrepãt:vel qa ea in ipsis secũdũ simplicẽ veritatẽ sunt.quasi quædã similitudines & exẽplaria esse videntur eorũq̃ per figuras & imagines consistunt.Nisi em̃ inter hæc & illa aliqua similitudo esset:per hęc ad illa nulla declaratio esset.Nunc aũt qm̃ hęc q̃ visibilia sunt ad inuisibiliũ æmulationẽ diuina sapiẽtia in prima cõditiõe formauit:in secũda dispositione ex eisdẽ quoq; rationali aĩo ad ĩuisibiliũ agnitionẽ conscendenti,signa & exempla demonstrationũ cõstituit.Hoc est em̃ qd̃ sequitur. Qm̃ neq; possibile est nostro aĩo ”
ad non materialẽ illã ascẽdere cælestiũ ”
hierarchiarũ imitationẽ & contempla ”
tionẽ:nisi ea q̃ scd̃m ipsum est manudu ”
ctione vtatur. Non materialẽ spiritua ”
lem imitationem vel cõtemplationem dicit & incorporalem:qm̃ omne qd̃ corporale est ex materia est. Spũalis autẽ natura merito ĩmaterialis dicit̃:qm̃ neq; ex materia est vt sit de alio,neq; materia esse potest vt de ipsa sit aliud.Materialem aũt manuductionem corporalia signa intelligit:quorũ quasi manuductione mẽs humana vtit̃ vt ex visibilibus ad inuisibiliũ imitationem & cõtẽplationem dirigat̃.Ad imitationẽ q̃dem per exercitium virtutis: ad cõtemplationem vero per cognitionẽ veritatis. Nota aũt nouã compositionẽ & similitudinẽ nouã in eo qd̃ ait manuductio. Mens etem̃ hoĩs tenebris ignorantię suę obuoluta ad lumẽ veritatis exire non põt nisi dirigat̃: & quasi cæcus manuductione vtẽs quo nõ videt incedat.Ipsę aũt manuductiones & directiones qbus mẽs ad inuisibilia tẽdẽs vtit̃: a visibilib⁹ sumunt̃ signis & demõstrationibus secundũ visibilia formatis.Et hoc totũ disposuit & ordinauit pfectissima sacrorũ dispositio:quę gręce hierothesia vocat̃, hoc est sacrorum positio: summa videlicet trinitas: a qua & secũdum quã omnia sacra disponunt̃ & ordinantur in cęlo & in terra.quę & alio nomine teletarche.i. principiũ purgationis dicitur: quoniam ab ipsa omnis emundatio est & principium purgatio

nis:non solum vt bona fiant quæ mala sunt: sed & illustrationis & deificationis,vt meliora efficiãtur quæ bona fuerunt. Ipsum ergo summum sacerdotiũ vel summa paternitas omnia emũdans & sanctificans & illustrans,hoc ĩstituit & ordinauit:vt primo loco secũdũ ipsã angelica natura inuisibiliter formetur, & secundo loco humana natura ad eãdem imaginem per visibilia excitata reformetur.quia non potest human⁹ animus ad inuisibiliũ cognitionẽ vel imitationẽ reduci,nisi per visibiles demonstrationes eruditus:qm̃ & ipsa visibilia a deo sic facta sunt vt secundum illã similitudinem & ęmulationem quam ad ipsa inuisibilia acceperunt,eadem conuenienter declarare possunt : vt noster animus horum ductione vtẽs ad illa dirigatur secundum ista,pro similitudine demostrationis illa ęstimans & ppendẽs,quemadmodum sequitur. ›› Visibiles quidem formas inuisibilis pulchritudinis imaginatiões siue imagines arbitrans,videlicet ipse noster animus:& ›› sensibiles suauitates figuras inuisibilis ›› distributionis subauditur arbitrãs, ipse ›› noster animus:& immaterialis luculentię imaginem materialia lumina:vt iterum subaudiatur arbitrans ipse noster ›› animus:secundum intellectum cõtemplatiuæ plenitudinis discursas sacras ›› disciplinas: hic plus subaudiendum est arbitrãs noster animus imagines esse: ›› & adunati ad diuina & ordinati habitus earum quę hic sunt dispositionum ›› ordines: iterum subaudi arbitrans noster animus imagines esse: & Iesu participationis ipsam diuinissimæ eucharistiæ assumptionem: iterum subintellige arbitrans noster animus imaginem esse. Summa igiť totius capituli hæc est.Quoniã nõ põt noster aĩus ad inuisibiliũ imitationẽ & contemplationem ascẽdere:nisi per visibilia dirigať: Ita videlicet vt ex ipsis visibilib⁹ inuisibilia arbitrari & æstimare sciat : secundum ꝙ ipsa ad illa similitudinem habent & significationem faciunt.Quas vero visibiliũ similitudines ad inuisibilia ipse noster anim⁹ arbitrari debeat & existimare,q̃dã distĩcta subiiciẽs exẽpla ostẽdit:ac si diceret.Ideo per visibilia inuisibiliũ veritas demonstrata est:quia non potest noster aĩus ad inuisibiliũ ipsorũ veritatem ascendere nisi per visibilium considerationem erudit⁹ : ita videlicet vt arbitretur visibiles formas esse imaginationes inuisibilis pulchritudinis. Quia em̃ in formis rerũ visibilium pulchritudo earundem cõsistit, cõgrue ex formis visibilibus inuisibilem pulchritudinem demonstrari dicit: qm̃ visibilis pulchritudo inuisibilis pulchritudinis imago est. Quia tamen in rebus visibilibus aliud est forma & aliud est essentia:idcirco q̃cunq; visibilia sunt mutabiliter pulchra sunt,qm̃ quęcũq; numero diuersa sunt & natura mutabilia inseparabiliter simul nõ cõsistũt. Inuisibilia aũt qb⁹ aliud nõ est forma & aliđ essentia: qa omne qđ est,vnũ est & simplex & idẽ eẽ:pulchra sunt ex eo ꝙ sũt, & nõ est pulchritudo illorũ cõpacta ex multis concurrentibus in vnũ,sicut visibilis natura videť:cuius forma secundũ spatia locoꝝ explicať,& per figuras ex multis coaptatas disponiť. Idcirco alia est pulchritudo visibilis,& alia inuisibilis naturę:qm̃ illa simplex & vniformis est , ista autẽ multiplex & varia proportione conducta.Est tamẽ aliqua similitudo visibilis pulchritudinis ad ĩuisibilẽ pulchritudinẽ,scđm ęmulationem quam inuisibilis artifex ad vtrãq; cõstituit:in qua quasi speculamina q̃dã diuersarũ ꝓportionũ vnam imaginẽ effingunt.Secũdũ hoc ergo a pulchritudine visibili ad inuisibilẽ pulchritudinẽ mẽs humana conuenienter excitata ascendit:quasi de simili ad similia cõducta facile in semetipsa inuisibiliter intelligens q̃ sit eoꝝ q̃ foris visibiliter comprehẽdit ad inuisibilia cognatio. Nã secũdum inuisibilẽ lucẽ insitã sibi noster animus ad inuisibilia respiciẽs facile arbitratur visibiles formas ĩuisibilis pulchritudinis imagines esse,illi qđ inuisibile intus ipse habet amica quadã similitudine respondẽtes, eas secũdũ approbationẽ & affectũ inueniens. Qđ em̃ in aĩo est,inuisibile est,sicut ipse aĩus inuisibilis est:& cõcipit tñ ipse qui inuisibilis est ex iis quæ visibilia sunt, gaudiũ

& amorem & affectum: & diligit ex his quædã quasi similia & amica & cognata: & præstat se illis voluntarie, & exultat in ipsis. Alia aũt aspernatur & odit & refugit & longe se facit ab illis amore & dilectione: & iudicat peregrina a se & disconuenientia, & nullam secum habentia similitudinem. Atq; in hunc modum noster animus ex propria natura docet q; visibilia ad inuisibilia cognationẽ habent & similitudinem: & q; ipsa visibilia imagines sunt & simulachra eorum quæ visibiliter videri non possunt: quoniam ex his intelliguntur ea quæ non videntur: & quia secũdum aliquid totum illic in incõmutabili natura inuisibiliter cõsistit, qđ hic visibiliter et sensibiliter natura mutabilis accepit vt ad inuisibilia conducat. Est.n. hic species et forma quæ delectat visũ: est et melodiæ iocunditas q̃ demulcet auditum: est suauitas odoris quæ reficit olfactum: est dulcedo saporis quę ĩfundit gustum: et lenitas corporũ quæ fouet & blande excipit tactũ. Illic autẽ species est virtus: & forma iustitia: dulcedo amor: et odor desiderium: cantus vero gaudium & exultatio: contactus autem amati et desiderati & quęsiti boni inuentio. Hæc em̃ omnia ibi sunt & vera ibi sunt: et habent ad hęc quæ nõ vera sunt aliquod simile secundũ quod intelliguntur a nobis. Ex his em̃ noster animus ad illorum cognitionẽ & imitationẽ ascendit: arbitrans visibiles formas, quas vel natura secundũ primam conditionem inditas ostendit, vel sacrũ eloquium dispensatorie ad declarationem faciendam in significationem proponit, inuisibilis pulchritudinis imagines esse: et sensibiles suauitates. i. dulcedines sensibiles, figuras esse et similitudines inuisibilis distributionis hoc est dulcedinis quæ inuisibiliter distribuitur. i. diuersis modis tribuitur: vt videlicet alius plus, alius min⁹ accipiat secundum mensuram et dona gratiæ largitoris. Et similiter immaterialis luculẽtiæ, hoc est spiritualis lucis imaginẽ esse materialia. i. corporalia lumina: & rursum sacras disciplinas. i. sacras scripturas discursas. i. inuestigatas & perscrutatas ingenio: imagines esse contẽplatiuæ plenitudinis. i. plenę ac perfectæ contemplationis, quę secũdũ intellectum. i. intellectualiter solum & inuisibiliter et percipit et ministratur. Oĩs enim illa cognitio quã modo per sacrũ eloquium studio lectionis vel meditationis discimus: quasi imago tm̃ est illius plenę ac perfectę cognitiõis quam postmodũ ex præsenti contemplatione hauriemus. Vnde & apostolus ait. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. 1. Cor. 13. Quid ergo mirũ est si ea quę foris apparet sensibilia, inuisibilium imagines esse dicuntur, cũ ipsa nostra scientia quę ad horũ comparationem spiritualis & inuisibilis creditur, imaginis et similitudinis loco ad illa existimetur? Sequitur.

» Et adunati ad diuina, & ordinati habitus earum quę hic sunt dispositionũ ordines.

Iterum subaudi, arbitrans noster animus ordines dispositionum: q̃ dispositiões hic, hoc est exteri⁹ sunt, esse imagines habit⁹ adunati ad diuina. Est em̃ quidam habitus mentis bonæ adunatę ad diuina, et quasi collectę in vnũ a variis desideriorum scissuris, et ordinatæ vt recte incedat. Adunatę videlicet per dilectionẽ: et ordinatæ p discretionem. Adunatę ad vnũ: et ordinatę ĩ vno. Cuius videlicet habitus inuisibiliter ordinati et subsistentis imagines sunt ordines dispositionũ q̃ extrĩsecus in gradibus et officiis et ministeriis in ecclesia sancta dispensant. Sicut em̃ ĩ vna ecclesia diuersi ordines et dispositiones vnã in vniuersitate pacẽ et cõcordiã subministrando et cooperando efficiũt: sic in vna aĩa multæ virtutes cooperando et subministrãdo sibi vnã perfectionis formam componũt. Sed et ĩ vnoquoq; nostrũ exterioris hoĩs dispositio et ordo viuẽdi atq; agendi modus ĩterioris hominis formã habitũq; demonstrat. Sequitur.

» Et Iesu participationis ipsam diuinissimę eucharistię assumptionem.

Rursum subĩtellige qđ supra, arbitrãs noster aĩus ipsam assumptionẽ diuinissimę eucharistię imaginẽ eẽ pticipationis Iesu. Ipsa.n.assumptio diuinissimæ eucharistię. i. sanctissimę pceptiõis cor

poris & sāguinis Iesu Christi, quā nūc sacramētaliter & visibiliter ī altari tractamus: imago est & forma illius participationis Iesu qua vel nūc ei in spiritu per dilectionem cōiūgimur, vel postmodum in eadem forma gloriæ apparētes plena sīītudine vniemur. Sane hic notandum ꝙ quidam ex hoc loco munimentum erroris sui ducere putauerunt: dicentes in sacramēto altaris veritatē corporis & sanguinis Christi nō esse, sed imaginē illius tātū & figuram: propterea quia scriptura dicit, id quod in eucharistia altaris sumiť imaginem esse illius qđ in participatione Iesu percipietur. Qui profecto in hunc erroris laqueum non inciderent si vel sacramēta dei recta & humili fide suscipęrent: vel scripturas sacras cōuenienti intelligentia tractarent. Nunc autem qa in sacramentis dei sensum suum fidei pręferunt, & in scripturis sacris sanam īterpretationis formam tenere contēnunt: fit vt ipse sermo veritatis amplius eos caligare faciat, dum non recte intellectus errorem ꝓ veritate ministrat. Qđ tñ scripturę vitium non est: sed legentium & non intelligentiū cęcitas: Neq; sacramentorū dei cōfusio: sed præsumētium prauitas. Hic aūt periculose errauerunt tot manifestis sententiis & assertionibus non dubiis vnum ambiguum præferentes: & in ipso magis mēdacium q̃ veritatem eligentes, non quia hoc ibi magis dicebatur, sed quia hoc ab illis magis credebatur. Quid enim? nunquid ideo sacramentum altaris veritas non est, quia figura est? Ergo nec mors Christi veritas est, quia figura est: & resurrectio Christi veritas non est, quia figura est. Nam & mortē Christi & resurrectionē figuram esse & imaginem & similitudinem & sacramētū & exemplum apostolus mani-
1.Cor.15. feste declarat dicēs. Christus mortuus est pro delictis nostris et resurrexit ꝓpter iustificationem nostram: vt peccatis mortui iustitiæ viuamus. Et aposto-
1.Pet.2. lus Petr⁹ dixit. Christ⁹ est passus ꝓ nobis: vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Ergo mors Christi exēplum fuit vt peccato moriamur: & resurrectio eius exemplum fuit, vt iustitiæ viuamus. Nunquid ideo veritas non fuit? ergo Christus vere mortuus nō est, et vere nō surrexit: si mors eius vel resurrectio vera non fuit. Absit. Nam de ipso scriptum est. Vere lan- Esa.53.
id est vt neq; per ipsas humiles figurationes iniuriam faceret diuinis virtutibus,id est spiritibus qui diuini sunt & sacri & incorporei. quod tamē fortassis aliquis iniuriam diceret & dicendam putaret:cum tamen iniuria nō sit,neq; nos per easdem figuratiōes infigeret passibiliter in viles humilitates imaginum.i. in vilitatem humiliū siue in humilitatem viliū imaginum. Vtrūq; enim sapientia diuini eloquii prouidit & cauit:vt per istas humiles figurationes neq; diuinis iniuriam faceret,neq; nostrū animū ad viles cogitationes vel existimationes falsas informaret. Et quidem primum quare diuinis & inuisibilibus manifestandis corporales & visibiles figuræ & formæ appositæ sunt:necessaria & conueniens causa demonstratur,quā fortassis aliquis non vnā diceret esse sed duplicem:id est non solū ideo quia illa nisi per ista animo nostro manifestari non poterant:sed etiam ideo, quia in figuris & ænigmatibus mysticarum descriptionum ab impuris mētibus & a maliuolis diuina secreta tegēda fuerant & celanda. Ita(inquit) mysticarum descriptionū causam aliquis dicet : quod cum & ipse indubitanter & veraciter dicere potuisset,modeste alteri attribuit,ne forte suam authoritatem commēdare videretur. Hoc est ergo quod ait. Quia quidem enim pulchre procuratę sunt informiū formæ & figuræ carentium figuris:non vnā causam diceret quis esse nostram analogiam. Quia quidem enim. Contra vsum latinitatis scđm idioma linguę gręcę coniunctiones glomerauit:siue quia pro quod legatur vt sit hic sensus. Quod quidem quis,id est aliquis,diceret non vnam esse causam,hanc scilicet nostram analogiam,id est non solum nostram analogiā causam esse huius rei ꝙ procuratæ sunt pulchre,id est cōuenienter a sacro eloquio formæ informiū & figuræ carentium figuris,id est ꝙ in sacro eloquio attributæ sunt formæ & figuræ illis cælestibus spiritibus,qui in sua natura nec formas corporales habent nec figuras. Hui9 inquā rei diceret quis nō solum esse causam analogiam,id est conditionem nostram aliter non valentem ad inuisibiliū cognitionem pertingere:neq; valentem immediate,id est sine medio aliquo extendi per intellectum in inuisibiles contemplationes,id est in contemplationes inuisibilium. Nostram analogiam dico etiam desiderantem proprias & connaturales reductiones:hoc est reduci ad inuisibiliū cognitionem & contemplationem per ea quæ propria illi sunt & connaturalia,id est visibilia & corpalia:quæ videlicet corporalia prætendūt,id est proponunt formationes informiū,id est spiritualium speculationū & supernaturaliū, id est nostram naturam excedentium speculationum & omnino incomprehensibiliū nobis,nisi per istas formationes passibiles demōstrarentur & insinuarētur nobis. Analogiam conditionem dicit humanā:quoniā analogia est iuxta rationem & conuenientiā plurium similiū in vno proprietas, quemadmodū & grāmatici analogias verborum assignare solent secundū similitudinem plurium sub vna proprietate cadentium. Analogia igitur humanæ naturæ,id est conditio vel proprietas siue conuenientia,est ea posse & nosse quæ ad hominem pertinent,& quę homo nosse & posse accepit. Supra analogiam autem nostram,id est supra conuenientiam & æqualitatem nostram est cælestia scrutari : nisi per ea quæ apud nos sunt visibilia & nota nobis erudiamur. Hęc ergo analogia,id est conditio humana,causa fuit quare sacrum eloquiū mentibus humanis erudiendis de inuisibilibus visibilia signa proposuit. Et non sola hæc causa fuit:sed etiam quia & hoc decentissimū est mysticis eloquiis,occultare scilicet & inuiam multis ponere sacram & abditam,id est occultam veritatem supermūdanorum intellectuum, id est inuisibilium spirituum per incomprehensibilia diuina ænigmata. Propterea enim ęnigmata & parabolæ & figuræ in mystico eloquio scripturarum apponuntur,ne veritas spiritualium rerū carnalibus & immundis spiritib9 patescat:& vt simul studiosos & deuotos ipsa sua profunditate exerceat. Quā tamen causam hic author ex superabundanti cōmemorare iudicat. Ideo igitur tecta sunt ne omnib9 pateāt diuina sacramenta: quia non omnes digni sunt agnitione veritatis. Est enim

" non omnis sacer:neq; omniũ (vt eloquia
" aiunt) sciẽtia. Propterea enim quia nõ omnis homo sacer est, idcirco veritas omnibus manifestanda non est: quoniam si cunctis manifestaretur, multi illã per malitiam cõtradicendo roderent vel immũde viuendo inquinarent. Vnde dictũ est.
Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus: iis videlicet qui dente malitiæ veritatem propositam rodunt.
Ibidem. Neq; margaritas proiicere ante porcos: ante eos scilicet qui oblatam quãtum in se est male viuendo polluunt. Hi sunt nanq; non sacri, id est non digni sacris: quorũ non est scientia (vt eloquia dicunt) scripturæ sacrę. Apostolus enim dicit φ fides omniũ non est: quoniam illa veritatis cognitio qua deus a sanctis & iustis pie creditur, a peruersis quibusq; vel non recipitur, vel non digne tenetur.

" Si autem deformes imaginum descri-
" ptionis causas existimauerit quis inho-
" nestum, dicẽs referri sic turpes formatio-
" nes deiformibus & sanctissimis disposi-
" tionibus: sufficit ad eum dicere quomo-
" do duplex est sanctæ manifestationis mo
" dus. Nunc tandem ad quæstionem superius obiectam respondet, in qua continebatur sacris & diuinis non conuenienter in sacro eloquio viles & abiectas formationes apponi, dicens. Si quis existimauerit causas descriptionis imaginũ deformes, id est si quis existimauerit deformes, id est incõueniẽtes esse causas describendi imagines: dicens inhonestũ esse referri id est aptari sic turpes formationes deiformibus & sanctissimis dispositionibus, id est ordinibus. Si quis inquã ita existimauerit & ita dixerit: ad eum sufficit dicere quomodo duplex est sanctę manifestationis modus: id est existimationi & oppositioni eiusmodi sufficienter respondetur in eo φ sanctæ manifestationis quę fit per scripturas duplex modus esse ostẽ
" ditur. Vnus quidem quasi consequens, id est cõueniẽs & decens: in quo signa signatã veritatẽ per cõsimilẽ ꝓprietatẽ sequãtur: propter similes imagines sacrarũ figurarum cõuenientium, id est procedẽtium ad faciẽdam manifestationẽ: vel proueniẽtium id est aptarũ & cõcordãtium
" cum eo quod significãt. Alter vero mo
" dus est cõformatus in oĩno incõsequens, id est discrepãs & inconueniens & indecorum, propterea φ ipsę figurę & ipsa signa manifestantia veritatẽ nõ dicere videãtur. Hoc est quod ait: propter dissimiles formarum facturas. Sequitur. Itaq; "
colẽdam superessentialis diuinitatis bea- "
titudinem manifestatiuorũ eloquiorũ my "
sticę traditiones, aliquãdo quidem vt ra "
tionem & intellectum & essentiã laudãt, "
diuinam rationalitatem & sapiẽtiã eius "
declarantes, & vere existentem subsisten- "
tiam, & eorum quæ sunt subsistentię cau "
sam verã. "
Ac si diceret. quia duplex est modus manifestationis in sacro eloquio: aliter videlicet per similia signa, alter per dissimilia signa formatus: Itaq; etiam diuinæ naturæ maiestatem ipsa sacra eloquia aliquãdo per similes, aliquando per dissimiles formationes repræsentant. Per similes quidem aliquãdo a corporalibus sumptas, aliquando ab incorporalibus. A corporalibus, sicut cum eam rationem & intellectum: a corporalibus, quemadmodũ cum eam lumen & splendorem nominant, & cætera quæ fiunt ad hunc modum. Aliquãdo autem per dissimiles formationes similiter ab incorporalibus vel a corporalibus sumptas diuinam naturã manifestant. Ab incorporalibus quidem vt cum ei iram, zelum, pœnitẽtiam attribuunt. A corporalibus vero, quando illi formas vel figuras bestiarum, vel aliarũ quarũlibet rerum corporalium in significatione apponunt. Hoc est ergo quod dicit. Itaq; mysticæ traditiones manifestatiuorũ eloquiorum laudant colendam beatitudinẽ superessentialis diuinitatis: aliquãdo quidem vt rationẽ & intellectum & essentiam, declarantes diuinã subsistentiam eius vere existentem & veram causam subsistentiæ omniũ eorum quę sunt: quoniã & in se vere subsistit, & subsistentia omnia subsistere facit, ĩ eo φ illã essentiam appellant: cum ipsa tamen supra omnem rationem & intellectum & essentiã, in sua maiestate nec intelligibilis nec comprehensibilis supra omnia subsistentia subsistat. Sequitur. Et quasi lumen "
eam formant & vitam vocãt. "
Colendã scilicet beatitudinem mysticæ traditiões cum tamen ipsa super omne lumen sit lumen, & super oẽm vitã vita subsistat, Tot

ergo ac tantis modis sacra eloquia diuinam maiestatem in figuratione formant. Ipsis tantis mirabilibus formationibus castioribus manentibus: q̃ cęterę quę incõgruę videntur & indignę. & ipsis tantis mirabilibus formationibus probatis quoquomodo excellere cæteras materiales formationes. Ac si diceret. Quis ad illam excellentiam omnis formatio vel repræsentatio inferior inueniatur: ad comparationem tamen aliarũ formationum tam pulchræ & tam decorę formationes excellere probantur. Cum scilicet diuinitatis natura, ratio, & intellectus, & essentia, & lumen, & vita nominatur: q̃uis & in his quoq; formationibus ad ineffabilem veritatem exprimendam similitudo in manifestatione deficiat. Vnde ait. Deficientibus & sic diuina ad veritatem similitudine. Ipsis videlicet excellentioribus similitudinibus etiam sic deficientibus, id est etiã in tanta excellentia deficientibus a diuina similitudine: deficientibus scilicet ad veritatẽ, subauditur exprimendam. Omne enim quod hic in signo est, minus est q̃ quod illic in veritate est. Est enim (scilicet diuina natura) super omnem essentiam & vitam, nullo quidem lumine characterizante, id est figurante vel exprimẽte. & est excellens omni ratione & intellectu incomparabiliter derelictis retrorsum siue inferius a similitudine ipsius. Vnde apparet si eius similitudo ratione & intellectu tãto superior est: q; ad eius similitudinem æquãdã nec ratio nec intellectus accedere potest. Sequitur. Aliquãdo vero dissimilibus manifestationib⁹ ab ipsis eloquiis supmũdane laudatur, eã inuisibilẽ & infinitam & incomprehensibilem vocantibus, & quæ ex quibus nõ quid est, sed quid non est, significatur. Ac si dicat. Non solũ similibus & excellẽtibus manifestationibus, atq; ad eius imaginem accedentibus manifestatur: sed aliquãdo etiã manifestationibus dissimilibus, & ab ipsius natura peregrinis, ab eloquiis supermundane id est mystice & spiritualiter & super huius mundi speciem laudatur. Quãdo em̃ per pulchras formas laudatur, scđm speciem huius mundi laudatur: id est dicitur scđm aliquid quod est ipsum per quod laudat̃.

Quãdo vero per dissimiles & a se alienas formationes laudatur, supermũdane laudatur: quoniã nec idẽ esse dicit̃ nec scđm id, sed supra id totũ aliud per quod laudatur. Propterea ergo supermũdane laudatur ab ipsis eloquiis formationib⁹ dissimilibus. Eloquiis dico siue ipsis formationibus vocãtibus eam, diuinam scilicet naturam, inuisibilem & infinitam & incõprehẽsam: primũ infinitam in se, deinde inuisibilem nobis, post incõprehensam a nobis: & alia quoq; multa, ipsis eloquiis vocantibus diuinam naturam, quæ talia sunt ex quibus non quid est, sed quid nõ est, significatur. Cum em̃ inuisibilis & infinitus & incomprehensus dicitur deus: non quid est dicitur, sed quid nõ est. Nõ est enim visibilis, quia videri non potest: neq; finitus, quia loco non clauditur, nec tempore terminatur: nec comprehensibilis est, quia etsi q; est creditur, quantũ est non capitur. Qui ergo inuisibilem dicit, non esse dicit quod est, sed non esse quod nõ est. Similiter & qui infinitum dicit & incomprehensum, nõ dicit esse quod est, quia nihil esse affirmat. Sed nonesse dicit quod non est, quia aliquid esse negat: quoniã & quod nõ affirmat est quod dici non potest: & quod negat, est quod potest intelligi. Sequitur. Hoc enim, vt existimo, potentius est in ipsa. Hoc videlicet ex quo non quid est, sed quid nõ est significatur, potentius est, id est efficacius, & magis proprium & expressum in ipsa. quoniam qui dicit quod non est, dicit quod aliquo modo potest itelligi: qui autem dicit quod est, dicit quod nullo modo potest comprehendi. Sed potentius est & excellẽtius quãtũ ad veritatis expressionẽ, dicere quod nõ est deus, q̃ q; est. Quoniã quidẽ vt occulta & sacerdotalis traditio subintroduxit: hoc quidem non esse scđm quid eorum quę sunt eam vere dicimus: ignoramus autẽ superessentialem ipsius & inuisibilem & ineffabilem infinalitatem. Ac si diceret. Sicut testatur authoritas sacræ scripturæ, subintroducta ex occulto ad manifestationẽ, & tradita ad correctionem & informationem. Sicut ergo ipsa traditio, id est ipsa authoritas tradita, occulta quãtũ ad mysteria sacramẽtorũ occultorum, & sacer-

dotalis quantū ad ipsorum diuinorū scriptorum dignitatem & sanctitatem & sui sanctificationem: quia & a diuinis sacerdotibus & propheticis tradita est: & propter sanctificādos per eam diuinitus sanctificata. Sicut ergo ipsa occulta & sacerdotalis traditio subintroduxit: didicim⁹ eorum quę sunt omnium non esse hoc, id est tale quid scdm quod vere dicim⁹ esse eam id est diuinam naturam: quia nulla rerum creatarum species ita eius similitudini approximat, vt id quod vere in ipsa est expresse & scdm proprietatē ostēdat. Vel ita didicimus non esse eam vere quod dicimus eā esse scdm quid, hoc est scdm aliqd eorū quę sunt. qđ em̄ vere est scdm aliquid eorum quę sunt: totum dici nō potest. & ideo cū eam scdm illa quę sunt aliquid esse dicimus, nondum quod vere est per expressionem manifestamus. Ignoramus autē superessentialem ipsius & inuisibilem & ineffabilem infinalitatem. Quod enim infinitum est ab humana scientia existimari non potest: quod, quia ineffabile est, non dicitur: & quia inuisibile est, non cognoscitur: & quia superessentiale est, non cōprehenditur. De ipso igitur mens humana aliquid capere potest, ipsum non potest: & lingua humana de ipso aliquid dicere potest, ipsum non potest, nec idcirco tamen falsum existimādum est quod de ipso dicitur: quoniā de ipso tm̄ est, & non ipse hoc quod dicitur: neq; vanum quod de ipso cogitatur, quoniam de ipso tm̄ est, & nō ipse hoc quod cogitatur. quoniā verum dicitur, & veritas cogitat: quæ sic ducit ad ipsum, q̄uis sublimius & excelsius consistat in ipso. Sequitur.

„ Si igitur negationes in diui
„ nis veræ, affirmationes vero incompactę:
„ obscuritati arcanorū magis apta est per
„ dissimiles formationes manifestatio.

Ac si dicat. Quia expressius & magis proprie deum non esse quid, q̄ esse dicimus, cum & esse aliquid & non esse veraciter dicamus: manifestum est in diuinis, id est iis quæ de deo dicuntur, & deo attribuuntur: negationes veras esse, id est proprias: affirmationes vero incompactas, id est improprias & non cohærentes: quoniam dissimilia iungere & coaptare conantur, secundum illum modum dicendi quo de deo formari non potest aliter humana locutio. Si autem negationes in diuinis veræ sunt, id est proprię: & affirmationes incompactę, id est improprię: manifestum est quoniā obscuritati arcanorum reuelandorum magis apta est manifestatio facta per dissimiles formationes q̄ per similes: quoniam illa remouendo quasi per negationem quid nō sit deus demonstrare nititur: ista vero ponendo quasi per affirmationē quid sit ostendere conatur.

Et nunc itaq; non tur „
pes replent cælestes ornatus eloquiorum „
sacræ descriptiones dissimilibus eos for „
marum facturis manifestantes: & per has „
ostendentes materialibus simul omnibus „
supermundalium excellentias. „

Et nunc itaq; quandoquidem dissimiles figurationes in diuinis magis proprie constant scdm eum modum quo de deo ex omnibus quæ sunt, nihil proprie nominatur: Scdm hunc itaq; modum non replent, id est repletos asserunt, cælestes ornatus, id est cælestes ordines vel dispositiones, ipsę turpes, id est deformes quæ in sacro eloquio proponuntur formationes: manifestantes eos scilicet ornatus, dissimilibus facturis, id est compositionibus formarum dissimilibus, & alienis ab eorum excellentia: & per has facturas ostendentes supermundalium, id est cælestium & inuisibiliū excellentias simul omnibus materialibus: hoc est excellentias ad omnia materialia: id est ostendentes ꝙ ipsa supermundalia & spiritualia omnibus materialibus excellunt. In hoc enim ꝙ eis dissimiles figuras attribuunt, ostendunt ꝙ & illa quoq; quæ & secūdū similitudinem de ipsis dici videntur ad proprietatem illorum non assurgunt. Sequitur.

Quin vero & nostrum animum redu „
cāt magis dissimiles sil'itudines, nō existi „
mo quēq̄ bene sapientum contradicere. „

Ac si dicat. Non solum ideo dissimiles „ figurationes probabiles sunt ꝙ supermūdalium excellentias ostendunt: sed ideo etiam ꝙ nostrum animum magis q̄ similes figurationes a materialibus & corporalibus reducunt, neq; in se quiescere sinunt. Audi magnum sacramentum. Quod deus est, super omne est: & cū quęritur quid est, hoc dici non potest, quia

cogitari non potest. Quod enim cogitari potest, ascendit in cor hominis, & capit a corde hominis, vel in his quę videntur scdm speciem, vel scdm ea quę per imaginationem, vel in iis quę sentiuntur intus per experientiam & veritatem: & non capit cor hominis nisi quæ nouit vel secũdũ ea quæ nouit. Nouit autem ea quę foris per sensum concipit, & ea quæ intus per experientiam sentit: & omne quod capit, vel in istis capit, vel scdm ista coniicit. Quod autem nec in istis nec secũdũ ista est, cor humanum capere non potest. Quod autem deus est nec horum aliquid est, quia creatura non est: nec secundum ista est: quia creator est. Quod ergo deus est, nec in istis inueniri potest, nec secundũ ista intelligi quale est. Si enim intelligeretur scdm ista, in eadem similitudine deduceretur ad ista, & esset hoc in istis quod in illo est. Quęcunq; autem in creaturis sunt, magis sibi vicina sunt & cognata quia facta sunt: q̃ opus artifici & factura plasmatori. Omne enim tempus ad æternitatem cõparatum, & omne spatium ad immensitatem compositum, minus inuenitur habens q̃ quælibet prolixitas temporis ad momentum collata, vel quãtitatis extensio quãtumuis excrescens, ad atomi proportionem relata. Sic quod deus est, ad creaturam cõparatum amplius excellẽs inuenitur, q̃ quod summũ est conditum ad ea quæ sunt ima vel extrema facta comparatum. Non ergo secũdũ ista potest cogitari deus quod est: quoniã aliud est & aliter est & lõge & remote & dissimiliter: & quid est dici non potest. Si enim aliquod horum dicitur, aliud est. Si secũdum aliquid horum dicitur, aliter est. Quid ergo dicendum est quod deus est? Si cælum dicitur, aliud est. Si terra dicitur, aliud est: & quicquid in cælo est & in terra est, nõ est hoc quod deus est. Ergo aliud est hoc quod deus est. Et hoc quid est? Solum hoc dici potest ꝙ aliud est, & quid est, dici non potest. Habemus ergo ꝙ dicamus, non est hoc deus: sed non habemus ꝙ dicamus, hoc est deus: quia omne quod habemus hoc non est deus: & non habemus in his omnibus neq; inuenimus quod est deus. Omne enim hoc, aliud est a deo: quia non est deus omne quod factum est a deo: & nõ videt oculus, neq; mens capit nisi hoc vel secũdum hoc, quod non est deus, sed a deo. Homo enim sensum hominis habet, & sentit scdm sensum hominis: vel quod extra est scdm carnem, vel quod intus est scdm mentem: & non habet amplius homo. Oculus carnis quæ ad carnem, oculus mentis quæ ad mẽtem. Amplius quid? Nemo hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in homine. Sic quæ dei sunt nemo scit nisi spirit⁹ dei: & qui habet spiritum dei, scit per spiritum dei quæ sunt dei. Est autem oculus triplex: oculus carnis, ocul⁹ rationis, oculus contemplationis. Oculus carnis apert⁹ est, oculus rationis lippus, oculus contemplationis clausus & cæcus. Oculo carnis videtur mundus & ea quę sunt in mũdo. Oculo rationis animus & ea quæ sunt in animo. Oculo contemplationis deus & ea quæ sunt in deo. Oculo carnis videt homo quæ sunt extra se: oculo rationis quæ sunt in se: oculo contemplationis quę sunt intra se & supra se. Ergo deus quod est incogitabilis est, sed hominũ & humanæ rationi: quæ non percipit nisi quod nouit, vel secũdum id quod nouit, quod est in se vel extra se. Qui autem spiritum dei in se habẽt, & deum habent: hi deum vident: quia oculum illuminatum habent quo deus videri potest: & sentiunt non in alio vel secundũ aliud qđ ipse non est, sed ipsum & in ipso quod est, quod præsens est. Nec tamen id dici potest, quia ineffabile est, quia incogitabile est: & sentitur & nõ exprimitur. Ergo omne quod dicitur de deo quia est, secundum id dicitur quod dici & cogitari potest: quoniam aliter dici non potest: & omne quod dici & cogitari potest, minus est, & infra est, q̃ quod de⁹ est. Ipsum hoc quod dicitur minus dicit, & ipsum hoc non dicitur quod est deus: quia qui aliquid dicit scdm aliquid dicit & cogitat quod dicit, & scdm quod dicit. Nominas deum & duas syllabas formas: & totum dixisse putas qđ est. Quid cogitasti? Qđ em̃ cogitasti hoc dixisti. Cogitaui (inqs) qđ supra oĩa est. hoc quid est? Si cogitare potes quid est, quid est hoc dicere potes. Si aũt cogitare nõ potes, dicere nõ potes.

1. Corinth. 2

quia quod nõ potest cogitari, non potest dici. Dixisti deus: & quid est deus? Quid cogitas, aut quale cogitas cũ dicis deus? Quod enim sonat, hoc est inspiciens vel currẽs, siue timor, vel quodlibet aliud exi stimaueris vt potes de ipso. Ergo cũ dicis deus: inspicientem dicis, & contẽplantem & considerantem omnia. Et quid est hoc? Quomodo inspicit deus, & quomodo videt? Quid est videre eius, nisi esse eius? Et hoc quale est? Si autem currentem intelligis, quia penetrat omnia, & apprehendit & cõtinet omne quod est: currere illi hoc stare est. Et hoc quis capiat? Si vero timorem interpretaris: & ipsum sub hoc nomine cogitandum asseris cum dicitur deus: quis explicare possit quomodo timor sit deus? Qz si idcirco timorem dici putes quoniã timetur: quomodo timetur quod non videtur? quomodo videri potest quod nõ potest cogitari? & quomodo timeri potest quod non potest sciri? Vide ergo quid dicas, cum dicis deus: aut quid cogites cum dicis deus. Creatorem inquis omniũ cogito, cũ dico deus: qui omnia fecit & ipse factus nõ est. Ergo cũ dicis deus, cogitas ꝙ fecit omnia. Cogitas quod fecit, & nõ cogitas qđ est ipse qui fecit. Nondum adhuc attigisti quod spopõderas vt cogites & intelligas quid est deus. Minus est totũ hoc quod dicis: & non est hoc totum ipse de quo dicis: & tamen de ipso hoc dicis, non vt accedas ad ipm, sed vt ipsi appropinques. Magnũ enim est homini nunc ad ipsum ire, etsi nõ detur peruenire. Dabitur autem postea, cum venerit quod perfectũ est: & cœperit videre homo sicut videtur: non per speculum imaginem, sed facie ad faciem veritatem. Nunc autẽ interim totũ imago est, & ipsa imago longe a veritate est: & tamen facit quod potest quasi imago: & conuertit animũ, sed nõ perducit. Hoc enim solum potest in nobis, & nos in illa hoc solum: quia nec ipsa amplius ostendere potest, neq; nos aliud comprehendere. & est tamen imago quædam sublimior & magis appropinquans veritati, ita vt magis nobis appellari veritas possit: quia aliud nihil est super illam quo expressius veritas demonstrari possit. Dicitur nanq; ꝙ deus ignis est: & manifesta est figura: quoniam deus ad proprietatem, ignis nõ est: quoniã ignis corpus est, deus corpus non est. Dicitur etiam ꝙ deus lumen est: & apparet hic similiter imago veritatis, aliud a veritate: quoniã deus lumen non est scđm proprietatem quod secundũ figuram nominatur. Omnia enim hæc visibilia sunt, & longe a deo sunt per proprietatem naturę: etiam si scđm similitudinem solam, quę & ipsa ad excellentiam maiestatis exigua est, coaptantur. Est autem alia natura incorporea magis vicina deo, inter quã ac deum nulla alia media est natura: & hæc ad similitudinem magis accedit, q̃uis & ipsa a veritate longe sit. Secũdũ hanc itaq; a nobis altissimam naturam ad deum nobis sublimis similitudo formatur, cũ dicitur deus spiritus & sapientia, & ratio, & amor. quia anima spiritus est, & angelus spiritus est, & in ipso spũ ratio sapientia & amor est. Et nouimus quid sit spiritus, quãtum animam nouimus, & angelum nouimus: & per animam angelum nouimus, quãtum nosmetipsos nouimus: q̃uis & hoc modicum sit, & vix dici possit cognitio. Cum ergo audimus ꝙ deus spiritus est, cogitamus animam & angelum, & existimamus similitudinem, quoniã tale aliquid deus est qualis anima est & angelus: quia anima & angelus spiritus est. Et nescimus q̃ longe hoc est a veritate incomprehensibilis excellentię. Qui enim diceret corpus spiritum, falsum diceret: quoniã corpus spiritus non est, nec spiritus corpus. Qui ergo hoc diceret, iure rephenderetur, & veritati contrarius iudicaretur: & tamen qui dicit deum esse spiritum, verum dixisse existimatur. Nemo illum falsitatis arguit: cum tamen magis vicina sunt natura & conditione corpus & spiritus, q̃ spiritus & deus. Hic enim vtrũq; creatura est, & vtrũq; cõprehensibile est, & mutabile vtrunq; & finitum. Illic autem vnum quidem æternum est, alterum temporale: vnum immensum, alterũ comprehensibile: vnum semper idem manẽs, alterum mutabile: vnum sub scientiã cadens, alterũ incogitabile. Et tñ qa aliud dici nõ potest, hoc dicitur: ne nihil dicatur: vbi aliud dicendum est, & dici nõ potest qđ est: vel si dici potest, intelligi non

potest. Hoc ergo dicitur, & tolerat hoc veritas de se, & cõmendat hoc nobis pro veritate, qui ipsam adhuc veritatem capere non possumus: donec transeat figura, & veritas manifestetur, sup omne hoc & extra omne hoc, nude & aperte vt est ipsa. Nunc ergo vsq; adhuc manent figuræ, & ex ipsis quædam longe sunt, & apparent ꝙ sunt similitudo tm̃: quędam vero propriæ sunt, & accipiuntur quasi pro veritate, cum sint tm̃ signa veritatis, & non veritas. in quibus quidem si nihil altius fuerit ad ipsam, cõcedit hæc veritas nobis, & non reputat impossibilitatem. Si autem propinquæ fuerint, & consimiles: proximæ tñ nõ fuerint, & appareat aliud sublimius ad veritatem manifestandam: non patitur veritas ad ipsas deduci secũdũ proprietatem: quoniã in altero perfectius se demonstrat, in quo probat se hic esse tm̃ per similitudinem. In illo vero supremo quo altius nihil est ad ipsam non apparet alterum quo figura probetur: & idcirco ipsum sic accipere oportet vt est, quoniã aliud non daẽ donec veniat quod perfectum est. Omnis ergo figura tanto euidentius veritatem demonstrat, quãto apertius per dissimilem similitudinẽ figuram se esse & non veritatẽ probat: atq; in hoc nostrum animũ dissimiles similitudines magis ad veritatẽ reducunt, quo ipsum in sola similitudine manere nõ permittunt. Quapropter (inquit) non existimo quemq̃ bene sapientum contradicere cõtra hoc ꝙ dissimiles similitudines nostrum animum ad veritatem reducũt. Siquidem consequens est, per preciosiores sacras formationes seduci. id est, consequi vel prouenire vel contingere potest facile, vt per illas sacrarum rerum formationes quæ preciosiores reprẽsentãtur in sacro eloquio, seducãtur cogitationes hominũ existimãtes quasdam cælestes essentias esse auriformes, sicut in quibusdam locis scripturarum per similitudinem representantur: & existimantes etiã in cælo esse quosdã fulgureos viros decora indutos vestimenta: quẽadmodũ angeli apparuisse leguntur splendidis vestibus, & vultibus fulgoreis, candidum & igneum innocue respergentes, id est emittentes vel fundentes claritatem & lumen: candidum quidem quãtum ad vestimẽta, & igneum quãtum ad vultus flammeos & ardentes: innocue id est sine læsione, contestãte in hoc ipso diuino miraculo, quia in diuinis & cælestibus naturis quæ hic demonstranẽ per speciem, aliter illic sunt secundũ veritatem: in quibus naturæ visibilis species cernitur, effectus non inuenitur. Sequitur. Et quibuscunq; aliis similibus imaginatis formis, id est secundũ imaginabilia expressis, Theologia cælestes figurauit intellectus, id est spirituales naturas reprẽsentauit: vt a superioribus (subauditur) hic cõsequens est seduci existimantes cælestes essentias in sua natura tales existere. Quod quidem ne paterentur qui nihil visibilibus bonis altius intelligunt, id est hoc existimarent ii qui alia bona esse non putant altiora vel meliora his visibilibus bonis: Ideo sanctorum theologorum sapientia restitutiua mirabiliter descendit ad indecoras similitudines. id est, ideo sancti theologi, qui per sapientiam suam restituentem & reformãtem nos ad cognitionem veritatis diuina nobis eloquia tradiderunt, mirabili cõsideratione descenderũt ad indecoras similitudines assumendas, vt eas diuinis & cælestibus naturis aptarent: & per ipsas alia quoq; quæ de illis magnifice & decore dici videntur, ad similitudinem & non ad proprietatem referenda ostenderent. Hoc ergo fecit sapientia sanctorum theologorũ non concedens materiale nostrũ in turpibus imaginibus remanens quiescere: purgans vero sursum ferens animæ, & suggerens deformitate compositionũ tanq̃ neq; iusto neq; vero ꝓbãte esse: & ꝙ neq; valde materialibus sic turpibus similia secũdũ veritatem sint supercælestia & diuina spectacula. Ac si diceret. sapientia theologorũ ad indecoras dissimilitudines descẽdens, in hoc ipso mirabiliter nostræ restitutioni prouidit, nõ concedens materiale nostrum, id est carnalem sensum nostrum & materialibus inhærentẽ, quiescere: materiale dico remanens in turpibus imaginibus, id est quãtum in se est remanere volẽs, vt hęc sola cogitet & sola hęc quasi vera accipiat si in eis quiescere permitteretur, & non ipsarum turpitudine

imaginũ ad alia pulchra & vera quęrẽda exire cõpelleretur.vel nõ cõcedens materiale nostrũ quiescere remanẽs in turpib9 imaginib9.i. nõ cõcedens vt vel quiescat vel remaneat,per ipsarũ turpitudinẽ imaginũ illud expellẽs & ad superiora ꝓmouens:purgans vero sursum ferens.s.virtutem aię.i.intellectualẽ vim animę,quę sursum fert, & ad superiora intẽdit:purgãs ab imaginũ admixtione,vt spiritualia & inuisibilia pure & simpliciter contemplari assuescat:& suggerens.i. admonens & persuadens animę ex ipsa deformitate cõpositionũ ꝙ supercælestia & diuina spectacula non valde similia sunt,scd̃m veritatem materialibus,pręcipue sic turpib9: tanq̃ neq; iusto neq; vero probante esse, videlicet his illa similia.vel suggerẽs deformitate cõpositionũ tãq̃ neq; iusto neq; vero probãte esse:subauditur eo modo in proprietate spiritualiũ & inuisibiliũ naturarũ,quẽadmodũ in specie & imagine visibilium demonstratur:& suggerens etiã ꝙ neq; valde.i. non multum similia sunt scd̃m veritatem suam supercælestia & diuina spectacula materialibus sic turpib9.
,, Sequitur. Sed itaq; & hoc intelligere
,, oportet,nihil eorum quę sunt esse vniuer
,, saliter boni participatione priuatum.Si
,, quidem(vt eloquiorũ veritas ait) omnia
,, bona valde. Superius demõstrauit dissimiles reprę̃sentationes propterea ad diuinorũ manifestationem cõuenienter adduci,vt ex eis quę euidẽter dissimilia apparẽt,illa quoq; quę similia videbãtur extra proprietatem esse agnoscãtur. Nunc vero demõstrat ꝙ propter hoc etiã nõ incõuenienter dissimilitudines assumũtur: qm̃ & illa quoq; quę dissimilia a diuinorum & spiritualiũ veritate esse videntur, aliquid habent cũ ipsis in quo similia dici possunt:qm̃ nihil in vniuersitate est qd̃ a summo bono participationẽ nõ trahat: ac per hoc in eo ꝙ cũ illo participat,conuenienter imaginem illius ac similitudinem repræsentat. Itaq; non solum superiorem causam cõsiderare oportet, sed & hoc etiam intelligere oportet, nihil eorũ quæ sunt vniuersaliter,esse boni participatione priuatum. Quia sicut eloquiorũ veritas ait, id est vera eloquia aiunt,oĩa bona valde.Sic enim scriptum est in Genesi. Vidit deus cũcta quę fecerat,& erãt valde bona. Si ergo omnia bona erant:in omnibus bonum erat,& omnia bono participabant, & ex bono omnia habebãt aliquid simile cũ bono:ex quo bonũ ipsum intelligi possit & cognosci in ipsis. Vnde sequitur. Gen.1.
Est ergo, id est cõtingit,ex o ,,
mnibus scilicet rebus, intelligere bonas ,,
speculationes : & inuisibilibus & intelle ,,
ctualibus formare siue aptare similitu ,,
dines dictas dissimiles:quas scilicet supe ,,
rius diximus dissimiles. formare dico ex ,,
ipsis materialibus, id est corporalibus & ,,
visibilibus. Sic tamen vt ea quæ scd̃m ,,
similitudinem visibiliũ inuisibilibus tribuuntur, aliter in ipsis visibilibus, aliter in inuisibilibus subsistere agnoscant. Hoc enim quidem ait.
Altero modo intelle ,,
ctualibus habentibus ea scilicet quę sensibilibus aliter distributa sunt. Sequitur.

Etenim furor in irrationabilibus quidẽ ,,
ex passibili motu inest:& omnis irratio ,,
nabilitatis est repletus furibũdus eorum ,,
motus. ,, Modo quibusdam exemplis propositis probat ꝙ ea quę de visibilium natura ad inuisibilia referuntur, aliter hic atq; aliter ibi subsistunt:quemadmodum furor & concupiscentia & cætera quę de visibilibus ad inuisibilia per similitudinem referuntur. ac si diceret. Ea quæ de visibilibus ad inuisibilia aptantur, aliter se in ipsis visibilibus atq; aliter in inuisibilibus habere credenda sunt: sicut in iis quæ subsequuntur aperte potest intelligi. Furor enĩ in irrationabilibus,id est irrationabiliter incidentibus & agentibus siue ea rationem non habeant,siue rationem habentia secundũ rationem non incedant. His quidem furor inest ex passibili motu,id est impetuoso & feruenti & secundũ passionem dominantem nato:& omnis irrationabilitatis repletus est furibundus eorum motus. Ille nanq; motus furor nominatur qui omnino extra rationẽ feruens solo impetu fertur passionis. Sed in intellectualibus altero modo oportet irascibile intelligere:hoc modo videlicet vt ipsum irascibile in illis intelligat,declarãs eorũ virilẽ rationabilitatẽ & imanẽ quietẽ in diuinis & imutabilibus fundamentis . Cum enim furor in spiritali cælestiq; natura nominatur,non

impetus vel motus nominatur, sed quies & imutabilitas intelligitur. Hac ratione inter dissimilia & cōtraria cōsiderata, ꝙ sicut in his furor impetu & vehementia superuenientem molestiam propellere nititur: ita illic quies imobilis persistēs nulla cōcussione supueniente turbatur: propter hoc ipsam quietē imanē vocat. i. fortem & robustum & iperturbabilem: oēm motum sine motu repellētem, & omnem violentiam sine cōcussione & conturbatione sui cōprimentem. quę tamen quies non ex ipsis est: sed ex diuinis & immutabilibus fundamentis, quibus inhærent. i. amore & cōtēplatione diuina, quibus ad ęternitatem firmantur ne vllatenus amodo cōmoueri possint. Hæc aūt quies, qm̄ non necessitatis est vt inniti teneantur, sed voluntatis vt infatigabiliter amātes non deserantur: idcirco quieti rationabilitatem virilē adiunxit, ostendens ꝙ p rationem illuminantē, mala quę discernunt viriliter respuunt, & per amorē afficientem in bonis quę sentiunt quieti sunt: vt quies per rationem muniatur, ne affectū malorum suscipiat: & ratio per quietem custodiatur, ne in odio mali se opponens tranquillitatis terminos transcēdat. Hāc ergo virilem rationē, & immanē quietem liberam & absolutā, nullamq; pturbationem suscipientē furor diuinis aptatus significat: quia (sicut diximus) queādmodum hic furor ingruentē molestiam per insaniam repellit: ita illic rōnabilis & voluntaria quies per imutabilitatem cōcussionē nō recipit. Sequitur. Eodem modo cōcupiscentiam esse dicimus in irrationabilibus incōsultam quandā & materialem ex naturali motu aut cōsuetudine i mutabilibus icontinenter ingēitam passibilitatem, & irrationabilē corporalis voluptatis cōtinuitatem: simul omne animal cōpellentis in secundū sensum cōcupiscibile. Postq̄ demōstrauit quid significet furor sensibilib⁹ & materialibus attributus, quid item immaterialibus & inuisibilibus naturis coaptatus: nunc cōsequenter differentiā concupiscentię ostendit, siue quando de corporalibus dicitur, siue qn̄ in spiritualibus & diuinis nominatur. Corporaliū quidem concupiscentium diffiniens esse passibilitatem quandam, siue passionem. i. dominantem affectionem, incōsultā quidē, quia ratione nō fertur, sed trahitur temerario appetitu i ea quorū delectatione afficitur: & materialem. i. ex carne & ex sensu carnali surgentem & carnalia & sensibilia appetentem, passibilitatem dico igenitam aut ex naturali motu, quando. s. secundū naturam est appetitus eius: aut ex consuetudine in ipsis mutabilibus incontinenter habita, qn̄ extra naturā vel contra fertur desiderium illius: & irrationabilem corporalis voluptatis cōtinuitatē: subauditur dicimus esse ipsam concupiscentiam, irrationabilem continuitatem. i. productionem vel intentionē vel effusionē corporalis voluptatis, hoc est de corpore surgentis, & ad corporalia tendentis, & compellentis etiā omne animal. s. per appetit⁹ sui violentiam, in id quod concupiscibile est secundū sensum. Et talem quidē cōcupiscentiam corporalium esse intelligim⁹.

Cum vero dissimiles similitudines nos intellectualibus & spiritualibus circūponentes vel vestientes: circunformamus. i. adaptamus eis cōcupiscentiā: tūc ipsam concupiscentiā non qualē prius sed amorem potius diuinum intelligere oportet, & desiderium imaterialitatis siue incorporalitatis & diuinitatis super rationem & intellectum existens: quoniā plus amari potest q̄ inuestigari vel intelligi: & inflexibile, qm̄ advnū semper est: & non indigens, qm̄ quod amatur pn̄s est. Desiderium dico cōtemplationis superessentialiter castæ & impassibilis, hoc est eius rei quam contemplantur superessentialiter, omnem. s. essentiam & naturā animo trāseuntes. cuius rei amor & castus est, quoniam corruptionē amanti nō ingerit: & impassibilis, qm̄ suauiter reficiens desiderantem non affligit. Et oportet etiā intelligere ipsam cōcupiscentiam desideriū esse tendens ad illā purā & sublimissimā claritatem & ad inuisibilem & formificā pulchritudinē ęternę verę & inuisibilis societatis. q̄ videlicet pulchritudo formifica dicitur: qm̄ sibi conformat cōuersos ad se vt pulchri fiant, amātes pulchritudinem verā non sicut in carne & secūdū carnem: vbi amator pulchritudinis turpis esse potest: & pl'chritudinis possessor

non bonus inueniri: Illic autem q amat possidet,& esse īcipit qui habere diligit. Talem ergo amorem & tale desiderium in cōcupiscentia spiritualium ac diuinorum intelligere oportet. Seqtur. Et veluti potentiam suscipit quidem in sufficientia & in cōuersibilitate: & a nulla affligitur virtute per incōfusum & immutabilem diuinę pulchritudinis amorem, & vniuersalem reuocationē in id qd vere est appetendum. Ac si diceret. ipsa cōcupiscentia siue desideriū castū ęternorū & inuisibiliū bonorū, quia inflexibile est, sicut dictum est,& non indigens, idcirco excipit siue accipit in sua sufficientia & cōuersibilitate ad deū & ad diuina, quasi potētiā quādā siue excellētiā & firmitatē vt affligi omnino nō possit ab aliqua cōtraria virtute vel violētia vel fortitudine. Nullus em̄ lædi potest vel affligi nisi in eo qd diligit: & propterea qui illud solum diligit quod auferri non potest, lædi omnino non potest. quia nec extra illud aliud appetit, in illo sufficiētiam habēs: nec de illius amissione sollicitatur, illud immutabiliter obtinens. Quia ergo sufficiens est, non patitur indigentiam: & qa inflexibile est, sustinere non potest violentiam. Et hoc quidem ei confertur per inconfusum & immutabilem diuinæ pulchritudinis amorem,& vniuersalem reuocationem in id qd vere est appetendū. Quia em̄ in illis amor dei incōfusus est, vel (vt aliter dicatur) impermixt[9] & purus: idcirco desideriū eorū ad diuersa nō scinditur. Et quia immutabilis est: ab eodem non flectitur. Et quia vniuersaliter reuocātur & colliguntur in id qd vere est appetēdū, nulla exteriori violētia turbatur. Si enim toto desiderio ad veritatē amandam non reuocarentur nec colligerentur, proculdubio lædi & affligi possent vbi mutabilibus & transitoriis mente inhærerēt. Nūc aūt quia toti illic sūt, vbi omnia immutabiliter consistunt: fit vt ipsi quoq; per cohęsionem dilectionis, afflictionis mutabilitatem sentire nō possint. Sequitur. *Sed & ipsam irrationabilitatem & insensualitatem, in quidem irrationabilibus animalib[9] aut inanimatis materiis defectum rationis & sensus proprie vocamus: in autem immaterialibus & intellectualibus essentiis sancte & decenter supereminentias earū vt supermundalium confitemur, nostram transitoriam & corporalem rationem,& materialem,& alienatū in corporalibus animi sensum excellentes.* Aliis exemplis propositis ostēdit ea quæ de visibilib[9] & inuisibilibus eadem dicūtur, non similiter dici, neq; eodem modo. Ac si diceret. Nō solum furor & cōcupiscentia aliter hic, atq; aliter illic intelligere oportet. Irrationabilitas em̄, quæ significat excessum rōnis: & insensualitas, quæ excessum sensibilitatis demonstrat: quando hic nominātur, id est in irratiōabilibus & sensum non habentibus, defectum ostendit rationis & sensibilitatis: quando vero illic, hoc est in diuinis & intellectualibus naturis dicitur, supra rationem & sensum aliquid non per defectum sed per profectum significatur. Excessus enim ratiōis & sensibilitatis vel sursum fit vel deorsum: cum videlicet a ratiōe & sensu vel deficiens corruit, vt hoc non habeat: vel supra proficiens transcendit, vt amplius habeat. Vnde & in sacra scriptura sanctos viros spiritu dei afflatos extasim, id est mentis excessum aliquotiēs passos inuenimus: quoniam supra rationē & sensum humanum ducti in hoc a ratiōe & sensu excesserunt, quo ad id qd altius ratione erat pertingentes in ipso viuificari,& ab ipso illuminari cœperunt. Illis ergo excessus fuit in eo qd amplius acceperunt: sicut istis excessus fact[9] est in eo ꝙ id ipsum perdiderunt. Propterea ergo irrationabilitatem & insensualitatē in irrationabilibus quidem animalibus & in materiis inanimatis defectum ratiōis & sensus proprie vocamus: In immaterialibus autem & in intellectualib[9] essentiis quotiens irrationabilitatem & insensualitatem nomiamus, confitemur non defectum earum: sed potius supereminentias earum, vtpote supermundalium. Confitemur dico sancte & decenter, id est nihil irreuerenter vel indecenter eis attribuētes: sed sicut decet supereminentias vel excellentias supmūdaliū, id est spiritualium essentiarum, quæ excellūt nostram trāsitoriam & corporalem rationem, id est rationem quæ neq; supra transitoria

ascendere neq; extra corporalia omnino comprehendere aliquid potest: & excellẽtes sensum animi nostri materialẽ & alienatum in corporalibus, hoc est ad materialia tm̃ vigentem: & per materialia & corporalia ab immaterialibus & incorporalibus alienatum, eadem percipere non valentem. Quia ergo supra talẽ rationẽ & supra talem sensum per excellentiam contemplationis cõstitutæ sunt, merito a tali ratione & sensu alienę perhibētur: vt hæc ipsa eorum insensibilitas & irrationabilitas, non intelligatur stupor siue ignorantia, sed alia esse & veri cognitio & boni perceptio: & qualis apud nos est, vel secundum nos, non esse. Sequitur.

» Est itaq; non dissonas formare cęlestibus formas, & ex vilibus materiæ partibus: quoniam & ipsa ex vere bono subsistentiam possidens, per omnem sui materialem dispositionem imagines quasdam ĩtellectualis pulchritudinis habet: & possibile est per eas reduci ad immateriales primas formas, dissimiliter, vt dictum est similitudinibus acceptis, & eisdem non similiter: compacte aũt & pulchre intellectualibusq; & sensibilibus proprietatib9 diffinitis. Subiungit aliã causam priori pro qua conuenienter ex visibilib9 ad inuisibilia similitudines trahuntur, secundum ea etiam quæ contraria videntur: non solum videlicet quia ea quæ dicunẽ aliter hic & aliter ibi subsistere intelligũtur, sed ideo etiam, quia quæcũq; hic sũt secundum aliud similitudinẽ habent ad ea quæ ibi subsistũt: quoniã & hæc & illa ab vno bono sunt qđ sunt: & secundũ imaginem quã ad illud possidẽt ista, illorum quoq; figuram & similitudinẽ prætendunt. Hoc est qđ dicit. Est, id est contingit, formare cælestibus videlicet essentiis formas non dissonas, etiam ex vilib9 partibus materiæ. i. corporalis substãtię: qm̃ & ipsa scilicet materia possidẽs subsistẽtiam ex vere bono habet quasdã imagines intellectualis pulchritudinis p oẽs sui materialẽ dispositionẽ: & per eas scilicet imagĩes possibile est reduci animum ad illas primas ĩmateriales formas. i. ad formas immaterialiũ & spũalium essentiarũ q̃ primę sunt ad ista: quia scđm illa ista, & ad illa ista, & propter illa ista. Possibile est dico reduci de istis, ad illa tamen similitudinib9 ipsis dissimiliter acceptis: vt videlicet quæ hic sunt & de illis dicũtur, aliter ibi esse & subsistere intelligantur. Et proprietatibus eisdem non similiter diffinitis. Sed tamen cõpacte. i. cõuenienter & apte, & pulchre. i. decẽter, subauditur diffinitis eisdem proprietatibus vtrobiq; videlicet & intellectualib9 & in sensibilibus. Similitudinem dicit, quãdo p extrinsecas formas vel figuras vel qualitates descriptiones inuisibiliũ a visibilibus sumuntur: proprietatem autẽ, quando ab interiori natura similitudo conducitur. Siue ergo similitudines ex rebus visibilibus ad inuisibilium naturam extrinsecus transferendę proponantur, siue proprietates ab eisdem visibilibus & materialibus rebus ad demõstrationem inuisibilium intrinsecus assumantur: sic vtrinq; cõparatio & coaptatio temperanda est, vt & ipsę similitudines quæ similiter vtrinq; proponi videtur, dissimiliter tamen accipiantur: & aliter hic, aliter illic esse intelligantur: & ipsę proprietates quę vtrisq; eędem attribui videntur, aliter in istis atq; aliter in illis diffiniãtur, & aliæ esse intelligantur: ita vt vnicuiq; qđ sibi cõueniens est & aptum secũdum naturã attribuatur. Sequitur. Hęc mysticos theologos inueniemus non solũ cęlestium dispositionum declarationib9 mirabiliter conformantes: sed & ipsis aliqñ diuinis manifestationibus. Idẽ superi9 cõmemorauit: qm̃ scilicet mystici theologi. i. theologi qui mystica & secreta narrãt, hęc. i. has similitudines & proprietates sumptas a visibilibus, conformant & coaptant non solum declarationibus cęlestium dispositionum. i. cælestiũ ordinũ, angelicorũ. s. spirituũ. i. non solum ad declarandas vel demonstrãdas cælestes dispositiones & angelicas ordinationes has silitudines & proprietates rerum visibiliũ proponunt: sed etiam ipsis aliqñ diuinis manifestationib9, hoc est ad ipsam diuinitatẽ manifestandã & indicandam adducũt. Et aliqñ quidẽ ipsam. s. diuinitatem, ex luminibus p̃ciosis laudant, eã luminibus p̃ciosis cõparando, & laudẽ eius per illius rei quæ inter cæteras res visibiles preciosa est & decora demonstrando:

vt verbi gratia:cũ eam solem vocant, nõ hunc visibilẽ qui oculos corporales etiã ad iniquitatem perpetrandam illuminat: sed solem iustitiæ,qui spirituales oculos ad veritatem & virtutẽ cognoscendã illustrat. Et sicut cum eam vocãt stellam matutinam,cuius ortus tenebras fugat, non in hunc mundum visibiliter illustrandum ascendentem : sed in animum rationalem , qui solus hoc lumen capere potest , sancte,id est ad sanctificationem faciendam orientem. Et sicut etiam cum eam vocant lumen incircunuolute & inuisibiliter resplendens: non quamadmodum hoc visibile lumen qđ & tenebris obscurari & circunuolui , & loco cõcludi,& termino coarctari potest. Sic ergo per species & formas summarũ & preciosarum rerum diuinæ maiestatis excellentiam laudat mystica theologia. Aliquãdo vero ex mediis (subauditur) rebus,quę in ordine cõditionis nec summa sunt nec infima, laudat ipsa theologia diuinam maiestatẽ, vt videlicet ignẽ eam vocando:non qualis iste est corporalis ignis:qui licet prosit illuminando, nocet vrendo & consumendo:sed ignem innocue splendentem: illuminantem scilicet,& non cõburentem:accẽdentẽ,& non consumentem. Et queãdmodum cum eã vocat aquã vitalis plenitudinis datricẽ: quæ dat videlicet plenitudinem vitę, & vita implet haurientes & potantes eam: & aquã etiam,vt symbolice, id est figuratiue,sic dicatur, in ventrem subeuntem: fluminaq; redũdantem immẽsurabiliter refluentia.Hæc em̃ omnia nõ in proprietate,sed in figura sola de ipsa dicũtur. in omnibus his diuinitatis maiestatem & bonitatem laudat mystica theologia.Aliquãdo autem etiam ex nouissimis vt ex inferioribus & terrenis,ipsam laudat & laudem ipsius figuratiue manifestat: vt cum eam nominat vnguentum suaue,& similiter cũ vocat eam lapidem angularem.Et intantũ rerum infirmarũ species per similitudinem ei coaptat, vt aliquando etiam ad inconuenientes & cõtrarias formas in eius descriptione descẽdere videatur.Qđ tamen secundum causam superius memoratam congrua necessariaq; dispensatione peragitur. Sed & bestialem ipsi formam circũponunt. Ac si diceret. Non solum in declaratione diuinitatis theologi ex rebus inferioribus similitudines assumunt,sed(qđ mirum videtur) etiam ad contrarias ac dissimiles,& quę si secundum proprietatem intelligerentur indignę omnino eius maiestate essent, formationes descendunt. Nã & bestialem ipsi formã circũponũt:& leonis ei & pantheræ specialitatem,id est speciem vel formam vel figuram coaptant: & vestiunt eam,scilicet diuinitatem, pardalineam,subauditur formam,id est formam pardi. Et vestiunt eam,subauditur iterũ diuinitatem:vrsam sęuientem, hoc est specie vrsæ sæuientis.vel vrsam sæuientem eam dicunt , vt in vtroq; disconuenientia appareat , cum etiam deformitatem pulchro , & miti crudelitatem attribuant.Sequitur.

Addam vero & qđ omnium vili⁹ esse & magis significare visum est. Ac si diceret.Licet in præcedentibus,quæ commemorata sũt, & cæteris eiusmodi,magna indignitas videatur:tamen in hoc quod subiungo multo maior apparet iniuria. Addam vero:præsumam quidem & audacter loqui videbor,qui & hoc diuinis significationibus adiiciam, qđ omniũ vilissimum esse visum est:ac per hoc secundum rationem supradictam qua dissimilia symbola magis declarationem faciunt , amplius cæteris significare probatur. Quod tamen fortassis homo diuinæ maiestati aptare non auderet: si non ipsa sibi hæc sapientia dei spontanea dignatione assumeret. Quia & vermis specie tradiderunt ipsam diuinã sapiẽtes seipsam circumformãtem.Sicut scriptum est. Ego sum vermis & nõ homo:opprobrium hominũ & abiectio plebis. (Psal. 21) Nisi em̃ ipsa prius de se hoc dixisset: quis de ipã hoc dicere auderet?Cum em̃ nihil verme vili⁹ & humilius esse videatur,quis summam maiestatem in hãc abiectionem deducere pręsumeret,nisi ipsa se prius propria dispensatione tali specie significando circũformaretur.Propterea ipsa hoc prius de se dignata est dicere:q sciebat humanam conscientiam per se in

„ creatorem suum nō audere. Sic omnes „ theosophi & occulta inspiratione pro„ phetæ a sanctis incōtaminatis distiguūt sancta sanctorum. Theosophi, id est diuina sapientes & qui occulta inspiratione prophetæ facti sunt. Ii omnes cum per visibiles species & visibilium rerum proprietates inuisibilia designare volunt: distingunt ita vt superius demonstrauimus, a sanctis incontaminatis sancta sanctorum. Sancta incontaminata sunt symbola diuinorum ex pulchris & decentibus formis assumpta: sancta sanctorū sūt ipsa quæ per hæc figurant̄ diuina. Theosophi ergo per hoc ꝙ dissimiles figuras diuinis attribuunt, etiam similes formationes, & eas quæ dignæ videbantur, ab illorum excellētia & maiestate secernūt. Quia enim & illa coaptant significationi eorum quæ non dubitātur esse aliena: ostendunt & alia quoqꝫ quæ vera videri poterant, secundum proprietatē non esse similia. Sic ergo in vna eademqꝫ re, & in similibus figuram a veritate separant, & in dissimilibus veritatis societate figuram veritatis honorant: quoniam & illa cum alia ostenduntur discernunt̄: & ista cum ad similitudinem coaptantur honorantur. Sic enim cōueniens erat vt id qđ factum est omne ad creatoris excellentiā comparatum, & in sublimibus demōstraretur non esse æquale: & in infimis non esse dissimile. Quia enim factum est, non potest ad æqualitatem esse comparabile, & quia ab eo factum est, non potest illi a quo factum est omnino esse dissimile. Sequitur.
„ Vt neqꝫ diuina immundis re„ cte sint accepta, neqꝫ mirabilium imagi„ num studiosi contemplationis tāq̄ veris „ remaneant figuris. Hoc ergo agitur per dissimiles figurationes, vt in earum cōsideratione immundi corde & indigni cognitione veritatis amplius excæcentur: & ii qui studiosi sunt in contemplatione mirabilium imaginum, hoc est sacrarum repræsentationum mirabiliter factarum amplius exerceantur. Sic enī vtrobiqꝫ iustum institutum perficitur: vt dum veritas in manifestatione quasi vili indumēto se contegit, & indignos ad contemptū sui prouocet, & dignos & illam speciem suam, quæ latet, concupiscendam & quærendam inuitet: vt non sint contenti eo quod foris aspiciunt, sed ipsa deformitate exterioris demōstrationis repulsi in figuris non remaneant tanq̄ veris: quoniam signum veritas esse non potest, etiam cum veritatis est signum. Sequitur.
Diuina itaqꝫ honorificant veris „ negationibus, & ad nouissima compa„ ctarum imaginationum diuersis simili„ tudinibus. Ac si diceret. Quandoquidem negationes in diuinis factæ expressius veritatem eorum significant, & dissimiles formationes imaginum euidentius puritatem eorum demonstrant: ergo nullam iniuriam faciunt ipsis diuinis theologi sancti, & veras negationes de ipsis faciendo, & dissimiles formationes ipsis attribuendo: sed honorificant potius ipsa diuina veris negationibus, quibus ostendunt illorum excellētiam tantam esse vt quid sint nullo modo possit exprimi, etiam si aliquo modo quid non sint possit dici. & honorificant etiam ea similitudinibus ab eorum sublimitate per humilem formationem diuersis: & similitudinibus imaginationum compactarum ad nouissima, hoc est compositarum & coniunctarum ex nouissimis, id est infimis & vilibus rerum corruptibilium speciebus. Sequitur.

Nihil ergo inconsequens est, si & cæ„ lestes essentias ex inconuenientibus dis„ similibus similitudinibus formant se„ cundum dictas causas. Ac si dicat. Quandoquidem veris negationibus & formationibus diuersis diuina honorificantur: nihil inconsequens est, hoc est inconueniens, si formant theologi, id est repræsentant cælestes essentias ex similitudinibus dissimilibus & inconuenientibus: hoc est per repręsentationes figurarum ab earum natura dissimilium & quodammodo inconuenientium. Nō est inconsequens dico secundū superius dictas causas. Sequitur.

Non enim fortassis vtiqꝫ, non nos in „ quęstionē quidem ex indigētia in anago „ gen per diligentē diuinorū scrutationē „ venirem⁹, nisi deformitas nos extorqret.

manifeſtatoriæ angelorum formationis. Quaſi diceret.ex indigentia nr̃a in quæſtionẽ hanc,hoc eſt ad iſta q̃renda quãtũ ad imaginum viſibilium cõpoſitionem: vel in anagogen quantum ad inuiſibilis veritatis inueſtigationem: ex noſtra inq̃ indigentia,qui veritatem ſciẽtes iis quæſtionibus non indigemus:in hanc inq̃ q̃ſtionem nõ veniremus niſi(propter alios qui inde ſcandalizari poſſent ſi non erudirentur)deformitas nos extorqueret. Primum negatiõis geminationem nota, qua expreſſio facta eſt.vel in hoc manifeſtum eſt formationes deformes ĩ diuinis vtiles eſſe:quia & nos diuinorum veritatem ita diligenter non ſcrutaremur niſi deformitas manifeſtationũ nos extorqueret, i.cõpelleret.hoc eſt qđ dicit.Nõ vtiq; fortaſſis veniremus in quæſtionem dũcẽtem in anagogen,hoc eſt ſupernorum contemplationem:ex indigentia.ſ.intelligentiȩ veritatis:non veniremus dico p̃r diligẽtem diuinorum ſcrutationem, niſi nos extorqueret,hoc eſt cõpelleret venire in quæſtionem ex indigentia,& per q̃ſtionem in anagogen ipſa deformitas manifeſtatoriæ deformationis angelorum.i. niſi deformitas formationis per quam in ſcriptura ſacra manifeſtantur angeli,cõpelleret : dico , Non ſinens noſtrũ animũ remanere in diſſimilibus formarũ facturis.i.in deformibus repreſentationum cõpoſitionibus:quȩ a veritate ſpũalium diſſimiles ſunt.Niſi ergo ipſa deformitas repſentationum noſtrum animũ a viſibilibus figuris ad querendam veritatem cõpelleret:ipẽ noſter animus in iis quȩ foris propoſita ſunt ſolis credendis & venerãdis remaneret,nec indigẽtiam ſuã agnoſceret,vt alia extra hȩc concupiſcenda ſibi & quærenda putaret.Nũc aũt ipſa deformitas interueniens compellit animũ egredi a figura ad veritatem:animũ dico non valentem remanere in iis quæ per ſe indigna ſunt & incõgrua diuinorũ veritati. Sed luctantem negare ab ipſis diuinis iſtas materiales paſſibilitates,q̃ foris in ſignis proponuntur: ac per hoc q; ita ſancte abominatur aſſueſcentem pure extendere ſe per viſibilia excitatum in ſupermundanas altitudines;id eſt excellentias angelicas,quæ mundanis omnib⁹ ſupereminent & excellunt. Niſi enim ab iſtis excitatus per contemplationis prouectum eadem ipſa omnino relinqueret, illa ad quæ contemplanda nititur pure intueri non valeret.Sequitur. Tanta q̃dem a nobis dicta ſunt &c.Cõtinuat ipẽ prȩcedentia ad ſequentem narrationem. Tanta quidem,quãta hactenus diximus dicta ſunt a nobis propter deſcriptiones imaginum angelicas,id eſt ꝑpter deſcriptiones angelorum quæ factȩ ſunt p imagines & formas viſibiles & a viſibilibus ſumptas:quæ deſcriptiones ſunt diuinorum eloquiorum , id eſt per diuina eloq̃a factȩ,& in diuinis eloquiis propoſitȩ:quȩ etiam deſcriptiones materiales ſunt , id eſt ſecundum materialium & corporalium naturam & ſimilitudinem formatȩ:& ſunt etiam inconuenientes propter incongruas & turpes figurationes eorũ quibus attributæ ſunt excellentiæ.Propter eiuſmodi eñ queſtio quæ hactenus ventilata eſt,propoſita fuit. Deinde autem ſegregare oportet quid ipſam quidẽ eſſe hierarchiam exiſtimamus:quidq; ab ipſa hierarchia proſunt hierarchiam ſortientes. Oportet(inquit) deinde,hoc eſt poſt ſupradicta,ſegregare,hoc eſt diſtinguere quid exiſtimamus eſſe ipſam hierarchiam generaliter acceptã diffinitione eius propoſita. Deinde etiam oportet ſegregare quid proſunt ,hoc eſt quid vtilitatis accipiunt ſortientes hierarchiam ab ipſa ſcilicet hierarchia, quam ſinguli ſortiuntur . Atq; in hoc dicendo precor (ĩquit) vt ſit dux ſermonis mei Chriſt⁹ meus:ita tamen ſi mihi fas eſt,hoc eſt licet,dicere meus. Magnum enim eſt hoc & quaſi prȩſumptioni proximum eſſe videtur , vt peccator prȩmium iuſti accipiat , & abiectus de altiſſimi familiaritate confidat.Propterea dico Chriſtus (& ſi amplius audeo, dico meus)dux ſit ſermonis mei . Sine quo nec ſermo poteſt eſſe rectus , quia verbum eſt : nec intelligentia vera , quia ſapientia eſt . Nam omnes qui verum ſapiunt,per ipſum ſapiunt : & ipſe eſt inſpiratio totius Hierarchicȩ manifeſtatiõis:quoniã ipẽ ſapiẽtia mẽtib⁹ ſanctorũ theologorũ iſpirat⁹

omnem Hierarchiæ dispositiõis rationẽ, siue quæ in cęlo est, siue quæ in terra est, iis quibus ipse vult modis manifestat.

» Tu vero o puer &c. Ad Timotheũ loqtur Pauli discipulum, ad quem hęc scripsisse fertur: quẽ & puerũ vocat, propter ea vel quia ętate antecedebat ipsum: vel quia doctoris & magistri loco & dignitate fungebatur ad ipsum. Tu vero o puer ausculta. Ac si dicat. quia ea quæ diceda sunt, magna sunt: idcirco tu sancte ac decenter ausculta, sicut ipsa sancta quæ di » cenda sunt decet. Ausculta dico: secũdũ » sanctã nostræ sacerdotalis traditionis legislationẽ: quę non contendere iubet, nec resistere in doctrina, sed reuerenter & humiliter auscultare. Siue ausculta hæc q̃ dicta sunt scd̃m sanctam legislationẽ nostræ sacerdotalis traditiõis, id est quę dicta sũt scd̃m sanctam legem, id est sanctã scripturam, quæ allata est nobis a deo per traditionem sacerdotalem, id est per traditionem sanctorum & sanctificatorum » a deo virorum. Sic ergo ausculta mira» biliter dictorum, hoc est ea quæ mirabili » ter dicta sunt: tu dico qui factus es diuinus in diuina doctrina, quæ audientes & facientes diuinos facit: vel in diuina doctrina mirabiliter dictorũ diuinus fact9 ausculta quæ dicenda propono. Et nõ solum ausculta vt dicta reuerenter suscipias: sed etiam secreto animi quæ sancta » sunt circũtegens ex immũda multitudi» ne, id est ab iis qui & conuersatione immundi & desideriis diuisi sunt: tanq̃ vniformia, id est indiuisa & intacta custodi: ne ĩprudenter lanianda & polluenda ex» ponas. Non em̃ fas est (vt eloquia aiunt) » in porcos proiicere inuisibiliũ margarita» rum inconfusum & luciformẽ beneficũq; ornatum. Ipsi em̃ sunt immũda illa multitudo qui per porcos in sacra scriptura significantur: qui verbum dei male viuẽdo polluunt: & inuisibiles margaritas, id est spirituales intelligentias, quæ ornant moribus intelligentias, lucẽt per puram veritatem, inconfusæ sunt per affluentiã gratiæ, beneficę sũt in eos qui ipsas cum reuerentia & honore contingũt.

¶Titulus tertii capituli.

¶Quid est Hierarchia, & quæ per Hierarchiam vtilitas.

Litera Capitis.III.

Est quidẽ hierarchia, secũdum me, ordo diuinus & scia & actio deiforme quantũ possibile similans: & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionaliter in dei similitudinem ascendẽs. Diuina pulchritudo vt simpla & optima vt consummatiua. Pura quidẽ est vniuersaliter omniũ dissimilitudĩe: distributiua vero secundum dignitatẽ vniuscuiusq; proprii luminis: & perfectiua in sacrificio diuinissimo secundum ad ipsam perfectorum cõpacte immutabilem formationem.

¶†Interpretatio igit̃ hierarchię est ad deum, quãtum possibile est, similitudo & vnitas, ip̃m habens omnis sanctę actionis & scientię ducem, & ad suum diuinissimum decorem immutabiliter quidem definiens. quãtũ vero possibile reformat, & suos laudatores agalmata diuina p̃ficit specula clarissima & mũda receptiua principalis luminis & diuini radii, & inditę quidem claritatis sacrę repleta: eaq; iterum copiose in ea q̃ sequuntur declarãtia diuinas leges. Non em̃ fas est sanctorum perfectoribus ac sancte perfectis, operari qd oino p̃ter hostiarũ†mysteria, aut sacras ordiatinoes: sed neq; subsistere aliter si diuinã ipsi9 claritatẽ appetũt, & ad ipsã sacre & decẽter respiciũt & reformãt̃, scd̃m vniuscuiusq; sc̃tõrũ intellectuũ anagogiã. Nõne ergo hierarchiã q dicit, sacrã quãdã vniuersal̃r declarat dispositionem, imaginẽ diuiæ speciositatis ĩ ordinib9 & sciẽtiis hierarchiis p̃prie illuminatiõis sacrificãtẽ mysteria, & ad

†Intentio

†ministetia

proprium principium (vt licet) aſſimilatam: Eſt enim vnicuiq; hierarchiam ſortiétium perfectio: hoc eſt ſecundum propriam analogiam in dei imitationẽ aſcendere, & omniũ diuini9 (vt eloquia aiũt) dei cooperatorem fieri, & oſtendere diuinam in ſeipſo actionem (ſecundũ qđ poſſibile eſt) relucentẽ. Vtpote quoniã ordo hierarchiæ eſt quoſdam quidẽ purgari, quoſdam vero purgare: & quoſdam quidẽ illuminari, quoſdã vero illuminare: & quoſdam quidẽ perfici, quoſdã vero pficere: vnicuiq; deiforme adunationi qualicũq; modo. Diuina beatitudo, quantũ in hominibus dicẽdũ, pura quidẽ eſt ſine omni diſſimilitudine, plena vero luminis æterni, perfecta & non indigens, ſimul omnis perfectionis: purgans & illuminans & perficiẽs: magna autẽ purgatio, ſancta & illuminatio & perfectio, ſuper purgationẽ ſuper lumẽ ante pfecta: per ſeipam perfecta perfectiõis principium: & omnis quidẽ hierarchiæ cauſa, omniſq; ſacri ſecundũ ſupereminentem celſitudinẽ. Oportet itaq; (vt exiſtimo) purgandos quidem puros perfici omnino, & omni liberari diſſimilitudinis confuſione. Illuminandos vero repleri diuino lumine ad cõtemplatiuam habitudinẽ & virtutem in caſtiſſimis mentis oculis reducendos. Ex imperfecto reſtaurãdos participes fieri exploratorũ ſacrorũ perfectiuę ſciẽtię. Purgatores vero magnitudine purgatiõis aliis tradere ex propria caſtitate. Illuminatores autẽ luculentiores animos & ad participationẽ luminis & diſtributionem proprie habẽtes & ditiſſime ſanctæ repleti claritatis, oĩno ſuum ſuperexcellẽs lumẽ in eos qui digni ſunt lumine, ſuperuehere. Perfectores vero tanq̃ præceptores perfectiuę traditionis perficiendos ſacratiſſima doctrina per inſpectorum ſacrorum ſcientiam. Nõne ergo vnuſquiſq; hierarchiæ diſpoſitionis ordo ſecundum propriam analogiam reducitur ad diuinam cooperationẽ, illa perficiẽs gratia & deo data virtute, quæ diuinitati naturaliter & ſupernaturaliter inſunt, & ab ea ſupeſſẽtialiter acta & ad poſſibilem deum diligẽtium animorũ imitationem hierarchiæ manifeſtata.

¶Magiſtri Hugonis de S. Victore expoſitiõis in tertiũ cap. diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia: Liber. IIII.

Hactenus quæ vniuerſaliter dicenda erãt introducendis in hierarchiarũ cognitionem pro ratione demõſtrationum viſibilium in ſignificationẽ viſibilium propoſitarum theolog9 diſſeruit. Deinde nunc principalem narrationem ingrediẽs primũ diffinit quid ſit hierarchia: nõ vniuerſaliter tamẽ ſed ſecundum eam tm̃, quæ in angelis & hominibus cõſtat hierarchiam, ſignificatione reſtricta. Eſt quidem, inquit hierarchia, ſecundũ me, ordo diuinus, & ſcientia & actio, deiforme, quãtum poſſibile ſimilans: & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionaliter in dei ſimilitudinem aſcendens. Qđ ait ſcđm me, ita accipiẽdum, ac ſi dixiſſet ſcđm exiſtimationem meam. Pudice eñ temperat aſſertionem ſuã, ne de ſua exiſtimatione plus iuſto præſumere videatur. Deide tria in diffinitione hierarchiæ principalia proponit, q̃ perficiunt ipſam hierarchię diffinitionem. Sunt autem hæc: ordo, ſcientia, & actio. Horum triũ ſi defuerit oĩm aliquod, non conſtat hierarchia. Primum eſt ordo diuinus: quia non eſt poteſtas ſi ordinata nõ eſt a deo: propter hoc ait, ordo diuinus. Omnis enim poteſtas a deo Roma.13

eſt: & quę a deo ſunt omnia bona & ordinata ſũt: ppterea qui ptati reſiſtit a deo ordinatæ, deo reſiſtit. Propter hoc ergo Hierarchia eſt ordo diuinus, id eſt poteſtas a deo ordinata & ſecundum deũ diſpoſita. A deo quippe eſt per ordinationẽ: & ſecũdum deũ eſt per imitationẽ. & ppterea ordo diuin⁹, quia a deo eſt vt ſit: & ſecundũ deum eſt vt qualis & quant⁹ ſit. Deinde quia omnis poteſtas q̃ a deo ordinata eſt, ad aliquid perficiendũ atq; complendũ ordinata eſt: ſequitur in diffinitione poſt ordinẽ ſcientia & actio. Sciẽtia quidem, qua quid faciendum ſit intelligant: Actio vero, qua qđ intellexerint agendum, perficiãt. In ordĩe officium: in ſcientia diſcretio: in actiõe miniſterium. Sine ordĩe p̃ſumptio eſt actio. Sine actione, negligentia eſt ordo. Sine ſciẽtia vero & actio rephẽſibilis & ordo inutilis. Propter hęc ergo hierarchia eſt ordo diuin⁹ & ſcĩa & actio. Hierarchia dico tam in ordine q̃ ſcientia & actione, ſimilãs deiforme, hoc eſt conformitatem dei imitãs quãtum poſſibile, ſcilicet illi eſt: & aſcendens in dei ſimilitudinem proportionaliter ad illumĩationes. i. ſcđm illumĩatiões diuinit⁹ ei inditas: vnaq̃q;. ſ. ſcđm modũ & mẽſurã grãe diuinit⁹ ei infuſę in ordĩe ſuo pficiẽs. & aſcẽdẽs ad imitationẽ dei: vt recte diſcernẽdo & bene operãdo ipm imitetur. In vtroq; eñ diuinam ſimilitudinem æmulatur omnis hierarchia: ſiue in eo videlicet ꝙ ab ipſo diſponitur, ſiue in eo ꝙ ſcđm ipſum operatur. Hæc autẽ diffinitio ſicut diximus angelicam tñ & humanã hierarchiã cõplectitur: quæ ad ſimilitudinẽ ſummæ & æternę factæ ſũt hierarchiæ: & ipſam imitantur ſecũdum ipſam diſpoſitę. Sequitur.

» Diuina pulchritudo vt ſimpla, & optima vt cõſummatiua: Pura quidem eſt vniuerſaliter omni diſſimilitudĩe: diſtributiua vero ſecũdum dignitatem vniuſcuiuſq; proprii lumĩs: & perfectiua in ſacrificio diuiniſſimo ſecundum ad ipſam perfectorũ compacte immutabilem formationem.

Sẽſus hic eſt. Q; diuina pulchritudo, quã ſummam nominamus Hierarchiam, ſecundũ quam cæteræ factę ſunt hierarchię, pura eſt vniuerſaliter, id eſt omnino, vtpote q̃ ſemper ſimpla quidẽ eſt vnitate, optima bonitate, cõſummatiua perfectione. Vbi enim vnitas eſt, diuerſitas non eſt: & vbi diuerſitas nõ eſt diſſimilitudo nulla eſſe poteſt. Item vbi perfectio eſt, ibi grad⁹ nõ eſt: vbi gradus non eſt, differentia nõ eſt: vbi differentia non eſt, diſſimilitudo nulla eſt. Ergo diuina pulchritudo, quæ forma & exemplar eſt bene & pulchre diſpoſitorũ oĩm: qa vna eſt pluralitatẽ nõ recipit: & qa optĩa eſt & cõſũmata, nec ſolũ cõſũmata, ſed ẽt cõſũmandorũ oĩm conſummatiua & cõſummationis cauſa, diuerſitatem nõ admittit: ac per hoc omnino diſſimilitudinem neſcit: quę & vna eſt ſimplicitate, & eadem perfectione. Et cũ in ſemetipſa talis ſit, vt nec diuidatᷣ pluralitate, nec ĩferior ſit diuerſitate: in ipſis tamẽ qui participes fiũt gratiæ, diſtributiua eſt proprii luminis, propriũ lumẽ diuerſis modis tribuens: ſecũdum dignitatem, videlicet vniuſcuiuſq; participantium: altioribus quidem maiora, inferioribus autem minora largiendo dona gratiarum: vt in ipſis pulchre multiplicetur quæ in ſe vere vna cõſiſtit. Perfectiua ẽt eſt ipſa diuina pulchritudo: quoniã perficit & conſummatos facit participes luminum ſuorum: perfectiua dico in ſacrificio diuiniſſimo quo perficit perficiendos ſecundum immutabilem formationẽ cõpacte perfectorum ad ipſam. Diuiniſſimũ ſacrificium vocat ipſam illuminationem diuinam & gratiam & propitiationem, quo purgãtur & emundantur purgandi omnes & ſaluandi, non ſolũ a corruptione mali vt boni fiãt: ſed a defectu quoq; boni purgantur, vt meliores aſſiſtãt. Ipſa ergo oblatio ſumma & teletargis, id eſt principalis purgationis hoſtia: ipſa videlicet gratia diuina quæ nobis offertur & p nobis offertur. Offertur nobis ad purgationem, offertur pro nobis ad ppitiationem. Offertur nobis vt eã habeamus: offertur pro nobis vt per eam placeam⁹. Offertur nobis per infuſionem: offertᷣ p nobis per emũdationem. Offertur nobis dum incipimus eſſe qđ non fuim⁹: offertur a nobis dũ exhibemus & p̃ſentamus qđ ſum⁹. Ipſa ergo teletargis, id eſt principalis purgationis hoſtia & ſacrificium diuiniſſimum, ſine quo omnes hoſtiæ & ſacrificia omnia nec effectũ habere poſ-

sunt nec prodesse: ipsum est quo diuina pulchritudo perficit & pfectos facit eos qui perfecti sunt, ad ipsam,id est ad similitudinem ipsius reformati:id est concorditer vt ab ea videlicet non discrepēt secundum immutabilem formationē ipsorum scilicet perfectorum,ad ipsam,id est secundum similitudinem eius quã semel acceptam immutabiliter seruant vt non defluant ab ipsa. Diuina em̃ pulchritudo,quæ in se vna est & perfecta perficiendos ad se per principalis purgatiõis hostiam,id est infusionem gratiæ suę,quam a sua plenitudine propter purgandos & perficiendos in participatione diffudit, purgat & perficit,secundũ vniuscuiusq; modum & mensuram & capacitatem: quam dono eiusdem gratię perceperunt secundum immutabilem formationem illorum ad ipsam. quæ videlicet formatio vel ideo immutabilis(sicut diximus) vocatur,ꝙ ipsos qui formantur & reformãtur ad immutabilitatē conuertat:vel qa immutabilis consistit in eo a quo est,etiã si mutetur iis quibus est & in quib⁹ est.

†Intentio. Sequit̃.† Interpretatio igitur hierarchię est ad deum,quantum possibile,similitudo & vnitas.Qđ in gręco dicitur σκοπὸς scopos, & qđ translator interpretationē vocat,magis proprie intẽtio vel directio nominatur.Est em̃ intentio siue directio quæ scopos dicit̃,certa destinatio in aliquem finem.Omnis em̃ actio in aliquem finem tendit,& per aliquã directionē tendit.Scopos autem,id est directio vel destinatio ,est qua tendit. Oĩs ergo hierarchia scopon habet,id est directionem secundum quam incedat in ministerio suo explendo:imitationē scilicet & similitudinem diuinam , vt quemadmodum ab ipso ordinata est in officio & dignitate, ita secundum ipsum incedat in ministerio & operatione:vt præter modũ & mēsuram ab ipso assignatã & ordini suo debitã nihil agere pręsumat.Est ergo interpretatio, id est diffinitio siue potius directio & contemplatio hierarchię,qua intẽdere debet,& dirigi omnis hierarchia: similitudo & vnitas , hoc est imitatio & idẽtitas ad deum: vt in nullo deuiet vel declinet ab ipsius similitudine in qua posita est: sed eum quãtũ possibile est ęmuletur per omnia.Similitudo ad deum est ipsum imitari:vnitas vero solum sequi. Et hic est scopus.i. directio vel destinatio omnis hierarchiæ,vt secundum ipm ad ipsum incedat:ipsum habens omnis sanctæ & scientię & actionis ducem:ipm sequens,iudicio & actione illuminata ab ipso ad cognitionem veritatis,& adiuta ad executionē boni operis.Ipsum habēs ducem intus præsidentem in demonstratione veritatis : & foris præcedentem in exemplo bonæ actionis . Et ad suum diuinissimum decorē immutabiliter quidem diffiniens:quantũ vero possibile,reformat,& suos laudatores agalmata diuina perficit.Ipsa quidem scilicet hierarchia immutabiliter diffiniens, hoc est inuariabiliter siue inflexibiliter cõuersa vł intendens per suum scopũ,ad diuinissimum decorē ipsi⁹ dei,imitando & sequẽdo ipsum vt pulchritudini ipsius & decori diuinissimo conformetur, secũdum quem omnis hierarchia pulchre & decẽter in suo ordine & gradu disposita est: quantum possibile est reformat suos laudatores,hoc est eos qui in ipsa deum laudant & ad laudē dei dispositi sunt & ordinati:reformat dico in eo ipso ꝙ imitatores dei facit:& ad similitudinem ipsi⁹ in suo ministerio conuertit,& conuertẽdo ac reformando agalmata diuina perficit,vt sint ipsi diuina agalmata.i. sancta simulacra & receptacula diuinitatis , & specula clarissima:vt sint ipsi agalmata quidem diuina,diuinum lumen percipiẽdo:specula autem clarissima lucendo ex suscepto lumine.Perficit etiam ipsos laudatores suos,munda receptiua siue receptacula principalis luminis & diuini radii:hoc est luminis immediate illuminãtis,& ad ipsa prima illuminanda descendentis:vt post susceptũ quidem lumē repleta sint claritatis sacrę,inditę sibi,hoc est infusæ:& vt sint etiã declarantia eam videlicet claritatem,iterum hoc est secũdo loco,in ea quæ sequuntur declarãtia copiose secundum diuinas leges. Sensus hic est.Quoniã hierarchia scdm illã dispositionem qua diuinam pulchritudinē imitat̃,laudatores suos vniuersaliter quidem,i.siue superiores siue ĩferiores,tales facit vt digni sint & lumen diuinũ perci

pere & lucere ex lumine:specialiter autē quosdam ita mundos perficit,vt sint capaces principalis luminis & immediate illuminentur a deo:ac deinde ad eos qui sequuntur post se & dignitate constituti sunt sub se,lumen suum transfundāt: copiose quidem ex abundātia perceptionis primæ secūdam participationem ministrātes,seruata dūtaxat lege diuina in qua vnicuiq; pręscriptū est qd vel quantum aut cui ex dono gratiæ sibi cōcesso debeat impertiri. Nā ꝙ non sine diuina lege,id est ea dispēsatione diuina qua dona gratiæ in participes largitionis secūdum certam mēsuram & proportionem tribuuntur:& assignātur officia,vt sciat vnusqsq; quantum sibi liceat secūdū mysterium assignatum vel fieri liceat: manifestat cum subdit. Non em̄ fas est sanctorum perfectoribus ac sancte perfectis operari quid omnino præter ꝑpria mysteria hostiarum ac sacras ordinationes. Ac si dicat.Propterea ii qui in ordīe hierarchiarum superiores sunt secundū diuinas leges,lumina sua ad īferiores trāsfundunt:quia fas non est,hoc est licitum omnino aliquid operari,aut sanctorū perfectoribus.i.iis qui alios in sanctitate perficiūt: aut sancte perfectis.i.iis q ab aliis in sanctitate ꝑficiūtur:præter ꝑpria hostiarum mysteria.i.propria gratiarū dona & proprias sacras ordinationes.i.sacros ordines vnicuiq; proprios assignatos.Nam sine gratia operari vanum est: pręter ordinem operari aut cōtra peruersum.Habent nanq; singuli propria dona secundū quæ valeant operari:& ordines proprios secundum quos debeāt operationem suam moderari. Propterea necesse est vt studeat vnusquisq; gratiam quā accepit agnoscere,ne incipiat p̄sumere in eo qđ non potest:& officium propriū ordinēq; attēdere,ne audeat transgredi in eo quod nō debet.Hūc nāq; ordinē diuinę dispensationis diligenter seruandum esse Petr⁹ apl's admonet dicēs: Vnusqsq; sicut accepit gratiā in alterutrū administrātes.Et Paulus apl's eos q hanc diuinā ordinationem & dispēsationē tenere noluerunt,rephendit dicēs:Nūqd oēs apl'i? Nūqd oēs ꝑphete?Nunqd oēs doctores? Nūqd omnes virtutes?Nūquid oēs gratiam curationum habēt? Nunqd oēs linguis loquuntur? nunqd oēs interpretantur?Æmulamini charismata meliora.Propterea igiť fas non est iis qui diuinæ gratiæ participes facti sunt, siue immediate a deo,siue per hominē eā acceperint,aliquid operari præter propria dona & officia:vt diuina pulchritudo in omnib⁹ cōseruetur,& ordo dispensationis summæ perseueret.Sanctorum ꝑfectores vocat eos q tātam a deo gratiam ꝑceperūt, vt alios etiam illuminando & erudiēdo ad sanctitatē ꝑficiant.Sancte perfecti sunt q ab ipsis superiorib⁹ illuminati &(erudití in sanctitate ꝑficiūť. Mysteria hostiarū,siue dona gratiarū intelligi vult:q̄ propterea mysteria dicūtur,qa occulte inspirantur: hostiæ aūt qa ad emūdationē & expiationem ꝑcipiētiū tribuūtur. Siue ministeria hostiarū exhibitiōes sanctorū operū dicit & administrationes diuinoꝝ sacramētorū:q̄ & hostię sunt,quia offerūtur per exhibitionē actiōis, & mysteria ꝑ sacramēta significatiōis:qa per id qđ foris visibiliter in sacramēto agiť,iuisibilis virtus veritatis significať. Ita ergo p̄ter ꝑpria hostiarū mysteria.i.dona vel ministeria propria,fas non est operari aliquid, vel sanctorū perfectoribus.i.iis qui gr̄am acceptā aliis p̄ficiendis administrant,vel ipsis perfectis.i.q per acceptam gratiam ī sanctitatis ꝑfectionē p̄ficiūť. Neq; fas est etiā siue his siue illis aliquid operari p̄ter sacras ordinatiōes suas:hoc est p̄ter id qđ ad sacras ordinatiōes suas spectat: vt videlicet id solum vnusqsq; opari p̄sumat,qđ ad ordinē & officiū sibi assignatum spectare ꝑbatur. Sequiť. Sed neq; subsistere aliter,si diuinā ipsius claritatē appetūt,& ad ipsā sacre & decēter respiciūt & reformanť:scđm vniuscuiusq; sanctorū intellectuū analogiā. Quasi dicat. Nō solum debitū illis est vt sacra mysteria & ordinationes sacras custodiant: sed necessarium quoq;, qm̄ aliter subsistere nō possunt,ī eo videlicet statu quo diuinam pulchritudinē imitātur, nisi ordines suos seruādo scđm leges diuinas incedant.Si ergo appetūt diuinā ipsi⁹ creatoris sui claritatē, & ad ipsam pcipiēdā respiciūt imitādo & desiderando sacre p affectū,decenter per habitū: & reformāť

ad ipsi⁹ siliťudinē imitādo ipsā & sequēdo: vnusqsq; vz sctorū itellectuū.i. angelorū, ƀm vniuscuiusq; analogiā.i. secūdū modū & mēsuram possibilitatis suæ, quā hʒ scd̄m ordinē & gradū & proprietatē suā vnusqsq;. aliter nullatenus subsistere possunt in eo bono qd̄ appetūt, nisi scd̄m leges diuinas incedant, ordinatiōes suas seruando & ministeria propria exequendo. Sequitur. Nōne ergo hierarchiam q dicit, sacrā quādā vniuersal'r declarat dispositionē, imaginē diuiæ speciositatis in ordinibus & scientiis hierarchicis ꝑpriȩ illuminationis sacrificantem mysteria, & ad proprium principiū vt licet assimilatam? Quando, inquit, necesse est vt oīs hierarchia diuinā appetat similitudinē: neq; aliter subsistere potest nisi in ei⁹ imitatiōe perseueret: Ergo qui dicit hierarchiā, declarat sacrā dispositionē quandam quæ imago est diuinæ speciositatis, id est pulchritudinis. Dispositionē dico sacrificantem mysteria.i. exercētem siue exhibentem mystica opera vel diuina ministeria propriȩ illuminationis: hoc est secundum propriā illuminationē in ordinibus & scientiis hierarchicis, quātū videlicet vnicuiq; datū est operari scd̄m ordinem & gradū suum & donū gratiæ illuminātis. & operādo assimilatam, vt licet, id est quātum possibile est creaturȩ scd̄ʒ modum & dignitatem suā ad proprium principiū suū a quo & facta est, vt aliqd sit: & scd̄m quod disposita est vt talis sit. Nōne ergo qui hierarchiā dicit, declarat dispositionē quādā sacram vniuersaliter id est in omni ordine & gradu suo sic se habentē: qm̄ videlicet disposita est & ordinata ad imaginē diuinȩ pulchritudīs ī ordinib⁹ & sciētiis hierarchicis: & sacrificat mysteria ꝑpriȩ illūinationis: vt in oī dispositione sua, & ordine dignitatis, & scientia discretionis, & imitatione opis, principium suū ȩmulet. Mysteria ꝑpriæ illumiationis sacrificat, q ex occulto aspirationis dono bonū opus repsentat. Mysteria etiā ꝑpriȩ illuminatiōis sacrificat, q perceptā gratiā ad alios trāsfundēs, talentū cōmissum multiplicat. Mysteria ēt ꝑpriȩ illumiationis sacrificat: q ea solū q̄ suo ordini & officio cōueniūt admīstrat. Est em̄ vnicuiq; hierarchiā sortiētiū pfectio, hoc est ƀm ꝑpriā analogiā ī dei imitationē ascēdere, & oīm † diuinius (vt eloquia aiūt) dei cooperatorē fieri, & ōndere diuinā ī seipso actiōem, ƀm q possibile ē relucētē. Proptea ait: q dicit hierarchiā gnalē quādā dispositionē significat, pulchritudinē dinā ī sua ordiatiōe imitātē, qa hæc est pfectio vnicuiq; ordini.s. siue psonȩ oīm hierarchiā sortiētiū: ascēdere, vz ƀʒ ꝑpriā analogiā.i. modū & mēsurā in dei imitationē, & fieri cooperatorē dei (vt eloqa aiunt) diuini⁹ oīm.i. quo nihil diuinius aiūt eloqa: vel oīm diuini⁹ fieri cooperatorē dei.i. quo nihil magis diuinos facit q̄.s. dei cooperatorē fieri, & ostēdere ī seipso diuinā actionē relucētē: vt.s. ad alios relucēdo trāsfūdat p exēplū operis, qd̄ primū pcipere meruit p donū occultȩ aspiratiōis. Sic ergo pfectio constat hierarchiȩ: vt q purgāt purgēt, & q illumināt illuminēt, & q pficiūt pficiāt. Vt pote qm̄ ita.s. est ordo hierarchiæ: quosdā qdē purgari, quosdā vero purgare: & quosdē qdē illumiari, quosdā vero illūinare: & quosdā qdē pfici, quosdā vero pficere. vnicuiq; deiforme adunatiōi q̄licūq; mō. Primū purgāt, postea illuminātur deiñ pficiūt. Nisi em̄ pcederet purgatio, nō seqret illumiatio: & nisi eēt illūinatio nō veniret cōsummatio. Sicut.n. illumiari nō pōt q nō est purgat⁹, sic cōsummari nō pōt q nō est illuminat⁹: qa cognitio veritatis nō nisi mūdos illuminat: & pfectio virtutis nōnisi illūinatis veritate appropinquat. Sʒ sūt supiores & sublimes & ipsi appropīquātes diuītati īmediate ab ipa accipiētes & purgationē vt sint mūdi & illūinationē, vt sint clari: & pfectiōeʒ vt sint scti. Et ab ill' rursū ƀm ordinē diuinæ dispositiōis: ii q sequunt & ī ordīe subiecti sūt, & purgāt & illumināt & pficiūt. Et sic ƀm hūc modū vnicuiq; adunationi.i. ordini & distributiōi q̄licūq; mō deiformē.i. deiformitas, siue siltudo: ipʒ vz purgari, illūinari & pfici: vt ī hoc suo mō & mēsura singl'i deiformitatē & dei siltudinē habeāt: q sūt purgatiōe mūdi, veritate illūinati, bōitate pfecti. Seqt. Diuina btitudo (quātū ī hoīb⁹ dicēdū) pura qdē ē simul oī dissilitudīe: plena vero luminis æterni: pfecta & non indigēs simul oīs perfectionis: purgās & illuminans &

†diuinissime.

perficiens. Nūc demōstrare vult φ bonū quod in creatura siue purgata siue illuminata siue perfecta cōstat per gratiá: in ipso creatore a quo est subsistit per naturam: cuius diuina beatitudo & mūda est sine purgatione, & lucens sine illuminatione, & pfecta sine susceptione. Non eñ vt munda sit purgatur: neq; vt luceat illuminatur: neq; accipit vt perficiat. Sed habens in se totum alieno non indiget: & suū ministrans, ea quæ per se indigentia sūt replet. Pura quidem (inquit) est ab oĩ pariter dissimilitudine: hoc est ergo propter qđ mūda iure noĩatur: & dissimilitudinē nō habet vllam. Vbi eñ puritas est dissimilitudo non est: qa id ipsum est totum & concordās vnum. Corruptio eñ dissimilitudinem inducit: & alterū facit qđ a suo esse recedit & deficit vt sit alterū q̄ fuit. Qđ ergo semper idem est dissimilitudinem nō capit: & qđ immutabile perseuerat, corruptionē nō admittit. Propterea diuina beatitudo munda est & incorrupta, & ab omni dissimilitudine aliena, cōsistēs in eo qđ est, & incorruptū seruans qđ habet. Est quoq; plena luminis ęterni, non tñ quasi illuminata: qm̄ ipa lumen est: nec lucere incipiens, qm̄ æterna est: nec crescens in lumine, qm̄ plena est. Perfecta quoq; est & non indigens simul oĩs perfectionis, hoc est nullo indigēs qđ ad pfectionē pertineat: qa totū habet & possidet, & est totū ipsa qđ possidet: & idcirco nec maior esse potest, qa totum habet: nec minor, qm̄ immutabiliter & ęternaliter habet. Et cū in se talis sit, vt nec purgari egeat, pura: nec illuminari, lumine plena: nec perfici, cōsummata: purgat tñ & illuminat & perficit oēs qui purgari & illumiari & perfici merent̄, siue prio loco imediate gratiā accipientes, siue mediate pre eos q primū accipere meruerūt participantes. Hoc vero totū, vꝫ φ diuina beatitudo plena & lumine plena & pfecta vocatur: dicendū est quātū in hoĩbus, i. scđm eum modum quo id quod ineffabile est ab hominibus dici potest. Nā quātum ad ipsam ineffabilē summę veritatis puritatem: magis dicenda est ipsa diuina natura purgatio sancta & illuminatio & perfectio, vt parum id esse intelligatur φ pura dicit̄: sed magis ipa purgatio: φ illuminata, sed magis ipa illuminatio: φ perfecta sed magis ipsa perfectio qđ & ipsum tamen minus adhuc inuenitur nisi cogitetur purgatio super omnem purgationem, illuminatio super omnē illuminationē, perfectio super oēm perfectionem. Propterea ait. Purgatio, illuminatio, perfectio, super purgationē, super lumen: ante perfecta siue plusq̄ perfecta, id est supra perfectionem: quia oḿe hoc qđ dicit̄ scđm aliqd dr̄, a q̄lōge est q sūme est: & ꝓpterea supra oē hoc est qđ est. Idcirco purgatio est: qm̄ in se coinquinatū nō recipit, coĩquinationē vel corruptionem recipientibus & patientib[9] corruptionē tollit: & tamen supra purgationem, qm̄ corruptionem nō contingit. Et est illuminatio qm̄ in se lucet, & a se tenebrosa clarescere facit: & supra illuminationem, qm̄ oĩa irradians & penetrans a se nō exit: & est perfectio, qm̄ nihil min[9] habet in se, & minus habentib[9] quod deest largitur & p̄stat ex se: & tñ añ pfecta siue plusq̄ perfecta, qm̄ ĩ singularitate boni constat tota: & in participatione indiuisa, vt nec min[9] eius bonum sit, qa vnū est: nec multiplex, quia participatū. Propter hoc, per seipsam pfecta est: qa qđ habet, aliūde nō accepit: & per se ipsam perfectiōis principiū, quia perficiēdis quod habet largiendo ipa nō amittit. Et est cā omnis hierarchiæ, & oĩs sacri scđm supeminentē celsitudinē. Principiū est quoniā ab ipsa: & causa, qm̄ per ipsam, & propter ipsam: & forma, qm̄ scđm ipsam oĩs hierarchia in ordie dignitatis, & oḿe sacrū in ministerio actiōis dispensatur. Ab ipa, ꝑdestinatione: per ipam, creatioē: ꝓpt ipsam, glorificatione: ad ipam, cōuersiōe, vt ipam imitetur & in ipa beatificet̄. Sequitur. Oportet itaq;, vt existimo, &c. Postq̄ demōstrauit diuinā btitudinē formā eē & causā oĩs sacrę ptātis & dispositiōis: ipsāq; & mūdā eē & lucētē & pfectā mūdā qdē ac purā ĩ eo φ oĩ dissimilitudine & cōfusiōe careat: lucētē aūt ĩ eo φ ęterni lumĩs plenitudinē ĩ se cōtineat: pfectā vero ĩ eo φ oĩa habēs nullo ĩdigeat: mō ĩfert ꝓbās eos quoq; q ad ipsi[9] siĺitudinē & imitationē ĩ sacris dispositionib[9] ordinati sūt, similiter mūdos esse debere ab omni contagione & confusione: & lu-

cẽtes veritate,& perfectos bonitate:vt & ipsi quoq; alios emundare possint & illuminare,& perficere doctrina & exemplo: vt in vtroq; ad imaginem & similitudinem creatoris sui assurgant,siue in eo videlicet ꝙ ipsi mundi & clari & perfecti sunt,siue in eo ꝙ alios mundant & illuminant & perficiunt. Oportet(inquit) vt existimo purgandos quidem, siue eos videlicet qui primo loco,siue eos qui mediantibus aliis purgationem accipiũt:puros perfici omnino & liberari ab oĩ dissimilitudinis confusione:quam vel ignorãtia veri vel cõcupiscentia mali induxit. Illuminandos vero oportet repleri diuino lumine, vtpote reducendos in castissimis mentis oculis ad cõtemplatiuã habitudinem & virtutem.id est vt mentis oculis castis & mundis ex præcedẽti purgatione peccati & erroris existentib⁹ cõtemplatiuam habeant habitudinẽ & virtutem.Habitudinem videlicet per mentis puritatem:virtutem aũt per contemplationis stabilitatem,vt possint contemplari diuina: quæ & veraciter apprehendunt & retinent perseueranter.Ex imperfecto autem restaurandos oportet participes fieri exploratorum sacrorum perfectiuæ scientiæ:vt videlicet vera bona & sacra illa quæ per scientiam perfectã explorant,dilectione sequendo & sanctitate participando apprehendant:vt sicut per scientiam perfectam perfecti sunt in cognitione:ita per bonitatem perfectam perfecti sint in participatione. Purgatores vero magnitudine purgationis aliis tradere ex propria castitate.id est ipsos purgatores, quorum scilicet ministerium est vt per eos alii purgẽtur ab errore & culpa:oportet tales esse vt magnitudĩe purgationis suę,id est munditiæ suę quã in se habent,aliis tradant purgationem ꝓpria castitate,non alieno sed proprio exẽplo purgandorũ vitam castificantes. Illuminatores aũt oportet suũ superexcellens lumẽ in eos q digni sunt lumine superuehere:vtpote habentes luculẽtiores animos ad participationem luminis qua lumen ipsi pcipiunt, & ad distributionẽ luminis qua pceptum lumen ad alios illuminandos transfundunt.habẽtes dico proprie,id est singulariter & excellenter: quia q alios illuminare debent, plus aliis lucere debent:& ditissime.i.abundanter repleti esse debent sanctę claritatis,vt ex abundantia perceptionis singulis tribuere possint qd̃ opus est. Nã qui omnes docere debet,omniũ scientiã habere debet: quia non potest vnicuiq; qd̃ expedit ministrare q causas omniũ non nouit & vtilitates. Superuehere autem debent lumẽ suũ,vt qd̃ verbo docent,per excellẽtiam vitæ commendent,quasi in sublimi lucẽtes & lumina fundentes ad eos qui conuersatione inferius manent. Perfectores vero oportet perficere perficiẽdos sacratissima doctrina per inspectorum sacrorum scientiam,tanq̃ pręceptores perfectiuæ scientiæ.Sacra veraciter inspicit qui habitum per experiẽtiam cognoscit. Sacra veraciter inspicit qui interna bona gustando percepit.Sacratissimã ergo doctrinam habet qui docet qd̃ sapit,qui instruit quod sentit,qui docet non solũ cognoscere verum,sed apprehendere bonũ & amare iustũ.Quæ traditio idcirco perfectiua vocatur,quia hoc solum hominẽ ad perfectũ ducit,qñ bona quę per intelligẽtiã cognoscere nõ potuit, p studiũ bõi operis apphendit.Tali ergo doctrina ipsi pfectores pficiẽdos pficere debẽt vt sint sancti & pfecti bonitate,imitantes illum ad cuius formã & similitudinẽ reformãtur:& superiores tribuẽdo, & inferiores percipiendo gratiæ diuinæ participationẽ.Vnde sequitur. Nõne ergo vnusqsq; hierarchiæ dispositionis ordo scd̃m ꝓpriã analogiã.i.modum & mẽsuram & ordinẽ, reducit ad diuinã cooperationẽ: illa agẽs & perficiẽs per gratiã & virtutẽ a deo datã quæ diuinitati naturaliter & supernaturaliter insunt,& ab ipa.s.diuinitate supessential'r acta,postea manifestata sunt hierarchię ad possibilẽ imitationẽ animorũ.i.spirituũ deũ diligentiũ. Nisi em̃ illa bona q̃ in deo sunt p naturã ad istos descẽderẽt p grãm, nõ essent illi siles:& nisi ipsi agẽdo obtinerẽt q̃ ipe nõ agẽdo ſ; habẽdo possidet,non essent illi⁹ imitatores.Postremo nisi ab eius secreto inuisibili; bona illa ad manifestationem deducta essent,nequaq̃ possibilitati creaturæ imitabilia fuissent,nec dignitas ſm ipsum esset,nisi gratia ab ipso exisset.

Ecce quid caritas facit.Solis animis dili
gentibus deum,abscondita diuina mani
festa facta dicuntur , & ad imitandum
possibilia.Interna nãq; & ęterna bona ra
tionales animi per solam caritatem perci
piunt:illa per dilectionem & gustãdo vt
intelligant,& sequendo vt apprehendãt.
Nisi em̃ diligerent non intelligerent, qa
non intelliguntur,nisi cum diligũtur: &
rursum nisi amarent,nõ quęrerẽt:& nisi
quærerent non inuenirent,quia nõ inue
niuntur si nõ quęruntur . Hinc em̃ scri-
Ioan.15 ptum est.Iam nõ dicam vos seruos: quia
seruus nescit quid faciat dominus eius:
Vos autem dixi amicos,quia omnia quę
cũq; audiui a patre meo nota feci vobis.
Luc.10. Et iterum.Pater,gratias ago tibi:qa abs-
condisti hæc a sapientibus & prudẽtib9,
& reuelasti ea paruulis.Ecce ergo quõ so
la caritas reuelat ea quæ abscondita sũt
dei.Similiter quoq; & ipsa ad possibilita
tem deducit quę sunt ineffabilia & sup-
essentialia & supernaturalia oĩ creatu-
rę,scd̃m incõprehensibilem sublimitatem
Ioan.14. dei.Si quis(inquit) diligit me , sermonẽ
meũ seruabit:& pater meus diliget eum
& ad eum veniemus,& mãsionem apud
eum faciem9.Sic ergo omnis ordo dispo
sitionis hierarchiæ gratia & virtute ac-
cepta a deo per solam caritatem perfici-
tur,agendo & imitando deũ: vt illi actio
ne & imitatione inesse incipiant quę diui
nitati naturaliter insunt,quoniã ex ipsa
sunt:& supernaturaliter,quoniã idem cũ
ipsa sunt.Naturaliter,quoniã coæterna:
Supernaturaliter,quoniam coessentialia.
Quod em̃ semper inest,naturale est:quod
aũt idem est,supernaturale est: quoniam
natura ipsa est,& ipsum natura est.Seqt̃.
,, Et ab ea superessentialiter acta : & ad
,, possibilem deum diligẽtium animorum
,, imitationẽ hierarchiæ manifestata.Quæ
sunt ea quæ diuinitati supernaturaliter
insunt,& ab ea supessentialiter acta sũt,
postremo ad possibilem imitationem ani
morum deum diligentiũ hierarchię ma-
nifestata.Bona qdã intelligi vult inuisi-
bilia & ineffabilia ,quæ apud deum fue
runt,& in deo fuerunt:& nõ venerãt ad-
huc in cognitionẽ per participationẽ vt
cognoscerentur & haberentur:nisi ab eo
solo cuius erant,& in quo erant:& post-
ea ab ipso facta sunt, quando factum est
vt fierẽt in nobis:& superessentialiter fa
cta sunt,quoniã primũ ab ipso facta sunt
nobis,vt postmodum per ipsum fierent
in nobis.Facta nobis prædestinatione, vt
fierent in nobis perceptione: facta nobis
cum tribuũtur,vt fierent in nobis cum
percipiũtur.Facta supra nos, cũ incipiũt
venire ad nos: Facta ĩ nobis,cũ incipiũt
haberi a nobis.Facta sunt in nos,cum de
scendũt ab ipso:facta in nobis, cũ tribuũ
tur per ipsum.Hæc ergo sunt quæ diui-
nitati ante nos supernaturaliter insunt,
& ab ea ad nos superessentialiter facta
sunt:postremo in nobis per eam manife-
stata.Manifestata,ĩquit,sunt hierarchiæ
id est sacrę dispositioni,quę secundũ deũ
ordinata est & incedit:& hoc factum est,
ad possibilem imitationem animorũ deũ
diligentium,id est vt animi deum diligẽ
tes eum imitari possint:quia nisi manife
stata fuissent ,imitabilia non essent. Nisi
enim cognoscerẽtur non quærerentur:&
nisi quęrerentur non inuenirentur . Hoc
autem diligenter attendendum est,q̃ nõ
singulis quibusq;, sed hierarchiæ , id est
vniuersitati,bona illa manifestata dicun
tur,ita tamen vt a singulis in vniuersita
te imitationis studio exerceantur : quia
gratia ad vniuersos effunditur, & in sin
gulis operatur.Extra vnitatem nullus il
lã accipere potest: & in vnitate alteri da
ta nulli sufficere potest . Propterea hie-
rarchię manifestantur ad possibilem imi
tationem deum diligentium animorum
deducendã.

Titulus quarti capituli.

Quid significat angeloꝝ cognominatio.

Litera Cap.IIII.

IGitur hierarchia qd est,vt existimo, bene a nobis diffinita angelica hierarchia, deinde laudanda: mirabilesq; eius in eloquiis formarũ facturæ supermundanis oculis intuẽdę:vt ascendamus in deiformissimã

eorũ simplicitatẽ per mysticas formatiões. Et simul omnis hierarchię scientiæ principium laudabimus in diuĩa religiositate & perfectissimis gratiarum actionibus: primũ simul omnium illud dicere verum, vt bonitate vniuersali, superessentialis diuinitas eorum quę sunt essentias ad esse substituens adduxit. Est em̃ hoc omniũ causæ, & super omnia bonitatis, proprium: ad cõmunionẽ suã ea quę sunt vocare, vt vnicuiq; eorũ quæ sunt ex propria definitur analogia. Omnia igitur quæ sunt participant prouidentiã ex superessentiali & causalissima diuinitate manentem. Nõ em̃ fortassis essent nisi eorum quæ sunt essentiæ & principii assũptiõe. Existẽtia igit̃ oĩa eius esse participãt. Esse em̃ omniũ est super esse diuinitatis: viuentia aũt eãdem super omnẽ vitã viuificã virtutem. Rationabilia & intellectualia eandem super omnem & rationẽ & intellectum per se perfectã & ante perfectã sapientiam. Clarũq; ꝙ circa eã illæ essentiarum sunt, q̃cunq; innumerabiliter ab ea acceperunt. Sanctæ ergo cælestium essentiarũ dispositiones super ea quæ tm̃ sunt & irrationabiliter viuẽtia (scd̃m q̃ nos rationalia) in hierarchię traditionis participatione factæ sunt. Inuisibiliter em̃ in diuinã similitudinẽ supermũdane aspicientes & formare appetẽtes intellectualẽ suam speciem copiosiores pulchre habẽt ad eã cõmuniones. Attendentes em̃ sunt omnẽ vitã. Ipsæ ergo sunt primo & multipliciter & semꝑ ad sũmum, quãtum fas est, in cõformatione diuini & inflexibilis amoris intẽtæ, & principales illumiatiões immaterialiter & pure recipientes, & ad ipsas ordinatę & intellectualem habentes omnẽ vitã. Ipsæ ergo sunt primo & multipliciter in participatiõe dei factæ: & primo & multipliciter manifestatrices diuinæ occultationis. Propterea & vltra oĩa cognominatiõe angelica, & selectim dignæ factę sunt: eo ꝙ primo in seipsas edũt diuinã illuminationẽ, & per se in nos deferũt quæ supra nos sunt manifestationes. Sic quidẽ (vt theologia ait) ꝑ angelos nobis donatæ sunt. Et gloriosos quoq; añ legem & post legẽ nostros patres angeli ad diuinũ reducebant: qđ agẽdum introducentes, & ad rectã veritatis viam ex errore & vita immunda reducẽtes: aut ordies sacros mysteriorũ supermundaliũ, aut occultas visiones, aut diuinas quasdã añ †prędicationes ꝓphetice reuelãtes. †pdictiones.
Si aũt qs dixerit & inde immediate fuisse quibusdã sanctorum theophanias: discat & hoc sapienter ex sacratissimis eloquiis, quõ hoc quidẽ qd est, dei occultũ nemo videt neq; videbit. Theophaniæ aũt sc̃tis factæ sũt †scd̃m decẽtes deũ, perq; quasdã sacras vidẽtib9 ꝓportionaliũ visionũ manifestationes. †sed
Ipsa igit̃ sapientissima theologia visionẽ illã quę ĩ ipã est descripta, reuelauit diuinam quasi in forma informiũ similitudinẽ ex videntiũ in diuinũ reductione pulchre vocari theophaniã: quasi ꝑ ipsam videntibus diuina facta illuminatiõe: & quidẽ diuinis ipsis sancte perficientibus. Has aũt diuinas visiones gloriosi patres nostri perfecerunt per medias cælestes virtutes. An nõ & sacrã legislationẽ eloquiorũ traditio velut ꝑ se quidẽ dicit ex deo Moysi donatã: vt ẽt nos vere doceat, diuinos eã eẽ & sacros

characteres? Docet autẽ & sapiẽter theologia per angelos eã in nos ꝓuenire,tanq̃ diuino legali ordine illud legaliter ponente: hoc est ꝑ prima secũda in diuinũ reduci. Etenim non solum in superpositis & subiectis animis,sed & in ęque potẽtibus ipsa lex definitur ex superessentiali omniũ ordinationis principio. Hoc est per vnãquãq; hierarchiã primas & medias & vltimas esse & ordinationes & virtutes:& minorũ esse diuiniores doctores & manuductores in diuinã adductionem & illuminationem & cõicationem. Video autẽ ꝙ & diuinũ humanitatis Christi mysteriũ angeli primũ docuere:deinde per ipsos in nos sciẽtiæ gratia descẽdit.Si ergo diuinissim9 Gabriel Zachariã quidẽ summũ sacerdotẽ mysteria edocuit:hoc est prophetam fore ex ipso cõtra spem, gratia diuina nasciturũ puerum diuinitus & salutariter mundo manifestandæ virilis Iesu diuinę operatiõis. Mariã quoq; quomodo in ipsa foret diuinũ ineffabilis diuinæ formationis mysteriũ. Ast alius angelorum Ioseph erudiebat,quomodo vere implerẽtur diuinitus promissa progenitori Dauid. Alius vero pastores tanq̃ multorũ reditu & silentio purgatos euãgelizauit: & cũ eo multitudo exercitus cælestis illã valde laudabilem tradebant iis qui in terra sunt, doxologiã. Respiciamq; & ad excellentissimas eloquiorum luminis apparitiones. Video em̃ quoniã & ipse Iesus supercęlestiũ essentiarũ superessentialis essentia,ad id quod scd̃m nos est immutabiliter veniens,nõ resilit a se ordinata & assumpta humana ordinatione : sed obœdiẽs subditur patris & dei per angelos dispositionibus. & per medios ipsos annunciatur Ioseph a patre disposita filii ad ægyptũ recessio : & iterũ ad Iudęã ex ægypto traductio.Et per angelos ipsum videmus sub paternis legislationib9 ordinatum. Insto em̃ dicere(vt scienti nostris sacerdotalibus traditionibus expressa) & de angelo ipsum Iesum cõfortante:aut quia & ipse Iesus per nostram salutarẽ,beneficã, & manifestatoriã veniẽs ordinationem,angelus magni consilii appellatur. Etem̃(vt ip̃e angelus dixit)quęcunq; audiuit a patre annunciauit nobis.

¶Magistri Hugonis de.S.Victore,expositionis in quartũ,& mox in quintũ & sextum capita Diui Dionysii Areopagitæ de cælesti Hierarchia Lib.V.

Postq̃ demõstrauit, data & exposita generali diffinitione, quomodo intelligẽda sit Hierarchia scd̃m angelicã & humanam ordinationem (diuina em̃,quę infinita est,diffiniri non potest)nũc de angelica Hierarchia specialiter tractare incipit:primũ ostendens quomodo nomina angelorũ quæ ab hominibus & scd̃m homines data sunt,in illa spirituali cælestiq; natura intelligẽda sunt: Continuat præcedentia ad narrationem subsequẽtem dicẽs. Igitur Hierarchia ,,
quid est (vt existimo) bene a nobis diffinita angelica Hierarchia, deinde laudanda:mirabilesq; eius in eloquiis formarũ facturę supmũdanis oculis intuẽdę. Ac si diceret.Postq̃ scd̃m nostrã existimationem bene ostẽdimus quid sit Hierarchia ex diffinitione eius proposita:nũc consequens est vt laudemus angelicã Hierarchiam, id est vt ostendamus quãtum laudata sit in scripturis sacris:siue quãtum ex iis quę de ipsa dicta sunt laudabilis appareat,demonstremus.& ad hoc demonstrandũ conueniens est vt intueamur supermundanis oculis, id est spiritualibus, & spiritualiter videntibus oculis,mirabiles facturas,id est cõpositiões vel adapta-

tiones formarū quæ in eloquiis ſacris illi attribuūtur ad inuiſibilem eius naturam demōſtrandā. Ideo autē ſpiritualib⁹ oculis ea quæ viſibiliter proponūtur intuenda ſunt, ne hoc ſolū eſſe putetur quod videtur: ne mens in illo remaneat quod foris conſpicit. Sed per illud quod exterius in demonſtrationē proponit, ad aliud verius & ſublimius cōtemplandū iuitatur.
» Ideo ſequit. Vt aſcēdamus in deiformiſ
» ſimā eorū. ſ. angelorū, ſimplicitatē per my
» ſticas formationes. Ideo, inquit, ſupmūdanis oculis intuēdę ſunt mirabiles formarū facturę, vt per ipſas myſticas formationes extrinſecus conſideratas excitati, intrinſecus aſcēdamus ad deiformiſſimam ipſorū angelorū ſimplicitatem. Quaſi eñ multiplicitas quędam angelis eſt ipſa per quā exterius demōſtratur myſticarū formationū varietas. Simplicitas autem illorum ſpiritualis & īuariabilis naturę ſuæ vnitas eſt. In multiplicitate ergo ſua deiformitatē non habent, ſed in ſimplicitate: quia in ea parte qua per viſibiles formas demonſtrātur, corporeę naturę ſimilitudinem aſſumunt. In ea aūt parte qua ſpiritualis ipſi & incorporea natura intelliguntur, ad imaginem & ſimilitudinem dei reſpiciunt. Quæ ſimilitudo non ſolū deiformis, ſed etiam deiformiſſima appellatur: quia cum eadem ipſa in hominibus quoq; inueniatur, in angelis tamen excel
» lentior creditur. Sequitur. Et ſimul o
» mnis Hierarchię ſcietię principium lau
» dabimus in diuina religioſitate & perfe
» ctiſſimis gratiarum actionibus. In eo, inquit, ꝙ angelicam Hierarchiam laudabimus, ſimul etiam laudabimus diuinā & ſummam hierarchiā: quæ principium eſt omnis ſcientię hierarchię, id eſt quam habet omnis hierarchia, & per quam diſpoſita eſt omnis hierarchia: quia omnis hierarchia & per eam diſponitur, & ab ea il
» luminatur. Laudabimus inquā principiū omnis hierarchię ſcientię, nō tamen diffinitione & demōſtratione ſicut angelicā: nec diffinitione & cōprehēſione ſicut humanā: quarū altera inuiſibilis per viſibilia demonſtratur, altera viſibilis in ſeipſa co
» gnoſcitur. Sed laudabimus diuina reli
» gioſitate & perfectiſſimis gratiarū actio
» nibus. Neq; eñ demōſtratione laudatur quod incogitabile eſt: neq; comprehenſione laudatur, quod eſt incomprehenſibile. Sola ergo religione & gratiarum actione deus laudari poteſt, qui inueſtigari & cōprehendi non poteſt. Si ergo dicendo nō potes, lauda viuendo. Quod lingua non explicat, vita bona commendat: bona voluntate contingitur qui per ſcientiā non inueſtigatur. Si ergo non comprehendis ipſum, viuēdo ſcdm ipſum, tende ad ipm. hoc eſt laudare diuina religiōe. Rurſum ſi dicere nō potes ipſum, dicere potes quę data ſunt ab ipſo: dona eius optima commendare, ipſum ineffabiliter bonum prædicare: hoc eſt laudare perfectiſſima gratiarū actione. Sic ergo laudabimus principium noſtrū diuina religioſitate &, perfectiſſimis gratiarum actionibus. In ipſa autem laudatione principii noſtri primo oīm hoc cōmemorandū eſt, qualiter diuina bonitas quę ad omnia diffunditur, primum creanda ad eſſe adduxit: poſtea gubernanda ſub ſe conſtituit & nutrienda ad ſe reformauit. Hoc eſt qđ dicit. Pri »
mum ſimul omnium, id eſt primum ante »
omnia, oportet illud dicere verum, id eſt »
illam veritatem dicere: vt, hoc eſt quali »
ter, ſcilicet ſupereſſentialis diuinitas vni »
uerſali bonitate ſua adduxit ad eſſe eſſen »
tias eorum quæ ſunt: ſubſtituēs poſt crea »
tionem videlicet, diſponens & ordinans vel ſtatuens ſub ſe & ordinans ſecūdum ſe. Eſt enim &c. Ac ſi diceret. Propter »
hoc diuina bonitas ea quæ creauit, ad ſe reuocat & reformat: quia proprium illi eſt ex inſita benignitate illa quæ eſſe acceperunt ab ea, vt beate eſſe poſſint, ad ſuā communionem vocare: quantum ſcilicet vnūquodq; ſecūdum ordinem conditionis ſuæ & modum capax eſſe poteſt participationis illius. Eſt enim, inquit, hoc »
proprium cauſæ omnium & bonitatis ſuper omnia, id eſt bonitatis quæ cauſa eſt omnium, quia per eam facta ſunt omnia, & ſuper omnia eſt quia trahit ad ſe facta a ſe: hoc ſcilicet proprium illi eſt, vocare ea quæ ſunt ad communionem ſuam: vt, hoc eſt ſicut, vnicuiq; eorum quæ ſunt, definitur vel diſpenſatur ex propria analogia, id eſt menſura & modo & ordine. Nam & in hoc ipſo pulchritudo vniuerſitatis perficitur, ꝙ non vno & eodem

modo omnia,sed singula quæq; secũdum ordinem & gradum suum varie ac multiphariam ad communionem diuinę bonitatis reuocantur : vt in eo ꝙ non deseruntur, compleatur opus bonitatis:in eo vero ꝙ varie disponuntur ad decorem & pulchritudinem omnium,opus sapientię perficiatur. Omnia igitur quę sunt participant prouidentiam ex superessentiali & causalissima diuinitate manantem. Quandoquidem(inquit)hoc propriũ est diuinę bonitatis:vt omnia reuocet ad sui participationem,vt conuersa ad eam subsistant,quæ ab ea processerunt vt esse acciperent. Ergo omnia quæ sunt, participant prouidentiam,id est prouisum bonũ & prouisam gratiam manantem ex ipsa diuinitate,quasi de fonte & primo pricipio omnis bonitatis:quæ superessentialis est,quia in suæ naturæ excellentia omnibus essentiis & subsistẽtib⁹ naturis supereminet: & causalissima est, id est causarũ omnium causa & prima causa, quoniam ab eius bonitate procedit bonum omne quod rebus a se conditis omnibus vt subsistant participandũ prębet. Non enim fortassis essent nisi eorum quę sunt essentię & principii assumptione. Ex hoc(inquit)probari potest:omnia quæ sunt, diuinam prouidẽtiam participare,quia aliter subsistere nõ possent, nisi ipsius diuinę bonitatis,a qua omnia esse acceperũt, & in qua omnia subsistũt, participatione subsisterent.Omnia enim quæ sunt nisi a diuina bonitate principium accepissent, non incœpissent.& nisi in illa essentiã haberent,in eo quod sunt non permanerẽt. Propterea ipa principiũ omniũ est quam assumendo & participando incipiunt: & essentia omniũ est,quã assumendo & participando subsistunt. Vnde sequitur.

Existentia igitur omnia eius esse participant. Ac si diceret. Quia sine ea nihil subsistere põt,manifestũ est ꝙ esse ei⁹ participant omnia quæ subsistunt.Ipsa ergo vna & eadem existens in se diuina natura quãtum ad effectũ & virtutem & operationem, omnibus subsistentibus & a se creatis essentiis & naturis,& principium est a quo esse accipiũt: & essentia omniũ est in qua subsistunt : & vita est non oĩm quidem(quia non omnia viuunt)sed viuẽtium omniũ vita est,ex qua & per quã viuificãtur & viuunt: & sapientia est nõ omnium existentium aut viuẽtium,quia non omnia existentia aut viuentia sapiũt sed sapientium omnium sapientia est:& intellectus & ratio, a qua & per quã illuminãtur & sapiunt & intelligunt & discernunt. Hoc est quod dicit. Esse enim omniũ est superesse diuinitatis:quia per esse diuinitatis quod super omne esse est, esse habet & subsistit quicquid est. Viuentia autem,quæ iam nõ solum esse,sed & viuere ab ea accipiũt,participãdo eandem vitam quæ est super omnem vitam, & eandem viuificam virtutem participãdo,viuificantur & viuunt. Rationalia autem & intellectualia participando eandem ipsam sapientiam existentem super omnem & rationem & intellectum,per se perfectam & ante perfectam, id est supra omnia perfecta perfectam sapientiam participando , ratiocinantur & intelligũt & sapiunt. Ratiocinantur quidem inuestigando,intelligunt cognoscendo, sapiunt participando:vt vna & eadem diuina bonitas & subsistentibus essentia sit, & viuentibus vita, & sapientibus sapientia. Ex quo claret, ꝙ illa creata creatrici naturæ similitudine & veritate magis propinqua sunt, quæ ab illa magis in dono perceperũt.Hoc est quod sequitur. Clarumq;,ꝙ circa eam illę essentiarum sunt, quæ innumerabiliter ab ea acceperunt. Circa eam videlicet diuinam naturam: id est propinquæ & vicinę illi sunt,& immediate coniunctæ:illæ essentiarum,hoc est illę essentię siue naturę,quæcunq; post ipsum esse datũ innumerabiliter vel multipliciter ab ea dona virtutum acceperunt.In quibus primo loco censentur cælestes illę & spirituales naturæ angelorũ: quæ non solum per subtilitatem sapientiæ rationabilia sunt,quia intellectu discernunt:sed per subtilitatem quoq; spiritualis naturæ intellectualia:quia solo intellectu in sua natura percipiũtur, & sensum corporis non contingunt:ac per hoc super oĩa quę sunt factę sunt,quia viuũt: & super omnia quæ irrationabiliter viuunt,quia discernunt. Hoc est quod ait.

Sanctę ergo cęlestium essentiarũ dispositiones.i.sancti cęlestiũ spirituũ ordines,

factæ ſunt participatione traditionis hie rarchię,id eſt participatione gratiæ quæ traditur hierarchiæ ſcđm deum ordinatæ,ſuper ea quæ tm̃ ſunt, quia viuunt:& ſup ea quæ irrationabiliter viuẽtia ſunt, quia diſcernũt:ſm q̃ irrõnabiliter viuẽtia nos homĩes rõnalia animalia vocamur & ſumus. Nec mirum,inquit, eſt ſi ſpiritus angelici non ſolum ſuper exiſtentia & nõ viuentia,& ſuper viuentia & non diſcernẽtia, ſed etiã ſup rõnalia & corpalia dignitate facti ſũt, quia rõnalia corporalia id eſt homines,licet ad diuinam ſimilitudinem reformentur, nõ niſi corporalibus tamen mediantibus eruditi & excitati ad illam reſpiciunt. Angelica autem ſublimitas ſuper corporalia omnia conſtituta inuiſibiliter & immediate nulla alia creatura inter ipſam & deum conſtituta,ad diuinam ſimilitudinem conformatur copioſius & multiplicius ab illa gratiam hauriendo,& vicinius illam vt proximã contemplando. Inuiſibiliter ait,hoc eſt ſine materialibus & corporalibus inſtrumentis & ſignis viſibilibus in diuinam imitationem ſeipſas conformantes:ipſę ſcilicet cęleſtium eſſentiarum diſpoſitiones. & ad diuinam ſimilitudinem per imitationem & conformationem ſupermundane,id eſt ſpiritualiter aſpicientes copioſiores pulchre habẽt ad eã cõmuniones,id eſt multipliciores ab ea videlicet diuina ſimilitudine ſumũt donorũ ſpiritualiũ perceptiones:in quibus cõmunionem cum ipſa habent,quia bonũ eius in ipſis ſpiritualib⁹ donis percipiẽdo & cõmunicãdo, in ipſa & cum ipſa poſſidẽt. Pulchre quidem & pure ſine & corporali contagione & materiali attactu,ſimpliciter in illud aſſumpto. Attendentes quidem ſunt omnem vitam, id eſt ſummam vitã, in qua eſt omnis vita:& quæ tota eſt vita nec aliunde viuens ſed vita:ac per hoc percipientes ex ſumma vita omnem vitam,vt in eo ipſo ꝙ immediate plenitudinem vitæ accipiunt in ipſis vita nunq̃ deficiat. Sequitur. Ipſę ergo ſunt primo & multipliciter & ſemper ad ſummũ, quantũ fas eſt, in conformatione diuini & inflexibilis amoris intentæ: & principales illuminationes immaterialiter & pure recipiẽtes, & ad ipſas ordinatę, & intellectualem habentes omnem vitam. Ipſę(inquit)ſunt intentæ,ad ſummũ videlicet bonum, primo quia imediate, & multipliciter quia pfecte, & ſemp ꝗa ſine itermiſſiõe intentę videlicet quãtũ fas eſt.i. licitum vel poſſibile creaturæ poſitæ in conformatione diuini & inflexibilis amoris.i.creaturę inflexibiliter vel imutabiliter deũ amanti:& per inflexibilem & diuinum amorem ad deum ſe conuertenti & reformãti. Sunt etiam ipſæ ſcilicet cæleſtes virtutes recipiẽtes principales illuminationes,hoc eſt primo & principaliter datas,immaterialiter ſine corpore: & pure ſine contagione. Immaterialiter ſine viſibili ſignificatiõe:& pure ſine erroris cõtagione. Sunt etiam ordinatæ ad ipſas videlicet illuminationes percipiendas,vt ſcđm differentiam ordinis differentia ſit perceptionis: vel ordinatę ad illas per iuſtitiã ſunt ſubiicientes ſe & coaptantes diuinæ voluntati per omnia. vt in eo ipſo gr̃ę illuminationem ſine impedimento percipiãt, quo ab eius veritate per deſiderium iniquitatis non diſcordant. Sunt etiam habentes intellectualem omnem vitam,quia ipſum quod ſunt vita ſunt,& eorum ſpirituales ſubſtãtię hoc ipſum viuere habent quod eſſe. Quia ergo in eis aliud non eſt quod viuificat, & aliud quod viuificatur, ſed vnum ipſum totum: omnem vitam habere dicuntur,vel omnis vita eſſe:quia totũ quod ſunt vita ſunt,ſicut & ipſa ſumma vita in qua ſunt & in qua viuunt, omnis vita eſt, quia ex ſe viuit & vita eſt, & totum quod eſt ipſum vita eſt. Sequitur. Ipſę ergo ſunt primo & multipliciter in participatiõe dei factę, & primo & mltipliciter manifeſtatrices diuinę occultatiõis. Ipſę(inqt)cęleſtes diſpoſitiões factę ſunt in participatiõe dei,id eſt vt deũ & gratiam diuinam participent: primo quia nulla creatura ante ipſas, & multipliciter quia nulla creatura ſupra ipſas. Primo,quia ante omnia: & multipliciter, quia pluſq̃ omnia. Et ſunt manifeſtatrices diuinæ occultatiõis,id eſt diuinę gratiæ inuiſibiliter & occultę ſibi aſpiratæ, dum id quod ipſæ intus ex occulta inſpiratione percipiunt, ad alios poſtmodum manifeſtando tranſfundunt. Vel diuinæ occultationis id eſt diuinitatis occultæ

& inuisibilis,manifestatrices sunt:quia in eis & per eas inuisibilia dei ad manifestationem exeunt: cum claritas diuina & in eis primum lucet, & per eas postea illuminat subiectos ordines prouisorum.
„ Propterea,ait,dignæ factæ sunt selectim,
„ id est specialiter vel singulariter vltra o-
„ mnia,cognominatione angelica:eo q pri
„ mo in seipsas edunt diuinam illumina-
„ tionem & per se in nos deferunt,quæ su-
„ pra nos sunt, manifestationes. Propterea quia diuinum lumen in ipsas primo loco se effundit, & per ipsas ad nos illuminandos postea descendit: dignæ factæ sunt vltra omnia,cognominatione angelica. Angelus quippe nuncius interpretatur.Qui ergo acceptam gratiam aliis ministrando deferunt, quid aliud q̃ authoris & largitoris gratiæ eiusdem nuncii sunt. Sed sunt nuncii, alii priores,alii posteriores. Angeli eñ qui primo loco gratiam diuinam percipientes illam postmodum ad hominum cognitionem deferũt, quasi eiusdem gratiæ primi nuncii sunt. Ipsi vero homines cum gratiam perceptã aliis prædicando & annunciando deferunt,nuncii quidem nominantur,sed primi nuncii non sunt : quia ab aliis primo illuminatis & prius nunciantibus quod nunciant perceperunt. Propterea cęlestes illi & inuisibiles spiritus & singulari dignitate & propria cognominatione angeli noĩantur:qa eis primũ per occultã aspirationem manifestatur,quod de inuisibili diuinitatis luce in semetipsis aspiciant, & per eos primo loco ad nos transfundiatur quod per se ipsi ad nostram cognitionem manifestãdum portant. Primo nãq; loco quasi ex occulto conceptionis diuinæ parturiendo, in seipsos diuinam illuminationem edunt:non extrinsecus hauriẽdo,sed abintus concipiendo lucem claritatis æternæ, vt ab intus prodeat ad se quod videant in se, & ad nos transfundant per se. Sic eñ primo in semetipsis illuminationes diuinas percipiẽdo per se, postea deferunt ad nos manifestationes ipsarũ illuminationũ quę sunt supra nos.
„ Nã sic quidẽ donatę sunt nobis per ange
„ los manifestationes, scilicet diuinæ,sicut
„ theologia id est sacra scriptura testatur.

Et gloriosos quoq; ante legem & post le- „
gem nostros patres angeli ad diuinum re „
ducebant,quod agendum introducentes „
& ad rectã veritatis viam ex errore & vi „
ta immunda reducentes: aut ordines sa- „
cros mysteriorum supermundaliũ,aut oc „
cultas visiones,aut diuinas quasdam an- „
teprædicationes prophetice reuelantes. „
Ita,ait,sicut theologia,id est sacra scriptura testatur,manifestationes diuinæ nobis per angelos donatæ sunt: quia & ante legem scilicet datam,& post legem datam, id est sub lege & gratia, gloriosos patres nostros id est electos & iustos, quorũ vitam imitando filii sumus:angeli ad diuinũ,id est ad diuinam cognitionem reducebant:quod agendũ.s.erat introducẽtes, id est iuste & pie docẽtes viuere:& ad rectã veritatis viã ex errore & vita ĩmunda reducentes:hoc est docẽtes recte credere, vt & fides illorũ esset recta & vita mũda. Aut etiã reuelãtes ordines sacros mysteriorũ supmũdaliũ.i. secretorũ cælestiũ de vita .s. beata & cælestis patriæ gaudiis, & inuisibili beatorũ spirituũ ordinatione, qualiter omnes in vno bono felices sunt, non tamen coæquales:& q superiores sine superbia prælati sunt, inferiores sine miseria subiecti.aut ordines sacros mysteriorum supermundalium,id est secretorũ diuinorum reuelantes,qualiter scilicet visibiliter & temporaliter ab hominib[9] impleri oporteret qđ de[9] inuisibili & secreta dispẽsatione agẽdũ disposuit. aut etiã reuelantes occultas aliquas visiones de præteritis siue præsentibus siue futuris aliqd significãtes:aut reuelantes diuinas quasdã antepdicatiões pphetice factas.i. prędicatiões diuinas ĩ quib[9] aliqd anteq̃ fieret prophetice prędicabañ reuelãtes:vt iis videlicet quæ dixerunt cognitionem futurorũ,vel iis qui audierũt intelligentiã dictorũ ministrãtes:& in his oĩb[9] sanctos viros siue ad rectã fidẽ siue ad bonã operationem instruẽdo,ad diuinã cognitionem & participationẽ reducentes.Sequitur. Si autem quis dixerit, & inde „
immediate fuisse quibusdã theophanias: „
discat & hoc sapienter ex sacratissimis „
eloquiis:quomodo hoc quidem quid est: „
dei occultum nemo vidit neq; videbit. „

Si quis, inquit, contra hoc quod dixi reuelationes diuinas per angelos ad hominũ cognitionem venire dixerit, etiam angelis non mediantibus nonnũq̃ quosdã sanctorum patrum ab ipsa diuinitate reuelationes accepisse: discat ex sacratissimis eloquiis hoc, ꝙ ipsum dei occultũ nemo vidit aut videbit. Si ergo quis, hoc est aliquis dixerit inde, id est a secreto diuino fuisse scilicet factas quibusdam sanctorũ theophanias, id est diuinas apparitiones immediate, hoc est primo loco in ipsos descendentes nulla alia creatura mediante: si quis inquã hoc dixerit: discat ille etiam hoc sapienter intelligere ex sacratissimis eloquiis, quomodo nemo vnq̃ vidit neq; videbit occultum dei, hoc est diuinam naturam quæ occulta est, & ab omni sensu remota. Vidit dico quid scilicet est hoc ipsum occultũ. hoc est etsi vidit ĩ figura non vidit in essentia, non vidit in specie etsi vidit in significatiõe. Cumq; hoc ex sacratissimis eloquiis cognouerit, intelligat ꝙ humana mens ad inaccessibilis lucis contemplationem per semetipsam immediate accedere nõ potest: nisi theophaniis, id est apparitionibus vel reuelationibus diuinis, excitata subleuetur. ,, Theophanię autem sanctis factę sunt † ꝭm decentes deum: perq; quasdam sacras vidẽtibus proportionalium visionum manifestationes. Theophaniæ, inquit, id est diuinæ reuelationes vel diuinitatis reuelationes, sanctis factæ sunt, non hoc quidẽ modo vt mens humana in carne mortali posita & intra sensum humanum constituta ad incomprehensibilem naturam contingendam immediate accederet: sed factæ sunt sc̃dm quasdam sacras manifestationes, siue visibilium formarum extrinsecus sensui adhibitas, siue imaginationũ ꝭm visibilia intrĩsec⁹ aĩo ĩgestas, siue alio qualicunq; modo altiori & excellentiori spiritaliter humanæ rationi impressas, tali conuenientia coaptatas, vt & ipsum deum de quo factæ erãt, decerent: & ipsis quibus fiebant videntibus sc̃dm proportionem vniuscuiusq; & capacitatem congruerent. Hoc est quod dicit. Sanctis factę sunt theophaniæ sc̃dm quasdam sacras manifestationes decentes deũ: & per manifestationes visionum proportionalium videntibus, quæ scilicet ita proportionaliter contemperatę erant possibilitati vidẽtium, vt imperfectiores quidẽ inferiori & imperfectiori genere visionis cælestium veritatem perciperent: excellẽtiores autem sublimiori modo secreta diuina cognoscerent. Et tamen siue in istis siue in illis quicquid de deo ad humanam cognitionem venire potuit, minus ipso & quodãmodo infra ipsum fuit. Hinc em̃ scriptum est. Ea quæ sub ipso erant replebãt templum. Quia omne quod mens humana in hac vita de cognitione illius capere potest ineffabili maiestati ei⁹ ęquari nõ potest. Tamen diuina scriptura manifestationes illas quibus deus mentibus humanis se reuelat, theophanias id est diuinas apparitiones vocare consueuit: quoniam etsi natura deus non est quod cernitur: secũdũ demõstrationem tamen est: quia per ipsum & in ipso deus manifestatur. Hoc est quod sequitur. ,, Ipsa igitur sapientissima theologia visionem illam, quę in ipsa est descripta, reuelauit diuinam, quasi in forma informium similitudinem ex videntiũ in diuinũ reductione pulchre vocari theophaniam. ,, Ipsa inquit, sapientissima theologia id est diuina scriptura, quæ secreta diuina sapiẽter ad humanam cognitionem educit, reuelauit pulchre, id est conuenienter vocari theophaniã visionem illam quę in ipsa descripta est: vt pote diuinã similitudinẽ informium, id est spiritualium, & corporalem formam non habentium naturarum: in forma visibili vel sc̃dm visibilia sumpta expressam. Reuelauit dico pulchre vocari theophaniã ex reductione videntium in diuina, id est quia per eam videntes in diuina cognoscenda reducuntur: quasi per ipsam videntibus diuina facta illuminatione: & quidem diuinis ipsis sancte perficiẽtibus. id est nõ solum ideo quia diuina videntibus manifestauit: sed quia ipsos etiam vidẽtes diuinos effecit. Sequitur. ,, Has autem diuinas visiones gloriosi patres nostri perfecerũt per medias cęlestes virtutes. Id est mediãtib⁹ cælestib⁹ virtutib⁹ per quas ad hoĩm cognitionẽ deductę sunt: adepti sunt & conse

† sed

cuti & perfecte comprehenderunt visiones istas gloriosi patres nostri. Sequitur.
An non & sacram legislationē eloquiorum traditio velut per se quidem dicit ex deo Moysi donatā:vt etiam nos vere doceat,diuinos eam esse & sacros characteres? Nōne,inquit,traditio eloquiorum,id est authoritas scripturarū, dicit sacrā legislationem,id est lationem sacrę legis donatam esse Moysi ex deo per se,nullū videlicet mediatorē cōmemorans in latione legis inter deum & Moysem.Sed ipsum per se deum Moysi locutū fuisse contestans: vt etiā doceat nos eā videlicet legem sacros esse & diuinos characteres, hoc est sacrorū & diuinorū signa, vt per ea quæ visibiliter in legislatione gesta sunt, alia quædam inuisibilia significata & demonstrata ostendat:sicut scriptum est. Exo.25. Facies ergo tabernaculum iuxta exemplar quod tibi monstratum est in monte. Scdm hūc ergo modum & ipsa visibilis manifestatio, ac materialis allocutio qua inuisibilis deus hominib⁹ se demōstrare voluit, deus esse vel dei esse dicitur:qa in ea inuisibilis deus ad manifestationē prodiit, & quę occulta erant sua ad cognitionem eduxit.In qua tamē visibili manifestatione ministerio angelorū mediante cuncta operatus est:vt id quidē quod visibile factum est,& dei dici possit per primam auctoritatem,& angelorū per subiectā operationem. Hinc est enim quod sequitur.
Docet autem & hoc sapienter theologia,per angelos eā in nos peruenire.Non solū,inquit,testatur theologia legislationem donatam Moysi ex deo immediate: sed docet etiam eā scilicet legem peruenire in nos, hoc est ad nostram cognitionem expositā,per angelos:vt aperte demōstretur ꝙ illa legislatio & dei erat,ex cuius authoritate processit : & angelorum erat, quorū etiam ministerium exhibuit.
Tanq̄,inquit,diuino legali ordine illud legaliter ponente:hoc est per prima secūda in diuinū reduci. Ita,inquit,scriptura legislationē a deo per per angelos in hoībus ordinatam ostendit, tanq̄ ipso legali ordine diuinitus facto illud legaliter ponēte,id est instituēte vel sanciēte: hoc est scilicet,secunda reduci in diuinū per prima.Cū em̄ diuina lex primū a deo in angelos,ac deinde per angelos in hoīes processisse perhibetur:manifeste ostēditur ꝙ per prima & superiora,secūda & inferiora ad diuinā cognitionē reducuntur.& hoc nō solū inter deū & angelos, vel inter angelos & hoīes : sed in ipsis quoq; angelis intelligi oportet, qm̄ superiores inferiores ad diuinā reducunt cognitionē.Quoniā & in ipsis angelis ordines sunt,alii superiores, alii inferiores: & qui superiores sunt,copiosi⁹ lumen diuinitatis hauriūt, & ad eos qui sequūtur post se illuminandos trāsfundunt.Et in ipsis quoq; ordinibus in quibus scdm parem dispositionē multi ęquales sunt,hęc legis definitio seruatur,vt sint in diuinę gratię perceptione alii primi,alii secundi,alii vltimi:& vt ii etiā qui ordine pares sunt,nō sint ī gratię perceptiōe ęquales.hoc est quod dicit.
Etem̄ nō solum & in superpositis & in subiectis animis,id est spiritibus:sed & in æque potentibus ipsa lex definitur ex superessentiali principio ordinationis oīm. hoc est id.s. p vnāquāq; hierarchiā.id est sacrā ordinationem, esse & primas & medias & vltimas & ordinationes & virtutes:& in ipsis ordinationib⁹ & virtutib⁹ diuiniores semper esse doctores & manuductores minorū,vt eos doceāt & adducant in diuinā adductionē & illuminationē & cōmunicationē. In adductionē per cōuersionem.In illuminationē per cognitionē. In cōmunicationē per perceptionē. Sequitur. Video aūt ꝙ & diuinū Christi humanitatis mysteriū angeli primum docuere:Deinde per ipsos in nos scientię gratia descēdit. Ex hoc inqt patet,ꝙ quę a deo mādātur hoībus per angelos nūciātur:qm̄ & ipsum diuinū mysteriū humanitatis Christi angeli docuerūt, tam eos qui prędixerūt & crediderūt,q̄ eos qui viderunt & susceperunt.Et deinde hoc est cōsequēter per ipsos angelos in nos hui⁹ sciētię gratia descēdit.Sic ergo sicut videlicet Christi natiuitas per angelos nūciata est:natiuitas quoq; prȩcursoris ei⁹ per Gabrielem angelum legitur nunciata.
Sic,inquit,diuinissimus Gabriel Zachariā quidem summū sacerdotē docuit mysteria. hoc est puerum nasciturū ex ipso contra spem, quia ex sterili matre & sene patre:gratia diuina prophetā fore mani-

festandæ virilis diuinæ operationis Iesu mũdo diuinitus & salutariter. Ac si diceret. Diuinissimus Gabriel docuit Zachariam summũ sacerdotem ꝙ puer nasciturus ex ipso propheta foret operationis Iesu virilis: quia in natura humanitatis qua sexum carnis assumpsit exhibita est: & diuinę, quia per potentiam diuinitatis in qua etiã carnẽ suã cõdidit est perfecta. Operationis dico manifestãdę mundo per eũ diuinitus & salutariter, hoc est ad salutem mundi diuinitus prouẽturã.

Docuit etiã idem diuinissimus Gabriel Mariã quomodo scilicet in ipsa foret cõplendũ diuinũ mysteriũ ineffabilis diuinę formationis. Qꝫ scilicet diuina operatio ineffabiliter super vsum & legẽ naturę de carne ipsiꝰ virginis sine virilis seminis admixtione carnẽ sumeret, & eã indumentũ verbi æterni mirabiliter formaret. Ast alius angelorũ Ioseph erudiebat, quõ vere implerẽtur diuinitus ꝓmissa ꝓgenitori Dauid. Id est quomodo implerẽtur ea quę promissa erãt diuinitus, hoc est a deo, progenitori eius Dauid.

Alius vero pastores tanq̃ multorũ reditu & silẽtio purgatos euãgelizauit: & cũ eo multitudo exercitus cęlestis illã valde laudabilẽ tradebãt iis q in terra sunt doxologiã. Alius inquit rursum angelus euãgelizauit pastores, tanq̃ purgatos & puros effectos multorũ reditu, id est separatione vel segregatione multitudinis & tumultus & strepitus: & purgatos etiam silentio, id est quiete mentis & pace interna: vt in hoc ipso digni euãgelio & angelico fierent alloquio, ꝙ seorsum a multitudine ad semetipsos redeuntes in silentio & quiete mẽtis cõstituti spiritalis annũciationis capaces extiterãt. Vnde paulatim crescẽte gratia post vnius euãgelizationẽ cælestis exercitus multitudo auditur, qui illam valde laudabilem doxologiam id est hymnum gloriæ, tradebãt iis qui in terra sunt, hominibus scilicet bonę voluntatis. Sequitur. Respiciamq; & ad excellẽtissimas eloqorũ luminis apparitiones. Ac si diceret. Non solum in iis quæ de verbi incarnatione hominibꝰ per angelos nunciata sunt, apparet ꝙ diuinorũ cognitio ipsis angelis mediantibus & ministrãtibus ad homines descendit: sed in ipsa quoq; persona verbi incarnati idẽ videri potest: quæ licet diuinitatis maiestate, angelis imperaret: ea tamen quę circa eius humanitatẽ temporaliter facienda fuerant, per angelos voluit dispensari: in hoc ipso cõditionẽ humanitatis dignãter suscipiẽs ꝙ omni necessitate carẽs sola dispẽsatione ad exẽplũ humanitatis & documẽtũ veritatis dispositionibꝰ angelicis se inclinauit. Respiciã inquit etiã ad excellẽtissimas apparitiones eloquiorũ luminis, id est apparitiões ipsius Iesu Christi: quãdo videlicet ipse Iesus qui lumen est verum, in carne assumpta visibilis apparuit. Quę apparitiones luminis excellẽtissimę existũt prę cęteris omnibus apparitionibꝰ eloquiorũ, id est prę cęteris oĩbꝰ apparitionibus quæ in eloquiis sacris referuntur: quia nunq̃ prius ita excellenter deꝰ mũdo se manifestauit, sicut qñ in carne assumpta ipse visibilis apparuit. Ad has igit̃, inq̃t, apparitiones luĩs excelsissimas prę oĩbꝰ apparitionibꝰ eloqorũ respiciã: vt in eis etiã hoc probem ꝙ diuina arcana in hoĩes per angelos dispẽsantur. Si eñ circa illum hoĩem qui super hoĩes est angelica dispensatio nõ est repudiata, quanto magis in eis qui peccato obnoxii sunt & in tenebris ignorãtię cõstituti ꝓbatur esse necessaria. In illo ergo homine qui caput est hoĩm, agnoscere possumꝰ qd de aliis hoĩbus, mẽbris eius sentire debeamus.

Video eñ (inquit) qñ & ipse Iesus supercęlestiũ essentiarũ superessentialis essentia ad id quod scd̃m nos est ĩmutabiliter veniẽs, nõ resilit a se ordinata & assumpta humana ordinatione. Ipse, inquit, Iesus qui scd̃m diuinitatem suã qua vniuersa subsistũt supcęlestiũ quoq; essentiarũ, id est angelicorũ spirituũ, q nõ solũ terrena puritate, sed & cęlestia quoq; subtilitate trãscendũt, essentia est: nec solum essentia qa in eo subsistũt, sed superessentialis essentia qa ad eiꝰ ęqualitatẽ nõ pertingũt. Ipse Iesus cuius ineffabilis maiestas & diuinitatis potẽtia ipsos quoq; angelos & portat per gratiã, & transcendit per naturã, veniens ad id quod scd̃m nos est, hoc est ad susceptionẽ carnis, quę nostrę naturę erat, & nobis filiis erat: & imutabiliter veniẽs, hoc est sine diminutione vel mutatione suę diuinitatis: non resilit

ab humana ordinatione, hoc est ab ordinatiõe siue lege humanitati debita. Ordinatione dico primũ ab eo ordinata, qñ prius hoĩem instruxit: postea ab eo assumpta qñ humanitatis formã & naturã suscepit. Si aũt humanã naturã assumpsisset & hũanã cõditionẽ respueret, ab humana ordinatione resiliret. Quasi em̃ resilire illi esset, id qđ per naturã assumpserat, p cõditionẽ nolle tolerare. Nunc aũt veniẽs ad humanã naturã p assumptionẽ carnis, ab humana ordinatione nõ resilit p custodiã humilitatis. Sed obœdiẽs subaudit dispositionibus dei patris p angelos circa ei⁹ humanitatẽ administratis: & p medios ipsos angelos. i. mediãtibus ipsis angelis annũciat Ioseph vtpote pędagogo infantię eius, recessio ipsius filii dei ad Ægyptũ a patre deo disposita, & iterũ ad iudeã ex ægypto traductio siue reductio. Sed & ipsum, inqt, videmus per angelos sub paternis legislationib⁹ ordinatũ. Ipsum videm⁹ ordinatũ p angelos, hoc est dispositũ sub paternis legislationibus. i. sub mãdatis legalib⁹ quæ mandata ii quos secundũ carnẽ patres habuit & antecessores, acceperãt obseruanda. Sub his itaq; mandatis legalib⁹ ordinat⁹ est p angelos: qñ secũdũ legis paternæ præcepta & circũcisus est die octaua, & quadragesima die ĩ tẽplo cũ muneribus & hostiis psentatus legẽ p angelos datã obseruãs dñs angelorũ. Seqt. Insto em̃ dicere vt scienti nostris sacerdotalib⁹ traditionib⁹ expressa, & de angelo ipm Iesum cõfortante. Parũ est inqt qđ dico, q Iesus ĩ humanitate ab angelis sub paternis legib⁹ ordinat⁹ est: q in eadẽ humanitate ab angelo passioni ppinquãs etiã est cõfortat⁹. Insto dicere, qđ fortasse si pri⁹ dictũ nõ esset credibile oĩno non esset. Insto dicere & de angelo ipsum Iesum confortante. Insto dicere qđ & ipe ego sine admiratione proferre non possum, qđ credo certe & stupeo: qđ si inscienti dicturus essem, dicere omnino non pręsumerẽ. Insto dicere, qđ tam magnum est, vt a paruis scientia cõprehendi non possit, tã mirabile vt a paruis fide nõ possit credi: de angelo ipsum confortante. Insto dicere, qđ si a me dictum putaret non crederetur. Tibi aũt scienti quę expressa sunt. i. manifeste prolata, a nostris traditionibus sacerdotalibus. i. a scripturis quę nobis traditæ sunt a sacerdotalibus, & sacra ministrantib⁹ ac sanctificatis viris: tibi audacter insto dicere veritatem nihil hęsitans de tua fide quæ firma est & scandalum nõ recipit: habens discretionẽ quid factum qđ dictum sit. Tibi ergo o Timothee fili, vt scienti nostris sacerdotalibus traditionibus expressa tibi fiducialiter insto dicere, & de angelo ipsum Iesum confortante: vt in hoc sine dubitatione pateat quantũ humanitas secundũ diuinã ordinationẽ angelicę dispensationi subiecta sit, quę ĩ hoĩe de tẽpore passionis ab angelo confortari voluit: nõ tamen quęrens auxiliũ sed formans exẽplum: non habens necessitatem, & tamen monstrans conditionẽ. Propterea ergo insto tibi dicere, & de angelo ipm Iesum confortante. Aut etiã hoc insto tibi dicere q ipse Iesus p nostrã salutarem beneficam & manifestatoriã veniens ordinationẽ, ãgelus magni cõsilii appellat. Hoc est qđ ipse Iesus appellat magni cõsilii angelus, veniẽs hoc est in eo q venit ad nos, p nostrã ordinationẽ. i. secũdũ q ordinauerat vel ordinatũ erat venire in nostra natura: quę ordinatio salutaris erat & benefica & manifestatoria. Salutaris ĩ redẽptione, benefica in gratię largitiõe, manifestatoria in glorificatiõe. Salutaris, qa a morte redemit: benefica, qa redẽptis ad iustificationẽ dona gratiarũ cõtulit: manifestatoria, quia primũ iustificãdis deum in humanitate visibiliter videndũ proposuit, & postea iustificatos per visionem humanitatis ad cõtemplationem diuinitatis producit. Secundum hanc ergo manifestatoriam ordinationem veniens Iesus, angelus magni consilii appellat. Quia vt ipse angelus dicit, q̃cunq; audiuit a patre annũciauit nobis. Si ergo angelus nũcius dicitur merito & ipse saluator nuncius vocatur: Qui voluntatem dei patris nobis annũciat, & interna bona per spiritum suum nostris mentibus aspirando re-

uelat. In quo etiã dignitas ãgelica manifeste ostenditur, ꝙ & ipse saluator ad nos mandata patris deferens angelus cognominatur. Nã cum summa nostræ salutis per redemptionẽ non sine angelica cognominatione pficitur, patet ꝙ & cętera quoq; quæ ad eãdem salutem pertinent angelica administratione dispensantur. Et hæc quidem de angelica cognominatione dicta sunt.

Titulus Quinti Capituli.

¶ Quare oẽs cęlestes essentiæ cõmuniter angeli dicuntur: & specialiter proprios pręterq̃ primi & secundi ordinũ habent agnominationes.

Litera Cap. V.

HÆc quidem est (quãtum ad nos) causa angelicæ in eloquiis cognoiationis. Scrutari autem (vt existimo) oportet, ob quã causam theologi omnes quidem simul cęlestes essentias angelos vocant: ad manifestationem aũt venientes supermundaliũ ipsarum dispositionũ ordinẽ angelicum specialiter nominãt, cõpletiue terminantem diuinas & cælestes res: Ante ipsum vero superposite archangelicos ordinãt ornatus prĩcipesq; & potestates & virtutes, & quascũq; his superfirmatas essentias eloquiorum cognoscunt manifestatorię traditiones. Dicimus aũt ꝙ per omnem sanctam dispositionẽ excellentes quidem ordines habẽt inferiorum dispositionum & illuminationes & virtutes: Nõ aũt participãtes excellẽtiũ se, sunt vltimi. Ergo sanctissimos excellentissimarum essentiarũ ordines angelos vocant theologi: Etenim sunt manifestatores & ipsi diuinæ illuminationis. Ordinem vero extremũ animorũ cęlestium non habent rationem archas aut thronos aut seraphim nominandi. Neq; enim est in participatiõe excelsissimarum virtutum. Sed sicut ipse, nostros diuinos summos sacerdotes reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores: sic & ipm ante se essentiarũ † omnino sacrę virtutes reducũt, & ad diuinũ sunt cõsũmanti angelicas Hierarchias dispositioni. Nisi quidẽ quis & hoc dixerit, cõmunes esse omes angelicas nominationes secundũ omniũ cælestium virtutũ in deiforme & ex deo datum lumen subiectionem & supereminentem cõmunicationẽ. Sed vt magis a nobis ratio diiudicata sit: considerabimus sacre in eloquiis expressas sanctas & decoras proprietates vniuscuiusq; cælestis dispositionis. † adhuc imundę

¶ Magistri Hugonis de S. Victore expositionis in quintũ caput diui Dionysii Areopagitæ de cælesti Hierarchia pars altera Lib. V.

HÆc quidem est &c. Hoc quĩto cap. disquiritur: quare omnes cælestes essentię angeli cognominantur. Hæc aũt quæstio ex eo orta videtur ꝙ in sacro eloquio cælestium spirituum quidam deo semper assistere, faciemq; eius semper videre perhibẽtur: quidã vero foras ad exteriora ministeria complenda mitti dicunt. Hinc namq; consequẽs esse videtur ꝙ ii qui semper vultui diuino assistunt, ad exteriora nuncianda non exeant: ii autem qui foras mittuntur, diuino conspectui immobiliter siue immutabiliter nõ assistãt. Scriptum quippe est in libro Danielis prophetę. Milia miliũ ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. In qua distinctione per assistentes quidem ii significati esse vidẽtur qui ad exteriora non exeunt: p ministrantes vero ii qui ad exteriora exeundo non semper assistunt. Propter quod quia inferiores simul & postremi ordines ad exteriora exeunt, superiores tm̃ & excellẽtiores diuinæ con- Dañ. vii

templationi sine ītermissione assistūt: pauciores assistentes, plures vero mini strantes esse perhibētur. Nam cum nouem sint ordines angelorū, duo tm̄.i. angeli & archangeli pro eo ꝙ specialiter ex officii sui distributione mitti habent, ex re ipsa cognominationē susceperunt. Angeli videlicet nuncii, archāgeli vero principales nūcii dicti: qm̄ & illi minora, isti vero maiora q̄si ex ministerii dignitate annūciant. Sed qa rursum in scriptura sacra quosdam de superioribus ordinibus missos legimus, sicut in Esaia vnus de seraphim volasse ad prophetam atq; labia eius carbone, quē forcipe de altari tulerat, tetigisse memoratur: & in epistola ad hebręos apostolus omnes administratorios spiritus & in ministeriū missos testatur, propter eos qui hæreditatē capiunt salutis: magna nobis ambiguitatis difficultas oboritur, & quid potius hinc asserendū sit non facile inuenit̄. Author hāc questionē in hūc modū soluit. Nomen angelorū inferiorib⁹ tm̄ ordinib⁹ & qui ex officio proprie exteriora nunciare habent, cōuenire testat̄. Sed quia diuina secreta quæ ab ipsis inferiorib⁹ exterius ad hominū cognitionē deferūtur, eisdem a superioribus nūciantur: nomen quoq; angelorū supioribus esse cōmunicabile: q licet ad exteriora nuncianda non exeant, ea tamen quę exterius nuncianda sunt desup ipsi accipiēdo secundum legē diuinę ordinationis ad inferiores & post se subsequētes ordines nunciando transportant. oēmq; virtutē & gratiā & proprietatem inferiorum superiores participare: ꝑpterea q; etiam cognominationes inferiorū ad superiores transire. virtutem aūt & & gratiam & proprietatē superiorū nō oēm inferioribus esse cōmunicabilem, & idcirco cognominatiōes quoq; ipsorū simili ratione ad inferiores vniuersaliter non posse deduci. Aliquando tamen inferiores quando superiorū proprietatē ex officii qualitate suscipiūt, nomen quoq; ipsorum in eiusdem officii executione assumūt. Hinc esse illud quod superius cōmemorauimus: ꝙ angelus q ꝑphetæ labia accēdere & purgare venerat, seraphim dicit̄, qa in huius operis qualitate accēdentis siue inflammantis proprietatē exequebat̄. Illud vero qd̄ apl's dicit, oēs esse administratorios spūs & in ministeriū missos, hoc modo intelligendum putant, ꝙ sicut superius diximus illi quoq; nō incōuenienter missi dicunt̄: quia licet ad exteriora non exeant, ea tamen quæ exterius nuncianda sunt inferioribus & subsequētibus ordinibus nunciādo apportant. Alii putant omnes cęlestes ordines tam superiores q̄ inferiores ꝑ tempore & loco & causa ad exteriora dirigi: eos tamen qui hoc ex officio proprium habent, specialiter angelos siue archangelos cognominari. Nam ꝙ omnes aliquando mittantur apostolus in eo qd̄ superius cōmemorauimus testimonio asserere videtur dicens. Nonne oēs sunt administratorii spiritus in ministeriū missi, propter eos qui hęreditatem capiunt salutis? Qꝫ aūt etiam superiores quidam aliquando non ex officio, sed ex cā accidētali ad exteriora dirigantur, psalmista asserere videtur cum dicit̄. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Sic ergo & alii sunt qui ex officio assistunt, atq; alii qui ad exteriora complenda exeunt, & tñ assistentes aliquādo in ministeriū missi dum proprietatē inferiorum suscipiunt, nomen quoq; ipsorum in significatione assumunt. Qui tamen cū ad exteriora exeunt ab interiori cōtēplatione non recedūt, qa illū aspiciunt qui pręsens ipsis est quocūq; vadunt. Et hoc modo quidem priusq̄ verba libri discuteremus, ad euidētiam dicendorum huiusmodi quęstionis mentionem breuiter faciendam esse putauimus: nihil temere diffiniētes, sed secretum venerantes, quod fortassis nescisse, venialis est infirmitas, asserere autem pręsumptuose, damnabilis temeritas. Hoc tamen sciendum est ꝙ author illi potius parti assensum præbere videtur, quosdam solūmodo non oēs cælestes ordines ad exteriora mitti: & tamen propter eiusdem proprietatis participationem, qua superiores inferiorum gratiam & virtutem com-

municāt, nomina quoq; inferiorū a superioribus assumi. Sicut etiā aliquādo inferiores qñ superiorū proprietatē ex officii qualitate suscipiūt, nomē quoq; illorū in significatione assumūt. Nunc „ ad literam. Hęc qdē est quantū ad nos, „ causa angelicę in eloquiis cognominationis. Hęc, inqt, est (quā superius diximus) causa angelicę cognominationis: qa videlicet secreta diuina p eos nobis nunciantur: & idcirco quia ad nos diuina pręcepta nunciādo deferūt, quantū ad nos.i. quantū ad id siue ꝓpter id qđ erga nos operantur, angelorū nomē assumunt. Sed qa hoc.i. interni præceptoris nūcia foras ad hoīm cognitionē efferre, vtrū oībus cōueniat nondū manifesta ratione vel authoritate probat: quęrendū nūc est, inquit, quare angelorum nomen in sacro eloquio omnibus cōmuniter cælestibus virtutibus attribuit. hoc est qđ ait. „ Scrutari (vt exi„stimo) oportet ob quā causam theolo„gi omnes quidē simul cęlestes essentias „ angelos vocant, ad manifestationē aūt „ venientes supermūdalium ipsarum dis„positionū ordinem angelicum speciali„ter nomināt completiue terminātem diuinas & cęlestes res. Acsi diceret: hoc nūc quærendum restat, quare theologi omnes illas cælestes naturas vniuersaliter angelos nominant: cum tamen specialiter vnum ordinem illorum videlicet spirituū qui veniunt ad nos ad manifestandas ipsas supermundales dispositiones, id est spirituales & diuinas, & inuisibiles ordinationes, ordinem angelicum nominant: completiue terminātē diuinas & cælestes res, id est vsq; ad completionem & terminū perducentē res diuinitus in cælesti secretaq; ordinatione dispositas. Præceptum namq; diuinum a summo deorsum currēs, per superiores ordines ad inferiores defertur: donec tādem ad hominū cognitionē veniens opere compleatur. propter quod & ille ordo cælestis ad quem nouissime per superpositas virtutes mandatum diuinitatis descēdit, ac deinde per ipsum foras nūciatur, completiue siue ad completionē illud terminare dicitur: quia per eius illuc vbi nouissime visibili operatione complēdum est annunciationem defertur. Hoc ergo quærendū est: quare scilicet cū nouissimus iste ordo specialiter angelica cognominatiōe signetur, oēs cęlestiū essentiarū ordines angeli nominant. Ante ipm „ vero superposite archāgelicos ordināt „ ornatus, principesq; & potestates & vir„tutes, & quascunq; his superfirmatas „ essentias eloquiorum cognoscunt ma„nifestatoriæ traditiones. Acsi diceret. ipsum quidem angelicū ordinem vltimū & nouissimum rebusq; humanis ꝓximū, diuinasq; visiones postrema annūciatione efferentem & determinantem theologi constituunt: ante ipsum autem ordināt superposite, id est in ordine superpositos describūt archangelicos ornatus, id est choros archangelorum ordinatos & pulcre dispositos, q in ordine ipsis angelis & supiores sunt dignitate, & priores annūciatione. Deinde etiā constituūt ipsi theologi non solū scilicet super angelos, sed etiā super archangelos: principes, id est principat⁹, & potestates & virtutes & alias essentias.i. spūales naturas quascūq; cognoscūt, id est ad cognitionē proponūt manifestatoriæ traditiones eloquiorū sacrorū. Essentias dico superfirmatas his videlicet angelis, vel quascūq; alias his supradictis omnibus supfirmatas: Vt sint nō solū dignitate sublimiores, sed etiam perfectionis firmitate fortiores, & magis ad æternitatem & immutabilitatem stabiles. Sequitur. Dici„mus autem q̄ p omnē sanctā dispositio„nē excellētes qdē ordines habēt inferio„rū dispositionū & illuminatiōes & vir„tutes: nō aūt participātes excellētiū se, „ sunt vltimi. Acsi diceret. Cū ī illa cęlestiū spirituū dispositione alii supiores sint, alii inferiores: Supiores qdē omnē illuminationē & virtutē inferiorū habent: sed inferiores superiorum ordinū illuminationes & virtutes non oēs habent. Proptereaq; inferiorum nomina aliqñ ad supiores ordines trāsferūt: vtpote qui ipsis in eisdem nominum proprietatibus participant. Noīa vero superiorum non ita ab inferiorib⁹ assumi possunt: quoniā ad eos ꝓprietates

nominũ vniuersaliter non transeunt. hoc est qđ ait. Dicim⁹ aũt ꝙ ꝑ oẽm sanctam dispositionẽ cęlestiũ videlicet spirituũ,excellentes quidẽ siue superiores ordines habẽt omes illuminationes & virtutes inferiorũ dispositionũ,hoc est subiectorũ ordinũ:Sed vltimi.i.inferiores,& in ordine sequentes nõ sunt participantes,omes subaudiť illuminationes & virtutes excellẽtiũ se.i.eorũ qui ipsis sint excellẽtiores. Illuminationes intelligimus in cognitione veritatis: virtutes aũt in amore bonitatis & perfectione operis.Sequitur.Ergo sanctissimos excellentissimarũ essentiarũ ordines angelos vocãt theologi.Etem sunt manifestatores & ipsi diuinę illuminationis.Quia ait superiores ordines oẽs proprietates habent inferiorum : ergo theologi sanctissimos ordines excellentissimarũ essentiarũ.i.excellẽtissimorũ spirituũ vocant angelos:qm ipsi angelicam proprietatem participant, in eo ꝙ licet ad exteriora nuncianda non exeant: tamen eis qui post se sequunť ordinibus diuinam illuminationẽ quam de se accipiunt,transfundendo & quasi nunciando manifestant.Ordinem vero extremũ aĩorũ cęlestiũ nõ habẽt rationem archas aut thronos aut seraphim nominandi. Non habẽt,inqt,rationem ipsi theologi nominandi extremũ ordinẽ animorum cælestiũ.i.vltimũ ordinẽ spirituũ cęlestium,angelos videlicet,archas.i.principes,aut thronos aut seraphim:quia ipse scilicet extremus ordo angelorum nõ est in participatione ex celsissimarum virtutum.Propterea em̃ non possunt angeli principes aut throni aut seraphim nominari,sicut principes & throni & seraphim angeli nominanť:qa superiores angelicã proprietatẽ vniuersaliter participãt: angeli vero superiorũ illuminatiões & virtutes nõ vniuersaliter participãt:& eas pręcipue ꝑ quib⁹ speciales cognominationes acceperũt,sed ex parte possidẽt:dignitatẽ tamen ac proprietatem cognominationis eius nõ habent.Neq; enim omnis qui aliquã virtutẽ aut proprietatẽ participãdo habet,secundũ illã statim ꝓprietatẽ cognominari debet: nisi illã vel inter cæteros singulariter, vel præ cęteris excellẽter obtineat.Nõ em̃ omnis qui aliqđ sapit,statim sapiẽs nominať: nec q rectũ quippiã fecerit cõtinuo iustus diciť. Sed hic solus qui sapientiã & iustitiã vel singulariter vel excellenter obtinet,sapiens & iustus ꝓpria & expressa cognominatione appellari debet.Sic itaq; cęlestes illi ordines spirituũ sãctoꝝ ꝓprias cognominationes habẽt:in qbus designať,non qđ singulariter acceperint,sed qđ possideant excellẽter. Seraphim nãq; qa ex amore creatoris sui tanq̃ vicini & proximi & in se ardentes sunt,& ex se alios accendunt,ardentes siue incẽdẽtes interp̃tãtur:nõ ꝙ soli hoc inter cęteros habeãt singulariter, sed cũ cęteris & pręcęteris excellẽter.Oẽs em̃ amore dei ardẽt: & tñ ipsi specialiter ardẽtes vocari debuerunt:q ipsius amoris ignẽ & primi cõcipiũt, & fortius ardẽtes ad cæteros quoq; accẽdẽdos flammam dilectionis emittũt.Sic & cherubim(qđ nomẽ plenitudo sciẽtię interp̃tať)qa maiorẽ cæteris cognitionem dei habẽt, ex eo soli nomẽ accipiũt,qđ cũ cæteris possidentes pręcęteris oĩbus excellẽtius ꝑcipere meruerunt.Throni quoq; dicti sunt non ꝙ in eis solis deus sedeat,& iudicia sua discernat : Sed quia hoc excellentius cæteris in munere acceperunt: propter hoc ex ipso specialiter cognominationem trahunt. Et ad hunc modum quidem de cæteris etiam ordinibus intelligendum est:vt videlicet inde credantur singuli proprias cognominationes accipere, quod excellenti⁹ probantur ex dono gratię possidere.

¶Sed oritur non contemnẽda quæstio & quæ magnam animo cõfusionem inducat, si ratione adhibita discussa non fuerit. Si enim vt dictum est in illa cælesti dispositione singuli quiq; ordines ex ea proprietate singulares cognominationes trahunt in qua cæteris excellentiores esse comprobantur:cum subiectorũ ordinũ omnes illuminationes & virtutes,superiores vniuersaliter & excellẽter possideãt:nihil suppositis cõsequẽtibusq; ordinib⁹singulare relinqť ex quo ꝓpriã discretãq; ĩter cęteros co

gnominationē sortiant. Vnde oportet diligenti⁹ cōsiderare queadmodū vtrū ꝙ simul verū sit:ꝙ videlicet subiectorū ordinum superiores vniuersaliter & excellenter illuminationes & dona possident,& tñ singuli qꝗ aliquid propriū, ac speciale retinent,vnde ꝓpria discretaqꝫ appellatione signari valent. Seraphim nāqꝫ ex noie singularem dilectionē exprimunt. Cherubim aūt excellentiorē cognitionē innuūt. Throni vero maiorē vim discretionis ostendūt.Cōstat tamē ꝙ qui ardētius diligunt, profundius prospiciunt & subtilius discernunt.Qui enim magis e vicino respiciunt, proculdubio euidētius agnoscūt. Quomodo ergo ordo cherubim ex singularis gratiæ priuilegio cognominatus dicitur, si hoc alter in munere excellentius retinet,vnde ipse appellationem sortitur?Hęc vero quęstio hac fortassis ratione nō incōuenienter soluit: ita tñ si secretū veritatis nulla præiudicii temeritate violetur. Fieri nanqꝫ potest, vt licet omnia virtutum dona superiores ordines excellētius possideant,ab iis tamē q̄ inter ipa dona virtutū sublimiora sunt solū cognominationē trahāt:atqꝫ alia quę ordine dignitatis sequuntur,post se sequētibus ad denominationē relinquant:vt primus a prima,secundus a secunda,terti⁹ a tertia vocabulū sortiatur.Scimus scilicet teste scriptura, ꝙ inter oia virtutū dona caritas excellit:ꝓpter qđ cōsequens erat vt ille ordo q oim eminentissimus est a caritate sola singularē sumeret in sui discretiōe appellationē,q̄uis & alia quoqꝫ dona virtutū excellēti⁹ possideret a quibus appellationē & vocabulū sumere potuisset. Quia autē cognitio veritatis,post amorem virtutis ꝓxima dignitate cognoscitur: idcirco ab ipsa dignitate q secūdi sunt,post primos angelici spūs merito cognominant.Iudiciū aūt discernendę veritatis,qa sentētiā adhuc quasi dubiam habere videt, & suspēsam, quodāmodo minus pfecta cognitiōe apparet:& idcirco qa ipsum post plenā cōtēplationē in qua veritas nō q̄rit sed habetur,ad eandē veritatis sūmæ cognitionē respicit. Tertio post duos priores ordini nomē dedit. hoc tñ secūdū hoiem ꝓpter quē noia spiritibus ipsis data sunt intelligi oportet. Nā illic iudicium nō est ambiguitatis definitio, sed veritatis discretio : neqꝫ ibi vbi manifesta sunt oia aliqd qđ latet discutitur, sed qđ certū est pro merito existimat. Quocirca in hoc quoqꝫ iudicio scientiam veritatis anteponendam existimam⁹ :qm̄ sapientia simplicitatē & vnitatē iudicat: iudiciū aūt per vim discretionis ad diuersa se contrariaqꝫ respicere ꝓbat.vñ excellētior cognominatio ab ipa sapientia sumenda erat,ꝑ quā ordo excellētior designādus erat:q licet & sapientiā & iudicium vt pote sublimior & pfectior plenius possideret: a sola tñ sapiētia vocabulū sumens, sequētis post se ordinis iudiciū cognominationis relinqueret. Secūdū hanc itaqꝫ cōsiderationē qsqs angelorꝫ cognominationes interp̄tari voluerit, nihil fortassis incōuenientię erit,si oia virtutū dona supiores ordines pfecti⁹ possident,& tñ inferiores ordines ex q busdā specialiter donis ꝓprias cognominationes habēt.De ipsis aūt ordinibus angelorū in primis quidē & vltimis eadē oim sentētia cōstat. Nā seraphim,loco supmo positos, & post illos cherubim ac deinde thronos:nulli qui sanctarū scripturarū testimonia nouit ignotū esse potest. Inferiorib⁹quoqꝫ ab imo sursum ascēdētib⁹ primū angelos atqꝫ archāgelos collocari manifestum est.Sequētes quatuor ordines qdā hoc mō disponūt,vt a thronis deorsum primū dñationes,deinde principat⁹,deinde potestates,deide virtutes cōstituāt: vt in hūc modū noue ordines trib⁹ternariis distinguant: quorū prim⁹ & supmus seraphim cherubim, thronos cōtinet:secūdus & medi⁹ Dñationes, pricipatus & potestates cōplectit. Terti⁹ & infimus virtutes archāgelos & angelos simul disponit. Sicqꝫ ab imo sursum primum angeli numerantur : deinde archangeli,deinde virtutes,deide potestates,deinde principatus, deinde dñationes deinde,throni,deide cherubim,deide seraphim.Theolog⁹ aūt primū āgelos ponit,deiñ archāgelos,deiñ

principatus:& hos primo ternario deputat.In secũdo aũt primũ potestates, deinde virtutes,deinde dominationes constituit. In tertio vero primũ thronos,postea cherubim, postea seraphim ab inferiori ad supiora pgressione facta collocãdos censet. Sed in hac terna triplici distinctione hoc maxime cõsiderare oportet,ꝙ supmi quidem tres ordines.i. seraphim & cherubim & throni ex virtute singularis excellẽtię,& vi denoiationis suæ ad interiora tãtũmodo respicere videt̃. Amare.n.& cognoscere & iudicare intus pręsidentiũ & conuersionẽ ad interiora habentiũ ꝓpriũ est. Vltimi vero tres & extremi ordines ex ꝓprietate cognominationis suę ad exteriora solum secundũ officium ministerii sui dispositi esse probantur: siue angeli & archangeli pro eo ꝙ agẽda quęq; & manifestanda hominib⁹ exterius nunciant,siue principatus ꝑ eo ꝙ quę circa hoĩes administranda sunt & disponẽda inuisibili potestate dispẽsant.Medii aũt ordines sicut dispositione,ita officio quoq; inter inuisibilia & visibilia ferri vidẽtur:& quę a superioribus ad inferiores deferenda sunt secundũ dignitatẽ & officiũ suũ administrare.In his aũt dñationes primę sunt quę singulari excellentia inuisibilẽ annũciationẽ in virtutibus solo imperio formant:virtutes aũt secundę,quę percceptum imperium exequendo in potestatibus edunt:Potestates vero tertiæ: quę conceptum mandatum in principatibus, archangelis, & angelis sibi ad operationẽ subiectis pficiunt. Qui aũt post angelos & archãgelos constituũt virtutes,illos nimirũ spũs intelligi volunt p quos frequẽti⁹ signa & miracula fiunt. In hoc quoq; postremę dispositionis proprietas seruet̃ cuius ministeriũ ad exteriora sola dispensanda ordinatũ esse putamus.Potestates vero dicũt illos spũs vocari qui aduersas virtutes subiectas habent, & eas secundũ datã potestatẽ libere cõprimũt,ne tãtũ nocere valeant quantũ volũt.Principatus autem appellatos putant eos nimirũ spiritus, qui ipsis etiam bonis angelorum spiritibus pręlati sunt:quib⁹ dũ agenda quęq; imperant, subiectis ad explenda diuina ministeria principantur & superiores existũt.Dominationes autẽ dictos,qui etiam principatus excellẽtiori potestate transcendũt, vt ipsos quoq; subiectos habeant,q aliis ad ministerium implendum imperare meruerũt. Hęc breuiter de ordinibus angelorum & noĩbus ad futurã narrationẽ necessaria plibanda esse putauimus,vt semel dicta lector ad singula quęq; prout ratio poposcerit & causa,in sequentibus cõmemorãda,sup his & fortassis sine his obscura dicenda assumat.Nũc ad ipsius textus seriem explanandam reuertamur. Superius dixit ꝙ non habent rationem theologi nominãdi angelicũ ordinẽ archas aut thronos,aut seraphim:qa ipse videlicet ãgelicus ordo non est in participatione illarũ excelsissimarũ virtutum,vt ipsis participet in noĩe,qb⁹ nõ participat in nominis proprietate.Nunc idipsum sequentibus probat verbis:ꝙ videlicet angelicus ordo excelsissimis virtutibus non pticipat. Nõ,inqt,pticipat cũ ipsis sed qđ pticipat,pticipat ex ipsis. Aliud qppe est in plenitudine participare: atq; aliud ex plenitudine participationem accipere.Sic itaq; angelicus ordo excelsissimis virtutibus subiectus est, vt nõ participet cũ ipsis,sed ex ipsis: quia sicut ipse eos qui in hominibus ad diuinam cognitionem reducuntur, illuminando & erudiẽdo reducit: sic & ab iis qui ante ipsum sunt virtutibus diuinã ipse illuminationẽ percipit. hoc est quod ait. ,, Sicut ipse videlicet angelicus ordo, nostros diuinos summos sacerdotes, id est sanctos viros qui sacra diuina ab angelis immediate perceperunt & nobis tradiderunt: reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores, id est diuinam cognitionem quã ipse percepit & perceptam tribuit:sic ipsum etiã ,, reducunt virtutes essentiarũ quę sunt ,, ante se, id est ante ipsum vel sup ipm: ,, virtutes dico mundę,id est valde sacrę ,, vel omnino sacrę, vt possint p excellentiã sanctitatis forma pfectionis eẽ subiectis.Et sunt etiã ipsæ virtutes sacræ ,, ad diuinũ, scilicet cõferendum.i.diui ,,

›› nitatis cognitionē dandā, dispositioni cōsummāti angelicas hierarchias.i.dispositioni q̄ pficit vel pfectas cōtinet siue terminat angelicas hierarchias:hoc est videlicet vltima dispositio ī qua & ordo angelicus ī eo ꝙ pfecta est cōsummaꝫ,& in eo ꝙ vltima est,oīm spirituū hierarchię terminanꝫ.Sane hic execrabilis interp̄tis error cauendus est,q cælestes virtutes īmundas dici existimauit.Nā gręcū πανιερόν panieron,qđ valde sacrū vel omnino sacrū,vel vniuersaliter sacrū īterpretaꝫ: hic ἀνιερὸν anieron.i.insacrū vel non sacrū vel sine sacro intelligendū putauit.Sequitur.Ni
›› si quidem quis & hoc dixerit cōes esse
›› oēs angelicas noīationes secundū oīm
›› cęlestiū virtutū ī deiforme & ex deo da
›› tū lumē subiectionē & supeminētē cōicationē.Nō possunt,inqt,inferiores ordines superiorū noīa assumere,qa in eadē excellētia virtutū cū eis nō participāt:nisi quis dicere velit ppterea noīationes angelorū oēs cōmunes esse debere,ꝙ oēs pariter vnū lumen a deo datū subiecti pcipiunt, & ex ipso lumine pcepto oēs deo cōformes fiunt, & vnius supeminētis coīcationis ī vno lumine participes existunt.Nisi ait qs etiā hoc dixerit,oēs angelicas cognominatiōes cōmunes esse,secundū oīm cælestiū virtutum subiectionē in lumē siue ad lumen deiforme & ex deo datū pcipiēdū, & secundū cōicationē supeminētē gratię spūalis vel specialis:vt quēadmodū vna gratia ad omniū participationem se diffundit,sic vna omnibus cognoīatio rationabiliter tribui possit.
›› Sed vt
›› magis a nobis ratio diiudicata sit,cōsi
›› derabimus sacre in eloquiis expssas sā
›› ctas & decoras pprietates,vnuscuiusq;
›› cælestis dispositionis. Vt magis possimus(īquit) iudicare hāc rationē,vtrū videlicet cognoīationes angelicæ communes esse debeant an non,considerabimus sanctas et decoras proprietates vniuscuiusq; cælestis dispositionis sacre expressas in eloquiis. Ex proprietatibus enim vniuscuiusq; diligenter cōsideratis fortassis poterit agnosci vtrū communicatio nominationis eadē esse possit:quibus etsi gratia vna infunditur,vna tamen mensura ac proportione non datur.

Titulus Sexti Capituli.

Quæ sit prima cælestiū essentiarum dispositio:q̄ media,& quæ vltima.

Litera Cap.VI.

QVāti quidem sunt & quales supercælestium essentiarū ornatus, & quomodo secundum eos Hierarchię perficiuntur: solam diligenter scire dico contemplatiuam eorū pfectionis principem: Adhuc & eos ignorare proprias virtutes & illuminationes & suā sacrā & superna tam ordinationē. Impossibile enim est nos scire supercælestium animorum ministeria,& sanctissimas eoꝝ perfectiones: nisi ibi dixerit quis, quęcunq; per eos nos tanq̄ propria bene scientes diuinitas mysteria docuit.Non ergo nos quidē quicq̄ pprio motu dicimus:Quęcūq; autem angelicarum speculationum a sanctis theologis contēplata sunt, hęc docentes nos quātū potētes sumus exponemus.Oēs theologia cęlestes essentias nouē vocauit manifestatiuis cognominationib9.Has diuin9 noster sanctus pfector in tres segregat ternas dispositiones. Et primā qdē esse dicit circa deū existentem: semp & attēte ipsi & ante alias immediate vniri traditā.Sanctissimos eñ thronos,& oculosos & pēnosos ordines cherubim hebręorum voce & seraphim noīatos, secūdū oib9 superpositam propinquitatem circa deū immediate collocari ait tradere diuinorū eloquiorū manifestationē. Trinū ergo hūc ornatum quasi vnā & ęque ordinatā & vere primā hierarchiā coīs noster magister ait:

qua nō est alia deiformior, & per se præoperantibus diuinitatis illuminationibus immediate intētior. Secūdā vero esse ait ex potestatibus et dominationibus & virtutibus completam. Et ternarum nouissime cælestium hierarchiarum angelorum & archangelorum & pricipatuum dispositionem.

Magistri Hugonis de S. Victore expositionis in Sextum Cap. Diui Dionysii Areopagitæ de cælesti Hierarchia pars Tertia, Lib. V.

Sexti cap. titul⁹ est: Quę sit prima cælestium essentiarum dispositio, quæ media, & quæ vltima. Agit enim in hoc cap. de trina dispositione nouem ordinū : quarum prima quę & sūma, tres ordines continet, seraphim, cherubim, & thronos: Secūda q̄ & media, similiter tres: dn̄ationes, virtutes, & potestates: Tertia quæ & vltima, tres similiter: principatus, archāgelos et angelos : in quibus nouem ordinum dispositio cōsummatur. Tractaturus autem de rebus tam sublimibus & ab humano sensu remotis, primū ignorantiam suam pudice confitetur, ostendens secreta illa cælestia non solum hominib⁹ ignota esse: sed ab ipsis quoq; angelicis spiritibus perfecte (vt sunt) oīno cōprehēdi non posse: solamq; ipsam a qua sunt diuinam virtutem perfecte scire qđ sunt. Hoc est qđ dicit. Quanti quidem sunt & quales, supercælestiū essentiarum ornatus, & quomodo secūdum eos hierarchiæ pficiūtur: solam diligenter scire dico contemplatiuam eorum perfectionis principem. i. solā diuinam sapientiam: quā & principiū habent vt sint, et ad ipsam per cōtēplationem respiciūt, vt perfecti sint. Ipsam ergo inquit diuinam sapientiam solā scire dico, quanti & quales sunt ornat⁹ supercælestium essentiarum. i. īuisibilium naturarū: quia nimirū quales a deo cōditi sunt, nec ipsi perfecte comprehēdere possunt. Propterea (inquit) dico adhuc et eos ignorare ꝑprias virtutes & illuminationes et suam sacram & supornatam ordinationem. Sola ergo ipsa quæ fecit diuina sapientia perfecte comprehendit, et quales eos fecit et qualiter disposuit: vt ī hoc aperte demōstretur quantum creatoris īmensitas oēm creaturę possibilitatem transcendat: cū ad semetipsam etiam comprehendēdā nequaq̄ ipsa creatura sufficiat. Sequitur. Impossibile enim est nos scire supercælestium animorum ministeria, & sanctissimas eoꝝ pfectiōes. Neq; em̄ valde mirandum est, si nos de ipsis hoc nō possumus scire qđ ipsi etiam de se non valent cōprehendere, qui idipsum etiā quod de illis scimus non nisi per illos a deo datum & ministratum scire possumus. Propterea impossibile est nos scire de ipsis aliquid nisi qđ diuinitas per ipsos nos docuit. Nisi (inquit) ibi dixerit quis, quęcunq; per eos nos tanq̄ ꝑpria bn̄ scientes diuinitas mysteria docuit. Impossibile est nos scire nisi quis dixerit ibi nos tm̄modo scire vbi p eos edocti sumus quęcūq; mysteria. i. secreta, diuinitas nos docuit p eos: tanq̄ bene scientes propria ministeria. Bene ergo sciunt propria ministeria quantum sufficit ad nostram eruditionem: & bene nesciunt, quantum sufficit ad plenā & perfectam comprehēsionem. Sequit. Nō ergo nos qdē quicq̄ proprio motu dicimus: quæcūq; autem angelicarū speculationum a sanctis theologis contemplata sunt, hęc docentes nos quantum potentes sumus exponemus. Quādoquidem (inquit) nos per nos de ipsis nihil scire possumus qđ ab ipsis non didicerimus: ergo in iis quæ de ipsis dicere volumus, non dicimus nos. i. ex ꝑprio motu vel sensu siue cogitatiōe nihil dicimus: Sed quæcunq; sancti theologi per cōtemplationem de ipsis angelis speculati sunt, nos eorū authoritatem quantum possumus sequendo, hoc docemus. Oēs theologia cęlestes essentias nouem vocauit manifestatiuis cognominationibus. Omnes, inquit, cælestes essentias. i. spiritus, vocauit theologia nouem manifestatiuis cognominationibus. i. discreuit per nouem manifestas & euidētes cognominationes: scilicet angelos, archangelos, principa-

tus,potestates,virtutes,dñatiões, thronos,cherubim,& seraphim:propriis vocabulis distinguens. Has,inquit,diuinus nr̃ sanctus pfector in tres segregat ternas dispositiones. Diuinum sanctũq; perfectorem siue doctorem suum nemi- nem hic melius significasse creditur, q̃ apostolum Paulum:a quo baptizat⁹ & in fide catholica erudit⁹ fuerat: q vsq; ad tertium cælum in paradisum dei raptus,ibiq; secreta quæ non licet homini loqui,audiens:quantum de his huic vitæ mortali cognoscere vel vtile vel possibile fuit, tã huic viro sãcto q̃ aliis qui per spiritum dei humanam intelligentiam excesserant,ad memoriã posteritatis transmittẽdo per eos potius reuelasse putatur. Huius ergo authoritate fretus,sanctarumq; scripturarũ testimoniis fultus,cælestium cognitionẽ in terram deduxit. Has inquit scilicet essentias.i.hos nouem ordines, diuinus noster sanctus perfector segregat, id est distinguit ĩ tres ternas.i.ternarias dispositiones. Et primam quidem esse dicit circa deum existentem, semper & attente ipsi & ante alias immediate vniri traditam. Primam quidẽ dispositionem dicit circa deũ esse semper existentem,neq; ad exteriora aliquando exeũtem:& traditam,id est ordinatã & dispositam vniri ipsi scilicet deo: id est vt ipsi vniatur attente, semper scilicet in ipsum intendens: & vt ipsi vniatur ante alias cælestes virtutes quę sunt post ipsam,& immediate vniatur, vt nullæ sint ante ipsam. Sanctissimos em̃ thronos & oculosos & pẽnosos ordines cherubim hebręoꝝ voce & seraphim nominatos,secundum omnib⁹ superpositam propinquitatem circa deum immediate collocari ait tradere diuinorum eloquiorũ manifestationẽ. Ait ergo ipse perfector & doctor noster diuinoꝝ eloquiorum manifestationem siue authoritatem tradere aut perhibere sanctissimos thronos,& oculosos & pẽnosos ordines hebræorum voce nominatos cherubim & seraphim : oculosos.s.cherubim propter contemplationem,pennosos scilicet seraphim ꝑpter dilectionẽ. Hos inq̃ ordies.i.thronos,cherubim & seraphim:ait ipse collocari circa deum immediate secundum propĩq̃tatẽ, quã habent ad deum superpositam & excellentiorem oĩbus aliis ordinibus. Trinum ergo hunc ornatum, quasi vnã & æque ordinatam & vere primã hierarchiã cõmunis noster magister ait. Hos ergo tres ordines ait vnam constituere hierachiã primã ad alias,ęque ordinatam in se. In qua.s.hierarchia licet aliis excelsiores sint ĩ singulari gratia, pares tñ quodammodo omnes sunt in dispositione vna: & ex eo secũdũ aliq̃d ęquales existunt,q: oẽs immediate deũ respiciunt:primi in dilectione, secundi in cognitione,tertii in discretiõe. Qua scilicet hierarchia,nõ ẽ alia aliqua deiformior & per se ꝑoperantibus diuinitatis illuminationibus immediate intẽtior. Nulla,inquit, alia hierarchia dei formior est q̃ ista,neq; similitudini dei magis appropinquans,neq; magis intẽdẽs illuminationib⁹ diuinitatis in ipsa sola præoperantibus,quia ante alias:& per se operantibus, quia non per alias. Diuinæ em̃ illuminationes in ista sola hierarchia ante alias operant̃, qa oẽs post hãc hierachiam ab ipsis diuinis illuminationibus illuminantur:& per se in ista sola diuinæ illuminationes operantur,quia per istã omnes aliæ hierarchiæ a diuinis illuminationibus consequenter illuminantur. Secundam vero esse ait scilicet hierarchiã,ex potestatibus & dominationibus & virtutibus completam:ordine tamẽ cõmutato: vt dñatiões primę,& secũdę virtutes,tertię potestates intelligantur. Et ternarum nouissime cęlestiũ hierarchiarum, angelorum, archangelorũ,& principatuum dispositionem. Subaudiendum est a supiori:ait ipe magister noster ternarum cęlestium hierarchiarum nouissime collocatam dispositionem, angelorum,archangelorum, et prĩcipatuum. Vbi si quęratur quare Paulus in epistolis suis cum angelorum dispositionem distinguendo enumeraret, hunc ordinem non seruauerit,cũ talẽ esse ordinẽ in eis, aliis astruxerit: Põt dici illic eũ non tantũ ordinẽ dispositionũ cęlestiũ quãtũ numerũ explicare voluisse:maxi

me cũ in vno loco quosdã tãtũ enumeret:in alio aũt eos quos illic tacuerat,sine aliorũ repetitione explanet. In quo manifestum est quia si ordinẽ & numerũ attẽderet,simul oẽs in vna narrationis serie explicare studuisset. Et si qua alia ratio est,quæ ad hanc obiectionem conuenienter responderi possit.

Titulus Cap.Septimi.

De seraphim & cherubim & thronis hoc est de prima angelorum hierarchia.

Litera Cap.VII.

HVnc nos recepturi sãctarum hierarchiarum ordinẽ,dicimus quod omnes cælestium intellectuũ cognoĩationes declarationem habent vniuscuiusque deiformis proprietatis. Et quidem sanctã seraphim nominationẽ, quę hebręorum sunt,scientes aut intẽdentes manifestare,aut calefaciẽtes: eam vero cherubim, multitudinem sciẽtiæ aut fusionem sapientiæ.Pulchre igitur prima cęlestium hierarchiarum ab excellentissimis essentiis sanctificatur, ordinem habens omnibus altiorem: hoc est circa deum immediate collocatur: & primo operantes theophaniæ & perfectiones in eam tanquam proximã princıpalius deferuntur.Calefaciẽtes ergo nominãtur & throni & fusio sapiẽtiæ manifestatiuo deiformiũ suarum habitudinum nomine. Mobile enim semper eorum circa diuina & incessabile & calidum & acutũ & superferuidum intentę & forsan intimæ & inflexibilis semper motionis: & suppositorũ reductiue & actiue exemplatiuum tanquam recalificans illa & resuscitans in similem caliditatem:& igneum cælitus & holocauste purgatiuũ, & incircũuelatum & inextinguibile:habentemque sic semper luciformẽ & illuminatiuã proprietatem, omnis tenebrosę obscurificationis persecutricẽ & manifestatricẽ,seraphim manifestatio aut cognominatio docet.¶Ipsa vero cherubim cognoscibile eorũ & denudũ, & altissimę luminũ datiõis acceptiuum & cõtẽplatiuũ,in prima operatrice virtute diuinę pulchritudinis & sapientificę traditionis repletũ & cõicatiuũ copiose ad secũda fusioni donatę sapientię. ¶Ipsa aũt altissimarũ & cõpactarũ sediũ omni diligenter exaltari ignominia subiectionis & ad summũ supermũdane sursum ferens:& omni extremitate ineffabiliter in sublimissimũ & circa vere excelsum totis virtutibus incõmutabiliter & stabiliter collocatum,& diuini superaduẽtus in omni impassibilitate & immaterialitate acceptiuũ & deiferũ & familiariter in diuinas susceptiones aptũ. Hęc quidem noĩm ipsorum(quãtũ ad nos)declaratio.Dicẽdũ vero quã hierarchiã eorum existimamus.Oĩs quidẽ enim hierarchię speculationẽ deũ imitanti deiformitate depẽdẽtẽ ĩeffabiliter esse, & diuidi oẽm hierarchicã actionẽ in participationem sacrã & traditionẽ purgatiõis purę & diuini luminis & perfectiuę sciẽtię: sufficiẽter iã a nobis dictũ esse arbitror.Nũc autẽ dicere digne persequamur excellẽtissimos intellect9,quõ iã secundum eos hierarchia ab eloquiis manifestatur. In primis essentiis,quod post substãtificã earũ diuinitatẽ collocatę,& veluti ĩ vestibulis ipsius ordinatę,oẽm sunt visibilẽ & inuisibilẽ superexcellentes factã virtutẽ,propriã existimãdũ est esse & oĩno ęquiformẽ hierarchiam. Puras igitur eas esse existimãdũ:nõ vt ĩmundis maculis & inquinationib9 liberatas,neque vt materialium receptiuas

phantasiarum:sed vt omni diminutiõe mũdas & altiores: & omi sup̃firmato templo secũdũ excelsissimã castitatem omnibus deiformissimis virtutib9 supercollocatas: & ꝓprio per se motu, & eodem motu secũdũ diligẽtis deũ incõuersibile ordinis ĩeffabiliter receptas: Et in subiectis contumeliam omnino nesciẽtes, sed incasualẽ vt & intransmutabilẽ habentes propriç deiformis specialitatis purissimam collocationem. Contemplatiuasq; iterũ sensibilium symbolorum aut intellectualiũ speculatiuas, neq; vt varietate sacrescribentis theoriç in diuinũ reductas: sed vt oĩs ĩmaterialis scientiæ altiori lumine repletas, & formificç & principalis pulchritudinis & sup̃essentialis & terlucẽtis cõtemplatione, quantũ fas refertas: Cõmunione aũt Iesu similiter dignefactas. Non in imaginibus sacrefictis formatiue figurãt deificã similitudinẽ: sed vt vere ipsi approximantes in prima participatione sciẽtiæ deificũ eius luminum: Et quia deo simile ipsis substantialiter donatum est. Cõicant autẽ huiusmodi (vt possibile) in p̃operatrice virtute deificis ipsius & humanis virtutib9. Perfectas aũt similiter nõ vt sacra varietate †analectica sciẽtiã illuminatas, sed vt prima & sup̃eminẽti deificatiõe repletas, scd̃m excellentissimã (quãtũ in angelis) diuinorum operũ scientiam. Non enim per alias sanctas essentias, sed ab ipsa diuinitate sanctificatç, in ipsã immediate extenduntur omnibus sup̃eminenti virtute & ordine: & ad castissimam omĩno fortitudinẽ collocant̃: & ad immaterialem & inuisibilem pulchritudinẽ (quãtũ fas) in contemplationem adducunt̃: & ad diuinoꝝ operum scibiles rõnes: vt primç & circa deum essentiç flectuntur, & ab ipso perfectionis principe †excellẽtissime sanctificatç sũt. Hoc ergo & theologi aperte declarant, superpositas quidem cçlestium essentiarum dispositiones sup̃firmatis ornate erudiri deificas scientias: omnium vero altiores ab ipsa diuinitate (quãtũ fas) doctrinã illuminari. Quasdam em̃ earũ introducũt a prioribus sacre eruditas, dñm esse cçlestium virtutũ, & regẽ gloriç in cçlos humanitus receptũ: quasdã vero apud ipsum Iesum quçrẽtes, & ꝓ nobis suæ diuinç actionis scientiam discentes: & eas ipsum Iesum immediate docentem: & prælargiens eis manifestãtẽ suã humanã benignitatem. Ego em̃ (inquit) disputo iustitiam & iudiciũ salutaris. Miror aũt ꝙ & cælestium essentiarũ primæ & tantũ simul omnes sup̃eminẽtes diuinis illuminationibus, vt mediatæ q̃stiones reuerenter appetunt. Etem̃ non inde interrogant: quare †tui rubra vestimẽta? Apud seipsas vero deliberant ante interrogare: ostendentes quidem ꝙ discunt & deificam sciẽtiam appetunt: non autem prçsiliẽtes per diuinã processionẽ inditam illuminationẽ. Num ergo prima cçlestiũ intellectuũ hierarchia, ab ipsa perfectionis principe sanctificata quo in eam immediate extenditur sanctissima purgatiõe, multo lumine, ante perfecta consummatione, proportionaliter eã implẽs purgatur & illuminatur & perficitur: omni quidem minoratione pura, primi vero luminis plena, & primo data cognitione & scientia participãs perfecta. Comp̃hendens aũt & hoc dixerim fortassis nõ immerito: ꝙ &

† analyticam.

† excelsissime.

† tibi.

purgatio est & illuminatio et perfectio diuinę sciétię assumptio. Ignorantiam quidem vtpote purgans secundum ordiné indita scientia ꝑfectarum doctrinarũ: illuminãs auté ipsa diuina cognitione, per quam et purgat non prius contemplantem: quã manifestat per altiorem illuminationé: & ꝑficiés iterũ ipõ lumine scd̃m habitum sciétia lucidissimarũ doctrinarũ. Ipsa ergo est, quãtũ ad nostram scientiam, prima cęlestium essentiarũ dispositio, in circuitu dei et circa deũ immediate stans, et simpliciter et incessanter circuiés ęternam eius sciétiã, scd̃m excellentissimam (quantũ in angelis) semꝑ mobilem collocationé. Multas quidé & beatas videns pure contéplationes, simplosq; & immediate fulgores illuminata & diuino aliméto repleta: multa quidé primo data fusione solaq; domestica & vnifica diuinę refectionis vnitate, multaq; communione dei & cooperatione digna effecta ad eam, vt possibile, similitudine bonarum habitudinũ & actionum: multaq; diuinorũ supposite cognoscens, & diuinę sciétiæ & cognitionis in participatione, scd̃m quod fas est, facta. Propterea & laudes ipsius theologia iis qui in terra sunt, tradidit: in quib9 mirabiliter manifestatur excellentissimæ ipsius illuminationis eminentia. Alii enim q̃dam eius sensibiliter dicendo tanq̃ vox aquarum reboãt, benedicta gloria domini ex loco suo. Alii vero & illam valde laudabilem & piissimã reclamant theologiam: sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus sabaoth: plena oĩs terra gloriæ ipsius. Has auté excelsissimas cęlestium aioꝝ hymnologias, iã quidé in iis q̃ sunt de diuinis laudib9, q̃tũ possibile, aperuimus: & dictũ est de iis in illis, q̃tũ ad nos, sufficiéter. ex quibus in recordationem sufficit dicere tm̃ secũdũ ꝑsens tépus, quia theologicã sciétiã ipsa prima dispositio (quãtũ fas) illuminata est a diuina bonitate: per quã tãq̃ deiformé hierarchiã & aliis seipsam deide tradidit, illud per breuitatem dicendo subintroducens, ipsam piissimã & summe benedictã & oĩno benedictã diuinitatem fas est benedictã esse ex deũ recipiétibus quãtum possibile cognosci & laudari intellectibus. Ipsi em̃ sũt tã q̃ deiformes diuini loci, diuinæ (vt eloq̃a aiũt) q̃etis. Et q̃a monas est & vnitas tres substantialiter & supercælestibus essentiis vsq; nouissima terræ extendens bonitatem suam in omnia quæ sunt, prouidentiam tanq̃ oĩs essentiæ superprincipale principium & causa, & omnium superessentialiter immensurabili continentia circũligans.

M. Hugonis de S. Victore expositionis in septimũ cap. diui Dionysii Areopagitæ de cælesti Hierachia Lib. VI.

SEptimi cap. titulus est: de ĩterpretatiõe Seraphim & Cherubim & Thronorũ: & de prima quę eorum est hierarchia. Postq̃.n. enumerauit ordines cęlestiũ hierarchiarũ: nunc de interp̃tatione & significatione cognoĩationũ tractare ĩcipit. Et primũ de iis q̃ in prima sunt hierarchia cõputati. i. de seraphim & cherubim & thronis scd̃m ꝓprietaté appellationis virtuté eoꝝ demõstrãs. Hũc nos recepturi „ sanctarũ hierarchiarũ ordiné. Hunc, in „ quit, ordiné sanctarũ hierarchiarũ quẽ superius dixim9 nos recepturi & approbaturi: Dicimus cõsequẽter ꝙ oẽs cęlestiũ ĩtellectuũ cognoĩatiões declaratio „ né hñt vniuscuiusq; deiformis ꝓprieta „ tis. Oẽs.n. cognoĩationes sctõrũ intellectuũ. i. spũum, declaratioẽ hñt deifor-

mis ꝓprietatis vniuscuiusꝙ ordinis. Co gnominatio declarat qđ proprium illi est, & singulare, per excellentiam doni in deiformitate collatum. Omnis enim gratia ad dei similitudinem animũ reformat: & tamen qđ in ipsa vna forma singulis collatũ est proprium, sicut discretum est in munere, sic discernẽdum erat in appellatione. Sequitur. Et quidem sanctam seraphim nominationem quę hebręorꝫ sunt, scientes aut incendẽtes manifestare, aut calefacientes: eam vero cherubim multitudinem scientię aut fusionem sapiẽtiæ. Dicimus, inqt, ꝙ omnes cęlestiũ intellectuũ cognominationes declarationem habent vniuscuiusꝙ deiformis ꝓprietatis. Nos dico scientes nominationem seraphim: quæ seraphim hebræorũ sunt. i. hebraice sic appellanť, manifestare aut incendentes aut calefacientes: eã vero subaudi nominationem, quę est cherubim, scientes manifestare multitudinem sciẽtiæ, aut fusionem sapientiæ: vt in ipsa expſſione nominum spiritualiũ declareť gratia donorũ, quę etsi singularia non sint excellentia tamen cõstãt. Pulchre igitur prima cęlestium hierarchiarum ab excellentissimis essentiis sanctificatur, ordinem habens oĩbus altiorem. Hoc est circa deum immediate collocatur: & primo operantes theophaniæ & perfectiones in eam tanq̃ proximã prĩcipalius deferũtur. Hoc, iquit, pulchrum & conueniens est, vt prima hierarchia spũs habeat excellẽtiores: qm̃ & ipsa ordine cęteris omnibus altior est hierarchiis, & deo vicinior circa ipm̃ imediate. i. nulla alia inter ipsam & deum cõsistente, collocata. Et propterea quia ꝓxima deo est, idcirco theophaniæ. i. diuinæ apparitiones vel manifestationes siue illuminationes primo operantes, a creatore scilicet in creaturam, non per creaturam. (Illę enim primę sunt operationes diuinę illuminationis in creaturã sine creatura, scdæ p creaturã ĩ creaturam.) & perfectiões etiam donorꝫ spiritualiũ in ipsam primam hierarchiam principalius deferunť q̃ in cęteras consequentes & subiectas: quippe quę oẽm participationẽ spũalis gr̃æ nõ nisi ipsa mediãte concipiunt. Calefacientes ergo noĩanť, & throni, & fusio sapientiæ manifestatiuo deiformiũ suarũ habitudinũ nomine. Quandoquidẽ diuinę illuminationes & pfectiones in ipsã principali⁹ deferunť: idcirco qui in ea sunt ordines constituti, alii ignẽ amoris cõcipiendo & pbendo calefacientes nominanť, sicut seraphim: alii iudicio veritatis potentes, throni: alii cognitione scientiæ lucẽtes & illuminãtes, fusio sapiẽtię, sicut cherubim, appellantur: manifestatiuo nomine deiformium suarũ habitudinũ. Ex ipso quippe noĩe appellationis manifestatur virtus deiformis habitudinis, vt ipso noscãtur diuina similitudine pditi, quo discreta ac singulari appellatione noscunť signati. Nam ꝙ in vnoquoꝙ ordine discretio nominis singularem quandam ac propriam notat habitudinẽ diuinę participationis, ex subiecta sententia: probat dicẽs. Mobile enim semp eorum circa diuina & incessabile & calidum, & acutũ, & superferuidum intentæ & forsan intimæ & inflexibilis semp motĩoĩs, & suppositorum reductiuæ & actiuæ exẽplatiuum tanq̃ recalificans illa & resuscitans in similem caliditatem & ignẽ cęlitus & holocauste purgatiuum & incircũuelatum & inextinguibile: habentemꝙ sic sic semper luciformem & illuminatiuam proprietatem omnis tenebrosæ obscurificationis persecutricẽ & manifestatricem, seraphim noĩatio aut manifestatio docet. Si ego qđ sentio dicam, primum hoc fateor ꝙ verba audiui aut non homini dicta, aut non dicta ab homine. Nam & per hominem ea dici tam magnum mihi videtur, vt nihil amplius homini dari possit. Et forte qa verba ista ab illis verbis nata sunt quæ audiri potuerunt, dici non debuerunt. Nam ille quidem qui hæc suggerebat vel docebat, vsꝙ ad tertium cælum peruenerat, & intrauerat ĩ paradisum dei: ibiꝙ verba quædam de verbo audierat secreta oĩno & proxima silẽtio: vsꝙ ad quæ auris humana non contingeret: quæ nemo audiret donec sciret. Intus enim audiebantur vbi dicebantur, & nõ poterãt exire foras vbi erat homo.

Propterea ab eo qui intus erat & valde intus,intus & introrsum audiri potuerunt:sed iis qui foris erant dici non debuerũt.Ne tamen vel illi qui foris erãt derelinquerentur si ab eo qui int⁹ erat non vocarẽtur:nata sunt de verbis verba,sicut verba de verbo nata fuerũt.de verbis quæ intus seruari debuerũt,verba quæ foras proferri potuerunt:de immensis magna,de occultis obscura, de impenetrabilibus profunda: quæ a nobis audita sunt,vtrum ĩtellecta nescio. Hæc sunt verba ipsa quę magistri discipulus, & discipulorum magister nobis scrutanda vel potius miranda proposuit.Primus enim discipulus verbi verba audiuit a verbo: & ille verbis aliis doctor factus discipulum habuit & doctorem fecit. Quo tandem ad nostrum auditum descendẽte quasi de cælo vox in terrã personuit,& ipsa aures nostras iam stupore impleuit: nondum tamen corda manifesta veritate illuminauit. Propterea qui homines fuerunt & nondum diuina capere potuerunt:dixerũt ꝙ tonitruum factum fuerat,quia solũ consternabantur & non erudiebantur. Alii ad modicum illuminati nondũ cõsummati angelum putauerunt,deũ nõ intellexerunt. Itaq; & nos supernæ vocis tonitruum audiuimus:& cœpimus mirari,nõdum illuminari.Si tamẽ fuerit nostra admiratio excitatio,ipsa admiratione conuertemur,vt conuersione illuminemur. Et erunt tunc verba ipsa dulcia non solum mirãda sed amãda,cum cœperint audiri & sciri:si tamẽ ad ipsa gratiosi fuerimus. Si enim non diliguntur,non intelligũtur: neq; amãtur si non gustantur. Quid ergo? Quare audiuimus si non intelligimus: aut quomodo intelligimus si nõ diligim⁹? Ego pro mea parte respondeo.Si nõ p̃sumo de dilectione, non discedo ab admiratione. Forsitan ipsa admiratione euigilabo ad cognitionẽ: & si minus excitor ad cognitionem,incitabor ad dilectionem.Et erit interim dilectio ipa refectio, donec ex ea oriat̃ cõtẽplatio per quã fiat illuminatio. Quid est illud an„ gelorũ mobile semper circa diuina & ĩ„ cessabile & calidũ & acutũ & superferuidum motionis semp intẽtæ & forsan„ intimę & inflexibilis semper? Si dixeri„ mus ꝙ dilectio hoc est,fortassis parũ dixisse videamur,nesciẽtibus quid sit dilectio.Nunq̃ enim parum dicit qui dilectionem dicit:nisi forte paruam dicat dilectionem.Non autẽ iste paruam dilectionẽ dicere voluit, qui tam mlt̃a de dilectione dixit.Mobile,inquit,& incessabile & calidum & acutũ & superferuidum.Mobile quia vita,incessabile quia perpetua, calidũ quia amor,acutũ qa sapientia.Nunqd satis est hoc? vitã dixit, perpetuã nominauit,amorem posuit,& sapientiam adiunxit. Et totum hoc in vna dilectiõe est,& vna dilectio est.Vis scire ꝙ dilectio vita est? Audi dilectũ illum & dilectorem dilectionẽ commendantem.Qui non diligit,inquit,manet in morte.Ergo dilectio vita est.& qualis vita? Caritas nunq̃ excidit.Si aũt caritas nunq̃ excidit:vita perpetua est dilectio. Et quid amor? Vbi calidũ illud & feruidũ ostẽdere poterim⁹ in dilectione? Vbi feruorẽ & calorẽ amor habuit, vel poti⁹ vbi amor sine calore & feruore fuit? Ambulantes & amãtes,incedentes & ferventes,quid dixerunt de Iesu quem audierunt & non cognouerũt in via? Ambulabant eñ & mouebant̃,impatientia dilectionis acti:quia si starent non amarent. Mobile eñ amoris est sicut & calidum,vt nõ torpescat dilectio vera.Ambulabant ergo in mobili amoris,& ardebãt in calido,& dicebãt.Nõne cor nostrũ ardẽs erat in nobis de Iesu dũ loqueretur nobis in via? Quia.n. ambulabant mobile habebant:& calidũ quia ardebant.acutum autem non habebant quia non cognoscebãt. Propterea enim quia acutum non habuerũt,audierunt: Stulti & tardi ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ.Ergo hebetes fuerũt & tardi ad cognoscendum: sed non tepidi aut pigri ad diligendum. Quia tamen prius dilexerunt, postea cognouerunt, vt acutum in dilectiõe esset sicut & calidum. Prius calidum,postea acutum.Propterea non dixit acutum & calidum, sed calidum & acutum:quemadmodũ prius mobile,postea incessabile: vt mobile

Marginal notes: 1.Ioan.3. (beside "Qui non diligit... manet in morte"); 1.Cor.13. (beside "Caritas nunq̃ excidit"); Luc.24. (beside "Nõne cor nostrũ ardẽs erat")

ad inquisitionem excitet,incessabile ad perseuerantiam confirmet: calidum vt sensum viuificet, acutum autem vt penetret ad comprehensionem.Significat enim acutum impetum quēdā amoris, & vehementiā desiderii ardentis,ferentis se in amatū,& intrantis & penetrātis,vt ibi sit vbi est ipsum qđ amat, cū ipso & in ipso:vt non solum ab ipso calidum sit,sed transeat acutū in ipsum. Poterat enim calidū esse & quasi de lōge calefieri:cui hoc satis eēt amare ita absentem,& p̄sentem non videre, vel p̄sentissimā possidere.Sed non erat amor hierarchię perfectus neq; amabilis multum nisi acutum faceret sibi,& trāsiret omnia & penetraret,donec ad dilectum perueniret, immo poti⁹ in dilectū iret. Si enim in dilectum nō vadis,adhuc foris amas,neq; acutum habes dilectiōis. Sed hebes & torpens diuisus manes & extra illū,vt vnū non efficiaris. Amor autem vnum te facere vult cum ipo:& idcirco penetrat omīa, & appropīquat quantum potest,ad vnum ipsum.Considera modo quomodo acutū habebāt amoris de quibus dictum est. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebātur. Impetus nāq; ipse acutum fuit,sicut & liqdum in alio quodam loco acutū nominatur dilectionis.Et puto q; spōsa erat ipsa q̄ loquebatur:& non oportebat durum aliquid aut asperum pauenti & timidę adduci. Idcirco liquidū nominatum est pro acuto in blandimento dilectionis.Nam & ipsum liquidum penetrat sicut acutū:& non cessat donec ad interiora puenerit.Idcirco ait. Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquut⁹ est:quæsiui illum.Propterea enim quęsiuit illum, qa liquefacta est ad illū.Nisi enim liquefieret ad illum, non curreret post illum : sed dura staret & nō intraret.Nunc autem liqfacta est & currere cœpit:sed nōdum statim inuenit, donec peruenit. Idcirco & hic quoq; incessabile necessarium erat, vt itraret & penetraret & diceret: Tenui illum:nec dimittam,donec introducam (inquit) eum in domum matris meæ,in cubiculum genitricis meę.Introducā, inquit, eum in domum matris meæ,in cubiculum genitricis meæ. Ergo ipse ad te intrabit,vt tu ingrediaris ad ipsum.Tūc enim tu intras ad ipsum quādo ipse ad te ingreditur.Quando amor illius cor tuum intrat & penetrat,& ad ītimum cordis tui dilectio illius pertingit : tūc intrat in te ipse,& tu quoq; intras teipsum vt ingrediaris ad ipsum.Igitur tu ip̄m ad te ītroducito:nec quolibet modo ad te introducito, vt maneat.s.vel subsistat extra apud te vel ī portis tuis vel in atriis tuis siue ante ostiū domus tuæ,aut etiam solūmodo in domo tua: quia nō multum est neq; magnum hoc dilectiōi magnæ,nisi vsq; ad thalamum perueniat,& cubiculū īgrediatur: & vsq; ad īteriora penetret & ī intimis tuis requiescat. Adhuc ampli⁹ dicam,quia et cubiculum genitoris forte nō amat nisi in cubiculum genitricis ītroducat vbi dilectio magis tenera est,& blandimenta dulciora: vt nihil apud te durū aut rigidum inueniat virilis truculentię:Sed totum liqfiat & mollescat igne dilectionis.Tunc enim nihil duritię obsistet vt ad intima caritas perueniat,& acutum habeat omnia penetrare dilectio.Hoc nobis dicendum erat,pro acuto dilectiōis & liqdo:vt intelligas vim amoris et dilectionis quanta est: Si tamen hoc intelligi potest, quoniam dilectio supereminet scientiæ & maior est ītelligentia.Plus enim diligit q̄ intelligitur:et intrat dilectio et appropīquat vbi scientia foris est. Nec mirum:qa dilectio semper amplius præsumit et confidit semper:ingerit se sine cunctatione amor. Propterea acutum habet et liqdum penetrans omnia,et impetum sequēs ardētis desiderii sui: non dissimulare valens donec ad amatum pueniat, et eo ipso amplius adhuc sitiens intrare in ipsum,et esse cum ipso, et tam p̄pe,vt si fieri possit hoc idē ipsum sit qđ ipse.Nunqd non acutum valde est,hęc omnia penetrare et ad intima intrare, vt nec repelli possit aliqua virtute donec pueniat vbi amat?Quis (inqt apostolus)separabit nos a caritate Christi? Persecutio,an fames?an gladius?et cætera multa quæ impedimento esse potuissent si dilectio illis non obstitisset.

Ezech.1.
Cant.v.
Cant.3.
Roma.8

Dilectio autem quia acutũ habuit teneri nõ potuit,sed ptrãsiuit & penetrauit,euadens libere & currẽs ad desideriũ suum. Si ergo tale est calidum & acutũ dilectionis:quale putas est quod sequitur superferuidũ? Nã illud oportet aliquid ampliꝰ habere quod ad incrementum adiectum est præcedentiũ virtutum.Sed & ipsa res admonet in eo maius quiddam cogitare quod superferuidũ est q̃ quod calidum & acutum. Nostis enim quomodo id quod feruet quadã caloris & incendii sui violẽtia iactatur extra se & tollitur supra se: & facit motionem magnã ex subiecta & inuisibili ęstuatione concepti feruoris.Et non videtur qui intus est & mouet calor incendii latentis:sed quod mouetur videtur eo:& ex eo quod videtur concipimus & intelligimus vim magnam & virtutẽ robustam & violentiam fortem eius qui latet & non videtur. Quis poterit digne visibiliũ æmulationem ad inuisibiliũ maiestatem cõducere? Spectacula proposita sunt:& ostenditur nobis feruor ex calore & humore siue potius in humore ex calore:& videmus queadmodũ calor sine tumultuatione sensim ad humorem ingreditur,vt ingressus illum potenter & violenter eiiciat. Suggerit se inuisibiliter,vt illũ manifeste attollat,quasi eum illic esse nolit,quem tam vehemẽti velut impetus cuiusdã indignatione eiicere festinat.Mouetur ergo calidũ ad acutum:deinde promouetur acutũ ad supferuidũ. Quod eñ prius acutum fuit & liquidũ in dilectione obsistentia alia penetrare valens,superferuidũ fit iam & bulliens in seipso stare non valens. Acutum eñ est amoris,cum omnia trãseũdo despicit: superferuidum autẽ,cũ etiã semetipsum contẽnendo relinquit.Nã qui hoc solũ appetit qđ amat, in illius cõparatione etiã semetipm̃ despicit.Neq; eñ vere illud solum appeteret,si vel semetipsum cũ illo amaret.Non autẽ hoc facere potest nisi magna & singularis dilectio:vt pre amore illiꝰ qđ solũ diligitur,ille etiã qui amat queadmodũ a semetipso despiciatur. Fit ergo miro quodãmodo vt dũ per dilectionis ignẽ in illũ sustollit qui est supra se, per vim amoris expelli incipiat & exire etiã a se.Quomodo ergo feruet & quõ bullit corde qui per conceptum superni amoris ignem, dum in illũ solũ qui sursum est appetendum fertur cogitatione & desiderio extra semetipsum proiicitur,& supra se eleuatur,nec se cogitat dũ illũ solum amat? Sic intelligimus mobile & incessabile,& calidum & acutum & superuidum dilectionis. Sed quomodo hæc assignare poterimus in illis supercęlestibꝰ naturis quibus idem est vita qđ essentia:qa non aliã habẽt essentiã q̃ vitã? Quis est ille incessabilis earũ motus circa diuina,& calidũ & acutũ & supferuidũ? Quæ sunt illa diuina circa quę incessabiliter mouẽtur,& calescunt,& acuuntur & superferuẽt? Nam qui in circuitu est nondũ intrat:quia vel tepet a calido,vel torpet ab acuto. Si ergo acutum habent quomodo in circuitu sunt? Forte quia diuina illa de quibꝰ scriptura locuta est intus sunt omni creaturę,& ita prorsus secreta & latentia, vt si etiã cõtingi possũt penetrari nõ possint. Alia vero diuĩa quędã sunt quæ in manifestatione veniũt,& se quodãmodo ad cognitionẽ exponũt,vel dũ prodeũt ĩtro ad animũ,vel dũ procedũt foras vsq; ad sensum.Nã quędã diuina prorsus intus esse & abscõdita & latẽtia,quædã vero foras exisse & manifestatata esse Apostolus insinuat dicens. Quod notum dei est,manifestum est in illis. (Roma.i.) Cum enim dicit,quod notum dei est,id est noscibile de deo:ostẽdit plane ex iis quę dei sunt & in deo sũt aliquid esse manifestum,aliquid occultũ: Et id quidem quod manifestũ est per sciẽtiam posse cõtingi:id vero quod prorsus absconditum est,nulla ratione posse penetrari. Snnt ergo diuina quędã & dei quędam ad manifestationem proposita, quæ scd̃m aliquid penetrari possunt & comprehendi : quædam vero tam profunda sunt & occulta & intima valde & impenetrabilia omnino,vt scrutari non possit illa omnis intellectus,neq; vlla sapiẽtia inuestigare.de quibus magnum hoc est cũ datur ad illa contingere etiam si non detur illa penetrare:& cum ad illa penetrando peruenitur, illa tamen non penetrantur,sed manent impenetrabilia & incomprehensibilia: in quibus hoc solum quod foris est peruenięti intelligẽtię ad cognitionem ostẽditur, & id quod semp intus

eſt ad comprehenſionem non aperitur.
Conſidera modo & vide ſi nõ te erudiát
de inuiſibilibus dei ea quæ viſibilia facta
ſunt a deo. Nam quæ ſola ratione aliquã=
do minus inueſtigantur, nõnunq̃ luce ex=
emplorũ cognoſcibilia efficiuntur. Vide
ergo quid poſſit ſenſus carnis in mundo,
vt ex eo intelligas ſicut intelligi poteſt,
quid poſſit ſenſus mentis in deo. Q̃n mũ
dũ iſtũ viſibilẽ oculo carnis cõtingimus:
ea quę foris ipſi ſunt ꝑcipimus, & ad ea
quæ intus latent ſenſu eodem penetrare
non valemus. Et ſi aperiuntur aliquando
quędã quę latuerũt, latẽt adhuc alia mul
ta quę cõprehendi non poſſunt, vel ĩmẽſi
tate q̃a ſenſum excedũt, vel ſubtilitate q̃a
ſenſum effugiunt, vel obſcuritate, q̃a ſen
ſum ad ſe nõ admittũt. Ita cogita ꝙ ſen=
ſus mẽtis rationalis, ille quo diuina ꝑci
pimus, ſiquãdo ad deũ cõtingẽdũ admit=
tatur, ea ſolũ quę quaſi ſunt foris illi ꝑ=
cipit: & illa quę intꝰ occulta & abſcõdita
latẽt, nõ cõprehẽdit. Idcirco autẽ dixi q̃d
illi foris eſt & nõ nobis: quoniã omne q̃d
in deo eſt, ad omnẽ creaturam intus eſt:
ſed tamen ad comparationẽ eorum quæ
oĩno comprehendi nõ poſſunt, illi quodã
modo ſiue in illo foris dicitur, id quod de
illo ſecretiſſimę etiã & ſubtiliſſimę intel=
ligẽtię manifeſtatur. Per acutũ igit̃ amo=
ris penetrãt ad ipſum: & tñ per incõpre=
hẽſibilem maieſtatẽ ipſius ꝑmanẽt cir=
ca ipſum, vt nõ ad totũ ingrediatur, etiã
ſi penetrãt vſq; ad aliq̃d. Sed & hoc ipm
conſiderare oportet, ꝙ circa ipſum eſſe di
cuntur, & non in vna parte aliqua. Am=
biunt enim deſiderio quod intellectu nõ
penetrant: vt non relinquãt quicq̃ incõſi
deratũ ex omnibus quæ poſſunt agnoſci:
Semꝑ vidẽtes & ſemper videre ſitiẽtes.
Stabiles ne recedãt: mobiles vt ĩceſſanter
appetãt. In circuitu, quia ad totum quod
eſt nõ intrãt. In circuitu, q̃a ĩmediate ap=
propinquãt. In circuitu, q̃a oẽ quod in il=
lo noſcibile eſt ꝑ cõtẽplationem & dile=
ctionẽ luſtrãt. Sic ergo mobile eorũ circa
diuina & inceſſabile & ipſiꝰ motionis in=
ceſſabilis & intẽtę & forſan intimę & in=
flexibilis calidum & acutũ & ſuperferui=
dũ poſſunt conueniẽter intelligi. Hoc tñ
prǣterire nõ oportet ꝙ motionem inuiſi=
biliũ naturarũ inceſſabilẽ & intẽtã & for

ſan intimã & inflexibilem noĩauit, in vno
ſolo dubitantis voce vſus, cum ait forſi=
tan: quaſi cætera ſine hæſitatione aſſere=
ret, hoc ſolũ niſi cũ determinatione dubi
tationis aſtruere non auderet. Motio igi=
tur illorũ ſpirituũ ſummę diuinitati ap=
proximãtium inceſſabilis dicitur & intẽ
ta & ĩtima & inflexibilis: q̃a a ſe per amo
ris deſiderium in deum tendens, & mobi
lis ſemꝑ eſt, vt nunq̃ in ſe ſubſiſtat: & in
tenta, vt in illum ꝑgat: & intima, vt ad
exteriora non effluat: & inflexibilis, vt ad
alia extra ſeipſum & pręter ipſum nõ di=
uertat. Quare ergo nõ dicit abſolute in=
timę: ſed quaſi dubitãs, & an ita eſſet ſiue
ita dicendũ eſſet neſciret, forſan addidit?
Fortaſſis quia vere intimum hoc ſolum
intelligendũ & dicendũ putauit, quo in=
terius nihil eſt. Intima ergo motio nõ eſt,
niſi quæ vel ab intimo eſt, vel vſq; ad in=
timum eſt. Quia ergo diuina natura ſola
omni naturæ intus eſt, ſola ipſa ad omnẽ
naturam intima eſt: cuius motus ſine mo
tu ad creaturam ſolus in re intimus dici
tur, quia ab eo eſt quo nihil magis inti=
mũ inuenitur. Motus autem creaturę ad
creatorem q̃libet ſecretus & penetrans,
intimus tamen proprie dici non poteſt:
quia ab eo eſt, quod illi foris eſt ad quem
eſt: & cum ad ipſum qui intimus eſt, con=
tingendum ducitur, via illi vſq; ad ipſius
intima non aperitur. Quia ergo ſecundũ
aliquid & foris venit a creatura exiens,
& foris ſubſiſtit vſq; ad intima creatoris
penetrãda nõ pertingẽs, intimus omnino
nominari non debuit: licet tamen pro eo
ꝙ ab interiori natura ad intimam eſt, cõ
ueniẽter intimus dici poſſit: propter hoc
bene ait: forſan intimæ: vt innueret ꝙ ſe=
cũdũ aliquid intimum dici poterat quod
ſcđm omnem modum intimum nõ erat.
Poteſt nãq; intima dici proprietate nõ cõ
paratione. Intima illi a quo eſt: ſed nõ illi
ad quem eſt. Sequitur. Et ſuppoſitorum "
reductiue & actiue exemplatiuũ. In ſu= "
periori enumeratione expreſſit virtutem
dilectiõis veræ in deũ, ſi quãtũ eſt neſcio:
ſed puto quãtũ dici poteſt. Nũc ſubſequẽ
ter oſtẽdit eiuſdẽ dilectiõis vim effectũq;
ad proximũ. Illic motũ eius & cõuerſio=
nẽ ad ſuperiora demõſtrauit, qua creato=
rẽ ſuũ ſitiũt: hic vero exponit motũ eiꝰ &

conuersionē ad inferiora & proxima,quā ab inuicem nō recedunt.Motio igitur dilectionis quę illic ad superiora intenta & intima & inflexibilis dicitur: hic ad supposita & inferiora reductiue & actiue exēplatiuū noīatur.Motus enī ille qui in superiori est contēplatio,in inferiori est operatio.Ad superiora tendit vt in eis quiescat:ad inferiora tendit vt ea ad se reducat. Sursum ergo caritas mouetur,vt illic maneat:deorsum,vt redeat.Propterea motio caritatis in superioribus quidem ad inferiores reductiua & actiua dicitur. Reductiua in eo ꝙ illos ad creatorē suū eodem igne caritatis succēdens conuertit. Actiua in eo ꝙ illos accepta claritate illustrans ad ipsius voluntatem cōponit. Reductiua est ergo subiectorum,quia illos ad superiora trahit.Actiua,quia illos in inferioribus disponit.Reductiua,vt ad deum tendant:actiua,vt scđm deum incedant.Huiusmodi ergo motionis reductiuę & actiuæ subiectorum,id est quæ subiecta reducit ad ea quæ sunt supra se,& ad agēdum instituit in se,exemplatiuum est forma illa dilectionis,in qua exemplo superiorum subiectis ostenditur,quāto affectu caritatis & secundum deum incedere, & ad ipsum debeant inhiare. Siue vt ita legatur, exemplatiuum subiectorum: id est quod subiectis in exemplum proponitur : reductiue & actiue aduerbialiter pronunciatis eodem sensu manente. Videte ergo quomodo se expandit caritas omnia complecti desiderans in illis spiritibus beatis & deo proximis,qua si e vicino ardentibus & feruentibus amplius. Ignis dilectionis ad superiora quidem reducitur,dum per dilectionem dei bonum suū sitiens,mouetur & ad inferiora & subiecta, participes boni sui & consortes secum colligere volens.Diligentes ergo diligendi formā subiectis tribuunt: & ardētes in se alios quoq; flāma dilectionis succendūt. Propter hoc itaq; dilectio illorū exemplū facta est subiectorū ad superiora tendēdi,& scđm superiora incedē-
„ di:tanq̄ recalificās illa, videlicet subiecta & resuscitās in similē caliditatē,vt similiter ardeāt etsi nō æqualiter. Qꝫ autē ait recalificans & resuscitans,non ita intelligendum est quasi prius extincti & mortui, iterum accēdātur & viuificētur: sed ꝙ per dilectionē desup venïētem ad eadē rursus quæ sursum sunt amāda & appetēda excitēt.Per ignē ergo dilectiōis quā si recalefiūt & resuscitātur,in quibus accensa dilectiōis flāma ad illa rursum amāda reducitur,a quib⁹ prius & principali⁹ amātib⁹ in subsequētes & subiectos amatores oriebať. Oīa ergo hęc docet cogno „
minatio seraphim siue manifestatio.In eo „
nāq; ꝙ seraphim.i.incēdentes aut calefa- „
cientes cognominātur, & cognominatio ipsis est,& nobis manifestatio : qa & ipsis in voce cognominatio exprimitur,& nobis in vocis interpretatione, proprietas cognominationis manifestatur:quia non manifestarenť nisi cognominarēťur. Qui enī sibi noti sunt contemplatione, nobis īnotescūt cognominatiōe:& idcirco ipsis quātū ad vocē cognominatio diciť:nobis quātū ad vocis īterpretationē manifestatio appellať.Ipsa ergo cognominatio siue manifestatio seraphim oīa hæc docet, id est videlicet mobile eorum circa diuina & incessabile, & docet etiam calidum & acutum & superferuidū motionis eorum intentę & intimę & inflexibilis, & docet etiam exemplatiuū subiectorū reductiue & actiue quod in ipsis est,& ab ipsis ad reductionem & actionem subiectis prębeť, vt recalefiāt & resuscitētur in caliditatē similem caliditati superiorum & feruorē. Docet etiā ipsa cognominatio seraphim „
igneum cęlitus & holocauste purgatiuū „
& incircūuelatū & inextinguibile. quod „
in ipsis est primū celitus siue diuinit⁹ descendēs in ipsos:deinde ab ipsis vt ardeāt & succēdant,purgentur & purgent,reuelentur & reuelent.Et docet etiam ipsa co „
gnominatio seraphim luciformem & illu „
minatiuam proprietatem eorum haben- „
tem se semper sic. sic, id est vno eodemq; „
modo ac sine varietate & mutabilitate permanentem,& persecutricem omnis te „
nebrosę obscurificationis,vt ad ipsam nō „
accedat:& manifestatricē vt extra ipsam „
nō lateat.hæc ergo oīa seraphim cogno- „
minatio aut manifestatio docet. Et hæc „
oīa sicut diximus in vna dilectione sunt, & vna dilectio sunt:quæ ipsis desuper datur,& per ipsos ad subiectos deriuatur. Cuius dilectionis triplicem vim in illis

summis spiritibus, hac enumeratione au thor distinguit: supra ipsos, in ipsis, & sub ipsis. Supra ipsos mobilem, in ipsis vitalē, sub ipsis operantem. Supra ipsos per desi derium, in ipsis per sensum, sub ipsis per affectum. Supra ipsos quęrentem, in ipsis sentientem, sub ipsis colligentem. Supra ipsos in eo quod appetunt, in ipsis in eo quod sentiūt, sub ipsis pro iis quos ad id quod sentiunt in se, & ad id quod appe tunt supra se, secum trahunt. Propter hu iusmodi mirabiles operationes dilectiōis tam multa de ipsa dixit: in quibus fortas sis totum dixisset, si totum dici potuisset. Nos vero vtrūq; pertimescimus, si vel ne gligentes vel fastidiosi fuerimus. Durum nobis est in re tam dulci aliquid negare quod accepimus: & rursum temerarium nobis videtur adiicere quicq̄ quod nō de bemus. Quid est putatis dilectio? Quan do totum dicetur? Ecce diximus mobile illud ipsis & incessabile & calidū & acu tum & superferuidum & intentum & in timū & inflexibile & exemplatiuū & re ductiuū & actiuum & recalificans & re suscitans: & videbatur hoc multum esse, & forsitan satis: nisi adhuc sequerentur
" alia mira, nescio vtrū mirabiliora. Igneū
" inquit cęlitus & holocauste purgatiuū. Duo notanda sunt, quia igneum nomina uit, & idipsum cælitus. Nam & igneum aliud est a terra, sed nō est simile illi quod igneum cælitus est. Vrit enim & consu mit & vastat & destruit: nec societas illi esse potest cum alio. Qui enim illi appro ximant lędūtur: & si omnino ad illud cō tingunt, iam cōsumi incipiunt. Quod ve ro igneum cælitus est, suauiter ardet: & accendit quidem, sed non consumit: & si quid consumit, nō tamen ad lęsionem, sed ad purgationē: hoc enim consumit quod lęderet si cōsumptum non esset. Propter
" ea post igneum cęlitus, sequitur purgati
" uum holocauste: quia ipsum igneum pur gat, & totum purgat, & ex toto purgat: non solum a corruptione mali, sed etiam a defectu boni. Quędam enim fuerūt quę corruptionem mali contraxerant: quædā fuerunt quæ perfectionem boni nondum perceperāt: & erant vtraq; purgāda: alte ra a corruptione, altera ab imperfectione. Quæ in terra erāt, purganda erant a cor ruptione: quæ autem in cælo, purganda erant ab imperfectione. Illa, quia in prima conditione non erant perfecta: ista, quia post primam conditionem erant corru pta. Illa purgata sunt ab imperfectione, quando in glorificatione sunt cōsumma ta: ista purgata sunt a corruptione, quan do a peccato sunt liberata. Illorum ergo purgatio non erat mali emendatio, quod non habebāt: sed boni cōsummatio, quod minus habebant. Istorum autem purga tio prius erat emendatio: postea consum matio. Talem ergo purgationē in illa spi ritali cælestiq; natura intelligimus. Sed & si quis in illis purgationem intelligat non quæ inerat corruptionis, quia sem per mundi erant: sed perfectæ munditiæ cui nihil corruptionis inesse poterat: & hoc cōueniēter ītelliget. Illud ergo igneū cælitus quo inflammantur vt ardeant: & purgantur, vel ab imperfectione ad con summationem, vel ad plenam mūditiam contra omnem corruptionem: holocauste purgatiuum est, id est vniuersaliter pur gatiuum, vel in toto purgatiuū: quia to tum purgat & in toto purgat: vel ne ali qua insit corruptio, vel aliqua desit perfe ctio. Holocaustum enim est quod totum incenditur, & totum crematur.

¶Magistri Hugonis de. S. Victore expositionis in reliquā partē Cap. VII. diui Dionysii Areopagitæ de cęlesti hierarchia: cuius litera præ missa est: Lib. VII.

Cia lōga nouū exordiū poscunt. Paulo superius ingressi fuimus sermo nem de cognominatio ne angelorum, vbi au thor demonstrat quare singulis ordinibus angelorum tales sunt cognominationes siue appellationes at tributę. Et de primo quidē atq; supremo ordine qui seraphim cognominat̄, eiusdē appellationis rationē, quę a theologia da ta est, s̄m capacitatē nostrā ꝑsecuti sum⁹. Nūc superest vt eā quoq; quā de sequentis ordinis cognominatione rationē reddit, cōsideremus. Prius dixerat ꝙ cognomina tio siue manifestatio seraphim docet mo bile illorum & incessabile & calidum & acutum & superferuidum & cætera quæ

post hæc adiūcta sunt:nūc vero infert & dicit:ꝙ ipsa cognomīatio,siue manifestatio cherubim docet cognoscibile eorū & deiuidū &c. Ait enim. Ipsa vero cherubim.Duo a superiori repetenda sunt,cognominatio & docet. Ac si diceret. Ipsa cognominatio cherubim docet, id est in eo ꝙ cherubim,quod interpretatur plenitudo scientiæ,cognominātur, docetur & significat̄ cognoscibile eorū:id est cognitio siue notitia & sciētia quā habēt:& significat̄ etiā hoc noīe deiuidū eorū id est visio dei quę est in eis,quia per lumen sapientię inditū sibi maiestatē creatoris sui clare cōtemplantur.Significat̄ etiā acceptiuū altissimę donationis luminum.hoc est significat̄ ꝙ lumina diuinit⁹ data altissime & perfectissime acceperunt. In eo enim ꝙ plenitudinem scientię ex ipsa sua cognominatione habere significātur,ꝓfecto eiusdē sapiētię lumen aliūde accepisse
1.Cori.4. docētur:qa scd̄m Apostoli dictū,Si nō accepissent oīno habere nō potuissent.In eo vero ꝙ habent, notatur acceptio:in eo ꝙ plenitudinē habēt,notatur ꝑfectio.Est autē ordo ꝙ primū lumen sapiētię diuinit⁹ datum accipiūt,& postea eodē lumine illustrati authorem luminis deū vident & cognoscūt.Bene ergo illuminātur qui sic illuminātur vt eū videant & cognoscant a quo illuminātur. Multi illuminātur vt cætera videant, & ipsum per quem vidēt non videant. Sed non est magnū,opus videre si artificē ignores.Species facta beatificare nō potest, si ad operatricem pulchritudinem nō ꝑtingas.Propterea ergo cherubim cognomīatio docet cognoscibile eorū & deiuidū & altissimæ luminūdationis acceptiuum. Nota inusitatas cōpositiones in eo ꝙ ait deiuidū & luminūdationis. Docet etiam cognominatio cherubim contemplatiuū scilicet eoꝝ in prima operatrice virtute diuinę pulchritudinis & sapiētificæ traditionis repletū & cōicatiuū copiose ad secūda fusioni donatę sapiētię.Sic distingue.Cherubim cognomīatio docet cōteplatiuū diuinę pulchritudinis in prima operatrice virtute. In eo nāq; ꝙ cherubim.i. pleni sciētia dicūtur, ostēdit̄ ꝙ p. lumen datę sapiētię diuinā pulchritudinē cōteplant̄:qm̄ ꝑfecto quicqd scirēt pleni sapiētia nō essent,si diuinā pulchritudinē a qua & in qua pulchre & rōnabiliter ordinata sunt oīa, nō cognoscerent.Quia ergo pleni sunt sapiētia,diuinā vtiq; pulchritudinē cōtēplantur.Nec quolibet modo cōtemplātur,sed in prima operatrice virtute: vt primū scilicet & principaliter illuminati a deo cæteros post se illuminēt.Diuina em̄ virtus primū & principaliter & per se operatur in eos qui proximi sunt: deinde autē per illos in alios qui subsequuntur.Hoc ergo docet cognominatio cherubim:cōtemplationem scilicet pulchritudinis diuinæ in illis esse per primā operatricē virtutē:qa primū deus operatur in eis,vt postea per eos operetur.Docet etiā repletū sapiētificæ traditionis:hoc est docet repletos eos esse gratia diuina:quę sapientifica traditiōe creatoris aliis plus & aliis minus in participatione distribuitur. Mira igitur excellentia illorum ostenditur, qui illius boni quod sapientia creatoris ad pulchritudinem vniuersorū dissimiliter traditū est,nō partem sed plenitudinē habere prędicātur. Potest & aliter distingui,vt dicatur ꝙ cherubim cognominatio docet cōtemplatiuū illorū repletum,id est contemplationem illorū repletā diuinę pulchritudinis & sapiētificę traditiōis in prima operatrice virtute. Potest autē nō inconueniēter per diuinā pulchritudinē & sapiētificā traditionē hoc intelligi ꝙ diuina sapientia ex eo ipso maiorē in operib⁹ suis pulchritudinē efficit,ꝙ dona sua nō vno & eodē modo oībus participāda cōcedit.Cui⁹ nimirū pulchritudinis & traditionis summi isti spirit⁹ idcirco repleti sunt:qa dona quę inferiorib⁹ & subiectis ex parte data sunt,scd̄m plenitudinē possidere meruerūt.Seqtur.Et cōicatiuū copiose ad secūda fusioni donatę sapientię. Iterum repetēdum est a superiori: Docet cognominatio cherubim cōicatiuū eorū id est cōmunicationē vel participationē copiose fusioni donatę sapiētię,hoc est ꝙ cōicātes participāt nō modice sed copiose fusioni donatę eis sapiētię.Quę videlicet fusio primū in eis copiose facta est, vt per eos deinde fiat ad secunda:quatinus lumē sapiētiæ qd̄ ipsis primū desup copiose infundit̄, per ipsos postmodū ad secūdos,i.seqūetes ordines illuminādos trāsf

fundatur. Hanc ergo plenitudinem & dignitatem & excellẽtiam in dono sapientię & lumine veritatis cherubim cognominatio docet. Sequitur. ,, Ipsa autẽ altissimarũ & cõpactarũ sedium omni diligẽter exaltari ignominia subiectionis, & ad summũ supmũdane sursumferẽs, & omni extremitate ineffabiliter in sublimissimũ & circa vere excelsum totis virtutib9 incõmutabiliter & stabiliter collocatũ: & diuini supaduẽtus in omni impassibilitate & ĩmaterialitate acceptiuũ & deiferũ & famulãter in diuinas susceptiones apertũ. Post cognominationem seraphim & cherubim, ad cognominationẽ thronorũ trãsit explanãdam. Ac si dicat. Sicut seraphim cognominatio ardorẽ dilectiõis, & cognominatio cherubim claritatẽ cognitionis: ita quoq; cognominatio thronorũ celsitudinẽ significat dignitatis: pro eo q̄ inuisibilis cõditor in ipsis sedẽs. p eos subiecta oĩa iudicãdo disponit. Propter hãc eñ dignitatẽ & excellẽtiã iudicii diuini quod per eos exercetur, ipsos thronos altissimas & cõpactas sedes noĩauit: altissimas propter dignitatẽ, cõpactas propter veritatem. Thronos nãq; regnãtiũ & iudicãtiũ sedes esse manifestũ est. Et ad regnãtem quidem sublimitas, ad iudicantẽ vero veritas ptinet. Et idcirco ipsos thronos merito altissimas sedes nominauit: quia in eis regnãs superiorem nõ habet: & compactas, quia in eis iudicans a veritate non dessidet. Quid est compactum? Apte & cõuenienter cõiunctum. Videte iuncturã sedium dei. Iunctura sediũ dei cõueniẽtia est iudiciorum. Omne iudiciũ ex alio aliud infert. Ex culpa pœnã: & iustitia gloriam: ex merito prẽmiũ: ex qualitate operis qualitatem retributionis. Inuenit culpam, adiudicat pœnam. Inuenit iustitiam, adiudicat gloriã. Bene iũgitur, compacta est sedes ista. Bene cõuenit, & apte cohęret. Pœna culpę, gloria iustitię. Si gloria culpę iungeretur, & pœna iustitię, nõ cõuenirẽt adinuicẽ, neq; cõpactam sedẽ haberet iudiciũ. Compactio ergo sediũ veritas est iudiciorũ. Sciendum vero est q̄ omne inferius iudiciũ cum in quæstionem venerit aut cõtradictionẽ a superiori, aut testimoniũ, aut firmamentũ sumere solet. Sũmũ autẽ iudiciũ q̄a supra se aliud nõ habet a quo cõfirmetur: iure sedes dei nõ solũ compactæ per veritatẽ, sed altissimę nominãtur per dignitatem. Si autem nõ compactas sed subleuatas legerimus, quod ex ambiguo gręcę dictionis similiter intelligi potest: hoc significatur q̄ cælestes illi spiritus quibus ad iudicãdũ præsidet deus, q̄ singulariter alti sunt in gloria nõ per celsitudinẽ naturæ, sed per subleuationẽ gratiæ meruerunt. Dicat ergo. ,, Ipsa aũt altissimarũ & cõpactarũ sediũ, id est thronorũ (iterũ a superiori subaudiẽdũ est cognominatio) docit hoc, scilicet eosdẽ thronos exaltari siue exaltatos esse diligẽter. i. perfecte ab oĩ ignominia subiectionis, hoc est ab omni ignominiosa subiectione. Nã quãto perfectius pręsidẽti deo subiecti sunt, tãto verius per ipsum & in ipso supra cętera oĩa sublimari meruerunt. Quia ergo throni nõ subiectionẽ sed dominationẽ significãt, dum cælestes illos spiritus sermo dei thronos nominat, in eo ipso perfecte dominãtes & ab oĩni subiectiõe liberos esse demõstrat. Sic ergo cognominatio thronorũ docet eos ab oĩ ignominia subiectionis exaltatos: docet etiã sursumferẽs illorũ id est subleuationẽ illorũ vsq; ad summũ: & hoc supmũdane, id est spũaliter siue inuisibiliter, exaltatione videlicet spiritali & inuisibili, atq; oẽm mũdanã & visibilem celsitudinem trãscendẽti. Cognominatio ergo thronorum non solum docet eos per dominationẽ inferioribus esse prælatos: sed per sublimationem quoq; vsq; ad summum exaltatos: vt videlicet inter ipsos & eum qui summus est, medium non sit aliquid. Sequitur.

,, Et omni extremitate ineffabiliter & sublimissimum, & circa vere excelsum totis virtutibus incommutabiliter & stabiliter collocatũ. Ipsa scilicet thronorũ cognominatio docet collocatũ. i. collocationem illorũ siue stabilimẽtũ incõmutabiliter & stabiliter factũ, totis virtutibus, id est omnimoda virtute & incõcussa fortitudine. Factũ dico ĩeffabiliter lõge ab oĩ extremitate, hoc est vltra omnem finem, in sublimissimum & circa vere excelsum. Vbi enim esset sedes dei, nisi vbi deus sedet? Vbi habitat deus, vbi regnat, vbi sedet, vbi quiescit, ibi throni eius sunt

& sedes eius. Videte q̄ longe sunt a nobis. Q̄ lōge est ab omni subiectione summa maiestas, ab omni corruptione æterna icōmutabilitas. Vbi maiestas est, thronus est: vbi incōmutabilitas est, sedes est. Thronus significat incōmutabilitatem. Ergo in ipsa æternitate, in ipsa incōmutabilitate sedes dei collocatæ sunt. Et q̄ longe hoc sit ab omni extremitate quis dicere potest? Quid est extremitas? Finis. Vbi finis est, extremitas est. Finis in summo, finis in imo. In vtroq; creatura finem habet. Finis in imo est, vbi cessat defect⁹, ne in nihilum eat quod aliquid est. Finis in summo, vbi se sistit profectus: ne extra mensuram se extendat quod magnū est. Quātum ergo infima superant qui ineffabiliter summa transcendunt? Possumus adhuc alio modo non incōuenienter extremitates istas interp̄tari. Extrema quippe sunt quæ extra sunt visibilia omnia: quia sicut ab īfimis sursum ascendēti supremum est quo nihil est altius: ita ab intimis foras prodeunti extremum est, quo nihil est exterius. Subsellia ergo diuina sicut in eo ꝙ throni dicuntur a subiectione infimorū ostenduntur per dignitatem in summo excellenter subleuata: ita quoq; in eo ꝙ sedes dicuntur demōstrantur ab omni fluctuatione extremorū per stabilitatem in intimo incōmutabiliter collocata. Et tamen neq; sursum subleuata ineffabili celsitudini æquari possunt, sub qua sunt: neq; ad īteriora collecta simplici vnitati comparari, circa quam sunt. Propter hoc ergo sedes dicuntur quia & subtus sunt per ineffabilem maiestatē superius præsidenti, & in circuitu sunt per incōmutabilem vnitatem interius quiescenti. Hoc ergo cognominatio thronorū docet: & nō solū hoc, sed docet etiā ac-
" ceptiuum diuini superaduentus: hoc est ꝙ diuinitatem desuper eis aduenientem accipiunt in omni impassibilitate & immaterialitate: hoc est incorrupte & pure. Quia enim illam accipiunt in puritate, immaterialiter illam accipiunt: & rursum quia illam sine labore & fatigatione suauiter influentem accipiunt, impassibiliter illam accipiunt. Qui ad occultæ diuinitatis notitiam per studium & laborem proficiunt: isti diuinum superaduentum passibiliter accipiunt. Rursum quibus occulta diuinitas per signa exteriora & figuras corporales cognoscendā se ingerit, ad ipsos quodāmodo quasi materialiter venit. Quia ergo summi illi spiritus ad percipiendam diuinitatis notitiā nec studio proficiunt, nec materialib⁹ figuris erudiuntur: recte diuinum superaduentum & impassibiliter & immaterialiter accipere perhibentur. Sequitur. Et "
deiferum & famulariter in diuinas sus- "
ceptiones apertum. A superiori iterum "
subaudiendū est, cognominatio thronorum docet, scilicet deiferum illoꝝ, hoc est ꝙ deum sibi p̄sidentem ferunt: & famulariter apertum in diuinas susceptiones, hoc est ꝙ famulariter, id est obœdienter se aperiūt & volūtarie coaptāt, vt ipsum deum aduenientem in se suscipiant, quatinus diuinæ operationi voluntas subiecta respondeat, & ministeriū sacrū nō necessitudinis sed dilectionis esse comprobetur. Rectus ordo. Primum subsellia dei subleuantur per dignitatem: deinde collocantur per stabilitatem: postea deū aduenientem in se suscipiunt & ferunt. Postremo quia rationalia sunt vehicula, vt opus felicitatis sit, ministerio desiderium & voluntatem adiungunt. Sequitur.

Hæc quidem nominum ipsorum quan "
tum ad nos declaratio. Cōtinuat seip̄m "
ad sequentia. Dictis eñ cognominationibus trium ordinū, nunc ad eorūdem hierarchiam, id est sacrā potestatem definiēdam & exponēdam transit. Hæc quidem scilicet hæc quam supra diximus, est declaratio nominū ipsorum videlicet trium ordinū. Est dico quātū ad nos, id est quātum nobis videtur: vel quantum ad nos est declaratio nominum ipsorum, id est propter nos: vt nobis per nomina declarentur, non propter ipsos qui sibi & sine nominibus noti esse possunt. Sequitur.

Dicendum vero quam hierarchiam eo "
rum existimamus. Ac si diceret. Hactenus de cognominatione illorū diximus: "
nunc vero de sacra potestate eorū qualē eam existimamus esse, dicere debemus.

Omnis quidē enim hierarchiæ specula "
tionem deum imitanti deiformitate de- "
pendentē ineffabiliter esse, & diuidi oēm "
hierarchicā actionē in participationem "

„ ſacram,& traditionem purgationis purę,
„ & diuini luminis & perfectiuæ ſcientiæ:
„ ſufficienter iam a nobis dictum eſſe arbi
„ tror. Senſus hic eſt. Arbitror ſufficienter dictum eſſe iam a nobis: omnis hierarchiæ ſpeculationem id eſt generalem hierarchiæ diffinitionem, ineffabiliter dependentem eſſe ex deiformitate, hoc eſt ex ſimilitudine dei: ſimilitudine dico imitãti deum: hoc eſt ex ſimilitudine imitationis dei. Satis, inquit, iam dictũ arbitror quid ſit hierarchia generaliter diffinita, ſcilicet deiformitas, id eſt conformatio vel ſimilitudo ad deum quę ineſt imitantibus deum. Superius namq; in tertio capitulo vniuerſaliter hierarchiam ita diffinit. Hierarchia eſt ad deum, quãtum poſſibile eſt, ſimilitudo & vnitas. Propter hoc ergo arbitror ſufficienter iam dictum eſſe quid ſit hierarchia: quãtum ſcilicet pertinet ad generalem diffinitionem. Similiter arbitror ſatis iam dictum eſſe omnem hierarchicã actionem diuidi, id eſt ꝙ oĩs hierarchica actio diuidĩ in participationem ſacram & traditionem purgationis purę, & diuini luminis & perfectiuę ſciẽtię. Omnis eĩ ſacræ poteſtatis actio vel in eo cõſtat quod participãt a ſuperiori, vel in eo quod tradũt inferiorib⁹ purgationem & illuminationẽ & perfectionem. Triplex eſt gratia, quã duob⁹ modis exercent, accipiẽdo & impertiẽdo, primum eſt purgatio ad puritatem, deinde illuminatio ad veritatem, deinde perfectio ad bonitatẽ. Hæc eſt eĩ perfectiua ſciẽtia quæ perficit & perfectos facit, quãdo ex habitu virtutis veritas percipitur.
„ Nunc au
„ tem dicere digne proſequamur excellen
„ tiſſimos intellectus, quomodo iam ſcd̃m
„ eos hierarchia ab eloquiis manifeſtatur.
Ac ſi diceret. Quoniã ſuperius vniuerſaliter hierarchię & diffinitio & diuiſio ſufficienter a nobis data eſt: nũc proſequamur digne dicere excellẽtiſſimos intellectus, id eſt ſupremos ſpũs ſeraphim. ſ. cherubim & thronos, in quib⁹ prima angelica hierarchia ordinata eſt. Proſequamur dico dicere quõ hierarchia ſcd̃m eos, id eſt quomodo eorũ hierarchia ab eloquiis ſacris manifeſtatur. Hoc eĩ ordo rationis expoſtulat, vt poſt generalem diffinitionem & diuiſionem hierarchiæ, ad ſpecialem tractationẽ eius ſermo deſcendat. Imprimis quidẽ de prima hierarchia quę in trib⁹ illis ſummis ordinib⁹ cõſiſtit quęrendũ eſt, qualem eam eſſe ſacra eloquia manifeſtant. Et ne forte quis putaret eorũ ſacrã poteſtatẽ idcirco diuerſam eſſe, quia ordines eorũ differentes inueniuntur, dicit in omnib⁹ tribus vnam eſſe oĩno & conſimilem hierarchiam: inquantũ videlicet oẽs ſummę & principali hierarchię primo loco vniũtur, & ab illa ſuę ſacrę poteſtatis dignitatẽ imediate ſortiuntur. Hoc eſt eĩ quod ſubiũgit, dicẽs.
In „
primis eſſentiis quæ poſt ſubſtãtificã ea „
rũ diuinitatẽ collocatę, & veluti in veſti „
bulis ipſius ordinatę omnem ſunt inuiſi „
bilem & viſibilem ſuperexcellẽtes factam „
virtutem, propriã exiſtimandũ eſt eſſe & „
omnino ęquiformem hierarchiã. „
Primę eſſentiæ ſupremi illi ſunt & principales tres ordines angelorum quę inter omnes creaturas primæ ſunt, & poſt diuinitatẽ ſubſtantificam earum, id eſt quæ eas ſubſiſtere facit, primo conſtitutæ, & veluti in veſtibulis ipſi⁹ ordinatæ, id eſt ita prope vt quicquid vltra ſit non niſi in ipſa & ipſa ſit diuinitas. In illis ergo primis eſſentiis quę ita collocatę & ordinatę, proximæ diuinitati ſuperexcellentes ſunt, & trãſgredientes omnẽ factã virtutẽ inuiſibilem & viſibilem: id eſt omnis facturę ſiue creaturæ virtutẽ ĩuiſibilis & viſibilis. In illis inquã eſſentiis exiſtimãdũ eſt eſſe hierarchiã. i. ſacrã poteſtatem: propriã. i. diſcretam & differentem ab aliis in ſe: & omnino ęquiformẽ. i. conſimilem & ęqualem inter ſe. In illa enim ſacra poteſtate quam habẽt, ſicut ſunt aliis omnibus excellentiores, ita adinuicem omnino ęquales exiſtũt: ita vt ſinguli in eo qd̃ a ſumma diuinitate immediate accipiũt, alios ſuperiores non habeãt: & in eo quod inferiorib⁹ ex diuina participatiõe largiunt, oẽs ſimiliter primi diſpẽſatores exiſtant. In hoc ergo vna eſt & conſimilis hierarchia in tribus. Sequitur.
Puras igitur „
eas eſſe exiſtimãdũ: nõ vt immundis ma „
culis & inquinationib⁹ liberatas, neq; vt „
materialium receptiuas phantaſiarũ: ſed „
vt omni diminutione mundas & altio „
res: & omni ſuperfirmato tẽplo ſcd̃m ex „
celſiſſimã caſtitatẽ oĩbus deiformiſſimis „

,, virtutib⁹ supcollocatas:& pprio p se mo
,, tu,& eodē motu secūdū diligētis deū in-
,, cōuersibile ordinis,ieffabiliter receptas:
,, & in subiectis contumeliam omnino ne
,, sciētes,sed incasualē vt & intrāsmutabi-
,, lem habentes propriç deiformis speciali
,, tatis purissimam collocationē. Superi⁹ dixit in tribus illis excellētissimis ordinib⁹ āgelorū vnā esse & cōsimilē oīno hierarchiā.i.sacram potestatem: nūc consequenter adiungit ea quæ ad hierarchicā actionem.i.sacræ potestatis operationem pertinent,perfecte illis inesse: hoc est purgationem,illuminationem,perfectionem. Quæ tria omnis sacra potestas sub summa potestate ordinata duob⁹modis exercet.s.a superiori accipiendo,& inferioribus impertiēdo.Dicit ergo ꝙ istę primæ essentiæ in quib⁹est prima hierarchia ordinata,purgationem habent, quam & a superiori diuinitate accipiunt vt purgētur,& inferioribus conferunt vt purgēt. Accipiunt aūt purgationē non quasi ab aliqua immūditia vel corruptione liberādæ,sed ab omni imperfectione & diminutione perficiendæ.hoc est qđ dicit.Existimandum est puras eas esse:videlicet primas illas essentias:puras dico,non tamen ita quasi liberatas ab aliquibus immundis maculis & inquinatiōibus:quia nūq̄ immūditiam aliquam aut inquinationē habuerunt:neq̧ ita puras quasi receptiuas materialium phantasiarum:quia oīno materiales phantasias non recipiūt,& ꝑpterea purgari ab eis non indigent, qa omnino eas non habēt:sed potius ita puras,quasi mundas & alienas ab omni diminutione & imperfectione.Sane per immundas maculas & materiales phantasias duo genera spiritualis inquinationis expͣssit:vnū quod est in desideriis prauis, alterum qđ est in cogitationibus vanis. Desideria eñ praua mūditiā cordis quasi lutum inquinant:vanæ autem cogitatiōes quasi puluis quidam superaspersus claritatem eius obnubilant.Quia igitur purissimę illę essentię summorū spirituū, neq̧ in prauis desideriis,nec in cogitationibus vanis corruptionē vllā suscipiunt, idcirco neq̧ ab immundis maculis, neq̧ a materialibus phantasiis mūdari exposcunt.Purę igitur intelligendę sunt: non quasi purificatæ a corruptione:sed quasi mundæ ab imperfectione:nec solū ab imperfectione alienę,sed etiam per excellentiam perfectionis cæteris omnibus perfectis altiores & supercollocatę.hoc est eñ qđ sequitur. Et altiores subaudit̄ existi ,,
mandum est esse primas illas essentias: ,,
& supercollocatas omnium superfirma- ,,
to templo,id est omni rationali creaturæ ,,
in qua deus habitat:& quę per inhabitātem ipsum ad summum bonū est confirmata.Omnibus his primæ illæ essentiæ supercollocatæ sunt secundum excellētissimā castitatē suā.i.excellētiorē castitate reliquorū omniū.castitatē dico existentē in oībus virtutib⁹,hoc est oīmodis virtutib⁹ illarꝫ:deiformissimis, hoc est ad cōformitatē dei magis accedētib⁹ q̄ virtutes aliorū accedūt. Sic ergo existimandū est primas illas essentias & puras esse & per excellētiam puritatis cęteris altiores & supercollocatas esse. Et existimandum est etiam ad ipsam puritatem in deo participandam ineffabiliter receptas esse ꝓprio motu p se, hoc est sine mediatore:& eodem motu,hoc est sine deuiatione semper in idipsum intendente:secundum inconuersibile hoc est inconuersibilitatem ordinis deum diligentis. Qui eñ nunq̄ tepescunt a dilectione,nunq̄ flectuntur aut conuertuntur ab intentione.Sequit̄.
Et in subiectis contumeliā omnino ne ,,
sciētes,subauditur existimandū est.Sicut eñ puritatē dei desuper participant sine diminutione:ita inferius participandam ꝑbent sine elatione:in hoc ipo deum imitantes qui dat omnibus affluenter & nō improperat. Iaco.1. Propterea,inquit,existimandum est nescientes esse contumeliam in
subiectis:sed potius habentes collocatio ,,
nem propriæ deiformis specialitatis inca ,,
sualem vt & intransmutabilem. Propriā ,,
deiformē specialitatem intelligit,excellētem & singularem conformationis diuinæ pulchritudinem:quæ in illis summis essentiis est:in qua ita purissimæ & perfectissimæ collocatæ sūt & fundata vt collocationem habeant incasualem: cui casus dominari non pōt:& merito incasualem, vtpote intransmutabilem vel incōmutabilē. Sūma ergo hui⁹ capituli hęc est,ꝙ primę & pricipales illę essentię pur

gationem siue puritatē suā sine diminu-
tione participant, sine elatione participā
dā præbēt, sine mutabilitate incorruptā
possident. Et hæc quidem de purgatiōe
illorum dicta sunt. Postea de illuminatio
ne iungit dicens. Cōtēplatiuasq; ite-
rum sensibiliū symbolorū aut intellectua
lium speculatiuas, neq; vt varietate sacre
scribentis theoriæ in diuinum reductas:
sed vt omnis immaterialis scientiæ altio
ri lumine repletas, & formificę & princi-
palis pulchritudinis & superessētialis &
terlucentis cōtēplatione (quantū fas)
refertas, cōmunione aūt Iesu similiter di
gnefactas, non in imaginibus sacrefictis
formatiue figurant deificam similitudi-
nē: sed vt vere ipsi approximantes in pri
ma participatione scientiæ deificū eiꝰ lu
minum: & quia a deo simile ipsis substan
tialiter donatum est. Cōmunicant autē
huiusmodi, vt possibile in præoperatrice
virtute deificis ipsiꝰ & hūanis virtutibꝰ.

Hoc totū de illuminatione dictum est. Ac si diceret. Non solum existimandum est primas illas essentias purgationē habere, & puras eē: sed iterū hoc est adhuc existimandū est, illuminationem habere & contemplatiuas esse sensibiliū symbolorum, & speculatiuas intellectualium. Sensibilia symbola materialia sunt signa, siue in creaturis, siue in scripturis, siue in sacramentis diuinis, ad demonstrationē inuisibilium proposita: quorū mysticā significationem & inuisibilem veritatem summi illi angelici spūs per diuinā illuminationē cōtēplando agnoscunt. Speculantur etiam per eandem illuminationē intellectualia, subaudi symbola. i. spirituales theophanias. i. diuinas manifestationes per quas, eis intus occultæ & inuisibilis diuinitatis natura manifestatur. Vel sic legi pōt. Existimandum est eas. s. essentias cōtēplatiuas esse sensibiliū symbolorum: & speculatiuas intellectualium & non (subaudi) symbolorū. Foris eñ in sensibilibꝰ vbi materialia signa sunt, symbola sunt: intus aūt ī ītellectualibus, vbi signa nō sūt sed veritas, symbola nō sūt. Propterea in sensibilibus sacris symbolis signa veritatis cōtēplantur: intꝰ autē in intellectualibus absq; signis nudā veritatē speculanť. Propterea existimandū est, cōtemplatiuas esse sensibiliū symbolorū & siliť speculatiuas intellectualiū: non tamē quasi reductas in diuinū, hoc est ī diuinam cognitionē, varietate. i. multiplici doctrina theorię. i. diuinę scripturę: theoriæ dico sacrescribentis: quia. s. de diuinis & sacris rebꝰ scribit & loquitur. Per diuinæ eñ cōtemplationis simplicem illuminationē, non per variā & multiplicē scripturarū doctrinā eruditæ, oēs sacras figuratiōes & sensibilia signa, q̄ vel in veteri vel in nouo testamento, vtpote tabernaculū fœderis & arcā testamenti & cętera hmōi q̄ ad demonstrationem inuisibilium scriptura ꝓponit: visibiles etiā species creaturarum per quas inuisibilia demonstrantur: mysticas quoq; reuelatiōes per sensibiles formatiōes factas: omnia. s. hæc sacra symbola cōtēplantur. Et non solum hæc quę foris sunt, sed intellectualia quoq; quæ per purā & nudam veritatem intus lucent, speculātur. Ad horum aūt omnium speculationem & diuinā cognitionem, non existimandum est eas reductas esse varietate sacre scribētis theoriæ, hoc est multiplici doctrina diuinarū scripturarū quę ad hoc solum necessaria est vt mentes hoīm abalienatæ a deo ad cognitionem veritatis reducanť, & p varia dispersa colligantur in vnum. Nō ergo existimādū, summas illas essentias horum oīm cognitionē habere quasi p doctrinā scripturarū eruditas: sed potiꝰ vt repletas altiori lumine. i. excellētiori cognitione oīs imaterialis, hoc est spūalis scientiæ. Altius qppe & dignius est lumē cognitionis quod ītus per īuisibilem aspirationē īfunditur, q̄ quod extrinsecꝰ per doctrinæ eruditionē possideť. Ipsas itaq; summas. s. essentias existimādum est visibiliū & īuisibilium cognitionem hr̄e, vtpote repletas tali lumīe: & vt etiam refertas cōtemplatione pulchritudinis formificæ & principalis & superessentialis & terlucētis. Refertas dico, quātum fas est, id est possibilitati creaturę cōcessum. Significat aūt diuinā pulchritudinem: quę formifica est, qa scdm se formauit a se facta oīa: & pricipalis est, qa cum sit forma oīm, ipsa tamen ab alio formam nō accepit: & superessentialis est, qa non solū præcedit per formā in eo ꝙ exemplar est oīm

ſed trãſcẽdit quoq; per eſſentiam in eo q̃ eſt creatrix vniuerſorũ.Seqtur. Et terlucentis.ſ.pulchritudinis cõtemplatione refertas exiſtimandũ eſt.Terlucẽtem pulchritudinẽ eandẽ diuinã pulchritudinẽ ſignificat:q̃ in tribus lucet,cũ ipſa tamẽ triplex non ſit ſed vna. Pater & filius & ſpũs ſanctus tres perſonæ ſunt: ſed deus vn⁹,deitas vna,natura vna,eſſentia vna, pulchritudo vna. Vides patrẽ,pulchritudinẽ illam lucẽtem vides in patre: vides filium,pulchritudinẽ illã lucẽtem vides in filio : vides ſpm̃ ſanctũ,pulchritudinẽ illam lucentem vides in ſpũ ſancto.Quaſi ergo terlucet,quia in tribus lucet:cum tñ ipa triplex non ſit:ſed vna quæ lucet. Alius eſt pater in perſona,ibi lucet.Ali⁹ eſt filius in perſona,ibi lucet.Ali⁹ eſt ſpiritus ſanctus in perſona,ibi lucet. Et tamen patris & filii & ſpũs ſancti,ſicut deitas vna & natura vna , ita pulchritudo vna.Propterea,inquit,exiſtimãdũ eſt terlucentis pulchritudinis contẽplatiõe refertas. Quid ergo mirum eſt,ſi ſummę illæ eſſentiæ opera diuina viſibilia & inuiſibilia perfecte cognoſcũt:quæ ipſi⁹ creatoris cõtemplatione quãtum.ſ.creaturæ poſſibile eſt,plenę ſunt.Sequiẽ. Cõmunione aũt Ieſu ſimiliter dignefactas:ſubauditur exiſtimandũ eſt.Nota ibi eſſe cõpoſitionẽ dignefactas.i.dignas factas.Nõ ſolũ,inquit,diuinitatis contẽplationẽ & cognitionẽ percipere meruerunt: ſed illi⁹ etiam ſaluationis quæ in hũanitate Ieſu perfecta eſt cõmunione,& cognoſcẽdo & participando dignefactæ ſunt. Cõmunicauerũt eñ Ieſu:myſterium incarnatiõis eius,& anteq̃ fieret prędicẽdo,& cum fieret adminiſtrando , & poſtq̃ perfectũ eſt homini ad æternitatẽ reparato in eadem beatitudinis ſocietate cõgaudẽdo. Poſtea ſubiũgit,oſtẽdens q̃ diuinã cõtemplationem ſine aliquibus figuris immediate ab ipſa diuinitate illuminatę percipiunt. Sicut eñ ſuperius demõſtrauit q̃ cognitionẽ omniũ viſibilium & inuiſibiliũ nõ per exteriorem doctrinam,ſed per ĩternã in ipſa dei ſapientia legũt & hauriũt:ita nũc demonſtrat q̃ eandem contemplationem diuinam nõ per aliquas formas vel imagines mediantes,ſed ab ipſa diuinitate primo loco immediate nude & pure percipiunt.Non,inquit,figurant deificã ſimilitudinẽ formatiue in imaginibus ſacrefictis:ſed potius figurãt eã vt vere approximãtes ipſi ſcilicet deificę ſimilitudini vel diuinitati: approximantes dico in prima participatione ſcientiæ deificũ eius luminum,id eſt deificantium ei⁹ illuminationum. Deifica ſimilitudo ipſa eſt contemplatio diuina:quia dum p eã illuminati lucẽtes ſũt , quodãmodo ipſi⁹ lucis illuminãtis ſimilitudinẽ accipiunt. In hac autem deifica ſimilitudine nõ ſe figurant,neq; illam ſibi acquirũt per aliquas ſacras imagines formatas & fictas id eſt compoſitas ad demonſtrationẽ ſpiritualiũ : ſicut homines qui per viſibiles & materiales demõſtratiões in ſacro eloquio erudiuntur ad inuiſibilium cognitionem. Non ergo mediantibus eiuſmodi illę ſummæ eſſentiæ illuminãtur contemplatione diuina:Sed vt vere approximãtes ipſi,id eſt nõ per aliud,ſed p ipſam veritatem approximãtes ipſi veritati:qa inter ipſas & veritatẽ nihil eſt mediũ.& idcirco approximãtes ſunt in prima participatione ſcientię:quia primo loco participant ſciẽtiam deificum eius luminũ: quia immediate contemplantur & ſciũt & cognoſcunt lumina eius deifica, id eſt deificantia:quia illumiatos a ſe p diuinã ſimilitudinẽ quodãmodo deos efficiunt. Sequitur. Et quia deo ſimile ipſis ſubſtãtialiter donatũ eſt.Ideo etiam inquit vere & in prima participatione approximãtes ſũt ipſi diuinitati:quia deo ſimile donatum eſt ipſis,id eſt quia ſimilitudo dei donata eſt ipſis ſubſtãtialiter.Q; eñ deo ſimiles ſunt nõ ex alio aut per alium habent:ſed quia ipſam diuinitatem ſubſtãtialiter nude & pure percipiunt. Vel ſimile deo donatum eſt eis ſubiectiſſime, quia proximo loco ſubiecti ſunt : vt ipſã ſimilitudinem dei prima participatione ſuſcipiãt.Sequitur. Cõmunicãt huiuſmodi vt poſſibile eſt in pręoperatrice virtute deificis ipſius & humanis virtutibus. Concludit ſupradicta.:Quia eñ refertæ ſunt huiuſmodi,id eſt iſtę ſummæ eſſentiæ contemplatione principalis pulchritudinis:idcirco communicant deificis virtutibus : & quia dignefactæ communione Ieſu:idcirco communicant hu

manis virtutibus: & quia primo & proxi
mo loco participant, idcirco communi-
cant in preoperatrice virtute dei: quę sci
licet primum in eis operatur vt postea
operetur per eos. Vel humanas virtutes
Iesu vocat virtutes eius ex humanitate,
id est ex clementia siue benignitate exhi
bitas: vt sit sensus, quoniam sicut eiꝰ vir
tutibus cōmunicant in contemplatione
maiestatis, ita etiam cōmunicant in coo-
peratione benignitatis. Communicāt ipsi
per cōtemplationem in sua maiestate: cō
municant ipsi per ministerium coopera-
tionis in nostra redemptiōe. Sic ergo cō-
municant deificis & humanis virtutibꝰ
ipsius: & hoc est quātum possibile est eis
secundum datæ gratiæ mēsuram. Hac-
tenus de illuminatione illarum dictū est.
Nunc tertio loco subiungit de perfectio-
ne. Sequitur. Perfectas autem similiter:
non vt sacra varietate analyticam scien
tiam illuminatas, sed vt prima & supere-
minenti deificatione repletas, secundum
excellentissimam, quātum in angelis, di-
uinorum operum scientiam. Ac si dicat.
Non solum puras & illuminatas eas esse
existimandum est: sed etiam perfectas in
scientia ex habitu virtutis percepta, non
tñ quasi illuminatas siue eruditas scien-
tiam vel disciplinam analyticā, id est re
solutoriam: sacra varietate, id est multi-
plici doctrina sacræ scripturæ. Non enim
sicut homines foris multiplicitate sermo
nis erudiuntur, vt eis per disputationes
& disertationes ea quæ occulta sunt &
perplexa in scientia ac disciplina resoluā
tur: sed per simplicem intus contempla-
tionē illuminati accipiūt, vt ab eorū co-
gnitione nihil eorum quæ sciri possunt
abscondatur. Sic igitur eas existimandū
est esse perfectas, nō quasi illuminatas ad
resolutiuam & explicabilem scientiā per
varietatem sacri eloquii: sed quasi reple-
tas prima & supereminenti deificatione:
hoc est diuina illuminatione, qua ante
alias omnes cælestes essentias illuminan
tur secundum scientiam diuinorum ope
rum: excellentissima quātū in angelis. s.
excellens esse potest. Non enim per alias
sanctas essentias, sed ab ipsa diuītate san
ctificatę in ipsam immediate extendunt
omnibus supereminēti virtute & ordie:
& ad castissimam omnino fortitudinem
collocantur: & ad immaterialem & inui
sibilem pulchritudinem, quātū fas, in cō
templationem adducuntur: & ad diuino
rum operum scibiles rationes vt primæ
& circa deum essentiæ flectuntur: & ab
ipso perfectiōis principe excelsissime san-
ctificatæ sunt. Probat summas istas es-
sentias ante omnes alias & supra omnes
alias cælestes essentias illuminationē di-
uinam percipere: quia non per alias san-
ctas essentias, sed ab ipsa diuinitate san-
ctificatæ, in ipsam imediate per dilectio-
nem & sublimationem extendunt, secun
dum virtutem & ordinē, hoc est gratiā
& dignitatem quam habent omnibus su
pereminentem. Sic itaq; diuinitati imme
diate coniunctę ab ipsa sola accipiunt &
purgationem & illuminationem & perfe
ctionem. hoc est qđ dicit: Collocantur. i.
stabiliuntur ad castissimā omnino forti-
tudinem, siue inflexibilitatem, hoc est for
tem & inflexibilem & incorruptibilē ca-
stitatem. Adducuntur etiam per illumi-
nationem, quātum fas, id est licitum vel
cōcessum est, in contemplationem ad im
materialē & inuisibilem pulchritudinem
creatoris contēplandam. Flectuntur etiā
sicut in molli cęra, vel informant vel eru
diuntur, siue etiam perficiuntur ad scibi
les rationes diuinorum operū: vtpote pri
mæ essentię & circa deum proximo loco
consistentes: & q̄ ab ipsa perfectionis prin
cipe. s. diuinitate excelsissime sanctifica-
tę sunt. Sequitur. Hoc ergo & theolo-
gi aperte declarant, suppositas quidē cę-
lestiū essentiarum dispositiōes a superfir
matis ornate erudiri deificas scientias:
oīm vero altiores ab ipsa diuinitate, q̄tū
fas, ad doctrinam illuminari. Authorita
te ꝓbat qđ dixerat: supremos. s. angelorū
ordines a sola diuinitate illuminari: infe-
riores autem a superioribꝰ erudiri. Hoc
eñ theologi. i. ꝓphetę & q sancti de cęle
stibus & diuinis locuti sunt, aperte decla
rāt: suppositas quidē dispositiones. i. infe
riores ordines cælestiū essentiarū, ordina
te. i. pulchre & couenieter erudiri ad dei
ficas sciētias, a superfirmatis. i. superposi-
tis ordinibꝰ: eas vero q̄ altiores sūt oīm,
ab ipsa diuinitate q̄tū fas est. i. possibile
illis, ad doctrinam illuminari. Sequitur.

" Quasdã em̃ earum introducũt a prio-
" ribus sacre eruditas, dominum esse cęle-
" stium virtutum, & regẽ glĩæ in cęlos hu
manitus receptum. Exẽplũ ponit vbi cæ
lestes essentiæ inferiores a supiorib⁹ eru-
ditæ sũt: vbi.s.theologi introducũt quas
dã earũ a priorib⁹ siue a superiorib⁹ eru-
ditas vt scirent deum dominũ cælestium
virtutum & regẽ glorię secundum hũa-
nitatẽ suã in cælos esse receptum. Sic.n.
scriptum est ꝙ saluatore scd̃m carnẽ ac-
ceptam ascendente in cælum, quibusdam
angelorũ humanitatis eius exaltationẽ
adhuc ignorantibus atq; ideo admirãti-
bus & dicentibus: Quis est iste rex glĩæ?
ab aliis amplius illuminatis dictũ est: do
minus virtutũ ipse est rex gloriæ. In quo
probatur aliquãdo alios ab aliis erudiri.
" Sequitur. Quasdã vero apud ipsum Ie-
" sum quærentes, & pro nobis suæ diuinæ
" actionis scientiã discẽtes: & eas ipsum Ie
" sum immediate docentem: & ꝑlargiens
" eis manifestantem suã humanã benigni
" tatẽ. Ego em̃ (inquit) disputo iustitiã &
iudiciũ salutaris. Hoc exẽplum de Esaia
sumptũ est ad probandum ꝙ supremi or
dines angelorum a solo deo ad sciẽtiam
veritatis illuminãtur. Quasdam vero so
las cælestes essentias ĩtroducũt ipsi theo
logi, q̃rentes.i.quæstionem facientes apd̃
ipm̃ Iesum: & discẽtes, non ab alio sed ab
ipso qui deus est, scientiã suæ actionis di
uinæ pro nobis exhibitę. Actionẽ diuinã
ipsi⁹ Iesu vocat passionẽ & mortem, quã
pro nobis sustinuit. Quæ actio idcirco di
uina dicit̃: qa soli deo possibile fuit: vt ꝑ
mortem, mortis destrueret potestatẽ. Hu
ius ergo actionis scientiam cælestes essen
tias ab ipso Iesu quærentes introducũt,
vbi indumentũ carnis assumptæ sangui
ne passionis cruentatum cernẽtes dicũt
Esa.63. Quis est iste q venit de Edom tinctis ve-
stibus de Bosra? Et deinceps. Quare ergo
rubrum est vestimentũ tuum, & indumẽ
tum tuũ sicut calcantiũ in torculari? Ita
ergo quærentes & discere appetentes in
troducunt. Introducũt etiã ipm̃ Iesũ eas
ĩmediate & ꝑ semetipm̃ docentem & ma
nifestantẽ eis suã humanã, id est clemen-
tẽ benignitatẽ quã nobis exhibuit. Quã
manifestationẽ eis cõfert prælargiẽs.i.añ
oẽs alios largiens sciẽtiã operationis suę.

Ego (inquit) disputo iustitiã & iudiciũ Esa.63.
salutaris. Iustitia & iudiciũ salutaris.i.
saluatoris siue saluationis: redemptionẽ
significat gñis hũani. In qua & iustitia
fuit inquãtũ.s.factor creaturã suã ab alie
na dñatione reuocauit: & iudiciũ inquã
tũ diabolũ iuasorẽ alieni iuris ab eo quẽ
possidebat hoĩe potenter eiecit. Hãc aũt
iustitiã & iudiciũ idcirco disputare se di
cit, qa eam q̃ ad dolores carnis assumptæ
ꝑtinuit, cũ labore & quasi quadã cõcerta
tiõe adimpleuit. Sequit̃. Miror aũt ꝙ & "
cęlestium essentiarũ primę & tãtũ simul "
oẽs supereminẽtes, diuinis illuminationi "
bus, vt mediatæ q̃stiones reuerenter ap- "
petũt. Ad hoc respicit qd̃ dicit̃ summas
essentias ĩmediate a deo illumiari & eru
diri, qa cõtrariũ videt̃ ꝙ in hoc loco nõ
solũ a superiori suo sed ab inuicẽ quoq;
q̃rentes & quasi discere volẽtes inueniũ
tur. Sed sciendũ est ꝙ hæc questio nõ do
ctrinæ inq̃sitio est, sed ignorantiæ profes
sio. Quærũt em̃ ostẽdẽtes ꝙ nesciũt, & ꝙ
doceri opus habẽt. Vbi aũt oẽs q̃rũt pro
fecto aliũde se doceri debere oñdũt. Quę
rũt ergo ĩter se, docẽdi supra se. Quia tñ
mutua q̃stio doctrinæ & scię ab inuicem
inquisitio esse videt̃, cũ eas a solo supiori
erudiri cõstet, idcirco ait. Miror ꝙ primę
illæ & principales celestiũ essentiarũ.i.in
ter cælestes essentias, & tantũ supeminen
tes diuinis illuminatiõibus, omnes simul
alias cęlestes essentias: miror dico ꝙ appe
tunt q̃stiones.i.faciunt q̃stiones appeten
tes sciẽtiam, reuerẽter.i.hũiliter sicut hu
miles & inferiores, & quasi excellentiam
illuminationis suæ non attẽdẽtes: & hoc
est qd̃ ait vt mediate.i.velut illæ quę me
diũ habẽt inter se & deũ & ab aliis eru-
diri indigent: vel vt mediate, qa nõ vere
mediate: qa ad alias quæstionẽ nõ faciũt:
nec tñ vere immediate, qa non ad ipsum
principiũ suum sed ad ĩuicem q̃stionẽ re
ferunt. Sequitur. Etenim non inde in- "
terrogant: quare tua rubra vestimenta? "
Probat ꝙ vere vt mediate q̃stionẽ faciũt
qa non ad ipm̃ Iesum pri⁹ sed ad se inui
cẽ verba dirigunt dicentes. Quis est iste
qui venit de Edom tinctis vestibus de
Bosra? Non enim inquit inde interrogãt
hoc est ab illo interrogationem incipiũt
quare tua rubra vestimẽta? vbi immedia

te ad ipsum Iesum sermonem dirigunt: sed prius iter se quasi mediate: Quis est iste:& cętera. Vnde mirum est ꝙ illę supremę essentiæ cum primæ sint & proximæ diuinitati, quasi mediate faciũt quęstiones. Sequitur. ,, Apud seipsas vero deliberant ante interrogare, ostendentes ꝙ discunt & deificam scientiam appetunt. Soluit modo quæstionem; quare scilicet summæ illæ essentiæ cum sint proximæ deo inter se quæstionem faciunt: quia scilicet apud semetipsas deliberant interrogare, ne forte nimis festina interrogatione præsiliant siue pręueniãt illuminationem illam, quæ in ipsis fit per diuinã processionem: hoc est per diuinam gratiam in ipsas illuminandas procedentem: ostẽdentes etiam per ipsam deliberationẽ interrogationis suæ ꝙ appetunt deificam scientiam. In eo quippe ꝙ interrogant, significant se sciẽtiam appetere: In eo autem ꝙ prius inter se conferunt quæstionãtes & deliberant, demonstrant ꝙ diuinam in se processionem non audent pręuenire. hoc est enĩ quod sequitur. ,, Non aũt pręsilientes per diuinam processionẽ inditam illuminationem. Appetunt.n. scientiã: & ideo interrogant: sed non pręsilientes illuminationem diuinam donec ipsa seipsam offerat sponte procedens in ipsas: ideo deliberant apud se, prius non audent Iesum interrogare quousqꝫ se ipẽ offert dicẽs. Ego sum q loquor iustitiã. Tũc demũ assumpta fiducia ad ipm̃ quæstionem dirigunt. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari? Sequitur. ,, Nũ ergo prima cęlestium intellectuum hierarchia ab ipsa perfectionis principe sanctificata ĩ eo ꝙ in eã immediate extẽditur sanctissima purgatiõe, multo lumine, anteperfecta cõsũmatione proportionaliter eam implens, purgatur & illuminatur & perficitur? Sensus hic est. Num pro nonne ergo prima hierarchia cælestium intellectuum, purgatur & illumiatur & perficitur: Sãctificata ab ipsa principe perfectionis, hoc est ab ipsa diuinitate, quę princeps est & principium omnis sanctificationis. Sanctificata dico in eo ꝙ ipsa diuinitas immediate in eam extẽditur, illustrans siue irradians vel replens eam proportionaliter, id est differenti participatione ab illuminatione reliquorum, cum sanctissima purgatione & cum multo lumine, & cum anteperfecta, id est superexcellenti consummatione vel perfectione. Purgatur dico & illuminat & perficitur: vt sit pura ab omĩ minoratiõe vel imperfectione, & vt plena primi luminis, hoc est in eam primum ante alias lucentis: & vt sit perfecta participans perfecta scientia & cognitione primo sibi data. Qꝫ autem ait sanctificata, vel vt commodius fortassis q̃uis inusitatius transfertur, pontificata ab ipa principe purgationis: ipsam vt diximus diuinitatẽ significat, quę gręce teletarchia, id est prĩceps purgationis siue sanctificatiõis vocatur. Sequitur. ,, Cõprehendẽs autem & hoc dixerim fortassis nõ ĩmerito. Tanq̃ si quęreretur quæ sit ista purgatio: respondet ꝙ assumptio diuinę scientię in animo rationali & purgatio est & illuminatio & perfectio. Purgatio quia ignorãtiã purgat: illumĩatio quia diuina cognitione illuminat: perfectio quia illuminando sciẽtia perfectarum doctrinarũ siue disciplinarum secundum habitum illuminatũ cõsummat. hoc est q̃d dicit. Comp̃hẽdẽs hoc est breuiter in vnum supradicta colligens: etiam hoc non immerito fortassis dixerim, ꝙ & purgatio est & illuminatio & perfectio diuinę scientię assumptio. Et reddit causam quare purgatio & illuminatio & perfectio dicitur. ,, Ignorantiam quidẽ vtpote purgãs scd̃m ordinẽ inditã scĩa perfectarũ doctrinarũ. Ideo purgatio dr̃, vtpote purgans ignorãtiam indita scientia hoc est per inditam scientiã perfectarum doctrinarum. Indita dico secundum ordinem: hoc est secundũ ꝙ dignitas & excellẽtia vniuscuiusqꝫ ordinis exposcit. ,, Illuminans autem ipsa diuina cognitione, per quam & purgat nõ prius contemplantem. Ideo illuminatio dicitur, quia illuminat vnamquãqꝫ hierarchiam diuina cognitione, per quam scilicet diuinam cognitionem etiam purgat ipsam hierarchiam. Hierarchiã dico non prius contemplantem q̃ purgetur: sicut scriptum est: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Sequitur. Matt. v.

" Quam manifestat per altiorem illuminationẽ,& perficiens iterum ipso lumine " scd̃m habitũ scientia lucidissimarum do " ctrinarũ. Quã.s.hierarchiã ipsa diuinæ scientię assumptio manifestat per altiorẽ illuminationẽ.In hoc em̃ eã altiorẽ cæteris oĩbus esse declarat,ꝙ eã altiori & excellẽtiori lumine diuinæ cognitiõis illustrat.Sequitur. Et perficiẽs iterũ ipo lu " mine secundũ habitum scientia lucidissimarum doctrinarũ. Non satis manifeste distinguit illuminationem & perfectionẽ pro eo ꝙ vtrũq; in cognitione & sciẽtia assignare videtur.Hoc tamẽ interest ꝙ illuminatio proprie ad illã cognitionẽ pertinet quæ scientiã ædificat:perfectio aũt ad illam cognitionem quę bonorũ morũ formã,& habitum virtutum demõstrat. Sunt em̃ quædam quæ tm̃ inuestigãtur ad cognitionem intelligendi, quædã vero specialiter pertinent ad intelligẽtiam faciẽdi.Ad illa necessaria est illuminatio: ad ista perfectio.Non em̃ perfectum facit cognitio veritatis,nisi habitus virtutis subsequatur.Idcirco lucidissimã doctrinam vocat quæ in habitu virtutis constat:qa magistra intelligẽdi experiẽtia est & ille optime virtutem nouit,q eã nõ audiendo solum,sed & gustãdo & faciendo didicit.In experiẽtia & habitu virtutis, cognitio veritatis perficitur:quæ in sola ĩtelligẽdi illuminatiõe inchoatur.Quod totum qa per diuinæ scientiæ assumptionẽ acquiritur:idcirco ipsa & purgatio & illuminatio & perfectio cõuenienter ap " pellatur.Sequitur. Ipsa ergo est quantũ " ad nostram scientiam prima cælestiũ es " sentiarũ dispositio in circuitu dei,& cir " ca deum immediate stans,& simpliciter, " & incessanter circuiens æternã eius sciẽ " tiam,scd̃m excellentissimã(quãtũ in an " gelis)semp mobilem collocationẽ. Infert e supradictis:Ac si diceret. Quãdoquidẽ illa summorum spirituũ hierarchia primũ & principaliter ab ipsa diuinitate & purgaẽ & illuminaẽ & perficiẽ:ergo ipsa est pria & principalis dispositio,siue principalis ordo cælestiũ essentiarũ, stãs immediate & in circuitu, & circa deũ.Stat em̃ per incõmutabilitatẽ contẽplationis: circuit aũt p viuificũ & ĩcessabile desiderium ęternæ dilectiõis.Ideo incessanter, quia nõ deficit a dilectione:ideo simpliciter,quia circuiens nõ recedit ab vnitate. Ipsa vnitas in medio,est simplicitas diuinitatis:cui in circuitu & circa sũt, ĩquãtum immediate illi appropinquãt.In circuitu etiã qa ineffabili eius occultæq; incõphensibilitati quodãmodo foris & ipę sunt,ad quẽ omnino non penetrant. Tamẽ ambiunt & desiderant & ad interiora nituñ:& cognitiõe & dilectione accedentes proximæ fiunt secundũ excellentissimã collocationẽ quã habẽt iuxta deũ excellẽtissimã dico quãtum in angelis.i. quãtum ad cõparationẽ illi⁹ q̃ in cęteris oĩbus angelis inueniẽ.Et collocationẽ dico semp mobilẽ,qa & cõtemplatione non recedũt,& desiderio semp accedũt.Propẽ hæc ergo oĩa,pricipalis est ista dispositio inter oẽs alias cælestes essentias:principalis dico quãtum ad nostrã scientiã.s.q̃tũ p nostrã sciẽtiã cõphendi põt. Subiũgit adhuc in laudem huius hierarchiæ,alia post alia:multa excelsa & sublimia & diuina admiratiõe digna accumulãs,& p̄funda quædã & nõ nisi puris nota.Talis inquit est dispositio illa siue ordo,primæ hierarchiæ collocatione proxima, desiderio & intẽtione ardẽtissima:quæ licet ad totũ q̃d dei est incõphensibile penetrare nõ valeat,æterna tamẽ dilectione quãtũ capi potest & cõprehẽdi a creatura amabire nõ cessat.Sed ne forte laboris non felicitatis studium videreẽ,si semper ambiret,& nũq̃ attingeret,semp q̃reret,& nũq̃ perciperet:semper desideraret,& nũq̃ gustaret:adiũgit fructum inquisitiõis & desiderii effectum,dicens. Multas quidẽ & beatas vidẽs pure cõtemplationes,sim " plosq; & immediatos fulgores,illumĩata " & diuino alimento repleta. Multa quidẽ " primodata fusiõe,solaq; domestica & vnifica diuinæ refectionis vnitate : multaq; " cõmuniõe dei & cooperatiõe digna effecta ad eã(vt possibile)silr̃itudine bonarũ " habitudinũ & actionũ:multaq; diuinoꝝ " supposite cognoscẽs,& diuinę sciæ & co " gnitionis in participatiõe ẽm q̃d fas est, " facta. Dixit quomõ dicere potuit.Tres " trinitatẽ circũstant:Seraphin dilectione, cherubin cognitione:throni dominatione.Tota hic trinitas est.Dominatio ĩ patre,Sapiẽtia in filio, Dilectio in spũ san=

cto. Videbat̃ Seraphin ſuperpoſuiſſe, qa caritas ſupereminet: ſed & ecce videmus quia thronus patris eſt: & iunguntur throni cum patre, & dilectio ſpiritui ſancto datur. Si thronos ſubiectos putas, qa poſt ſeraphin & cherubin nominãtur: puta etiam prælatos, quia ad patrē pertinēt qui ante filium & ſpm̃ ſanctū dicit̃. Sed in trinitate gradus non eſt. Pater & fili⁹ & ſpũs ſanctus vnus eſt deus. Nō poteſt vnitas inferior eſſe ſeipſa. Propterea hierarchia illa ſummorum ſpirituum, quę a ſumma & ſupereminenti diuinitatis dominatione primo & principaliter formatur quantū ad excellentiſſimam ſimilitudinem qua ſimplicem vnitatē imitatur, gradum in dominatione non habet: q̃uis tñ ſecundū eam (qua creatura creatori æquari non poteſt) mēſurā participationis & diſtributionē gratiæ, differentiam habeat. Propterea vna eſt trium dominatio, qua vniuerſaliter ſubiectis omnibus poſt ſupremā & ſupereminentem deitatis dominationem p̃feruntur adinuicem non ſubiiciũtur. Propterea omnes ſimul primum locū habent & circũſtant proxima collocatione ſinguli: vt aliū alius nec interueniat poſitione, nec pręueniat participatione, nec tranſcendat dominatiōe. Ita eſt diſpoſitio iſta prima in circuitu dei & circa deum immediate ſtans ita ꝓprie. Et quis eſt fructus hui⁹ tantæ familiaritatis? Audi qđ ſequitur. Multas quidem & beatas videns pure cōtemplationes, ſimploſq; & immediate fulgores illuminata & diuino alimēto repleta. Ne ergo mireris ſi ſic ambiunt, & elongari nō patiũtur. Aliquid ibi eſt qđ trahit: & qd eſt hoc? Expectas vt dicatur quid ſit illđ ꝙ intantum deſiderãtium affectū incitat & prouocat dilectionem. Sed quō putas a nobis dicetur, qđ ab illis non penetratur? Illi adhuc nō intrauerunt, ſed in circuitu ſtant: & magnum illis eſt accedere ad illud vt videant & contrectent & guſtent & experiãtur qualis ſit dulcedo boni ſine obſtaculo dilectorib⁹ expoſiti: nec intrant tamē nec penetrant vt cōprehendant & vſq; ad totum capiant quãta ſit immēſitas occulti. Quomodo ergo tu foris exponere putas, cui & illi qui int⁹ ſũt foris manēt? Non ergo dici poteſt a nobis bonum illud qđ illos beatos animos per gaudium æternę contemplationis iuxta ſe immobiles tenet, vt ad caduca nō effluant: & rurſum per deſideriū mouēs ad ſe trahit, vt ipſum inceſſabili dilectione appetãt. Sed ne omnino taceatur qđ prorſus dici non poteſt: audi quid ſit qđ illos & tenet iuxta ſe, & trahit ad ſe. Bonum quoddam & magnum & ſupra bona iſta omnia quæ noſti, aliđ prorſus nō ſolum differentia ſed ſupereminentia. vt tamen ſecundum hæc quæ noſti bona tibi inſinuetur & notum fiat ſicut poteſt eſſe, dicamus: lumen eſt & dulcedo bonū illud. Quare lumē? Quia oculos clareſcere facit. Quare dulcedo? Quia reficit. Duo ſunt iſta apud nos magna bona: & non inueniuntur alia maiora his, neq; ad gaudium vel ad fœlicitatem noſtrã magis operantia: Lumen & dulcedo. Alterū eſt ad illuminationem: alterū ad refectionem. Si illuminaris & nō ſatiaris magnū bonum eſt: ſed non plenum. Si ſatiaris & non illuminaris, magnum item bonū eſt, ſed non perfectum. Refectio iocundū facit quod intus eſt: illuminatio iocũdum exhibet quod foris eſt. vtrũq; ad gaudiū plenum exigitur. Si enim in altero reficeris, & in altero afficeris, nō eſt lætitia perfecta, cui triſtitia mixta eſt. Quære ergo refectionem vt iocũdum tibi ſit quod in te eſt: quęre & illuminationem, vt iocundum tibi ſit quod extra te eſt. Videt̃ qdē refectio magis neceſſaria eſſe: quēadmodum magis proprium eſt tibi bonum qđ in te eſt, q̃ qđ extra te eſt bonum. Verũtamen illuminatio contēplationis quãtū iocunditatis apponit? Dulce lumen & delectabile oculis videre ſolem. Aſpice mūdum iſtum, q̃ multa ſpectacula iocunditatis prębet? Et omnia hæc per ſapientiam dei facta ſunt. Totū quod vides inde exiuit, vbi ratio & cauſa eſt omnium. Si ergo tam pulchrum eſt videre diſpoſitionem & formam operis: q̃ iocundum eſſe putas & delectabile ſapientiam artificis cōtēplari? Noli autem cogitare, quia vna ſapientia nominatur quaſi ſolitariam quãdam & faſtidioſam contemplationē videntium illam. vna eſt, ſed nō ita vna. Quomodo enim putas eſſe vnam ſapientiam dei? Forte quemadmodum dicis

essentiam vnam,spéciē vnam, & formā vnam,locum vnum, & tempus vnum: hæc omnia numero vnum sunt. Quid est numero? Discretione. Quid est nūero? paruitate. Quid est numero? Imperfectiōe. Sic enim numeras hoc & illud. Cum enim numeras dicis hoc,& nō illud. Qđ ergo vnitate numeratur vnitate separatur:& eadem vnitate probatur ab omnibus esse diminutum a quibus ostenditur ipsa vnitate discretum. Nunquid sapientiam dei ita vnam esse putas? Ergo ipsam numeras & dicis,recte hoc & non illud. Si ergo ipsa est,& non illud:ergo nō totum est ipsa: & aliquid est extra ipsam qđ non est in ipsa. Si totum in ipsa est & totum ipsa est:
Psal.146 quomodo tu dicis hoc & non illud ip̄a est? Noli ergo numerare. Scriptura tibi dicit. Sapientiæ eius non est numerus. Omnia quæ ex ipsa sunt,in numero facta sunt,& pondere,& mensura. Ipsa autem sub numero nō est:in qua vera vnitas est sine paruitate, & vniuersitas sine multiplicitate: nec sub pondere est, inæstimabilis:nec sub mensura,incomprehensibilis. Quid ergo putas esse videre sapientiam dei? Quando mūdum istum vides,quāta in ipso vides? Et totum hoc īde venit:& ibi est totum vbi est sapiētia dei. Et quid dico totū hoc? Parum enim est hoc vt in sapientia dei non aliud sit. Si intelligit opus suum deus,& seipsum non intelligit:quæ est sapiētia ista? Plus enim est qđ est deus: q̄ quod est factum a deo. Si ergo nouit quod fecit,& non nouit quod est ipse q fecit:quod maius est ignorat,& non est sapientia perfecta in eo. Si cor tuum capere potest & comprehendere ea quę facis,& quæ explicas ope vniuersa ratione intus dictante disponis: & quę facturus es om̄ia prius in ratione concipis: & cum ad opus exeunt,a ratione nō recedunt:quomodo in æterna ratione cōditoris non esse potest om̄e quod factū est? Rursum si parum est animo rationali videre & comprehendere quæ foris sunt, nisi ea quæ intus sunt multo maiora & mirabiliora contempletur,& maius agnoscit esse quod ipse est, q̄ omne qđ extra ipsum est:non potest ęternus artifex in ea sapiētia qua videt omne quod ipse fecit,ignorare qđ maius omnibus est:quod est ipse qui fecit. Attende ergo quę sit sapientia ista in qua sunt omnia quæ facta sunt,& pręter omnia,& super omnia,quod maius om̄ibus est ille a quo om̄ia facta sunt. Qualis putas est species ista: in qua tāta pulchritudo est? Cum ergo audis sapiētiā dei nominari,hoc totum cogita,hoc totum in ipsa est:& ipsam videre, totum hoc videre est. In ipsa videntur omnia quæ facta sunt:& in ipsa videtur a quo omnia facta sunt. Propterea summi illi spiritus qui per excellentiam superemínentis gratię immediate appropīquāt, ab ip̄a illuminantur ad contemplandā ipsam: et in eius cōtemplatione vidēt, & quod factū est per ipsam, & quod est in ipsa,et eum qui per ipsam fecit ī quo est ipsa. Istæ ergo sunt contemplationes quas pure videt prima hierarchia, ad simplos fulgores immediate illuminata:quę contēplationes & multę sunt inquantum illic omnia vidētur: & beatæ sunt,quia cum omnibus ille etiam q fecit omnia,videtur. Non enim præter ipsum videtur quod in ip̄o videtur:qa & vnum est quod videtur, qđ ipse est: & in ipso vno om̄ia vidētur:in quo oīa vnum,& vnum omnia est. Vide q̄ multę sunt contemplationes,vbi nihil oīm absconditur: q̄ beatę contemplationes, vbi in summo bono cūcta videntur:vbi videre & habere:amare & gustare bonum idem est:vbi non videtur nisi veritas,nō amatur nisi bonitas. Duo sunt enim cognitio & amor. Alterum ad illuminationem pertinet:alterum ad refectionem. Cognitio illuminat:dilectio satiat. Cognitio veritatis,amor bonitatis:in his beatitudo constat cognoscere & amare bonū. Gustate,inquit,scriptura,& videte,quoniam suauis est dominus. In gustate dilectio: in videte cognitio est. Duo ista distincte commendat,scilicet cognitionem & dilectionē. Psal.33.
Multas quidem & beatas videns pure „
contemplationes,simplosq́ꝫ & immedia „
te fulgores illuminata. Hoc de illumi „
natione & cognitione dictū est. Sequitur. „Diuino alimento repleta. Multa „

„ quidẽ primodata fusione solaq; dome„ stica & vnifica diuinæ refectionis vnitate. Hoc dictũ est de dilectione & refectione. Vtrãq; multis modis commendat. Primo cognitionem in contemplationibus multis & beatis pure visis per illuminationem fulgorum simplicium. Qui sunt simplices fulgores? puræ illuminationes. Per puras illuminationes venitur ad puras contemplationes. Pura illuminatio est quãdo veritas per semetipsam concipitur: Pura contemplatio est, quando veritas in semetipsa videtur. Quando per subiectam imaginẽ vel figuram veritas addiscitur, non est pura illuminatio: quando in subiecta imagine vł figura veritas cognoscitur non est pura contemplatio. Neq; enim simplicitas esse potest, nisi vbi solũ est: neq; puritas nisi vbi verum est. Simplicitas in solo: puritas in vero. Propterea qui immediate cõtemplantur & per semetipsos ad veritatem accedunt, soli simplices illuminatiões habẽt & pu„ ras contemplationes. Sequitur. Diui„ no alimẽto repleta. Quod est diuinum alimentum? Diuina refectio. Et ipsa refectio quæ est nisi dei dilectio? Propterea cum dixisset supereminentem illam dispositionem angelicam repletam diuino alimento, adiunxit etiam dicens, „ repletã vnitate diuinę refectiõis. Quid „ autem est diuina refectio nisi diuinum alimentum? Vnitas ergo refectionis & vnitas alimenti vna est refectio & vnũ alimentum. Ergo in mensa dei non nisi vnum ferculum apponitur. Sed noli
Psal. 16. contemnere. Satietas multa est. Satiabor, inquit Psalmista, cum apparuerit gloria tua. Multa in hoc mundo sunt: & hæc omnia cor hominis satiare non possunt. Vnum autem bonum est apđ deum, & hoc solum cum percipitur satietas iuenit. Ergo nõ in multitudine sed in vnitate satietas est. Quando satietas? Quando satis, est satietas. Pone modo vt ex his multis quæ in mundo sunt quædam aliqua habeas quæ diligis, & videbis q; non sufficit. Veniant plura: adhuc non dices sufficit. Apponantur vniuersa: & inuenies te egentẽ adhuc, & nondum satis habentem. In omnibus ergo his satietas esse non potest, vbi satis esse non potest. Veniet autem vnum illud bonum: & satietas erit quia satis erit. Nõ mireris. Omnia hęc multa sunt, sed multum nõ sunt. Illud vnum est & multum est. Propterea peccatrix illa quia multa dimittenda habuit, non multa sed multũ dilexit. Multa dimisit, & multũ elegit. Sapiẽs erat: Luc. vii.
Non attendit aceruum, sed preciũ pensauit. In multis parum: in vno młtum. Propterea non attendas ad numerum sed fructum inquire. Vnum est bonum quod tibi præparauit deus. Noli timere cum audis vnum: vnum bonum est, sed in illo bono om̃e bonũ est. Vnã refectionem, vnum cibum, vnum ferculum, vnum panem præparauit: sed ne despicias. Audi quod scriptum est. Habentem omnem saporem & omne oble- Sap. xvi.
ctamẽtũ suauitatis. Hoc diuinũ alimẽtũ & multa fusio vel abũdans effusio siue infusio, qua videlicet fusione beata illa societas primo loco sibi data repletur. Est etiam vnitas diuinę refectiõis, qua scilicet vnitate sola, hoc est singulari & domestica & vnifica specialiter digna effecta est. Ipsa vero vna & simplex diuina refectio, idcirco singularis dicitur, quia cum aliena delectatione, & dulcedine extranea non percipitur: Domestica quia amicis tm̃ & familiaribus præparatur. Vnifica quia vnum secum efficit omnes quibus se sumẽdam & participandam concedit. Sequitur.

Multaq; communione dei & coopera „ tione. subauditur repleta est dispositio „ vel hierarchia prima cælestium essentiarum. Ipsa dico digna effecta ad eam scilicet communionem & cooperationem dei, vt possibile sibi est: similitudine bonarum habitudinum, id est virtutum & actionum. Per bonas enim habitudines digna effecta est communione: per bonas actiões, digna cooperatione. Et rectus est ordo. Primum per claritatem cognitionis illuminatur: postea per dulcedinem dilectiõis reficitur: vt sic deo & communicet in virtute, & cooperetur in actione: sicut scriptũ est. Ioan. 14.
Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit: & pater meus diliget eum, & ad

eum veniemus, & mansionem apud eũ faciemus. *Sequitur.* Multaq; diuinorum superposite cognoscens, & diuinæ scientię & cognitionis in participatione, secundũ ꝙ fas est, facta. Hoc est, ipa hierarchia cognoscens est multa diuinorum, id est multa de diuinis siue de deo superposite, id est excellenter super alias hierarchias: & facta est in participatione, hoc est particeps facta est diuinæ scientiæ & cognitionis diuinæ: secundum ꝙ fas est illi, id est concessum. *Sequitur.* Propterea & laudes ipsius theologia iis qui ĩ terra sunt tradidit: in quibus mirabiliter manifestatur excelsissimę ipsius illuminationis eminẽtia. Ac si diceret. Quia tanta est excellẽtia hierarchiæ primarum essentiarũ, propterea theologia, id est diuina scriptura tradidit iis qui ĩ terra sunt, hoc est hominibus, laudes siue laudationes ipsius: In quibus scilicet laudationibus mirabiliter manifestatur eminentia excelsissimæ illuminatiõis ipsius. Ac si diceret. Quia tanta est sublimitas eius, ꝑpterea theologia hominibus laudationes eius quibus ipsa deum laudat manifestauit: vt per excellẽtiam laudationis manifestaretur eminentia illuminationis. *Sequitur.* Alii enim quidã eius sensibiliter dicendo tanq̃ vox aquarum reboant. Benedicta gloria domini ex loco suo. Ac si diceret. vere excellẽtes sũt laudatiões huius hierarchię, quę a scriptura diuina manifestantur: quia alii eius, id est quidam ex ea sensibiliter sonando reboant vel resonãt siue clamãt tanq̃ vox aquarũ. Benedicta gloria domini ex loco suo. Vel sic legi põt. Theologia tradidit laudes ipsius sensibiliter, id est per similitudinem sensibilium & corporalium de spiritalibus dicẽdo, qđ alii eius hoc est de numero ipsiꝰ reboant tanq̃ vox aquarũ. Benedicta gloria domini ex loco suo. Hoc testimonium de Ezechiele sumptum est vbi propheta vocem cõmotionis magnæ post se factam commemorat. Quæ vox q̃uis ibi ꝓlata non dicitur: tamẽ iste a sũmis eam cælestium ordinum spiritibus sine ambiguitate factam esse testatur. *Sequitur.* Alii vero illam valde laudabilem & piissimam reclamãt theologiã. Sanctus, sanctus, sanctus: dominus deus sabaoth. Plena omnis terra gloriæ ipsius. Hoc testimonium de Esaia sumptum est: vbi duo seraphim volãtes alter ad alterum: hanc theologiam, id est diuinam allocutionem siue laudationem adinuicem proclamasse cõmemorantur. *Sequitur.* Has autem excelsissimas cælestium animorum hymnologias iam quidem in iis quæ sunt de diuinis laudibus quantum possibile, aperuimus. Et dictũ est de his in illis, quãtum ad nos, sufficienter. Has supradictas hymnologias, id est diuinas laudationes cælestium animorũ, hoc est cælestium spirituum: dicit se aperuisse vel exposuisse, quantum sibi possibile fuit, in aliis scripturis, quæ sunt ab ipso factæ de diuinis laudibus: & de his scilicet hymnologiis, in illis (subauditur) scripturis sufficienter dictum esse testatur. quantum ad eum hoc est ad eiꝰ possibilitatem pertinuit. Hæc autem scriptura quã se de diuinis laudibꝰ fecisse asserit, inter hæc eiꝰ scripta, quæ apud nos sunt minime reperitur. Ex hac tamen sentẽtia possumus cognoscere de diuinis laudibus ipsum scripsisse, quoniam in libro de diuinis nominibus ex amatoriis hymnis sancti Hierothei q̃dam introduxit, in quibus de supradictis laudibꝰ nõnihil tractat. *Sequitur.*

Ex quibus in recordationem sufficit dicere tm̃ secundum præsens tempus, ꝙ theologicam sciẽtiam ipsa prima dispositio, quantũ fas, illuminata est a diuina bonitate: ꝑ quam tanq̃ deiformẽ hierarchiam & aliis seipsam deĩde tradidit. Ac si diceret. Ex q̃bus scilicet laudibus diuinis in supra memorato libro sufficienter expositis, nunc secundum præsens tempus in recordationem vel admonitionem tm̃ sufficit dicere hoc scilicet ꝙ ipsa prima dispositio, hoc est prima hierarchia angelorum illuminata est theologicam. i. diuinã scientiã ab ipsa diuina bonitate. Nota cõstructionẽ in eo qđ ait illuminata sciẽtiam. Sic eñ dicit: Erudior artẽ, doceor disciplinã. Dicit ergo: ꝙ prima dispositio a sola diuĩa bonitate illuminata est ad sciẽ

tiam:per quam videlicet ſcientiam ipſa
diſpoſitio tradidit ſeipſam:deinde,hoc
eſt conſequenter aliis hierarchiis poſt
ſe ſequentibus. Tradidit dico ſeipſam
tanq̄ deiformem hierarchiam. hoc eſt
dei conformitatem & ſimilitudinē ha-
bentem,& deum imitantem in eo ꝙ ab
ipſo illuminata alios illuminat,& ſe ip
ſis quaſi formam & exemplar proponit
diuinæ conformitatis. Hoc ergo nunc
ſufficit dicere de ſupradictis laudibus
ꝙ in eis prima diſpoſitio angelorum crea
torem ſuum laudans,formam laudan-
di aliis poſt ſe ſequentibus hierarchiis
ſemetipſam tradidit, ſubintroducens
hoc eſt ſuggerens eis vel inſinuans il-
lud per breuitatem dicendo.Subintro-
duxit enim vel ſuggeſſit quaſi occultū
quiddā & paucis manifeſtū. Suggeſſit
autem per breuitatem dicēdo aliud qđ
ſuggeſſit. Et recte non niſi occulte ſug
gerebatur qđ erat inuiſibile, & non ni-
ſi breuiter dicebatur quod erat ineffa-
bile. Quantumcūq; enim exponeretur
ad cognitionem,occultū eſſet qđ erat
impenetrabile:& quantumcunq; exten
deretur per ſermonē, breue eſſet ad ip-
ſum qđ erat īterminabile. Suggeſſit ta
men & inſinuauit & expoſuit,vt p eam
ad aliorum cognitionem veniret quod
ipſa nullo mediante perceperat. Quid
ſuggeſſit? Audi. Ipſam piiſſimam & ſū
me benedictam & omnino benedictam
diuinitatem fas eſt benedictam eſſe ex
deum recipientibus quantum poſſibile
eſt eam cognoſci & laudari intellecti-
bus.Ipſi enim ſunt tanq̄ deiformes di-
uini loci,diuinæ(vt eloquia aiunt) qe
tis. Exponit ſupra memoratum teſti-
monium de Ezechiele ſumptum. Bene
dicta gloria domini ex loco ſuo.Ipſa,in
quit,prima hierarchia clamans benedi
cta gloria domini ex loco ſuo, docet ꝙ
fas eſt, hoc eſt iuſtum vel debitum vel
dignum, ipſam piiſſimam & ſumme be
nedictam & omnino benedictam diui-
nitatem, benedictam eſſe ex intellecti-
bus deum recipientibus:& intātum be
nedictam quantum poſſibile eſt eam co
gnoſci & laudari.Iuſtum eſt,inquit,vt
ipſa diuinitas,quæ ī ſe ſemper piiſſima
eſt,parata ſcilicet largiri,& nō indigēs
accipere:& quę ſumme benedicta eſt &
omino vel fortiſſime benedicta: hoc eſt
cuius gloria in ſemetipſa tanta eſt, vt
nec alieno beneficio augeri, nec aliena
laude amplius commendari poſſit.Fas
(inquit)eſt vt q̄uis ī ſe ita perfecta ſit,
vt benedici vel laudari non egeat: ta-
men vt intellectus,id eſt corda rationa
lia,eam benedicant & laudent,quātum
ſcilicet eam cognoſcere & ſecundū co-
gnitionem perceptam laudare poſſunt.
Q̄uis enim gloria eius ex ſemetipſa p
fecta ſit:nos tamē a benedictione & lau
de eius ceſſare nō debemus:qui etſi be-
nedicendo & laudando illi non profici
mus:perficimur tamen ex illa. Vel ali-
ter intelligi poteſt quod dicit: iuſtum
eſſe vt diuinitas quę in ſe ſumme bene
dicta eſt,ex intellectibus deum recipiē-
tibus benedicatur.Ac ſi diceret. Q̄uis
laus dei ī ſemetipſa ſumme perfecta ſit:
hoc tamen laudi eius iure addicitur,ꝙ
per gratiam corda a ſe facta inhabitare
dignatur. Sic ergo iuſtum eſt diuinita
tem in ſemetipſa ſumme benedictam p
eo etiam benedici & benedictam eſſe,ꝙ
ſe mentibus beatificandis recipiēdam
præbet,& eas tanq̄ locum proprium ī-
habitare dignatur.Non enim ita in eis
habitat quaſi ſtabilimentum quærens,
& velut ruitura ſi fulcimentum nō ha
beat. Non enim locum quærit deus ſi-
bi,quaſi eſſe non poſſet niſi continere-
tur:ſed quaſi receptaculum quærit cui
ſe infundendum pręſtet:quod vtiq; bea
tum eſſe non poſſet,niſi ab ipſo replere
tur. Adiicitur ergo ſuper omnem lau-
dem eius, ꝙ ſumme benedictus ī ſe ali-
os benedictos facit ex ſe. Benedicatur
ab illis,benedicatur & pro illis. Ab il-
lis benedicatur quantum illis cogno-
ſcendus & laudandus reuelatur: Pro il
lis benedicatur, quantum in illis mani
feſtatur.Sequitur. Ipſi enim ſunt tanq̄
deiformes diuini loci,diuinæ(vt elo-
quia aiūt)quietis. Reddit cauſam qua
re ex eo ꝙ dictū ē,bñdicta gloria dñi ex
loco ſuo:ſignatū intelligat,gloriam be
nedictam eſſe debere ex intellectibus
deum recipientibus:quia (inquit) ipſi
intellectus deum recipientes,ipſi ſunt
loci diuini. Theodochos enim græce

dicitur, hoc est dei receptor. Quo nomine omnis purus animus siue humanus siue angelicus potest significari. In ipsis em̄ duobus deus habitat & gescit. Ipsi ergo tanq̄ deiformes diuini loci sunt. Quasi rōnē reddit, quare diuini loci dicunť. Eadē enim causa est quare loci sunt, & quare deiformes sūt. Ex eo quippe ꝙ lumen capiūt, locus luminis fiunt: Et rursum ex eo ipso ꝙ lumen capiunt, lucentes fiunt, & conformes lumini existunt. Sunt ergo diuini loci, vt pote deiformes, & ex inhabitante deo dei similitudinem habētes. Rursum qa loci diuini sunt, constat ꝙ diuinæ quietis loci sunt: quia diuini loci omino esse non possent, nisi quietis & pacis loci
Psal.75. essent: sicut eloquia aiūt. In pace factus
" est locus eius. Sequiť. Et ꝙ monas est
" & vnitas tres substantialiter: & supcæ-
" lestibus essentiis vsq; ad nouissima ter
" rę extendens bonitatē suam in om̄ia q̄
" sunt prouidentiā, tanq̄ omnis essentiæ
" supprincipale pricipiū & causa, & oīm
" supessentialiter immēsurabili continē-
" tia circūligans. Hoc de sequētis expositione qđ de Esaia sumptū fuerat adiūgit. Ac si diceret. Sicut prima illa cælestis hierarchia clamās benedictā gloriā dn̄i de loco suo, deū nō solum in se sed in sanctis etiā suis benedicēdū & glorificādū eē docuit: ita quoq; ter sanctū ꝑ clamando, & nō dn̄os sed dn̄m sabaoth subiungendo, tres ꝑsonas in vna deitate, non tres deos sed vnū deū esse significauit. Hoc est qđ dicit: Et qa monas est & vnitas tres substantialiter. quasi diceret. Non solum hoc qđ supradictū est de gloria dn̄i ex loco suo bn̄dicēda ipsa prima hierarchia cælestis sequentibus se hierarchiis subintroduxit: Sed etiā hoc, ꝙ monas & vnitas, hoc est diuinitas, quæ vere vna est & simplex natura, tres ꝑsonæ est substantialiter: hoc est ꝙ tres personæ vna essentia vel substantia sunt, & vna essentia tres personæ: quia de⁹ in essentia vnus est, & trinus ī ꝑsonis. Sane ꝙ monas & vnitas cum idem esse videatur, geminate positum est, pro græco factum est: in quo duo nomina sunt monas & henas: quæ q̄uis vnam habeant apud nos interpretationem (vtrunq; enim sonat vnitas) hæc tamen differentia esse videtur ꝙ monas illam magis vnitatem significat quæ secundum discretionem dicitur: henas vero illam quæ secundū simplicitatem notatur. Omne enim quod simplex est, vnum est. Non autem om̄e quod vnum est, simplex est: quoniam & vnum collectione dicitur, & vnum cōpositione, & vnum similitudine. Quæ omnia, quia non totum qđ sunt vnum sunt, vere vnum non sunt: & vnitatis nomen similitudine tantum mutuanť, non proprietate. Diuinę autem naturę cui vnum est & simplex esse, totum qđ est, vere vnum esse est: & ideo recte non solum monas, sed henas quoq; appellari debuit: quia vnitas eius in vera eiusdem atq; indiuisæ substantiæ semp simplicitate subsistit. Dicat ergo quia ī vera deitate monas & vnitas substantialiter sunt, quia sicut trinitas personarum in deo essentię vnitatem non diuidit, ita vnitas naturę trinitatem personarum non confundit. Sed tres vnum substantialiter sunt, quibus tribus substantia est vna. Sequitur. Et supercæle- "
stibus essentiis vsq; ad nouissima terrę "
extendēs bonitatem suā in omnia quæ "
sunt prouidentiam. Et hoc, inquit, pri- "
ma hierarchia sequentibus post se insinuauit: ꝙ vera vnitas & summa trinitas extendit vel penetrare facit bonitatem suam a supercælestib⁹ essentiis, vsq; ad nouissima terræ, id est a summis vsq; ad ima: bonitatem dico existentem prouidentiam in omnia, quia omnibus prouidet & nihil a se alienum relinquit, vtpote quæ est superprincipale vel superessentiale principium omnis essentiæ & causa omnium: quia ab ipā & ad ipsam facta sunt omnia: & quæ est oīm circunligans, id est circūligatio, qa circunligat omnia, & complectitur & cōtinet superessentialiter cum immensurabili continentia quæ totum comprehendit & in ipsa incomprehēsibilis manet. Quia ergo principium est a quo facta sunt omnia, & causa per quam facta sunt omnia, & circunligans continentia in qua subsistunt vniuersa: Idcirco plena est om̄is terra gloria ei⁹.

quoniam ab ipsa bonitate replentur & nutriuntur omnia, vt subsistant in ipsa quæ facta sunt per ipsam.

Titulus Octaui Capituli.
De dominationibus & virtutib9 & potestatib9: et de media eorum Hierarchia.

Litera Cap. VIII.

TRanseundum autem nunc nobis in mediā cælestium intellectuum dispositionē, Dominationes illas supermundanis oculis, quantum possibile est, explorantibus, & vere potētia speculamina diuinarum potestatum & virtutum. Etenim vnaquæq; supra nos essentiarum cognominatio dei imitatorias earum significat deiformes proprietates. ¶ Igitur sanctarum dominationum manifestatiuam nominationem existimo declarare absolutam quandam & omni pedestri minoratione liberam anagogen: nullaq; tyrannicarum dissimilitudinum vllo modo vniuersaliter eam inclinatam, liberaliter seueram dominationem, omni minutiuæ seruituti superpositam, superiorem subiectione omni: & remotam ab vniuersa dissimilitudine: & dominationis incessanter appetentem: & ad illius ipsi9 naturaliter subsistētis virtutis similitudinem quantum possibile est, & seipsam & quæ post eam sunt optime & speciose conformātem: ad nullum vana videntium, sed ad proprie ὂν vniuersale conuersam: & dominicæ semper deiformitatis in participatione, secundum qđ possibile est, ipsi factam. ¶ Ipsam vero sanctarū virtutum fortem quandam & incōmutabilem virilitatem in omnes secundum earum deiformitatem operationes, ad nullam susceptionē inditarum ei diuinarum illuminationum imbecilliter infirmatam, potēter in imitationem dei reductam, nō relinquentem suimet imbecillitate deiformem motum: sed firmiter ferentem in superessentialem & potētificam virtutem: & ipsius imaginē virtuti similem, iuxta quod licet, factam: & ad ipsam quidem vt principalem virtutem potenter conuersam: ad secūda vero virtutem† dando deiformiter prouenientem. ¶ Ipsam autem sanctarum potestatū æquipotētem diuinarum dominationum & virtutum bene ornatam & inconfusam circa diuinas susceptiones ordinationem, & ordinatum supermundanæ & intellectualis potestatis non tyrannnice in ea quæ inferiora sunt potestatiuis virtutibus præcipitatæ, sed potenter in diuina post bñ ordinatas reductę, & q̄ post eam deiformiter reducētis: & ad potentificam causalem potentiā, quantum fas est, assimilatæ: & eā vt possibile angelis reuelantis in bene ornatis per ipsam ordinibus potestatiua virtute. ¶ Has habens deiformes proprietates media cælestium animorum dispositio, purgat᷑ quidem & illuminatur & perficit᷑, quēadmodum dictum est, a diuinis illuminationibus inditis sibi secundo ꝑ primam hierarchicam dispositionē, & per mediā illā secūda manifestatione delatis. Itaq; per alium dictū venientem in alium angelum auditum, symbolum faciemus a longe superperfectæ & per processionem occultæ in sequentia ꝑfectionis. Nā sapientes circa sacras nostras imolationes aiūt ꝑ seipsas lucētes diuinorū plenitudines ꝑ alias contempla-

† dās &

tiuarum participationum eſſe perfe ctiores. Sic exiſtimo & angelicorũ ordinum immediatam participatio nem primo in deum extentorum ꝑfectorem eſſe per medietatẽ perfectorum. Propter quod & a noſtra ſacerdotali traditione perfectiuæ, lucificę, & purgatiuę virtutes primi intellectus nominãtur inferiorũ, tanq̃ per eos omniũ ſupereſſentiale principium reductorum, & myſticarum purgationũ & illuminationũ & ꝑfectionum in participatione, ſecũdum ꝙ eis fas, factorum. Hoc enim eſt oĩno diuina ordinatione diuinitus ꝓmulgatum, per prima ſecunda diuinis participare illuminationibus. Inuenies aũt hoc & multotiens a theologis expreſſum. Quando enim diuina & paterna humanitas Iſrael nutritiue ꝓ ſacra eius ſalute corripiẽs & vlciſcentibus & immanibus nationibus in correptionem tradens, omnigena prouiſorum in meliꝰ traductione: & captiuitatem dimiſit, & ad priorem clementer reduxit beneficentiam: vidit theologorum vnus Zacharias vnum primorum (vt exiſtimo) & circa deum angeloꝝ (cõmunis enim, vt dixi, eſt omnibꝰ hæc angelica cognoĩatio) ab ipſo deo diſcentem de hoc conſolatoria (vt dictum eſt) verba. Alterũ vero ſubiectoꝝ angelorum in occurſum primi prouenientem, tanq̃ ad illuminationis ſuſceptionem & perceptionem: deinde ab ipſo diuinum conſilium tanq̃ a ſummo ſacerdote eruditum: & hoc docere theologum conuerſum, quoniam fructuoſe habitabitur Hieruſalẽ a multitudine hominum. Alter autem theologorum Ezechiel: & ab ipſa, inquit, hoc ſacratiſſime promulgatum eſt cherubim ſuperfirmata glorioſiſſima diuinitate. Ipſum em̃ Iſrael (vt dictum eſt) dux exercitus humanitas per diſciplinas in melius traducens iuſtitia diuina corrigẽtibus reſpondet, correctos iuſtificauit. Hoc docetur, primus poſt cherubim lumbos ſaphiro præcinctus, q podera iuxta ſymbolum hierarchicum induebat. Reliquos autẽ angelos qui ſecures habebant diuina ordinatio imperat a priori doceri de hoc diuinũ iudiciũ. Ei quidem em̃ dixit mediam ꝑtrãſire Hieruſalem, & dare ſignũ in frontes correctoꝝ virorum: aliis, exite in ciuitatem poſt eum, & percutite & nolite parcere oculis veſtris, ad oẽs autem ſuper quos eſt ſignum ne appropinquetis. Quid fortaſſis qs dixerit de dicẽte angelo ad Danielẽ, Exiit ſermo: Aut de ipſo primo ignẽ ex medio cherubim recipiente. Aut illud eiuſdem abundantius in ordinis angelici oſtenſionem: quoniã & cherubin immittit ignem in manus ſanctam ſtolam induti: aut de vocãte diuiniſſimum Gabrielẽ & dicente ei, fac illum intelligere viſionem: aut quæcũq; alia a ſacris theologis dicta ſunt de cæleſtiũ hierarchiarũ deiformi ornatu: ad quẽ noſtrę hierarchiæ ordinatio, ſcđm ꝙ poſſibile eſt, aſſimilata, angelicam pulchritudinem quãtũ in characteribus habebit formata ꝑ eũ & reducta ad ſupereſſentialẽ ſimul oĩs hierarchiæ.

Magiſtri Hugonis de S. Victore expoſitionis in Octauum Cap. Diui Dionyſii Areopagitæ de cęleſti Hierachia, Lib. VIII.

OCtauum cap. eſt de dominationibus & virtutibus & poteſtaribꝰ, & de media, q̃ eorum eſt, hierarchia. In præcedẽti ſiquidem cap. tracta

uit de trib⁹ primis ordinib⁹, seraphim & cherubim & thronis, & de Hierarchia.i.sacra potestate eorum,q̄ in cælesti dispositione prima est & pricipalis: & post deū immediate ordinata. Nunc ergo cōsequenter ingredit̄ tractare de tribus sequētibus ordinibus.i.dñationibus,virtutibus & potestatibus: & de hierarchia,id est sacra potestate eorum quæ in cælesti dispositione secunda vel media est cōstituta:id est post primam & ante vltimam. De hac ergo hierarchia,eodem quo & de superiori ordine tractat:primum ostendēdo causam vel rationē cognominationis quę ipsis ordinib⁹ huius hierarchiæ attributa est: Deinde virtutem ipsius sacrę potestatis latius exponendo. Transeundum, inquit,nunc nobis est in mediam cælestium intellectuū dispositionē,dñationes,illas supermundanis oculis(quantum possibile est)explorantibus & vere potentia speculamina diuinarum potestatum & virtutum. Continuat seipsum ad sequentem dictionem:ac si diceret. Post expositionem supremę hierarchiæ ordo expostulat vt transeamus ad mediam.i.ad expositionem mediæ hierarchiæ cælestiū intellectuum, id est angelicorum spirituū.Postea exponit nominatim qui sunt illi ordines angelorū in quibus media illa potestas sacra constat:ad cuius expositionem se trāsire debere dicit, addēs. Dñationes: illas supermundanis oculis,quātū possibile est,explorantibus & vere potētia speculamina diuinarum potestatum & virtutum.Transeundum,inquit,est nobis:nobis dicit explorantibus in illa scilicet hierarchia dominationes & vere potentia speculamina potestatū & virtutum.i.& potestates & virtutes. Isti enim sunt tres ordines secūdæ hierarchiæ:quorum virtutem & officia diligenter explorare oportet eum qui eorꝝ sacram potestatem exponere desiderat: ideo inquit supermūdanis oculis.i.spiritualibus explorādum. Non enim ista corporalibus oculis videntur. Explorātibus itaqꝫ nobis illas scilicet dominationes cælestes:& explorantibus speculamina.i.speculationes vel contēplationes potestatū & virtutum. Qꝫ dicit exploraturum se speculationes vel cōtemplationes potestatum & virtutum,vel ita intelligendum est,ac si diceret ꝑ speculationem vel cōtemplationem de illis habitam se illorū dignitatem exploraturum:vel ipsam eorum contemplationem qua deum cōtemplantur & diuina percipiunt exploraturum & inuestigaturum se testatur. Vere potentia speculamina vel potentes speculatiōes vocat propterea,ꝙ ipsos vere potentes explorant. Potētem em̄ speculationem potentium speculationē intelligit. Vere potentes idcirco nominat:quia ī bonitate potentes & in veritate. Malū siquidem posse,vere posse nō est,sed nō posse:sicut scriptum est.Quid gloriaris in malitia,q potens es in iniquitate?Quapropter & ipsas potestates diuinas vocat:quia ex deo, & in deo possunt om̄e q̄d possunt.Sequitur. Etem̄ vnaqueqꝫ supra nos essentiarum cognoīatio Dei imitatorias earū significat deiformes ꝓprietates. Ac si diceret.Recte potestates & virtutes diuinas nominaui:quia & hoc ipsa earū cognominatio docet. Sicut vnaqueqꝫ cognominatio essentiarum q̄ supra nos sunt.i.cęlestium, significat deiformes ꝓprietates earū:& ideo deiformes quia dei imitatorias. Qꝫ em̄ deiformitatem habent cælestes illæ essentiæ,non ex qualitate habent, sed ex imitatiōe: quia similitudinem dei illis non natura confert,sed gratia. Sequitur. Igitur sanctarum dominationum manifestatiuam nominationem existimo declarare, absolutam quādam & omni pedestri minoratione liberam anagogen: nullaqꝫ tyrannicarum dissimilitudinum vllo modo eam inclinatā vniuersaliter, liberaliter seueram dominationem,omni minutiuæ seruituti supꝑpositam:superiorem subiectione om̄i,& remotam ab vniuersa dissimulatione: & dominationes incessanter appetētē: & ad illius ipsius naturaliter subsistentis virtutis similitudinem,quantū possibile, & seipsam & quæ post eam sunt optime & speciose conformantem: ad nullum vana videtiū,sed ad proprie ὄν on vniuersale cōuersam: & dñicę semp

›› deiformitatis in participatione, secun
›› dũ ꝙ possibile est ipsi,factam.Hęc omĩa
noĩatio dñationũ docet.In eo eñ ꝙ do
minationes appellantur,hęc omĩa quæ
de ipsis dicta sũt, habere & facere signi
ficantur.Hoc est qđ dicit.Existimo ma
reducit in diuinum,vt crederent deos qui non erant dii. Illos inquã ipsos accusandos qui ꝓpria voluntate inquantum liberi arbitrii erant, a veritate in errorem lapsi sunt: & hoc ex amore ꝓprio,quia seipsos amauerũt plusq̃ deũ, & suam gloriam quęrebant,& ideo superbi erãt:& ex superbia visorum ipsis diuinitus,id est eorum quę ipsis reuelata sunt diuinitus,& quę reuelata sũt eis etiam corrationabiliter cultui scilicet diuino,id est ex quibus rationabiliter vel probabiliter ĩtellexisse potuissent , queẽadmodũ deũ colere deberẽt. Quia,sicut dicit apostolus,cum cognouissent deum,nõ sicut deum glorificauerunt:sed euanuerunt in cogitationibus suis.Dicentes enim se esse sapiẽtes (ecce superbia) stulti facti sũt:& obscuratum est insipiens cor eorum.*(ecce error in non existentes deos) quia seruierunt poti⁹ creaturæ q̃ creatori,qui est benedict⁹ in secula.* Vel diuinit⁹ & corrationabiliter retribuente subauditur eis deo : hoc est sapienter & condigne cultui: hoc ẽ sicut decebat cultores falsorum scilicet deorum visorũ ipsis,hoc est qui ipsis videbantur dii & nõ erãt. In hoc eñ sapiẽter & rationabiliter retribuit eis de⁹:ꝙ sicut dicit apostolus, quia deum non probauerũt habere in notitia,tradidit eos deus in reprobum sensum vt faciant quæ non oportet in semetipsis. In semetipsis enim puniendi fuerãt,qui in semetipsis peccauerãt.
›› Sequitur. Hoc ꝓhibetur & ipse hebręo
›› rum populus perpessus esse.hoc scilicet ꝙ a cultu dei recessit,sicut & alię nationes recesserant in culturam idolorum: vel hoc, id est vindictam diuinam consimilem,quia similiter a cultu dei recessit,& cognitionem dei abiecit . Ait eñ
›› diuina vox ipsi Israel . Cognitionẽ dei
›› repulisti:& post cor tuum existi . Relicto.s.deo qui intus pura mẽte colitur. Existi foras per amorem visibilium,quo te cor tuũ.i.desideriũ & volũtas praua distrahebat.In quib⁹omnibus liberi arbitrii potestas apparet : quia sine coactione homo siue ad bonũ adiutus,siue ad malũ ꝑmissus propria voluntate in
›› clinat.hoc est qđ sequitur.Neq; eñ coactam habemus vitam. Voluntas eñ ra ››
tionali creaturæ dari potest libera, sed cogi omnino non potest.Et sicut in nostra potestate non est vt diuinę illuminatiõis donum nobis offeratur, ita nõ nisi in nostra potestate est vt oblatum suscipiatur.Nam aliquãdo & cum nolumus offertur,sed nunq̃ suscipitur nisi cum volumus.Et cum volumus quidem a deo volumus: quia donũ dei est voluntas bona. Cum autem nolumus a nobis nolum⁹: quia nolle nihil aliud est q̃ nõ velle:ꝙ desertio boni est ad nõ esse & nihil: quod sine ipso factum est.
Itaq; diuina lumina prouidę illumina ››
*tionis:quia per ea deus prouide illuminat:*Illa quidem non reuelantur per ꝓ ››
priam potestatem prouidẽtium: id est ››
eorum qui ex eis acceptis prouidẽtes
fiunt:vel prouisorum,idest eorum qui ››
prouisi sunt vel prædestinati a deo ad illa accipienda . Notandum ꝙ vbi nos reuelantur habemus, alia litera habet obcæcantur: quæ licet diuersa sint, ad eandem tamen veritatem astruendam pertinent: vt scilicet ostẽdatur ꝙ vtrũ diuina lumina reuelentur, id est manifestentur,an obcæcentur,id est abscõdãtur & occultentur,non in potestate accipientium,sed in arbitrio dantis constat. *Sed tamen q̃uis ipsa manifestatio vel occultatio in eorum potestate non* sit:susceptio tamen nunq̃ fit nisi cũ eorum voluntate, quia rationale bonum est,quod non potest nisi a cognoscente & volẽte percipi.Igitur aut praua voluntate fit vt omnino repellantur:aut differẽtia bonę voluntatis, vt dissimiliter participẽtur.hoc est qđ dicit.Sed ››
intellectualiũ visionũ hoc est spũaliũ ››
oculorum, rationaliũ scilicet mentiũ, ››
dissimilitudo facit donationẽ lucis ve ››
nientem.s.de superplena,hoc est de val ››
de plena & excellẽter plena paterna bo ››
nitate: illã inquã donationẽ facit ipsa ››
dissimilitudo, aut oĩno nõ participãtẽ ››
& nõ distributã adearũ.s.visionũ refor ››
mationẽ:aut facit participationes dif- ››
ferẽtes,hoc est paruas aut magnas,ob- ››
scuras aut claras,vnius fontalis radii ››
& simplicis & semper eodem modo se ››
habentis & superexpansi . Radius eñ ››

diuinę illuminationis a fonte boni descendens in se vnus & simplex & semper eodem modo se habens cunctis rationalibus mentibus superexpanditur, & ab eis non secundũ suam simplicitatem, sed secundũ illarũ diuersitatẽ differenter participatur. Aut enim prauę sunt, & omnino illam repellunt, & faciunt vt nullomodo participetẽ neq; distribuatur ad earum reformationẽ: aut dissimiliter bonę sunt, & differẽter eũ suscipiũt. Sequitur. Deĩde quia & aliis gentibus, ex quibus & nos respeximus in illud omnibus paratum in traditionem & apertum diuini luminis & magnũ & copiosum pelagus: non alienigenę quidam imperabant dii: vnũ autem oĩm principiũ: & ad ipsum reduxerunt sequentes secundũ vnãquãq; gentẽ sacerdotio fungẽtes angeli. Ac si diceret. Q; gentibus boni angeli p̃lati fuerint non solum ex eo probari potest ꝙ altissimus terminos populorum constituisse dicitur iuxta numerũ angelorũ dei: Sed ex eo etiã ꝙ ipsis gẽtibus non alienigenę dii ab initio imperabãt, sed vnus deus. Probabile enim est omnino ꝙ bonus dominus in republica sua bonos sub se ministros cõstituerit: quorũ ministerio & hoc postea factum est, ꝙ nos q ex gentibus credidimus, respeximus per fidem ad deũ, & ad plenitudinẽ illuminationis eius, reducti per eos: q̃d vtiq; non fecissent si boni non fuissent. hoc est quod dicit. Deinde etiam ex hoc ꝓbari potest, ꝙ boni angeli prælati fuerunt gentibus: quia scilicet ipsis aliis gẽtibus quę non fuerunt ex Israel, ex quibus gentibus & nos qui postea credimus respeximus conuersi p fidem in id magnũ & copiosum pelagus diuini luminis, quod paratum est & apertũ omĩbus in traditionem siue largitionem: quia largitur se & tradit omnibus volẽtibus & desiderãtibus illud accipere. Illis videlicet gentibus non imperabãt alienigenę quidam dii, q̃uis hoc videri posset quia idola coluerunt, & falsos deos adorauerunt. Sed vnus deus illis imperabat & dominabatur: quia sicut est vnum principiũ omniũ, a quo sunt omnia: ita est vnus dominus & rector, sub cuius potestate cõstituta sunt vniuersa. Qui sicut in seipso bonus est, ita ministros bonos sub se rectores & duces angelos constituit: & illi angeli reduxerunt nos sequẽtes per fidẽ, ad ip̃m principium nostrũ. Reduxerũt dico secundũ ꝙ erant sacerdotio. i. sacra pręlatione fungẽtes secundũ vnãquãq; gentem. hoc est vnusquisq; ex ea gente in qua sacerdotio, id est sacra potestate fũgebatur: ad fidem conuertit eos q crediderunt, & ad principiũ suum respexerunt. Sequitur. Melchisedech, intelligendũ, summũ sacerdotem existentem domino amicissimũ existẽtium, nõ existentium sed vere existẽtis excelsi dei. De angelorũ ministerio & officio tractans subito de Melchisedech narrationem inducit: nõ quia, vt quidam putauerunt, angelum ipsum fuisse, aut per hoc eius sacerdotium inter ministeria angelorum cõmemorãdum existimet: Sed vt ostendat, ꝙ non solum angelorum, sed etiam sanctorũ & deo placentium hominũ, aliisq; hominibus in iis quæ diuina fuerunt ꝑpositorum opere & ministerio factum sit ꝙ increduli ex gentibus ad fidem & cultum veri dei conuersi sunt. Secundũ hunc itaq; modum quo angeli ex officio prælationis suę sacerdotio functi sunt in gentibus, ad fidem veri dei conuertentes, intelligẽdum est Melchisedech summũ sacerdotem fuisse existentem domino amicissimũ omniũ existentium, immo potius non existentiũ, sed vere existentis excelsi dei. Litera perplexa est. Sensus autem hic est. Quia dixerat Melchisedech domino fuisse amicissimũ omniũ existentiũ, quasi corrigens dictum suũ, quia eos qui vere non sunt existentes dixerat subiungit, non existentium: secundũ quod scriptũ est. Omnes gentes quasi nõ sint sic sunt coram eo. Et quasi quæreretur: quis ergo existat: subiungit. Solus excelsus deus qui veram habet existentiam. Q; autem non ait vere existens excelsus deus, sed vere existentis excelsi dei, propter similitudinem pręcedentis vocis factum est: vt per eundem casum responderet nõ existentiũ, sed vere existẽtis excelsi dei. Esa. 40.

Vel sic legi potest.Melchisedech existē tem dño amicissimū oīm existentiū, intelligendū est fuisse sacerdotē non quorūlibet existentium sed excelsi dei vere Geñ.14. existētis:sicut scriptum est.Erat eñ sacerdos dei altissimi.Et sequitur. Etem sic simpliciter Melchisedech ipsi theosophi non amicū dei,sed & sacerdotem vocauerunt. Bene inquit dixi Melchisedech sacerdotem intelligēdum: quia theosophi.i. diuina scribentes non sic simpliciter amicum tātūmodo dei, sed etiam sacerdotem vocauerunt. Et quare sacerdotem vocauerunt,subiūgit dicens.An vt sapientibus significarent aperte ꝙ non solū ex eis in ipsum q vere est deum conuertit?Adhuc aūt & aliis vt summus sacerdos educet ea quæ est ad veram & solam diuinitatē reductione.Qꝫ inquit,Melchisedech qui de Iudęis non erat,non solū amicum dei,sed etiam sacerdotē dei vocauerūt:an ideo hoc fecerūt? vtiqꝫ sic ideo hoc fecerūt, vt sapientibus aperte significarent ꝙ non solū ex eis, id est ex Israel qui soli tunc ad cognitionem diuinam reducti & conuersi videbanť,conuertit in ipm deum,hoc est ad fidem & cognitionem ipsius dei qui vere est.Sed etiā ex aliis gentibus multos educet de tenebris ignorantię,videlicet ea reductiōe quæ est ad veram & solam diuinitatem,hoc est ad cognitionem dei.Nō ꝙ ipse Melchisedech aliquos ex Israel conuertisse legatur qui necdū populus erat:nisi forte Israel in patribus superioribus accipiamus ex quibus aliqui fortassis per ipsum Melchisedech tempore ipsius ad notitiam dei ducti sunt.Vel vt sic legatur, ꝙ scilicet idcirco non solum amicus dei,sed & sacerdos vocatus sit : qa conuertit subauditur ignaros & nescios ad ipsum deū, cui vere est credēdum. Et quasi aliquis obiiceret ꝙ ipse Melchisedech qui de Israel nō erat sed alienigena,nullum ad fidem dei cōuertit : quia solus Israel deum cognouit. Respondet ꝙ non solum ex Israel ad fidem dei conuersi sunt, sed etiā ex aliis gentib⁹:quę scilicet conuersio aliorū p ipm Melchisedech facta est . Qui tūc q dem, id est quando Abraham benedixit,sacerdos dei altissimi vocatus est, cum non esset ex Israel: vt ostēderetur ꝙ educturus esset ad deum multos : & ꝙ deus non solum in Israel, sed etiā in gentibus & sacerdotem haberet & populum . Propterea non ait eduxit, sed educet inquit . Ad illud quidem tempus quando hæc dicta sunt futurum significans, quando vel ipse Melchisedech postea per se ex gentibus ad deū conuertit: vel Christus, cuius ille typus erat,non solum ex Israel,sed etiam ex oībus gentibus per fidem multos ad ecclesiam suam de tenebris infidelitatis eduxit. *Sequitur.* Et hoc autem tuam summe sacerdotalem intelligentiam āmonebim⁹: ꝙ & Pharaoni apud ipsos Ægyptios imperāte angelo,& babyloniorum principi præside proprio, omni prouidentia & dominationis puidum & potestatiuū secundum diuisiones distributum:& gentibus illis veri dei ministri duces statuti sunt formationum ab angelis visionis manifestatione, angelis continuo sacris viris Ioseph & Danieli ex deo per angelos reuelatæ.Adhuc aliam subiungit authoritatem,ex qua probare vult gentibus bonos angelos a deo prælatos:ꝙ videlicet apud Ægyptios Pharaoni angelus visionem demonstrat, & per eam illi de futura sterilitate cautelam imperat : manifestata deinde eadem visione per Ioseph : & similiter babyloniorum principi scilicet Nabuchodonosor, pprius pręses,id est proprius prępositus suus videlicet proprius angelus visionem format:eandemqꝫ postea per Danielem referando manifestat . In quibus omnibus apparet ꝙ deus omnium rerum & prouidentiam habet & dominationem & potestatem , secundum ꝙ per illas visiones discretum vel distinctum vel distributum est:quæ visiones primum angelis reuelatæ sunt a deo: & deinde continuo per angelos sacris viris Ioseph &Daniel.hoc est qđ dicit. O Timothee non solū superiora,sed etiam hoc ammonebim⁹tuā summe sacerdotalem intelligentiam.i.intelligentiā tuam qui summus sacerdos es ammonebim⁹hoc,ꝙ angelo īperāte Pharaoni

apud Ægyptios,& Babyloniorũ principi imperante præside proprio,id est angelo qui ei pręlatus erat: p hoc inquã, ꝙ angeli illis imperasse leguntur,distributum est ꝓuidum & potestatiuum diuinæ ꝓuidentiæ & dominationis secũdum illas,scilicet visiones:id est ostensum est ꝙ deus ꝓuidẽtiã suam & potestatem singulis gentibus gubernandis distribuit:& ostẽsum est etiam ꝙ gentibus illis veri dei ministri duces statuti sunt.& quomodo ostensum sit hoc subiungit:manifestatione, scilicet visionis formationũ ab angelis,hoc est visionis in qua demonstratæ sunt formationes siue figurę ab angelis factæ in mentib⁹ prophetarũ ad significãda futura: quales fuerunt vaccę & spicę q̃s vidit Pharao:& arbor & statua quã vidit Nabuchodonosor. Talis itaqꝫ visionis manifestatione demonstrata est diuina ꝓuidentia & potestas p angelos gẽtes disponẽs: visionis dico primũ reuelatę angelis a deo, & deinde cõtinuo per angelos reuelatę sacris viris,Ioseph scilicet & Daniel ex deo.Sequitur. Vnũ eñ est oĩm principiũ & ꝓuidẽtia:& nullomodo existimandũ, Iudęos quidem pleniter duxisse diuinitatẽ:angelos autẽ specialiter aut ęque honorabiliter aut oppositis, aut deos quosdam alteros imperare aliis gẽtib⁹.Repetitio probat q̃d supradixit,ꝙ vnũ est principiũ & prouidẽtia oĩm,id est vnus de⁹,a quo sunt omnia & per quẽ regũtur vniuersa: & idcirco nullomodo existimandũ est diuinitatem duxisse Iudęos,hoc est ducatum prębuisse iudæis pleniter vel absolute,hoc est per semetipsam, scilicet sine mediante angeloꝝ ministerio:Aliis autem gentibus imperare angelos specialiter hoc est particulariter siue minus excellenti potestate, aut æque honorabiliter hoc est potestate ęquali & cõsimili diuinę dominationi,aut oppositis subauditur imperiis: quẽadmodũ apostata angelus dixisse legitur Sedẽ se ad aquilonem positurũ, & altissimo potestate futurũ consimilẽ. Aut etiam nõ est existimãdũ alteros quosdã deos imperare aliis gentibus: quasi vnius & veri dei potestati & dominationi oĩa

Gen.41.
Dan.2.
Esa.14.

subiecta non sint. Nõ est,inquit,ita existimandum quasi in solis iudæis verus deus potestatem habeat,& aliis gentibus siue angeli, siue alteri quidam dii, siue ęquali siue inęquali, contraria tamẽ & extranea diuinę dominationi imperent potestate. Vel sic legatur,Nullo modo existimandũ diuinitatem per seipsam sine interposita subiecta potestate angelica,iudęis ducatum prębuisse: Angelos autem aliis gentibus imperasse specialiter,hoc est particulariter,scilicet in gentibus potestate & dignitate inferioribus q̃ ipsi iudęi fuerũt: aut ęque honorabiliter,hoc est in gentibus, scilicet ęque potentibus & honorabilibus:aut etiam in oppositis gẽtib⁹,quæ ipsis scilicet iudęis oppositæ & contrariæ fuerunt oppugnantes & opprimẽtes eos.Non est,inquit,ita existimãdũ, ꝙ scilicet deus idcirco iudæos per semetipsum duxerit,quasi ipsi cęteris gẽtibus oĩbus honorabiliores fuerint: alias autem gentes quasi inferiores & viliores dominationi angelicę reliquerit:cum in aliis nationibus plures non solum ęque honorabiles: sed etiam fortiores & potẽtiores ipsosqꝫ iudæos sua potentia & fortitudine opprimentes fuisse non dubitetur. Nam quod dictũ est.Quando diuidebat altissimus gentes,statuit terminos populorum iuxta numerũ angelorum dei: pars autẽ domini populus eius:Iacob funiculus hęreditatis eius: Non ita intelligendum est,quasi cęteras gentes angelis regendas dederit,solo Israel sibi, hoc est suæ prouidentiæ & gubernationi retento: vt videlicet vel ipse Israel sine angelis vel angeli reliquas gentes sine ipso disponerent:qa & Israel Michael p̃latus legitur,& de⁹ omnes gẽtes in sacro eloquio possidere & gubernare memoratur.Non itaqꝫ sic intelligendum est q̃d scriptum est. Sed eloquium illud in quo videlicet hoc dicit,accipiendũ est secundum ipsam sacram intelligentiã, hoc est secundũ talẽ intelligentiã quæ a sacro,hoc est a veritate nõ discordet. Hæc autem est sacra intelligentia, vt intelligamus hoc dictum non ita vt, hoc est quasi, partiente deo ducatum

nostrum.i.humani generis cum alteris quibusdam diis aut angelis:partiẽte dico in prĩcipatum Israel & in ducatum gentis:contẽto scilicet deo,Israel.i.prĩcipatu in Israel,aut retẽto sibi, ita vt illi soli prĩceps & dux esset. Nõ ĩquã ita intelligendũ est:Sed ita vt,hoc est quasi,ipsa quidem excelsa vel excelsi prouidentia,quę est vna simul omnium,quia omnibus prouidet:illa inquã prouidentia salutariter distribuente omnes homines restitutoriis manuductionib⁹ ꝓ priorum angelorũ.i.ducatibus quibus quasi cęci in tenebris ignorãtiæ manuducerentur,& ad lumen veritatis restituerent̃:& solo Israel cõuerso in illuminationem & cognitionem veri dei fere vltra omnes gentes. Propterea.n.solus Israel a deo in portionẽ acceptus & ductus legitur:quia solus tunc ex omnib⁹ gentibus ad cognitionẽ dei reuocatus est & ad cultũ diuinũ institutus. Vnde inquit,theologia significãs ipsum, hoc est deum,possedisse Israel in veri dei famulatum,ait. Facta est portio dñi, ipse scilicet Israel. Sic itaꝗ portio ei⁹ fuit Israel:qui sic ab ipso possidebat̃ vt ipsum possideret & haberet. Sequitur. Ostendens autem & eum viritim cęteris gẽtibus distribuisse:cuidã sanctorũ angelorum in cognoscendum ꝑ eũ vnũ omnium principium Michaelẽ dixit Iudaicũ duxisse populum. In hoc,inquit, ꝙ sacra scriptura dixit Michaelem duxisse Iudaicum populum,ostendit plane eum.i.deum distribuisse etiã in cæteris gentibus.s.ducatum viritim hoc est sigillatim,cuidam hoc est alicui sanctorum angelorum:vel vt expressi⁹ dicatur vnam vni,vel vnãquãꝗ vnicuiꝗ vel singula singulis:distribuisse dico in cognoscẽdum ꝑ eum.s.angelum: hoc est vt vnaqueꝗ gẽs ꝑ suum angelum cognosceret vnũ omniũ principium a quo sunt omnia & sub quo regunt̃ vniuersi.vt hoc inquit ostẽderet sacra scriptura dixit Michaelẽ ducẽ Iudaici populi,quem specialiter deus sua sub prouidentia & gubernatione tuẽdũ susceperat. Nam hoc dicens aperte nos edocuit vnam esse prouidentiam quæ omibus gubernando præsidet,sub qua p singulas gẽtes imperantes angeli easdem gentes,sequentes ipsos volũtate essentiali,hoc est libero arbitrio naturaliter insito,extendunt vel promouẽt in ipm proprium principium.s.suggerendo & adiuuando. Scriptura inquit dixit Michaelem Iudaicum duxisse populũ:cuius ducem ipsum deum alibi cõmemorauerat. In hoc aperte nos edocẽs vnam esse omnium prouidentiam superessentialiter supercollocatam,hoc est non solum potẽtialiter sed etiã naturaliter ꝓsidentem simul omnibus inuisibilib⁹ & visibilibus virtutibus, angeloꝝ.s.& hominum. Hoc est enim qđ in vtrisꝗ bonum constat. Ostendens etiã oẽs angelos sub illa prouidẽtia per singulas gẽtes imperantes extẽdere quasꝗ siue singulas virtutes illarũ videlicet gẽtium in ipsum subauditur deum,vt in ꝓpriũ principium:virtutes dico sequẽtes voluntate essentiali hoc est arbitrio libero naturali. Angeli enim humanas mẽtes ad deum amandum virtutes suggerendo excitãt:non coactas necessitate, sed sequentes voluntate.

Titulus Decimi Capituli.
Synagogæ angelicæ ordinationis repetitio.

Litera Cap.X.

COnnexa est itaꝗ sic ipsa quidem honorabilissima circa deũ animorũ dispositio ex perfectiua illuminatione ordinata:in eã immediate ascendendo occultior: & manifestior diuinitatis illuminatione purgatur & illuminatur & perficitur. Occultior quidem tanꝗ inuisibilior & magis simplificata & vnificata. Manifestior vero vt ante data,& primo lucet & vniuersalior,& magis ĩ eam(vt oportet)forma effusa. Ab ipsa autem iterum proportionaliter secunda,& a secunda tertia,& ex tertia secundum nos hierarchia,secundum ipsam bene ornãtis ordinatio-

nis legē in harmonia diuina & ana logia ad simul omnis boni ornatus superprincipale principium & con summationem hierarchice reducit. Manifestatores autem omnes sunt & angeli eorum qui ante ipos sunt. Ipsi quidē honorabilissimi dei mo uentis: proportionaliter autem cęte ri ex deo motorum. Tantum em̄ o mniū superessentialis harmonia vni cuiq; rationalium & intellectualiū sacro ornatu & ordinata ductiōe p̄ uidit, quantum ipse hierarchiarum vnusquisq; ordo sacre & decēter po situs est. Et omnem hierarchiam vi demus in primas & medias & vlti mas virtutes diuisam. Sed & ipsam, per singulas specialiter dicendum, dispositionem ipsis diuinis harmo niis discreuit. Propter quod & ipsos diuinissimos seraphim theologi aiūt alterum ad alterum clamare, aper te hoc (vt existimo) declarantes, ꝙ theologicas sententias ipsi primi se cundis tradunt. Addiderim autem fortassis & hoc non incongrue, ꝙ & secundum seipsum vnusquisq; & cæ lestis & humanus animus speciales habet & primas & medias & vlti mas ordinationes & virtutes, ad iā dictas per vnumquēq; hierarchica rum illuminationum proprias ana gogas ꝓportionaliter manifestas: per quas vnumquodq; in participa tione fit, sicut idipsum & fas est & possibile, superincognitissimæ pur gationis plenissimi luminis antep fectæ perfectionis. Etenim nihil per se perfectum indigens vniuersalis p fectiōis, nisi vere perfectissimum & anteperfectum.

Magistri Hugonis de S. Victore Ex positionis in Decimum Cap. Diui Dio nysii Areopagitę De cęlesti hierarchia Pars secunda Lib. IX.

Decimi Cap. titulus est: Synago gę angelicę ordinationis repeti tio. Hic em̄ breuiter repetitur qđ supra dictum est. s. ordinata synago ga. i. congregatio vel multitudo ange lica in omnib⁹ suis primis & secūdis & tertiis. Cap. aūt sic incipit. Cōnexa est itaq; sic ipsa quidē honorabilissima cir ca deū animoꝝ dispositio, ex perfectiua illuminatione ordinata, in eam īmedia te ascendendo, occultior & manifestior diuinitatis illuminatione purgat & il luminat & perficitur. De prima hierar chia dicit, quæ in tribus cōstat ordini bus: seraphī, cherubim, & thronis. Hæc itaq; dispositio siue ordinatio animoꝝ, hoc est spirituum, honorabilissima vel excellentissima omniū: connexa est cir ca deum: hoc est & inter se concorditer iuncta, & deo immediate sociata: sic or dinata ex perfectiua illuminatione. i. di uina: quæ sola perfecte lucet & illumi nat. Quicunq; enim ab ipsa illuminan tur, lucendo quidem ei assimilantur: & illuminando alios eam imitantur. Sed tamen nec in eo ꝙ lucent, ei coæquan tur: nec in eo ꝙ illuminant, comparan tur. Propterea hierarchia ista quæ sola ab ipsa illuminat immediate, singulari ter ex perfectiua illuminatione ordina tur. Alii quippe qui īferiores illumina tiones mediate suscipiunt, conuenien ter etiam inferius dispositi & ordinati sunt. Ista vero hierarchia quæ ex perfe ctiua siue teletarchica & diuina illumi natione, quæ princeps est sanctificatio nis. i. prima & maxīa ac singularis cau sa sanctificationis ordinatur: vel (vt ex pressius dicatur) pōtificatur hoc est in pontificalem ordinem siue dignitatem sublimatur: conuenienter cūctis digni tate superponitur, in eam videlicet illu minationem immediate ascēdendo, oc cultior existēs & manifestior ex eadem diuinitatis illuminatione purgatur & illuminatur & pficitur. Quomodo au tem prima hierarchia ex eo ꝙ diuinam illuminationem immediate suscipit & occultior & manifestior fit, verbis sub sequentibus exponit dicēs. Occultior quidem tanq̄ inuisibilior & magis sim plificata & vnificata. Manifestior vero

" vt quę ante data luce & primo lucet:& " vniuersalior est,magis in eam, vt opor " tet,forma effusa. Occultior,inquit,est in eo ꝙ inuisibilior est & magis simpli ficata & vnificata.In eo occultior est ꝙ magis ĩuisibilis est & propinquior sim plicitati & vnitati deitatis. Manifesti= or autem est vtpote quæ lucens ex lu= ce data sibi ante,id est priusq̃ aliis:ideo primo lucet & excellentius. Manife= stior est etiam quia vniuersalior est in qua vna similitudo in pluribus cõstat: quia magis notum est quod magis cõ= mune est & pluribus conuenit. Vnde autem vniuersalior sit & magis consi= milis,adinuicem consequenter ostẽdit: quia scilicet forma,id est diuina illumi natio ex qua formatur vt luceat:ma= gis,id est expressius vel abũdantius ef= fusa est in eã q̃ in alias hierarchias sub ditas. Sẽsus autem hic est:quia scilicet diuina illuminatio in istam hierarchiã primo effundit,idcirco ipsa perfectius illuminatur.Quanto autem perfectius ii qui in ea sunt spiritus vnam illumi= nationem suscipiunt,tanto perfecti⁹ & clarius lucentes in ĩpa vna forma vni⁹ luminis vnum fiũt:& quod in ipsis di= uersum ex natura multipliciter distin guit, vna claritatis forma superuenien te cunctis dissimile non videtur.Ita er go ista hierarchia quia prius lucet per= fectius lucet:& quia perfecti⁹ lucet,vni uersalius vel similius vel expressius lu cet: & quia expressius lucet manifesti⁹ lucet.Quæ ergo essentialiter occultior est,formaliter est manifestior: & q̃ sub= tilior est ex natura,clarior est ex gr̃a.Se " quitur. Ab ipsa autem iterum propor " tionaliter secunda,& a secunda tertia, " & ex tertia secũdum nos hierarchia, se " cundum ipsam bene ornantis ordina= " tionis legẽ in harmonia diuina & ana= " logia ad simul omnis boni ornatus su= " perprincipale principium & cõsumma " tionem hierarchice reducitur. Ab ip= sa, inquit,hierarchia prima reducitur vel conuertitur secunda: & a secunda, tertia conuertitur: & a tertia conuerti tur illa scilicet hierarchia quę est secũ dum nos.Prima enim hierarchia ange lica conuertit secundam: secunda ter= tiam: tertia angelica conuertit huma= nam.Quo autem conuertat ostẽdit di= cens. Ad superprincipale principium & consummationem simul omnis boni ornatus,id est ad deum qui prĩcipium est & perfectio omnis bonæ & pulchræ dispositiõis. Reducit autem hierarchi ce hoc est secundum officium vel ordi nationem siue legem hierarchiarũ : in quibus ordinatum est vt superiores se cundum modum & virtutem suam in feriores illuminando & suggerendo ad principium suum conuertant.Conuer tunt autem secundum ipsam legem be ne ornantis ordinationis,id est diuinæ ordinationis quæ ornat omnia : cuius lex est & institutio,vt alii ab aliis illu= minentur & conuertãtur in harmonia & analogia diuina:hoc est in cõcordia & proportione a deo vniuersitati col= lata.In eo enim ꝙ boni participatio per alios aliis proportionaliter transfundi tur,cõcordia in vniuersitate perficitur & consummatur.Qꝫ autem ait iterum reducitur,sic intelligẽdum est, quasi se cunda reductiõe. Prima enim reductio est,quando primi ab ipso deo illumina ti in ipsum deum conuertuntur.Secũ= da quando a primis secundi, vel a secũ dis tertii. Manifestatores autem sunt " omnes & angeli eorum qui ante ipsos " sunt. Omnes(inquit)spiritus cęlestes " manifestatores sunt & angeli, hoc est nuncii eorum qui sunt ante ipsos. Qđ enim a præcedentibus accipiunt,sequẽ tibus post se nunciant & manifestant. Sequitur. Ipsi quidem honorabilissi= " mi dei mouentis,proportionaliter au= " tem cæteri ex deo motorũ.Dixerat oẽs " nuncios esse præcedentium ad sequen tes:nunc subdistinguit ꝙ ipsi quidẽ ho norabilissimi,id est excellentissimi spi= ritus qui solum deum ante se habent, nuncii sunt ipsius dei mouẽtis eos per inspirationem vt per eos secreta sua se quentibus reuelet. Cæteri autem qui post ipsos sequuntur,nuncii sunt ipso= rum motorum ex deo.Nuncii inquam sunt proportionaliter,id est secũdi pri morum,& dei per primos:tertii secun dorum & primorum per secundos: dei autem per secundos & primos: atꝙ in

hunc modum cæteri post hoc sequentes. Quomodo autem proportionaliter singuli diuina secreta reuelent, subsequentibus verbis exponit, ostendens φ vnicuiq; tantum posse datum est, quãtum competit ordini & loco in quo positus est. Hoc est quod dicit. Tãtũ em̃ omniũ superessentialis harmonia vnicuiq; rationalium & ĩtellectualium sacro ornatu & ordinata ductione pręuidit, quantum ipse hierarchiarum vnusquisq; ordo sacrę & decenter posit⁹ est. Superessentialis, inqt, harmonia, id est diuina prouidentia quæ omnia cõcorditer disposuit: tantum præuidit scilicet virtutis vel potentiæ, vnicuiq; rationalium vel intellectualium, cum sacro ornatu & ordinata ductione, scilicet sacre ornans & ordinate ducens: tãtũ inquam præuidit quantum est sacre & decẽter positus vnusquisq; ordo hierarchiarum, hoc est quantũ decet sanctitatem & decentiam ordinis vniuscuiusq;. De quo ordine ĩ vnaquaq; hierarchia distinctiones subiungit dicens.

Et omnem hierarchiam videmus in primas & medias & vltimas virtutes siue ordines diuisam. Et non solũ vnã quãq; hierarchiam: sed etiam vnũquẽq; ordinẽ per singulas hierarchias, hoc est quod sequitur. Sed & ipsam, p singulas specialiter dicendum, dispositionem ipsis diuinis harmoniis discreuit. Ipsa, inquit, diuina prouidentia discreuit vel distinxit ipsam scilicet vnãquãq; dispositionem hoc est ordinem, diuinis harmoniis, vt scilicet distinctio esset & discrepantia non esset. Et hoc dicendum est specialiter per singulas hierarchias: singuli ordines speciales habent discretiones. Sequitur. Propter quod & ipos diuinissimos seraphim ipsi theologi aiunt alterum ad alterũ clamare: aperte (vt existimo) declarantes, φ theologicas sententias ipsi primi secundis tradunt. Propter quod, quia scilicet singuli ordines in semet discreti sunt: Idcirco ipsi theologi aiunt ipsos seraphim qui diuinissimi sunt, id est diuinitati propiquissimi, clamare alterũ ad alterũ, sicut in Esaia legitur. In hoc scilicet φ alterum ad alterum clamare dicunt, aperte declarantes φ theologicas, id est diuinas sententias, ipsi q primi sunt in illo ordine, tradunt iis qui secundi in eodem ordine cõstituti sũt. In quo claret vnum eũdemq; ordinem primos & secundos habere. Quod si de primo & de supremo ordine veraciter accipitur, de sequentibus nullo modo dubitari potest. Sequitur. Addiderim autem fortassis & hoc non incongrue φ & secundum seipsum vnusquisq; & cælestis & humanus animus speciales habet & primas & medias & vltimas ordinationes & virtutes, ad dictas per vnũquenq; hierarchicarum illuminationum proprias anagogas proportionaliter manifestatas: per quas vnumquodq; in participatione fit, sicut idipsum & fas est & possibile, superincognitissimæ purgationis & plenissimi luminis & anteperfectæ perfectionis. Sensus hic est, φ non solũ vniuersalis hierarchia in primam & mediam & vltimam hierarchiã: & singulæ hierarchiæ in primos & medios & vltimos ordines: & singuli ordines in primos & medios & vltimos spiritus diuiduntur: Sed etiam ipsi singuli spiritus angelici siue humani in semetipsis virtualiter discreti sunt: primas & medias & vltimas virtutes continentes: per quas propriis anagogis, id est sursumductionibus siue ascensionib⁹ ab infimis ad medias, & a mediis ad supremas, secũdum hierarchicas illuminationes ꝑportionaliter ascendẽtes: participes fiũt, quãtum eis possibile, diuinæ purgationis quę est ĩcognitissima vel occultissima, quia intime purgat: & diuini luminis qđ est plenissimum, quia oẽs tenebras fugat: & diuinæ perfectionis, quę est anteperfecta: quia cunctis & prior est ęternitate, & superior dignitate, & plenior veritate. Hierarchicas autem illuminationes idcirco proportionales dicit, qa in sacris potestatibus vbi alii superiores alii inferiores constituti sunt, diuinas illuminationes nõ omnes vno modo percipiunt. Superioribus enim & capacioribus in donis gratiæ ampli⁹ tribuitur: Inferioribus secũdum modum capacitatis suæ minus participandum

præbetur. Secundum hunc itaq̃ modũ quo vel in singulis hierarchiis, diuersis ordinibus & diuersis animis differẽter diuinæ illuminationes tribuunt, vnusquisq̃ etiam anim⁹ in semetipso in eisdem illuminationibus rationabili differentia a minoribus ad maiora excrescens prouehitur. Hoc est quod dicit. Addiderim autẽ & hoc non incõgrue: ac si diceret. Nõ solum de singulis hierarchiis siue ordinibus congrue dicere possum ꝙ habeant & primos & medios & vltimos ordines vel spirit⁹: Sed etiam hoc fortassis non incongrue supradictis addere possum, ꝙ vnusquisq̃ & cælestis & humanus animus secundum seipsum vel in seipso habet specia les, hoc est proprias & primas & medias & vltimas ordinationes & virtutes: hoc est virtutes in ipo primo & medio & vltimo loco ordinatas. Ad quid autem virtutes habeat differentes, subiũgit, scilicet ad ꝑprias anagogas: vt habeat videlicet ascensiones suas vnusquisq̃ proprias, & promotiones in melius: sicut scriptum est. Ascensiones in corde suo disposuit: & iterum. Ascendunt de virtute in virtutem: & videbit de⁹ deorum in sion. Ad has autem anagogas, id est ascẽsiones, dispositæ sunt virtutes alię inferiores aliæ superiores, vt ab inferioribus ad superiora ascendendo participes tandem fiant summi boni, quod est deus deorum in sion. Habet, inquit, vnusquisq̃ spiritus proprias virtutes prias & medias & vltimas, ad proprias anagogas, id est ascẽsiones faciendas. Anagogas dico dictas iam. i. quas supra iam diximus, per vnumquẽq̃ scilicet ordinem hierarchicarum illuminationum: quia cum ostendimus qualiter in distributione hierarchiarũ distincti ordines differentes illuminationes percipiunt: demõstrauimus etiã quemadmodum in eis inferiores ꝑpor tionaliter, id est rationabili differentia promotionis per superiores ad suprema ascendunt. Propterea dixit anagogas hierarchicarum illuminationum proportionaliter manifestatas siue in proportionibus manifestatas, siue ex prꝗcedenti tractatione in qua hoc demõstratum est, ꝙ ascensiones istæ proportionaliter fiunt: vel in hoc proportionaliter manifestatas, quia quãtomagis crescit ascensio, tãtomagis crescit cognitio. Propter has igitur ascensiones gradus virtutum dispositi sunt, ꝑ quas videlicet ascensiones vnumquodq̃, id est vnusquisq̃ animus ascendens ꝑ eas fit in participatione, id est fit particeps superincognitissimę purgationis & plenissimi luminis, & anteperfectæ perfectionis. Particeps dico fit sicut idipm, id est vt particeps fiat, fas est & possibile: fas quantũ ad participandi boni dignitatem: possibile, quantum ad suam capacitatem. Sequitur. Etenim nihil per se perfectum indigens vniuersalis perfectionis: nisi vere perfectissimum & anteperfectum. ” ” ” ” Bene, inquit, dixi diuinam perfectionem anteperfectam: quia omnia quæ perfecta sunt, ex ipsa perfecta sunt: quia nihil est per se perfectum, & nihil quod non sit per se imperfectũ, & quod non sit indigens per se inuisibilis vel omnis perfectionis: nisi illud bonum summum: quod est & vere perfectissimũ, quia nihil ei deest: & anteperfectum, quia ei⁹ plenitudo æterna est.

Titulus Vndecimi Capituli.

Quare omnes cælestes essentię cõmuniter virtutes cælestes nominantur.

Litera Cap.XI.

His autem definitis, illud dignum intelligere oportet, ob quã causam omnes similiter angelicas essentias, virtutes cælestes vocare cõsueuimus. Non enim est dicendum vt in angelis, ꝙ omnium nouissima est dispositio ipsa sanctarum virtutum. Et quidem nouissimarum sanctã & decoram illuminationem superpositarum essentiarũ dispositiones participãt: vltimæ vero primarũ nullo mõ. Et cui⁹ grã cęlestes qdẽ virtutes

omnes diuini intellectus nominantur : seraphim autẽ & throni & dominationes nullo modo. Participatæ enim extremę ab excellentissimis sunt vniuersalibus proprietatibus. Ipsi namq; angeli & ante angelos archangeli & principatus & potestates post virtutes ab ipa theologia ordinati communiter sæpe a nobis similiter cum aliis sanctis essentiis cælestes virtutes vocant̃. Dicimus autem ꝙ cõmuniter in omnibus vtentes cælestium nominatione virtutum, non confusionem quãdam vniuscuiusq; dispositionis proprietatum introducimus : sed quia ĩ tria diuiduntur secundum se supermundana ratione omnes diuini intellect9, in essentiam & virtutem & operationem: cum simul omnes aut eorum quosdam inobseruate cælestes essentias aut cælestes vocamus virtutes: periphrasticos de quib9 sermo est significare nos existimandũ, ex ea quæ per singulos eorum est essentia vel virtute. Neq; enim superpositam proprietatem facile est iam a nobis discretarum sanctarum virtutum minoribus omnino annectere essentiis in conuersione inconfusæ angelicorum ornatuum ordinationis. Iuxta enim sæpe a nobis recte redditam rationem, ipsę quidem superfirmatæ dispositiones abundãter habent minorum etiam sacras proprietates: vltimę vero maiorum superpositas vniuersitates non habent, particulariter in eas primo apparentibus illuminationibus ꝑ primas ꝓportionaliter eis distributis.

Magistri Hugonis de Sancto Victore Expositionis ĩ Vndecimum Cap. Diui Dionysii Areopagitæ de cælesti Hierarchia, Pars tertia Lib. IX.

Vndecimi Cap. titulus est: Quare omnes cælestes essentiæ cõmuniter virtutes vocant̃. Hæc est quæstio. Cum vnus tm̃ ordo in cælestibus spiritibus virtutes vocetur, quare hoc vocabulum omnibus communiter tribuat̃. Dicit aũt. His aũt definitis, illud dignũ ĩtelligere oportet : ob quã causam omnes similiter angelicas essentias virtutes cælestes vocare consueuimus. Hoc quippe dignum inquisitione est: quia non eam causam hic esse cõstat quam reddimus quando omnes cælestes essentias angelos vocamus: ꝙ scilicet ordo angeloꝝ vltimus est: & ideo nomen eius ad superiores ordines assumitur, quia ab eis proprietas eius participatur: quoniam om̃es superiores sicut omnes proprietates inferiorũ participant, ita etiam conueniẽter aliquãdo nomen eorum assumunt. Sed hic similiter dicere non possumus, quãdo omnes cælestes spirit9 virtutes nominamus: quia cum quidam ordines inferiores sint ipsis virtutib9, illi sicut nõ participant in proprietate superiorum, ita etiam videtur ꝙ ĩ vocabulo participare non debeant. Hoc est qđ dicit. Non enim est dicendum vt in angelis, scilicet ꝙ ipsa sanctarum virtutum dispositio nouissima sit omnium. Hoc enim si verum esset, non esset mirũ si nomen earum om̃es alii ordines participarẽt: quia proprietatem ipsarum vtpote superiores participarent. Hoc est quod sequitur. Et quidem nouissimarum essentiarum, id est vltimorum spirituum sanctam & decoram illuminationẽ participant dispositiones superpositarum essentiarum: vltimæ vero, subaudit̃ dispositiones, nullomodo scilicet participant illuminationem primarũ essentiarũ. Sequitur. Et cuius gratia cælestes quidem virtutes omnes diuini intellectus nominantur: seraphim aũt & throni & dñationes nullomodo. Dignum (inquit) est intelligere cuius subauditur rei gratia omnes diuini intellectus cælestes virtutes nominant̃, cum nullo modo nominentur seraphim & throni & dominationes. Nam ꝙ angeli nominant̃ mirũ non est: quia angeli vlti-

mi sunt,& eorum proprietas a superioribus participatur vniuersaliter. Hoc est quod dicit. Extremæ enim subauditur essentiæ,vt sunt angeli,participatę sunt ab excelsissimis vniuersalibus in omnibus proprietatib⁹ suis: sed non ediuerso,superiorum proprietates ad inferiorum participationē vniuersaliter veniūt.Propterea mirū est quomodo angeli, & q ante angelos sunt archangeli & prīcipatus & potestates nomen virtutum assumant,cum nō participēt proprietatem: quia post virtutes ab ipsa theologia ordinati sunt.i.a diuina scriptura post virtutes ordinati referuntur. Et tamen similiter cū aliis sanctis essentiis vocantur a nobis cęlestes virtutes.Sequitur. Dicimus autē ꝙ communiter in omnibus vtentes cælestium nominatione virtutum,nō cōfusionē quandam vniuscuiusꝗ dispositionis proprietatū introducimus.Modo soluit quęstionem quare nomen virtutum inferioribus ordinibus tribuat. Dicimus,inquit,quia nos vtentes noīatione cælestium virtutum, communiter etiam omnibus,non inducimus cōfusionem aliquam proprietatum vniuscuiusꝗ dispositiōis.id est per hoc ꝙ nomen commune facimus, discretionis ꝓprietatē non confundimus:Sed potius quando inferiores ordines virtutes nominamus,non illius ordinis proprietatem sed communem cunctis virtutem significamus. Omnes enim diuini intellectus in tria diuiduntur. non inter se alius.s.ad alium:sed vnusquisꝗ secūdum se siue in se,supermundana ratione.i.spirituali.Qꝛ enim diuiduntur nō fit ex consideratione partium,vbi non simplicitas essētiæ,sed spūalis est discretio:vbi non totum in partes, sed natura discernit in proprietates.Postea subiungit in quę tria vnusquisꝗ spirit⁹ in se diuidatur.s.in essentiam & virtutem & operationem. In oīni eī spiritu hæc tria sunt.Primum essentia in qua subsistit,deinde virtus secūdum quā valet: deinde operatio per quā efficit.Cū igit omnes simul scilicet spiritus aut quosdam eorum,inobseruate.i.indiscrete siue communiter,vocamus aut cælestes essentias aut cęlestes virtutes:existimādum est nos eos de quibus sermo est significare periphrasticos, id est per circūlocutionem,ex ea essentia vel virtute quæ per singulos eorū est,id est quæ communis est omnibus:non ex ea quæ proprie singularis,cuius ordinis dignitatem discernit. Quare autem singularem ꝓprietatem vni⁹ ordinis aliis subiectis ordinibus attribuere nolit, ostendit dicens. Neꝗ eī(inquit) facile nobis est superpositam proprietatem sanctarum virtutum iam a nobis discretā .i.proprie & singulariter eis attributā, minoribus essentiis annectere siue tribuere, in conuersione ordinationis inconfusæ angelicorum ornatuū: quia si hoc facerem conuerterem siue peruerterem ordinationem angelicorum ornatuum, quæ inconfusa est. Quomodo autem inconfusa sit ordinatio angelicorum ornatuum,id est angelicorum ordinum pulchre siue ornate dispositorum ostendit,quia scilicet seruant discretionem suam nec se commiscent superioribus,quorum proprietatib⁹ participare non habent. Ipsæ quidem superfirmatæ dispositiones, id est superiores ordines, abundanter siue plene habent etiam minorum sacras proprietates: vltimæ vero maiorum superpositas vniuersitates non habent.Superius aliquantulum iam diximus quomodo illic vbi deus est omnia in omnibus,aliquid proprium esse possit alicui qđ omnibus commune nō sit.Hic quoꝗ nō omnino tacuit author quomodo id intelligendum sit in eo quod ait: Abūdāter habent. In hoc ergo proprietas intelligēda est:q̄ superiorib⁹ cōuenit,inferioribus nō cōuenit: ꝙ supiores abūdāter hn̄t qcqd inferiores hn̄t: inferiores vero abundanter non habēt,qcquid superiores habēt.Quid enim tam magnū potest esse ibi qđ in cōmunionem vniuersorum non transeat,vbi caritas cōmunis est quæ maior omnibus est! Ergo oīa sunt omniū:Sed hoc solum proprium ibi est ꝙ abūdanter alicui est qđ omnib⁹ nō est:qa supiores quidē virtutes inferioꝝ vniuersaliter & abūdanter habent:Inferiores autem non ęque

virtutes superiorum habent vniuersaliter.i.secundũ omnẽ plenitudinem illuminationibus diuinis tãtũmodo particulariter primo in eas apparentibus. Non in eas primo apparẽtibus, sed primo particulariter in eas. Nam in alias .i.in superiores prius apparent vniuersaliter, & deinde postea per ipsas prias proportionaliter hoc est secundũ ꝓportionem non secũdum omnem plenitudinem eius distribuuntur.

Titulus Capituli Duodecimi.

Quare secundũ homines hierarchæ angeli vocantur.

Litera Cap.XII.

QVæritur aũt & hoc intelligibilium eloquiorum studiose intuentibus. Si eñ participantia excelsiorũ virtutum vniuersitatum nõ sunt vltima: ob quam causam secũdũ nos, summus sacerdos, angelus dei omĩpotẽtis, ab eloquiis nominatur? Est autem non cõtraria ratio (vt existimo) ante definitis. Dicim⁹ enim ꝙ ab vniuersali & superposita maiorũ ornatuum virtute relinquuntur vltimi: Mediam enim & proportionalem participant, iuxta vnam simul cunctorum coniunctiuam societatem: quale est ꝙ sanctorum cherubim ordo participat sapientiam & scientiam altiorem. Sub ipsis autem essentiarum dispositiões participãt quidem & ipsæ sapientiam & scientiam, particularem tamẽ ad illos & subiectam. Et quidem omnino ĩ participatione sapientiæ esse & sciẽtię, commune est omnibus deiformib⁹ intellectibus. Attente autem & primo aut secundo aut infra, nequaq̃ commune: sed sicut vnicuiq; ante ꝓpria definitur analogia. Hoc autem & de omnibus diuinis mentibus nõ fortassis quis errans definiet. Etem sicut primi abundantius habent minorum sanctas pulchrasq; proprietates: sic habẽt vltimi eas priorum: non tamen similiter, sed infra. Nihil ergo (vt existimo) inordinatum si & secundum nos summum sacerdotẽ angelum theologia vocat, iuxta virtutem propriam angelorum participantem prophetica proprietate, & ad manifestatiuam eorum similitudinem, quantum possibile hominibus, extentum. Inuenies aũt ꝙ & deos theologia vocat & cælestes supra nos essentias, & apud nos amicissimos dei & mirabiles viros. Et quidem diuinum secretum superessentialiter simul omnib⁹ & remotum & supercollocatum: & nullum ei eorum quæ ab eo sunt, simile nominari proprie & omnino valet. Veruntamen quæcunq; & intellectualium & rationalium ad vnitatẽ ei⁹, & qualiscunq; virtus, vniuersaliter cõuertitur: & ad diuinas ipsius illuminationes (quantum possibile) incessabiliter extenditur secundũ virtutem (si iustum dicere) diuina imitatione & diuina vniuocatione digna facta est.

Magistri Hugonis de Sancto Victore Expositionis in Duodecimum Cap. D.Dionysii Areopagitę de cælesti hierarchia Pars quarta Lib.IX.

DVodecimi Cap. Titul⁹ est. Quare secũdũ homines hierarchiæ angeli vocanẽ. Cui⁹ sensus est: quare illi qui sũt hierarchæ.i. sacri prĩcipes secundum homines siue inter homines, sicut sunt summi pontifices vel quilibet sacerdotes & alii ministri verbi dei, quare illi scilicet angeli vocanẽ: cum dictum sit superius ꝙ inferiores sicut superiorum proprietates non participant, ita etiã nomina assumere non debent. Si enim ordo angelorum, quia inferior virtutibus est, nomen ipsarum secundum proprietatẽ earũ participa-

pare non potest: nec homines (quia indubitanter angelis inferiores sunt) nomen ipsorũ secundum proprietatē eorũm vsurpare possunt. Sed hęc quęstio in eo soluitur, quod supradixim⁹, quia dona gratię spũalis quę in cõmunionē omnium transeunt, appellationē quoq; in participationem vniuersorum deducunt: & q̃uis eo ꝙ singulariter per excellentiam a quibusdam possidētur discretam appellationem faciunt: eo tamē ꝙ secundum aliquem modum communia sunt, nomina quoq; aliquando secũdum exigentiam causarum ad communem appellationem deducunt.

QVęritur autem & hoc intelligibilium eloquiorũ studiose intuētibus. A studiose intuentibus, hoc est, a studiosis inspectatoribus intelligibilium eloquiorum. i. diuinorũ eloquiorum, quæ sunt intelligibilia. i. spiritualia & profunda de rebus intelligibilib⁹ facta: quęrit̄ dico hoc. s. quare homines prælati aliis, angeli vocant̄. Quare autem hoc quæratur rationem subiūgit. Si enim vltima. i. inferiores ordines nõ sunt participantia virtutum vniuersitatum excelsiorũ. i. proprietatum, quæ sunt in excelsioribus vniuersaliter: vel vt expressius dicatur, vniuerse. i. plene & perfecte: Ob quã causam ergo sacerdos qui secũdum nos siue inter nos. s. homines summ⁹ est, nominatur ab eloquiis angelus dei omnipotentis? Si eñ singularitatem proprietatis nõ habet, quare expressionem appellationis assumit? Contrarium videtur, vt nomē discretionis ad communionem deducat̄. Sed tamen, inquit, non est contraria ratio ista siue assertio (vt existimo) ante definitis, hoc est iis q̃ ante definita sũt: scilicet de discretionę singulorum. In hoc enim ꝙ talē cõmunionē appellationis concedimus pluriũ, discretionē nõ tollimus singulorum. Nos quippe dicimus vere ꝙ vltimi siue īfimi. s. ordines relinquuntur ab vniuersali & superposita virtute maiorum ornatuum. i. excellentiorum ordinum: vt scilicet non participent virtutes superiorum secundũ illam vniuersitatem siue totalitatē vel plenitudinē qua illi participãt. Et tamen possunt aliquando conueniēter nomen illorum participare: quia q̃uis non participent virtutem illorũ secundum ęqualē plenitudinem: participant tamen secundum cõsimilē imitationē.

Mediam eñ, inquit, & proportionalē participant, subauditur virtutem: hoc est participant virtutem illorum: & si non secundum summã participationē in qua sint ęquales, participant tñ secũdum mediam vel mediocrē & inferiorē quandam participationē, in qua possint esse consimiles. hæc autem participatio fit non secũdũ singularem vniuscuiusq; perfectionem: sed iuxta vnam simul cunctorum & coniunctiuam societatem. Hoc est non iuxta id quod vnicuiq; singulare est, sed iuxta id qđ omnibus est commune. Qđ quia vnum. i. cõmune cunctis est: in eo simul omnes cõiuncti sunt & sociati. Secundũ itaq; qđ commune cunctis est, singularia nomina ad communem significationem trahũtur: quia sicut diximus, illud etiam qđ per excellentiam aliquibus ꝓprium est, per participationem cunctis cõmune est. Quale est ꝙ sanctorũ cherubim ordo participat sapientiam & sciētiam altiorem &c. Exemplo subiecto probat quod dixit: ꝙ id quod quidã tm̃ excellenter possident, secundum inferiorem communionē in participationē cũctorum venit: quale est hoc ꝙ ordo sanctorũ cherubim participat sapiētiã & sciētiã altiorē. Dispositiones aũt essentiarũ. i. ordines spirituũ qui sũt sub ipsis cherubim, participant & ipsæ quidē sapientiam & scientiam: sed tamen particularem & subiectam ad illos: id est nõ ita pfecte neq; ita excellenter vt illi. Et vere non soli cherubim sapientiam & scientiam participant, sed etiam alii inferiores: quia in participatione sapientiæ & scientię esse omnino. i. vniuersaliter, cõmune est omnibus deiformib⁹ intellectibus. i. omnibus spiritibus per insitam rationem deo conformibus & similibus. Participare quidem sapiētiã aliquomodo omnibus cõmune est. Sed attente & primo hoc est exp̃sse & principaliter eã pticipare, aut secundo aut etiam infra eam participare, nequaq̃ oĩ

Et

bus commune est. Qui em̄ primo non participant, participant secūdo aut in fra: hoc est inferius & imperfectius participant: Sed non participāt & primo. Quia quicūq; perfectionem habent, habent & inchoationem: sed non quicunq; inchoationem habent, statim pfectionem habere possunt. Sed habet tantūmodo vnūquodq; sicut vnicuiq; definitur vel dispensatur, vel determinatim vnū aliquid tribuitur ante ꝓpria analogia: id est secūdū regulam vel modū vel mensuram propriam quę ei ante omnia in ęterna dei prouidentia prędestinata & ꝓuisa fuit. Hoc autem, scilicet ꝙ superiorū virtutes inferiores nō secūdū plenitudinem tamen aliquomodo participent, fortassis de omnibus diuinis mentibus hoc est rationalib⁹ spiritibus aliquis definiet vel affirmabit, non errans in hoc, quia verū est. Etem̄ sicut primi & superiores ordines abundantius habent sanctas & pulchras ꝓprietates minorū: sic ipsi vltimi & minores habent eas proprietates quæ sunt priorum: non tamen similiter, sed infra: hoc est imperfecti⁹ q̄ illi. Propterea, inquit, (vt ego existimo) nihil inordinatum, subaudit̄ fuit vel fit, si theologia angelum vocat summū sacerdotem secundū nos: id est eum qui secundum nos hoīes summo sacerdotio fungitur: vel angelum vocat secundū nos, quia nobis videlicet annunciat verbū dei: & ideo angelum, quia participantē iuxta virtutē propriam: hoc est secundū gratiā ex proprio officio sibi datā: participantē dico prophetica proprietate angelorū: quia ei cōpetit ꝓphetizare & annunciare verbum dei sicut angeli annunciant. Et illum dico etiā extentum vel prouectum siue sublimatū ad manifestatiuā similitudinem eorū. s. angelorū: quia ī hoc similis est angelis ꝙ secreta dei ad eruditionē subiectorū manifestat, vel reuelat. Nec mirū si homines angeli vocātur, cum & angeli & homines pariter dii vocati sunt. Hoc est q̄d dicit. Inuenies autem ꝙ & deos theologia vocat ipsas cælestes & supiores essentias: hoc est angelos: & non solum illos: sed etiam quosdam apđ nos .i. nostri gn̄is viros. s. mirabiles & amicissimos dei. Quare autem vel angeli vel homines dii vocentur, causam subiungit: quia videlicet diuinitas cū sit secreta & remota secundum excellētiā naturę suę ab omni creatura, tamē a rationalibus mentibus quæ se per virtutem ad vnitatem illius & illuminationem conuertunt, quodammodo concipitur & participatur: & ideo inquātū diuinitatis participes sunt, secundum aliquem modū non inconueniēter dii vocari possunt. Hoc est q̄d dicit. Et quidem diuinum secretū .i. diuinitatis secretum, & remotum est & supercollocatum est superessentialiter simul omnibus rebus: & nullū eorū q̄ ab eo sunt, subauditur condita, valet omnino & ꝓprie nominari simile ei: quia creator & creatura expresse similia esse non possunt. Verūtamen quæcūq; virtus intellectualium & rationaliū, hoc est angelorū, & (vt vniuersaliter dicat̄) qualiscūq; virtus siue angelorum siue hominum conuertit̄ ad vnitatem eius. s. diuinitatis: & qualiscūq; virtus extendit̄ incessabiliter ad diuinas ipsi⁹ deitatis illuminationes capiendas: illa virt⁹ digna facta est diuina imitatiōe per similitudinem: & diuina vniuocatione, per appellationem: digna dico facta est virtus illa secūdū virtutem .i. intantū digna inquantū virt⁹ est: Ita tn̄ si hoc iustum est dicere: vt aliqua virtus quantumuis magna digna esse possit diuina imitatione & diuina vniuocatione.

Titulus Capituli Decimitertii.
Quare a seraphim dicit̄ purgat⁹ fuisse propheta Esaias.

Litera Cap. XIII.

AGe & hoc secūdum virtutem inspiciam⁹ vt quid a theologis seraphim missus fuisse dicit̄. Etem̄ responderit quisq̄, ꝙ non suppositorū quis angelorū, sed vnus quidam de maximis essentiis & itimis purgat sacerdotem. Quidam ergo aiūt, ꝙ iuxta

iam ante redditam cũctorum intellectuum societatis definitionem,nõ vnam circa deum primarum mentium nominat eloquium in theologi purgationem venisse:quendã vero præstantium nobis angelorũ sacrificantem prophetæ purgationẽ, seraphim æquiuocatione vocatum fuisse, propter igneam & cælestem dictorum ablationem peccatorum: & purgati in diuinam obœdiẽtiam resuscitationem.Et eloquium vnum ex seraphim simpliciter dixisse aiũt, non vnam circa deum collocatarũ, sed nobis præstantium purgatiuarum virtutum. Alter autem non nimis inconuenientem quandam præstitit mihi apologiam super huiusmodi statu. Ait enim,quia propriã purgatiuam sacrificationẽ magnus ille qui tunc erat visionem formans angelus,in docendum diuina theologum:in deum & post deum in ꝓoperatricem reposuit hierarchiam. Et nõne igitur hæc ratio verax est? Ait enĩ qui hoc dixit: quomodo diuina virtus in omnia veniẽs implet & per omnia immensurabiliter peruenit,& omnibus iterum est inuisibilis non solum quasi ab omnibus supessentialiter remota,sed & quasi occulte in omnia permittens prouidas suas operationes. Sed tamen & in omnibus intellectualibus ꝓportionaliter superlucet: & propriam illuminationem ingerens preciosissimis essentiis, per eas quasi primas in alias sub illis munitas se bene ordinate distribuit secundum vniuscuiusq; dispositionis contemplatiuam commensurationem.Quam vt apertius dicam & per propria exempla etsi deficientia deo omnibus remoto: verũtamen nobis manifestiora. Solaris radii distributiones in primam materiam bene distribute implent omnium lucidiorem:& per eã manifestius proprios declarat splẽdores. Accedens vero crassioribus materiis obscuriorem habet distributiuam superapparitionẽ ex illuminandarũ materiarum ad illuminationis distributiuum habitum in opportunitate, & paulopost ex hoc ad perfecte fere indistributum coarctatur. Iterũ ignis caliditas magis seipsam distribuit in capaciora & ad similitudinem suam bene conueniẽtia & facilia. Ad vero reformationibus contrarias essentias, ipsa nullũ abscõsum primitiuæ operationis vestigium manifestat. Et hoc eo amplius, quia iis quæ non sunt cognata per opportuna sibi habentia admittitur.Primum vtpote ignita faciens abigneis facile mobilia: & ꝑ hæc aut aquam aut alterum qd,nõ facile ignescentium proportionaliter calificãs. Iuxta hanc igitur naturalis ordinationis rationem, supernaturalis ipsa omnis boni ornatus visibilis & inuisibilis ordinatio,cõgrue dilucidationis claritatem primo apparentem vt in copiosissimis effusionibꝰ,excelsissimis manifestat essentiis: & per eas quæ post sunt essentiæ diuinum participãt radium. Hæ enim primæ cognoscentes deũ & diuinam supereminẽter desiderãtes virtutem:& præoperatrices fieri,quantum possibile,deo simili virtute & actione dignæ effectæ sunt: & post se essentias ipsę ad similem virtutem,vt virtꝰ,deiformiter extẽdunt,copiose ipsis tradentes ex superueniente in eas claritate: & illę iterum subiectis: & ꝑ singulas prima ei quæ est post eam tradit.Ipsa aqua

nonne & in omes proportionaliter peruenit? Est ergo simul cũctis illuminatis principium illuminãdi de9 quidem natura, & vere & proprie, vt luminis essentia & ipsius esse & videre causalis. Tum deiformiter & deo similiter permanens superpositum, post se vnicuiq; diuina lumina per se in illud trasuehendo. Ergo excellentissimam cælestium animorũ dispositionem simul omniũ reliquarum essentię, secundum ꝙ cõsequẽs est, post deum principium mirãtur, omnis sacræ & diuinæ scientię & diuinæ imitationis: tanq̃ per illos in omnes & nos diuina illuminatione distributa. propter quod & omnem sacram & deo similem operationem in deum quidem quasi causalem referunt: deinde in primos deiformes intellect9 tanq̃ primos operatores diuinorum & magistros. Num ergo prima sanctorum angelorũ dispositio magis simul omnib9 habet igneam proprietatem & effusam diuinæ sapientiæ traditionem, & mysticum excelsissimę diuinarũ illuminationum scientiæ: & sessiuam proprietatem gestantem, diuinam susceptionem significantẽ: Ipsæ vero suppositarum dispositiones essentiarũ, igneam sapientem atq; scientem dei susceptoriam virtutem participant quidem infra: & ad primas aspiciẽtes, & per eas vt imitatione diuina præoperatrices dignefactas in deiformitatis possibile reductę. Dictas ergo sanctas proprietates, quarum participatio ꝑ primas post eas sub sistentes fiũt, in ipsisillis post deum tanq̃ in hierarchiis reponunt. Ait ergo hæc dicẽs, visionẽ ab illa descendentem, ab ipso susceptã fuisse theologo, per vnum imperantium nobis sanctorum & beatorum angelorũ: & ante illuminatiuam ipsius manuductionem in illam sanctam cõtemplationem reposuisse. Et supersedere vidit excelsissimas essentias, quã tum in symbolis dicẽdum, post deũ & circa deum collocatas, & cũ deo: Omnibus etiam ipsis superarcane sublimiorem superprincipalẽ summitatem i medio superfirmatarum virtutum supercollocatam. Didicit ergo visionibus ipse theologus, ꝙ iuxta omnem superessentialem superexcellentiam incomparabiliter supcollocatum est diuinum omniũ inuisibili visibiliq; virtuti. Atq; ꝙ ab omnib9 est remotum vt vniuersale, neq; primis eorum quæ sunt essentiis simile. Adhuc & omnium ipsum principium & causam substantificam esse, & eorũ quæ sunt, secreta singularitate immutabile fundamentum: ex quo & esse & bene esse etiam ipsis summe munitis est virtutibus. Deinde easdem sanctissimorũ seraphim edoctus est deiformes virtutes: sacra quidem ipsoꝝ cognognominatiõe, qđ est ignitũ: de quo paulopost nos dicem9, quãtũ nobis possibile, subintroducere ĩ deiforme ignitę virtutis anagogas. Alarũ vero expãsa sacra formatione in diuinũ in primis & in mediis & in vltimis intellectib9 absolutã & altissimam extẽsionẽ. Sed & eoꝝ multificũ & multiforme vidẽs intellectualis theolog9 & alis distigui eã subtus pedes, & eã subt9 facies visionẽ, & eũ in mediis alis semꝑ motũ, ad ĩuisibilem eorũ quæ visa sunt reductus est sciẽtiã: manifestata ei altissimoꝝ intellectuũ multiuia & multiuida virtute: & eoꝝ sacra formidine quã habent supermundane in altio

rum & inferiorum superbam & audacem & impossibilem scrutationē: & in commensuratione deum imitantium actionum incessabile & altiuolum semper motionis. Sed & illam diuinam & multum preciosam hymnodiam eruditus est, formante visionem angelo secundum virtutē ipsi theologo & tradente propriam sacram sciētiam. Docuit ergo eum & hoc, quia purgatio est quantumcunq; purgatis ipsa diuinæ claritatis incognitæ, quantū possibile, participatio. Hæc autem ex ipsius diuinitatis remotis causis qua omnes sacros intellectus supessentiali occultatione pficit, altissimis circa se virtutibus manifestior quomodo est, & magis semetipsam manifestat & distribuit. Deinde secundis aut nouissimis aut nostris intellectualibus virtutibus, quantum ab ipsa vnaquęq; secundum deiforme extitit, sic manifestam suam illuminationem cōducit ad propriæ occultationis laudādum ignotum. Lucet autem per singula, secundis per prima. Et si oportet breuiter dicere, primo ex occulto ad manifestū ducitur per primas virtutes. Hoc ergo theologus didicit ex lucem ducēte angelo: hoc est purgationem & omēs diuinas operationes per primas essentias relucentes, in omnes reliquas distribui, secundum vniuscuiusq; ad deificas participatiōes analogiam: propter quod & ignite purgatiuam pprietatem ipsis seraphim consequenter post deum reposuit. Nihil ergo inordinatum, si purgare theologum dicitur seraphim: sic enim deus purgat omnes, quorum totius purgationis est causa. Magis autem proxime vtemur exemplo: sicut qui secūdum nos est summus sacerdos per suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans ipse dicit purgare & illuminare per ipsum purgatis ordinibus per se in ipsum reponentibus proprias sacras operationes: sic & propriam purgatiuam scientiā & virtutem, ipse purgationem theologi perficiens angelus in deum quidem veluti causalem: deinde in ipsum seraphim tanq̄ primo agentem summum sacerdotē reponit: veluti fortassis quis cum angelica reuerentia, purgatum edocēs, dixerit ꝙ in te perficiendæ purgationis ante me principium quidem est excelsum & essētia & creator & causalis, primasq; essentias ad esse adducēs, & circa se collocatione cōtinens: & obseruans inconuersibiles & casu carentes: & seipsum mouens in primas propriarum prouidarum operationum participationes. hoc enim, hæc me docens ait ipsius seraphim manifestare missionem. Summus autē sacerdos & post deū dux ipse præstantiū essentiarū ornatus: a quo ego purgare deiformiter eruditꝰ sum: Ipse igit est per me te purgans, per quē pprias puidas actiones ex occulto etiā in nos produxit ipsa totiꝰ causa & opifex purgationis. Hæc ille qdem docuit me: tibi aūt ego trado. tuę aūt cōcesserim intellectuali & discretiuæ sciētię, aut alterā partē dictarū causarū absolui dubitatione: & eādē honorari ante alterā, tanq̄ cōsequēs & rationabile & æque verū habētē: aut a teipso, qđ vere veri viciniꝰ sit, inuenire: aut ab altero discere, deo videlicet dāte, & priꝰ recipiētibꝰ angelis & angeloꝝ amicis nobis reuelare, per eius magis amabilē contēplationē.

Magistri Hugonis de Sã. Victore Expositiõis in Decimũtertiũ cap. diui Dionysii Areopagitę de cęlesti hierarchia pars qnta Lib. IX.

AGe & hoc secundũ virtutem inspiciam⁹. Eia inqt o Timothee, post cætera quę dicta sunt, etiã hoc consideremus secũdũ virtutẽ & possibilitatem nostrã, vt qd scilicet a theologis dicit̃ vn⁹ de seraphim missus fuisse in Esaia, videlicet quãdo forcipe carbone sublato de altari prophetæ labia purgauit. Et necesse est vt hãc quęstionem inspiciamus & discutiam⁹: qa dubium fieri põt vtrum per seraphim hic vnus aliquis de superiori ordine intelligendus sit, propter proprietatem nominis: An de inferioribus, ꝑpter ꝓprietatem administrationis: quia infimorũ & extremoꝝ proprium est nostram hierarchiam amministrare. Ideo inspicienda est quęstio, vt ambiguitas existimationis tollatur. Fortassis eñ quisq̃ responderit, ꝙ non suppositorũ quis, hoc est aliquis angelorum, purgat sacerdotem, Esaiam scilicet: Sed vnus quidam de intimis & maximis essentiis hoc est supremis spiritibus. Sed hoc rursum alicui dubium esse potest, propterea ꝙ supremi ordines ad exteriora dispẽsanda siue administranda non mittuntur.

Propterea qdã aiũt ꝙ iuxta definitionem societatis cũctorum intellectuũ iã ante redditã a nobis. i. secũdum hoc ꝙ superius definiuimus, oẽs spũs societatem quandam habere inter se proprietatum & nominũ: dicunt, ꝙ eloquiũ nõ nominat. i. non dicit venisse in purgationem theologi vnã aliquã primarum mentium. i. primoꝝ spirituũ circa deũ, subauditur constitutorum: Sed dicunt quendam potius ꝑstãtium nobis, q nobis tm̃ hominibus prælati sunt: sacrificantem purgationem prophetę. i. faciẽtem sanctam & deo quasi gratum sacrificium offerentem, vocatum fuisse seraphim, æquiuocatione. s. noĩs nõ excellẽtia proprietatis. Qua similitudine autem angelus extremi ordinis seraphim vocatus sit subiungit: propter igneam & cęlestem ablutionem siue mũdationẽ dictorum iam superius peccatorum ipsius prophetæ: & propter resuscitationem etiam vel viuificationẽ ipsi⁹ purgati in diuinam obœdientiam: quia sicut ignis est rubiginem cremando purgare, & mortua atq; extincta calefaciẽdo viuificare: sic isto diuĩo igne & a peccatis purgat⁹ est, & ad amorem dei inflammatus. Quod qa ministerio angeli factum est, Aiunt quidam eloquium sacrum vnum ex seraphim simpliciter dixisse non vnam aliquam virtutum collocatarum circa deum: sed vnam poti⁹ purgatiuarum virtutum nobis pręstãtium, id est vnum angelorũ, nobis hoc est hominibus prælatorum, propter similitudinem actionis tamen ipsum seraphim appellatum. Sequitur. Alter autem non nimis inconuenientẽ quandam præstitit mihi apologiam sup huiusmodi statu. Quidam, inquit, dicũt angelum qui prophetam purgauit de supremis fuisse spiritibus, propter hoc ꝙ seraphim appellatus est. Alii autẽ dicunt eum de inferioribus fuisse, & propter similitudinẽ actionis tm̃ seraphim appellatum: Ita singuli pro sua opinione verisimiliter definiẽtes. Sed alter qdam neq; cum illis neq; cum istis omino consentiens, præstitit mihi quandã apologiam, id est excusationem vel satisfactionem siue defensionem non nimis inconuenientem, super huiusmodi statu, id est definitione per quam status rei describit̃: vel sup huiusmodi instantia, id est quæstione: quæ quodammodo ĩstat & importuna est donec soluatur. Quam autem satisfactionem vel defensionem ipse præstiterit circa quęstionem hanc subiungit. Ait enim (subauditur ille apologiam præstans) quia magnus ille angelus qui tunc erat formans visionem in theologum docendum diuina, hoc est in mente theologi, quem per illam visionem diuina docere debuit ille scilicet angelus, propriam purgatiuam sacrificationẽ hoc est operationem qua ipse tunc proprie & singulariter prophetæ labia purgauit & sacra fecit, illã suã operationẽ reposuit in deũ: hoc est attribuit deo. &

» post deum reposuit in præoperatricem
» hierarchiam.i.in hierarchiam ĩ qua &
» per quã deus primo.i.ante omnes alias operatur.Ideo autem suam actionem il li hierarchię attribuit a quavt hoc age ret post deum principaliter accepit.Et hæc est ratio quare seraphim summus dicitur:scilicet quia qui hoc fecit ange lus sicut illud post deum principaliter a seraphim accepit, ita etiã post deum ipsi seraphim attribuit. Hanc ergo ra=tionem reddidit ille circa quæstionem
» huiusmodi.Et nonne igit̃ hęc ratio ve
» rax est? Verba sunt authoris qui vide=tur suam existimationem huic senten=tiæ accõmodare. Verax,inqt,videt̃ es=
» se ratio hæc: quia ille talis qui hoc di=
» xit,ait ostendens quomodo diuina vir=
» tus in omnia veniens implet omnia: &
» non solum venit sed etiam peruenit, &
» penetrat per oĩa immensurabiliter trãs
» iens ea,& est ĩuisibilis omnibus. Et ite rum hęc est ita inuisibilis transcendẽs omnia sine termino,sicut inuisibilis est omnibus subsistens ante oĩa sine prĩ=cipio. Vel iterum inuisibilis est per im mensitatem,sicut inuisibilis est per ęter nitatem:quia sicut æternitatem nõ ca=pit intelligentia temporalis, sic ĩmensi tatem non comprehendit natura circũ scriptibilis. Vel iterũ ĩuisibilis est.i.nõ solum in se secundum ꝙ est essentiali=ter & ineffabiliter ab oĩbus remota: sed etiam in nobis, secundum quod est incomprehensibiliter omnibus occul=ta.In se igitur est ĩuisibilis, & in nobis est inuisibilis,& in vtroq; modo manet incomprehensibilis.Hoc est qđ ait ille:
» Quia non solũ inuisibilis est in se,qua=
» si ab omnibus superessentialiter remo=
» ta:sed etiam in nobis est ĩuisibilis,qua=
» si occulte permittens vel penetrare fa=
» ciens in omnia prouidas suas operatio
» nes. Ita ergo diuina virtus & in seipa inuisibilis est quasi remota: & in nobis inuisibilis est quasi occulta,p operatio=nem qua secundũ prouidentiam suam
» operatur in nobis. Sed tamen q̃uis ita
» inuisibilis sit,superlucet effundẽs se ad
» manifestationẽ oĩbus intellectualibus,
» hoc est rationalib⁹ mẽtib⁹.Suplucet di
» co ꝓportionaliter.i.aliis plus aliis mi=nus, secundum vniuscuiusq; mẽsuram »
scilicet & capacitatẽ.Et cum oĩbus cõ= »
muniter supluceat,excellenter tamẽ ꝓ »
priam illuminationẽ ingerens p̃ciosis= »
simis essentiis.i.subtilissimis & excellẽ »
tissimis spiritibus:per eas videlicet es= »
sẽtias quasi primas postea distribuit se »
bene ornate ĩ alias.s.essentias sub illis »
primis munitas.i.firmatas vel colloca= »
tas vel dispositas.Distribuit dico secũ= »
dum contemplatiuam commẽsuratio= »
nem vniuscuiusq; dispositionis.i.secũ=dum hoc ꝙ vnaqueq; dispositio siue or do secundum propriam mensuram ca pax est contemplationis illius:quã sub auditur distributionem diuinæ illumi nationis ita differenter secundum mẽ=suram accipientium peruenientem, vt apertius dicam & per propria exempla: propria inquam, etsi hoc est, q̃uis ta=men deficientia, deo oĩb⁹remoto:hoc ẽ ad comparationem dei deficientia q ab omnibus rebus remotus est & nulla si=militudine proprie demõstrari potest. Ita ergo deficiẽtia & non propria. Ve= »
rũtamen ꝓpria quia nobis manifestio=ra.Non propria ad diuinã maiestatẽ:ꝓ pria ad hũanã possibilitatẽ:Nõ ꝓpria si cut ĩ illo ẽ:ꝓpria sicut nobis ostẽdi põt. Vt ergo per exẽpla deo nõ propria no bis propria diuinę illuminationis dis=pensari distributionem ostendam:hanc similitudinem propono. Solaris radii »
distributiones ĩ primam materiam be= »
ne distributæ implẽt omnium lucidio »
rem,& per eã manifestius proprios de= »
clarat splendores.Distributiones,inqt, siue effusiones solaris radii bene distri butæ in primam materiam:hoc est ĩ il=lam materiam venientes, quæ est pri=ma hoc est optima & purissima, & ad il luminationem aptissima. Ad talem in=quã materiam venientes implẽt eam, nullum in aliqua parte obstaculum lu mini inuenientes, & implendo faciunt eam lucidiorem prolucidissimam oĩm: & sic per eam ipse radius manifesti⁹ de clarat proprios splendores:quia quan=to perfectius radiat, tanto perfectius il luminabit: & quãto pfecti⁹ illi ĩfundit, tãto clari⁹ refundit ex illa. Accedens »
vero crassioribus materiis,hoc est ad »

crassiores materias & quæ minus illu- ,, minationi sunt aptæ: illic obscuriorem ,, habet distributiuam superapparitionẽ. Sicut eñ cum se infundit in illis capi- tur imperfecte: ita & cum se effundit p illas sup hoc extrĩsecus apparet obscu- ,, re: quod puenit ex inopportunitate il- ,, luminandarum materiarum: quæ inop portunitas nocet & impedimẽto est ad ,, distributiuum habitum illuminatiõis, id est ad hoc vt illuminatio ipa vel dis tribuatur vel habeatur. Ita ergo in pu ris & leuigatis corporibus perfecti⁹ lu- cet: In crassiorib⁹ & grossioribus mino- ,, ratur. & paulopost ad alia adhuc min⁹ ,, apta descendens ex hoc defectu, id est post hunc defectum, coarctatur fere ad perfecte indistributum: hoc est ad hoc vt nullomodo distribuatur. A subtilis simis enim materiis, a quibus perfecte comprehenditur: ad min⁹ aptas descẽ- dens, a quibus imperfecte capitur: tan- dem ad alia tam fœculenta & grossa & obtusa peruenit, quæ fere omnino lu- men repellunt & nihil illuminationis capere possunt. Ad hunc modum spiri tualis lux ad mentes rationales veniẽs eas quas puras inuenit & defęcatas p- fecte illumĩat: eas vero quas min⁹ aptas reperit, minori claritate & (vt ita di- cam) luce obscuriori illustrat. Quas ve ro omnino contrarias & fęculentas of- fendit, sua prorsus participatiõe & cõ munione immunes relinquit. Ita per si militudinem visibilium inuisibiliũ ve- ritas demonstratur. Non solum in lu- mine sed etiam in calore materiali in- uisibilis veritatis imago est. Nã ipse ca lor ea corpora q̃ magis apta susceptio- ni suæ inuenit magis accẽdit: alia au- tem minus: donec tandem in cõtraria omnino & dissimilia offendẽs, nullum in eis suę operationis effectum ostẽdit. ,, Hoc est quod dicit. Iterum ignis calidi tas: ac si diceret. Non solum in splendo re luminis sed etiam ĩ caliditate ignis supradicta similitudo videri põt. Nam ,, ignis caliditas magis seipsã distribuit ,, in capaciora subauditur corpora, & in ,, ea quæ sunt bene conuenientia ad suã ,, similitudinem: vt scilicet ex calore ca- lessant: quia inter calidum & calorem

similitudo constat, sicut inter albũ & albedinem, & bonum & bonitatẽ, & oĩa- no omnis proprietatis ad effectũ suũ. Veniens vero ipsa scilicet caliditas ad ,, essentias contrarias reformationibus ,, suis, quia scilicet calefactioni per quam ,, ad similitudinẽ caloris reformari de- buerũt, cõtraria q̃litate repugnant: in eis ipsa caliditas nullum manifestat ve ,, stigium vel saltẽ absconsum siue obscu ,, rum primitiuę operationis, hoc est nul ,, lum effectum ibi ostendit in quo vel te ,, nuiter possit agnosci ꝙ saltem princi- pium ibi aliquod habeat operatiõis. In hunc modum rationales substantiæ cę lestis amoris ignem aut suscipiunt si aptæ fuerint & præparata habitacula conuenientia susceptioni illius: aut o- mnino repellunt si discrepant qualita te contraria, aut accendi non possunt. Ego opto vt anima mea nulla fæculẽ- tia sordium terrenarum lumen clarita tis internæ repellat: nullo malitiæ fri- gore sanctæ deuotionis calorem exclu dat: Sed clarescat & calescat cęlitus in diuinam similitudinem reformata. O qualis essentia superessentiali bono cõ- iuncta, beata natura supernaturali bo- no plena. Feliciter facta est, quæ sic essi ci meretur. Si mihi hoc concessum fue rit, non habeo vltra queri de his omni bus quæ priora transierunt. Monstrat creatura artificem: & mirabilium ope- rum forma speciem commendat au- thoris. Vnum est bonum & vna est pulchritudo: & ipsum bonum ipsa est pulchritudo. Summum bonum, & sum ma pulchritudo: & in sũmo bono oẽ bonum vnum bonum: & ĩ summa pul- chritudine oĩs pulchritudo vna pul- chritudo. Non poterat aũt visibilis na tura ĩ eo vno oĩa cõtinere: & ideo mul ta bona facta sunt vt vnum bonũ sum- mum ostenderent, & similiter pulchra multa vt vni⁹ pulchritudinis summæ imaginẽ demõstrarẽt. Sed & vitę mul- tæ cõstitutæ sunt in iis quoꝝ conditio ampli⁹ aliquid habere meruit, iis quæ bona quidem & pulchra facta sunt: & tñ hoc bonũ qđ vita est capere non pos sunt. Et hę vitę oẽs vnam vitã summã ęmulãt: vnaqq̃ ĩ gñe suo, ĩ eo ꝙ est & q̃

tum est ab ea & secundũ eam, quę sola
vera est. Omnis aũt vitę corporeę prin
cipia duo sunt: calor & humor. vnum,
scilicet humor, nutrimentum vitę prę
stat: Alterum, id est calor, vitam sensifi
cat. Sine calore non viuit subsistens: si-
ne humore viuens non subsistit. Pro-
pterea hęc, rationabili contemperãtia
cunctis se viuificãdis infundunt, vt ex
eis vnaquęq; vita mensuram capacita-
tis suę, quantum oportet, accipiat: qua
tinus inferiores vitę per gradus incre-
mẽtorum suorũ ad imaginem summæ
vitę proficiant. Primus enim gradus
corporeę vitę est sensificatio. Secũdus
per sensum ingrediẽs imaginatio. Ter-
tius per imaginationem conceptorum
memoria. Quartus secundũ passibilem
applicationem sensus, quędam sine ĩtel
ligentiæ discretione puidentia. In qua
quidem quasi rationis imago est, sed ra
tio nulla est. Secundũ hanc & bruta q̃-
dã animalia, aliis sui generis callidio-
ra videntur: & quadam quasi sensus fa
cilitate rationalis mentis prouidentiã
imitantia. Qđ tamen magis sensus pas
sio q̃ intelligentię operatio esse proba-
tur. In his aũt omnibus vita corporea
vitam spiritualem imitatur. Primũ vi
delicet in eo ꝙ sentit: Secundo in eo ꝙ
sensum cõcipit: Tertio ĩ eo ꝙ cõcepta
retinet: Quarto ĩ eo ꝙ siue in imagina
tis siue in sensis p sensus passionẽ secũ
dum quandam rationis similitudinem
vel ad appetendum, vel ad fugiendũ se
inflectit. In his itaq; omnibus vitę cor
poreę spiritualiũ vitarum imaginẽ te-
nẽt, & per medias eas summã vitã, quã
tum possunt, ęmulant. Nam & ipsę spi
ritales vitę omnes a summa vita acci-
piunt ꝙ vitæ sunt, participantes inde
descendentẽ spiritualẽ calorẽ & humo
rem quo nutriantur & viuificẽtur vt
viuant. Duo ista spiritualiter cõcepta
spiritualẽ vitam perficiunt: Spiritalis
humor nutriens per gaudium. & nõ cõ
stat vita vlla quę calorem & humorem
suum non habeat nutrientem & sensi-
ficantem: vt in eo ꝙ vita est subsistere
possit, & quæ magis hæc habet, merito
magis vita nominatur. Vt multę sunt
vitæ, sicut participationes sunt multę,
& omnis participatio ab vno, & omnis
vita ab vno. Sic itaq; summũ bonum in
omnia se diffundens, omnem vitam cõ
stituit: & ad summã vitam oẽm vitam
formando reducit. Sequitur. Et hoc eo
amplius. Acsi diceret. Non solum hoc
ꝙ lucem corpoream & calorem mate-
rialem quædã corpora suscipiunt, quæ
dam omnino repellunt, argumentũ est
inuisibilis veritatis: sed hoc etiam ꝙ p
ea quę magis calent, alia minus calida
accendũtur: hoc inquit adhuc ampli⁹
argumentum est. Amplius post prima
non amplius supra prima: hoc argumẽ
tum est inuisibilis veritatis. Quia ipsa
caliditas materialis ignis admittitur,
& infunditur iis scilicet corporib⁹ quę
non sunt cognata sibi, id est apta ad su
scipiendam ipsam: infunditur dico il-
lis per alia habentia opportuna. i. quæ
se habent oportune ad illam. Primũ il-
lam suscipiunt, vtpote ignita faciens
ab igneis facile mobilia. Ipsa quippe ca
liditas ab igneis quę magis calẽt igni-
ta, facit alia quæ secundario & min⁹ ca
lefiunt: quæ tamen & ipsa ideo ignita
fiunt ab igneis, quia facile mobilia sũt,
& apta ad susceptionem caloris. Sic ita
ꝙ ab igneis primũ & principaliter ca-
lentibus facit ignita: & per hęc ignita,
scilicet postea calificat adhuc frigidio
ra & remotiora, id est aut aquam aut
alterum quid, hoc est aliquid aliud nõ
facile ignescentium, id est eorum quæ
non facile ignescunt. Calificat dico p-
portionaliter, hoc est vnũquodq; secũ-
dum modũ & mensuram suam & capa
citatem suam ad calorem suscipiendũ.
Sequitur. Iuxta hanc igitur &c. Ada-
ptat similitudinem. Secundum hãc, in
quit, rationem, id est similitudinem na
turalis ordinationis, id est ordinatiõis
naturalium rerum & visibilium: etiam
ipsa supernaturalis ordinatio, id est di
uinę gratię distributio: quę est ordina
tio omnis boni ornatus, id est oĩs or
dinis bene & ornate dispositi: siue visi
bilis vt in hominibus, siue inuisibilis
vt in angelis: illa inquam supernatura
lis ordinatio congrue manifestat pri-
mo claritatẽ delucidationis, id est ma-
nifestationis vel reuelationis, excelsissi

mis essentiis,id est supremis spiritib⁹: claritatem illam dico primo apparentem in eis vtpote in copiosissimis effusionibus,hoc est sicut eam decet apparere quando se copiose effundit,vel iis quibus se copiosissime effundit. Et per eas scilicet excelsissimas essentias, illæ essentię quæ post ipsas sunt participãt diuinum radium, id est claritatem diuinam. Hę enim scilicet excelsissimę essentię primę,sunt cognoscentes deum, & desiderantes supereminenter diuinã virtutem. Et quia principaliter cognoscunt & diligunt:dignę effectę sunt fieri põperatrices (quãtum possibile est) virtute & actiõe simili deo:id est vt ante oẽs alias primo post deum in subiecta omnia operentur,diuinam virtutem largiendo,& in eo ipso similes deo fiant: quia virtutem quã desuper accipiunt subiectis impendũt.Ipsę eñ essentias quę post se sunt, siue subiectæ sibi, extẽdũt ad virtutem similẽ,scilicet suę virtuti: vtpote virt⁹ deiformiter se habens:quia in eo ꝙ hoc faciunt, virtute sua deum imitantur,copiose tradentes ipsis scilicet subiectis essentiis ex claritate superueniẽte in eas.Et illę scilicet subiectę essentiæ iterum tradunt subiectis sibi.& ita per singulas effusione diuini muneris currente:prima tradit ei quæ est post eam,& sic deinceps vsq; in finẽ.Sequitur.Ipsa aqua &c.Post similitudinem quã de igne secundũ claritatem & calorem proposuit,aliam iterum similitudinem de aqua proponit. Ipsa,inquit,aqua nonne in omnes proportionaliter puenit?Ipse humor aquę qui se per omnes partes terrę & terrenorum corporum diffundit proportionaliter cuncta replet,alia plus alia minus humectans,secundũ hoc scilicet ꝙ vnũquodq; plus vel min⁹ capax est humectationis. In hoc ergo exemplo similiter diuinę gratię distributio non pari modo cunctis proueniens conueniẽter demonstratur.Sequit̃. Est ergo &c. Quandoquidem,inquit,sicut vnum visibile lumen multa illuminat,& ab illo lumine multa lucentia lucent:Ita inuisibilis lux cuncta inuisibiliter lucentia illustrat.Ergo deus principium est illuminandi siue illuminationis simul cunctis illuminatis.Nec mirum: quoniam & ipse lumen est, & nõ quolibet modo lumen sed natura, id est naturaliter & vere & proprie.Naturaliter quia ex se: & vere quia in se : & ꝑprie quia per se. Naturaliter quia ex ipso qđ est lumen est:& vere quia ipsum qđ est lumen est: & proprie quia per ipsum qđ est lumẽ est.Naturale siquidẽ est qđ aliũde non assumitur: vere est qđ essentialiter possidetur:ꝑprie est quod per alium nõ cõfertur.Sic itaq; deus lumen est:& parũ dico cum dico eum esse lumen, vtpote qui essentia est ipsius luminis . Cæteri enim qui lucent, essentia luminis non sunt,sed effect⁹.Illi ergo ꝙ lumina sũt, ex lumine sunt : Ille vero lumen est ex eo quod est.Et est etiam causalis esse & videre,id est essentiæ & visionis ipsius luminis:quasi sic diceretur.Deus essentia luminis est,& ipsius essentiæ etiam causa est: quia qđ lumen est essentialiter est : & qđ essentialiter est, ex se est. Sic ergo causa est essentiæ luminis: & non solũmodo essentię luminis:sed etiam ipsius visionis siue manifestationis luminis: quia non solum ex se habet ꝙ essentialiter lumen est lucens per naturam:sed hoc etiam ꝙ temporaliter lucet illuminans per gratiam. Sequitur. Tum deiformiter & deo similiter permanens superpositum &c.In deo, inqt, lumen ipsum aliud non est q̃ essentia ipsa illi cui idem est esse & lumen esse, qui ex semetipso principiũ est illuminandi:quia eos qui primi lucent ex semetipso illuminat.Tũ autem,id est deinde post ipm, scilicet deũ, vnũquodq; superpositum permanẽs deiformiter & deo similiter, hoc est secundũ cõformationem & similitudinem dei,subauditur principium fit illuminandi post se per se transuehendo diuina lumina in illud scilicet post se constitutum. Sensus hic est:ꝙ deus qui omnibus superpositus est,eos qui proximi sunt per se illuminat:& sic fit principium illuminationis primos lucentes illuminans: deinde ipsorum primũ lucẽtium vnusquisq; ceteris omnibus subiectis secundum conformitatem & similitudinem

dei superpositū sit principium illuminationis vnicuiq; subiectorum, diuina lumina p se transuehēdo in illud scilicet subiectū. Qz autem neutraliter posuit superpositum pro eo q dixisse debuisset superpositus scilicet ordo vel angelus,more scripturæ factum est,maxime cum de ignotis & mirabilibus agitur cum dicitur illud:ac si diceretur,quodcunq; illud est.Qz vero subiunxit vnicuiq; post se, sic videtur dictū quasi illud superpositum qdcūq; est vnum existens, singulis subiectis principiū illuminationis existat:vt non quasi multa multis,sed vnū multis lumen prębeat. Sed in eo q post hoc iterum adiecit,in illud diuina lumina transuehendo, nō vnum multis sed vnū vni illuminationem ministrare videtur.Vnde patet q secundū morem scripturæ vicissim, siue pro numero numer9,siue pro genere genus ponatur,eiusdem intelligentię veritas non mutatur.Sequitur.Ergo excelsissimā cęlestiū animorū dispositionem.Infert e supradictis. ac si diceret.Quandoquidē dispositio prima diuina suscipit,& subiectis omnibus illuminationē prębet: ergo oīm reliquarū dispositionū essentię mirātur,id est reliquorū ordinū omniū spiritus admirando & stupendo contemplātur ipsam excelsissimā cęlestium animorū dispositionē, principiū post deum, secundū q consequens est. Ita enim cōsequens est vt deū primū principiū cognoscant:deinde & ipsos qui primi sunt, post deū suo modo principiū ad sequentia venerentur,per quos gratia diuina ad eos qui subiecti sunt descendit. Et hoc est quod sequitur.Mirantur eos principiū esse omnis sacrę & diuinę scientię & diuinę imitationis:quę scilicet ad subiecta per ipsos manant tanq̄ diuina illuminatione distributa per illos in omes alias cęlestes virtutes:& non solum in eas, sed etiam ī nos videlicet homines qui diuinas illuminationes illis mediantibus accipimus.Et quia omnes reliquę essentię cęlestes primis mediantib9 illuminātur: idcirco quicquid sacrum operari possunt & deo simile,hoc quidem primū deo attribuunt, qui causa est omniū:deinde ipsis primis spiritib9 quib9 operantibus & mediantibus gratiā diuinam percipiūt. hoc est quod dicit: Propter qd̄ scilicet quia per illos a deo illuminatos reliqui illuminantur, ideo ipsi reliqui oēm sacram & deo similem operationem suam in deum quidem quasi causalem referunt:quia ipse est prima causa oīm : deinde referūt in primos intellectus, id est in supremos spiritus qui deiformes sunt vel deo cōformes,in hoc q dona spiritalia tribuunt:non tamen vt deus qui prima causa est a quo sunt,sed tanq̄ primi effect9 per quos sunt: Ideo ad eos referunt bonū suum,per quos est tanq̄ per primos operatores & magistros diuinorum scilicet donorum. Operatores quidem in eo q mouent efficiendo:magistri vero in eo q pręsident dirigendo.Sequitur. Num ergo prima &c.Nū pro nōne.Nōne ergo,inquit,prima dispositio sanctorū angelorū,quę tantopere cęteris omībus sublimior est, magis omnibus habet summā & igneā proprietatem,hoc est caritatem, sicut in seraphim:& effusam,id est abundātem traditionem diuinæ sapientię, & mysticum excelsissimę diuinarum illuminationū scientię, id est mysticam vel occultam siue profundam excelsissimā scientiam quā ex diuinis illuminationibus percipit, sicut in cherubim:& sessiuam proprietatem sicut in thronis,gestantem,deū scilicet,& significantē diuinam susceptionē: quia in eo q throni dicti sunt aperte significatur q deum in se sedentem & quiescentem suscipiunt. Sensus est. Nonne prima hierarchia excellentius & abundantius cęteris omnibus habet & ignem caritatis,& lumen cognitionis,& iudiciū discretionis?Habet vtiq; hæc omnia amplius cæteris omnibus, Ipsæ vero dispositiones suppositarum essentiarum, id est subiectorum ordinum participant quidem & ipsę igneam virtutem,id est caritatem,sicut seraphim: & sapientem atq; scientem virtutem,id est cognitionem, sicut cherubim: & virtutem susceptoriam dei sicut throni: participant dico sed infra, id est impfectius q̄ primæ: & aspiciētes

ad primas, id est imitantes primas, & p eas scilicet primas reductę in id deiformitatis qđ possibile ipsis est, hoc est reductę ad tantam deiformitatem quantam eis possibile est per eas scilicet primas. primas dico dignefactas, hoc est dignas factas diuina imitatione, id est vt deum imitentur: præoperatrices, id est prius & excellētius omnib⁹ aliis ab ipso & secundū ipsum operātes. Sequitur. Dictas ergo sanctas proprietates &c. Quandoquidem, inquit, per primas subsequentes dona gratiarum accipiunt: ergo sanctas proprietates iam superius dictas, quale fuit prophetę labia carbone incendere: quod ꝓprium videtur esse seraphim: & scientiam docere, quod ꝓprium videtur cherubim. Eiusmodi ergo ꝓprietates quarum participatio fiunt per primas essentias, aliæ essentię subsistētes post eas: has inquam proprietates reponūt in ipsis, id est attribuunt ipsis illis primis, scilicet per quas eas participāt: tanq̄ ī hierarchis, id est in principibus & superiorib⁹: vt eas ad illos referāt a quibus acceperūt. Reponunt dico in illis post deum: quia primo eas deo attribuunt, deinde illis qui proximi sunt post deum. Quod autem ait, ꝙ subsequentes essentię participatio fiunt proprietatū primarū: modus loquendi talis est, Ac si diceret, Participes fiunt ꝓprietatū primarū: quia qđ primi possident per ꝓprietatem, secundi cōmunicant per participationē. Sequitur. Ait ergo hæc dicens &c. Ille inquit, de quo superius dixi, qui mihi nō incōuēniētem præstitit apologiam. Ille dicens hæc quæ hactenus dicta sūt de diuina illuminatione p alios ad alios descendente, ait visionem supradictam, de qua quæstio orta est de purificatione labioꝝ ꝓphetę susceptam fuisse ab ipo theologo, Esaia scilicet, p vnū sanctorum & beatorū angelorum imperantium nobis hominibus, descendentem ab illa, subauditur prima hierarchia. Hoc enim ait ille ꝙ visio illa quā vidit Esaias a prima Hierarchia descēdit: & allata est ipsi prophetę per vnum angelum de nouissimo ordine, eorum qui in angelis extremi sunt, & nobis tm̄ præsunt: & ideo ait illum angelum ante illuminatiuam ipsius manuductionem, id est reuelationem illam qua ipse manuduxit & erudiuit prophetam, & qua ipse ante illuminatus erat a prima hierarchia: reposuisse in, id est rettulisse ad illā sanctam contemplationem: hoc est in ipsam primā hierarchiam a qua contemplabatur se habuisse qđ habuit, & fecisse quod fecit. Videt etiam ipse Esaias supersedere, id est in alto & sublimi sedere, excelsissimas essentias, collocatas post deum & circa deum & cum deo: quantū in symbolis, id est figuris & similitudinib⁹ est dicendum. Hoc enim totum symbolicū est & figuratiuū. ꝙ deus secundum corporalē similitudinem in solio excelso sedere dicitur: & seraphim circa eū, & iuxta stare perhibentur. Et videt etiam ipse Esaias summitatem sublimiorem om̄ibus ipsis, scilicet excelsissimis spirituum beatorū essentiis: etiam superarcane. i. excellentissimo modo: summitatem dico superprincipalem, id est deum, qui summus & principalis oīm est, supercollocatam in medio superfirmatarum virtutum. In medio em̄ virtutum, id est sanctorum spirituum qui firmati sunt & stabiliti æterna collocatione circa deum super omnia, ipse de⁹ summus & principalis sedens videtur in solio excelso & eleuato. In his ergo visionibus didicit ipse theologus Esaias, hoc scilicet ꝙ diuinum, id est diuinitas supercollocata est incomparabiliter supra omnē superessentialem superexcellentiam omni inuisibili & visibili virtuti. hoc est ꝙ diuinitas incomparabiliter transcendit secundum omnem excellendi modū, omnem virtutem visibilem & inuisibilem. Et non mirum si transcendit om̄ia ipsum diuinū: atqui id est certe, quia ab omnibus est remotum per excellentiam scilicet, vtpote illud quod vniuersale est ab iis quæ ex parte sunt omnia. & intantum remotum & excellens, vt nec primis essentiis eorum quæ sunt simile sit, sed longe distans & transcendens. Quod autē ait primis essentiis eorum quę sunt, tale est ac si diceret, essentiis eorum qui

sunt primi, vel essentiis quæ sunt primæ, id est supremis spiritibus angelorum. Nec solum didicit diuinũ ab omnibus remotũ: & nulli simile esse. Sed adhuc siue insuper etiã hoc didicit ipm esse omniũ principium: quia ab eo sunt omnia: & causam substantificam: quia per eum subsistunt vniuersa: & immutabile fundamentum eorũ quę sunt secreta singularitate: quia in eo subsistentia perseuerant vniuersa. qui secreta & occulta diuinitate sua omnia continens vnitas, vniuersitatem colligit, & singularitas multiplicitatem constringit. Ex quo & esse & bene esse est etiam ipsis summe munitis virtutibus: id est illis spiritib9 qui in summa virtute & felicitate firmati sunt & stabiliti: qui ab illo habent non solũ vt sint, sed etiã vt beati sint. Hoc ergo totum didicit in visione illa de diuinitatis excellẽtia. Deinde etiam didicit & edoctus est, easdem sanctissimorũ seraphim: vel, vt expressius dicatur, eorũdem sanctissimorum seraphim, deiformes virtutes, vel easdem virtutes quas in deo esse didicerat, didicit etiam esse in seraphim ex conformitate dei: quia quod deus habet per naturam ipsi habent per gratiã conformati deo. Quas autem & quales virtutes, siue etiã ex quo didicerit virtutes esse in seraphim subiungit dicẽs. Ex sacra quidem cognominatione ipsorum, quod, id est quę cognominatio, est ignitũ. Quia seraphim ardens vel succẽdens interpretatur, & significat ignitum: de quo ignito (inquit) nos paulo post dicemus quantum possibile nobis erit, subitroducere anagogas, id est sursumductiones virtutis ignitæ, scilicet caritatis ipsorum seraphim, in deiforme: hoc est in rem tam dignam & deo consimilem. Vel sic. Ex hac inquam sacra cognominatione, didicit ipse propheta: anagogas, id est sursumductiones siue ascensus vel prouectus ignitæ virtutis, id est caritatis ipsorum seraphim. In expansa autem sacra formatione alarum, id est in sacra formatione expansarum alarum, didicit ipse propheta absolutam & altissimam in diuinum extensionem, quæ est in primis & in mediis & in vltimis intellectibus. Per cognominationem igitur, quę ignitum sonat, didicit igneam virtutem, id est caritatem desiderio ad alta ascendẽtem: per expansionem vero alarum, didicit cognitionem subtilitate in longinqua se porrigentem & vsq; in diuina capienda se extendentem, in primis & mediis & vltimis intellectibus, id est spiritibus in illo ordine primis & mediis & vltimis: Vel primis intellectibus quibus diuina capiũt supra se: mediis quibus diuina capiunt in se: vltimis quibus diuina capiunt sub se. Extensio vero ipsa siue porrectio cognitionis & absoluta est, quia nulla ignorantię caligine ad immensitatem se diffundens circũuoluitur: & altissima, qa ad summa pergens nulla infirmitate prægrauatur. Et non solum ex iis quæ dicta sunt virtutem dilectionis & cognitionis ipsorum cognouit: Sed etiam multificũ & multiforme eorum vidẽs ipse intellectualis theologus Esaias: & videns etiam eam visionem distingui alis subtus pedes, & distingui eam alis subtus facies: & vidẽs etiam eum semper motum, id est qui semper est, in mediis alis: per hæc omnia reductus est, & eruditus ad inuisibilem scientiam eorum quæ visa sunt. Per hoc enim ꝙ distinctionem vidit alarum quæ subtus pedes deorsum, & alarum quæ subtus facies sedentis sursum porrigebantur, & alarum quæ in medio semper mouebantur: per hoc scilicet vidit ipse multiplicem virtutem illorum, quę & multificata est in opere, signata per motionem, & multiformis in cognitione & dilectiõe, significata per porrectionem. Et in his omnibus reductus est ille & admonitus: vt inuisibiliter cognosceret, qđ secundũ speciem visibilium vidit: manifestata ei per hæc omnia multiuia & multiuida virtute istorum altissimorum intellectuum. Quę scilicet virtus & multiuia est inquantum multipliciter mouet̃ appetendo: & multiuida inquãtũ multipliciter beatificat̃ possidẽdo. Multiuia in eo, qua pgit scrutãdo: multiuida in eo qđ inuenit penetrãdo. Multæ sunt vię quibus itur ad bo=

num vnū:ideo recte multiuia. Sed quare multiuida, cum vnum sit quod videtur:nisi quia in vno cūcta videntur? Sic ergo reductus est propheta ad sciētiam veritatis, monstrata ei per sacras imagines multiuia & multiuida virtute altissimorum intellectuum. Monstrata etiam ei sacra formidine eorum, siue reuerentia, quā habent supermundane, id est impassibiliter & pure, in superbā & audacem & impossibilem scrutationem altiorum & inferiorū. id est ne superbe & audacter & impossibiliter scrutentur, vltra mensuram possibilitatis suę secreta dei: quæ altiora ipsis sunt p maiestatem, & inferiora per profunditatem. Ideo quippe velant caput, vt altiora tecta sibi profiteantur: ideo velant pedes, vt inferiora & profundiora impenetrabilia esse testentur. Propterea superbi & audaces esse formidant ad id quod impossibile est scrutandum. Superbi ad alta, audaces ad profunda. Superbi, ne nimis eleuentur: Audaces, ne pręcipitentur. In hoc ergo sacram formidinem habent: quia sacrum est timere quod pręsumptum noceret: & supermundane habent, quia sine passione & afflictione formidant. Timent enim & non afficiuntur: contremiscunt & non concutiuntur. Pauent securi, & sine vlla molestia vel corruptione suę quietis verentur ad incomprehensibilem maiestatem, mensuram transire suę possibilitatis. Ad horum oīm scientiam reductus est propheta supradicta videns in extensione alarum: Et videns etiam incessabile & altiuolum semp, scilicet perseuerantis motionis in cōmotione alarum: quæ cōmotio in cōmensuratione constat actionū deū imitantium, id est in actionibus ipsorum quibus imitantur deum, cōmensurantes se possibilitati suę vt nihil præter rationem & mensuram agere pręsumant. Sequitur. Sed & illam diuinā & multum p̄ciosam hymnodiā eruditus est. Ac si diceret. Nō solū in habitu seraphim virtutem eorum cognouit: sed etiam in voce eorū hymnodiā, id est laudem diuinam, dicit formante angelo visionē ipsi theologo secūdū virtutē capacitatis ipsius, & tradente propriam sacram sciētiam: quia qđ ipse angelus sciuit, p hanc sacram visionem theologum scire fecit. Docuit ergo ipse angelus eum, scilicet theologum, in hoc ꝙ labia eius qui iā iustus videbatᷣ purgauit carbone sumpto de altari: quia ipsa participatio in cognitæ diuinæ claritatis accepta, quātum possibile est, purgatio est quantūcūꝙ perfectis. Quia quantūcūꝙ qs purgatus sit, purgatior fit illa percepta. Sequitur. Hæc autem &c. Dixit ꝙ perceptio claritatis diuinę purgatio est: nūc consequenter ostendit ꝙ hæc claritas ex occulto summæ diuinitatis procedens ad perficiendos & illuminandos omnes sacros intellectus, primū se manifestat altissimis virtutibus apertius circa se positis: & ostēdit quomodo est in proprio & vero esse suo: deinde post primas ostendit se secūdis: & postea nouissimis: ad postremū etiā nostris humanis intellectibus. & ita descendens conducit illuminationē suam ad vnāquāꝙ virtutem, secundū ꝙ vnaquæꝙ deiformis facta est ab ea. hoc est quod ait. Hæc scilicet claritas procedens ex remotis causis diuinitatis, a qua diuinitate exiens pficit omnes sacros intellectus, id est rationales mentes illustrādo eos superessentiali occultatione, id est valde occulta & secreta aspiratiōe: ex illis inquā remotis causis ꝑcedens ad manifestationē, primū manifestior fit quomodo est, id est secundū verum esse suū, altissimis virtutibus circa se positis: & manifestat & distribuit semetipsam illis magis q̄ aliis: & deinde post illas manifestat secundis se, deinde nouissimis: postremo etiam nostris intellectualibus virtutibus, id est rationalibus mētibus. & sic a primis vsꝙ ad vltima descendens conducit illuminationem suam per singulas virtutes, sic, hoc est intantū manifestam in singulis, quantū vnaquęꝙ virtꝰ existit ab ipsa scilicet claritate secūdū deiforme, hoc est secundum conformitatem dei. Tantomagis enim vnamquamꝙ virtutem illuminat quantomagis eam ad deiformitatem coaptat. Quare autem claritas ista procedat ad manifestatio-

ne subiungit. Ad propriæ occultationis laudandum ignotum. Idcirco enim aliquid de ipsa percipimus, vt in illo & per illud quod occultu & ignotum & incoprehensibile omino in ipsa est laudemus. Sequitur. Lucet aut per singula secundis per prima. Vbiq3 em secundis lucet per prima siue per primos. Et si oportet breuiter dicere, hoc in summa dici potest, φ primu ex occulto ad manifestu ducitur p primas virtutes. Qd enim in seipsa est omino occulta est: & tunc primu incipit videri quando primu incipit haberi. Neq3 em ab aliquo vnq videtur nisi a quo habet. Hoc ergo theologus didicit ex lucem ducente angelo. Ex ductore claritatis angelo didicit hoc. Noua compositio, lucéducente, ac si diceret luciductore. Ab illo igit didicit hoc theologus. Quid hoc? hoc est scilicet qd didicit. Purgatione & omnes diuinas operationes relucentes per primas essentias per eas in oes reliquas distribui, secundum vniuscuiusq3 reliquorum analogiam, id est modum & mensuram, ad deificas participationes. Propter qd & ignite purgatiuam proprietatem reposuit ille angelus, id est attribuit, ipsis seraphim consequenter post deum: & ideo nihil inordinatum dicitur si seraphim dicit purgare theologu. Sic enim & de9 purgat omnes: quorum toti9 purgationis, vel quoru omniu purgationis est causa: & non solu deus: sed magis in hoc exemplo videri potest quomodo facere aliquid dicitur, no per quem fit solum sed etiam a quo fit. Quia magis proxime vtemur exemplo. Sic seraphim dicitur purgare illum que purgat inferior angelus accepta virtute & mandato a seraphim: Sicut secundu nos summus sacerdos per suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans, ipse dicit purgare & illuminare ordinib9 p ipm purgatis: proprias suas sacras operationes reponetibus in ipsum, id est attribuetibus ei per se. Qd em per illas operatur, per illas ei attribuitur. Sic & ppriam purgatiuam scientiam & virtutem ipse purgationem theologi perficiens angelus, in deum quidem veluti causalem, deinde in ipsum seraphim ta q primo agentem summu sacerdote reponit. Ita ergo angelus quod fecit, primu deo, deinde seraphim attribuit per quos fecit. Veluti fortassis quis dixerit, id est vt verbigratia. Si qs cum angelica reuerentia, id est sub persona angeli quę est reuerenda: edocens pphetā purgatu esse a se, diceret ei. O Esaia purgationis perficiendę in te. s. per me: non ego sum principium: sed ante me principium est excelsum quidem. i. de9 qui est & essentia & creator & causalis oim, & adducens ad esse primas essentias: & continens eas circa se collocatioe, id est stabili firmitate: & coseruas eas incouersibiles & casu carentes. i. ne simul a se vertantur & cadat: & seipm moues in primas participationes propriarum prouidaru operationu, id est operationu quas secundu prouidetiam facit: quia omne quod temporaliter facit in ęterna prouidetia disposuit. Propria operatio dei est quando per semet ipsum operatur sine mediante creatura: ex qua nimiru prima participatio venit: quia illi eum sine medio suscipiunt qui eius operationis primi effect9 fiunt. Prima siquidem dei operatio est quando se mouet a se: prima participatio quando sese prębet per se. Et illa qdem altissima creatura est ad quam est prima operatio, & in qua est prima participatio per illam, deinde ad subsequetia descendens. Ad hunc modum subiectus angelus hoc quod fecit superiori seraphim attribuit, a quo vt hoc facere posset accepit. Hoc enim φ ab alio illud facere acceperit, ait doces me hęc manifestare vel significare missionem ipsius seraphim. Ille inquit qui supradicta hęc omnia apologiam pręstas me docuit, ipse ait missionem seraphim significare hoc, φ scilicet illud qd fecit ab illo vtiq3 facere acceperat a quo venit. Idcirco conuenienter ipse angelus prophetæ dicere potest. Ego purgationis qua in te facio principiu non sum. Sed excelsum & primu principium ante me est deus, qui est creator & causa omnium: Deinde autem ipse ornatus præstantiu essentiaru. i. ordo summoru

ſpirituũ,qui eſt poſt deum, ſacerdos & dux diuina tribuens, & ad deum reducens: a quo ordine & ego erudit9 ſum deiformiter purgare, quemadmodum nunc in te facio. Ipſe ſcilicet ordo eſt purgans te per me, propter hoc qa me purgare docuit:per quem, ſcilicet ordinem, ipſa cauſa & opifex totius purgationis (ſubauditur diuinitas) prouidas ſuas actiones producit ex occulto etiam in nos extremos ſcilicet ãgelos. Hęc & his ſimilia verba ſi angelus purgationem faciens, ad prophetam diceret,inconueniens non eſſet:vnde patet ꝙ cum ſeraphim ad prophetam volare dicitur,& prophetam purgare dicitur, non inconuenienter intelligi poteſt ꝙ hæc operatio per ſubiectum quidem angelum adminiſtrata eſt: ſed ſuperiori,a quo erat,attributa.Sequitur. Hęc ille quidem docuit me.verba ſunt authoris ad propoſitum redeuntis.Ille inquit qui apologiam mihi præſtitit, docuit me hęc ſupradicta omnia. Ego autem o Timothee,tibi trado omnia a me ſiue dicta ſiue approbata,ſe ad vtrãꝗ partem habentia.Tuę autem intellectuali & diſcretiuę ſcĩetiæ,id eſt diſcretioni: conceſſerim alteram partem dictarum cauſarũ abſolui, ſcilicet per te dubitatione.i. pro rata & indubitata haberi: & eãdem honorari ante alterã, tanꝗ habentem conſequens & rationabile & ęque verum. Hoc eſt tuæ voluntati concedo & diſcretioni & ſcientiæ, vt alterã partem ſentẽtiarum iſtarum remota dubitatione eligas & honores pluſꝗ alteram tanꝗ veram & rationabilem. Aut ſi hoc non placet, concedo tibi a teipſo inuenire quod vere vero vicinius ſit.Aut,ſi adhuc illud non placet, concedo tibi ab altero diſcere:deo videlicet dante, ſiue hoc ſiue vllo alio modo agnoſcas:prius tamen ipſam ſciẽtiam veritatis recipientibus angelis a deo,& poſtea per angelos angeloꝝ amicis ſãctis viris nobis reuelare, id eſt ad hoc recipientibus vt nobis eam reuelẽt. Aut ſic.Et cõcedo tibi reuelare nobis per eius magis amabilem cõtẽplationem: angelis & angelorũ amicis recipientibus prius.ſ.ipſam ſcientiã veritatis. Verbũ mirabile. Angeli a deo accipiũt, & homines ab angelis: & ipſi rurſum homines ab angelis docti alios homines docent: & venit doctrina veritatis per alios in alios,& videnẽ multi eſſe magiſtri & doctores veritatis,& nemo tamen docetur qui ab eius contemplatione non illuminatur.Alii magiſtri adhibent miniſterium: vnus magiſter eſt qui ſolus præſtat ſenſum.Ille ſine aliis docere poteſt:alii ſine ipſo nõ poſſunt.Tu mihi das verbũ. Quid autem eſt verbum ſine intelligentia? Per verbũ quidem intelligentia venit. Sed ille intelligentiam in corde ponit qui intus illuminat,nõ qui foris ſonat.Vnctio eius docet nos de omnibus.Tu foris loqueris:ſed intus non vngis. Propterea amabilis mihi quidem eſt tua eruditio. Sed magis amabilis eſt eius cõtemplatio:quia & hoc ꝙ in tua eruditione amabile eſt,non niſi ex eius cõtemplatione eſt.

Titulus capituli decimiquarti in fronte libri ponitur.

Litera Cap.XIIII.

QVid ſignificat angelicus numerus tradit9: & hoc autem dignum (vt exiſtimo) intellectuali cognitiõe: quia eloquiorum de angelis traditio,milies milia eſſe ait, & decẽ milia decies milies, ſecundum nos ſublimiſſimos numerorũ in ſeipſam reuoluens & multiplicans: & per hoc aperte ſignificans innumerabiles cæleſtium eſſentiarum ordinationes. Multæ enim ſunt beatæ militiæ ſupermundalium intellectuum,infirmam & coarctatã ſuperantes materialium ſecundum nos numerorum commenſurationem: & a ſola gnoſtica definitę ſupermundana & cæleſti intelligentia & ſcientia:ſecundum ipſam ditiſſime eis donatã ſanitatem diuinæ multæ ſcientiæ ſapientifica omnium ſimul quæ ſunt

supereſſentialiter ſubſiſtētis princi-
pii,& cauſæ ſubſtantificæ,& conti-
nentis virtutis & ambientis cōſum
mationis.

Magiſtri Hugonis de Sancto Vi-
ctore Expoſitionis in Decimum-
quartū Cap.Diui Dionyſii Areo
pagitæ de cęleſti Hierarchia,pars
ſexta & vltima Lib.IX.

» QVid ſignificat angelic⁹ nume-
» rus traditus.i.datus vel defini
» tus a ſcripturis ſanctis:Non ſo
» ſolum,inquit,ſupradicta: ſed & hoc in
» tellectuali cognitione dignum eſt, qua
» re ſcilicet certus & definitus numerus
» angelicis ſpiritibus attribuatur:qa tra
» ditio diuinorum eloquiorum de ange
» lis ait,eſſe milies milia & decies milies
» decem milia angelorū,reuoluens ſubli
» miſſimos numerorum ſecundum nos,
» id eſt numeros qui ſecūdum nos ſubli-
» miſſimi ſunt.Reuoluēs dico in ſeipſam
hoc eſt in pronunciatione verborum,ꝙ
in ipſa continentur verba reuoluens
in verba,& alia per alia multiplicans:ſi
cut milia in milies,& decem milia ī de
cies milies per multiplicationem reuol
uuntur.Quod apertius dixiſſet reuol-
uens numeros in ſeipſos: ꝗuis tamen
hoc expreſſius dictum ſit, quia non nu
meri ſed nomina numerorum per mul
tiplicationem in ſe collocata reuoluū-
tur.Sic itaqꝫ traditio eloquiorum mul
titudinem cæleſtium ſpirituum ſignās
ait milies milia & decies milies decem
milia eſſe angelorum: ſublimiſſimos ſe
cundum nos numeros in ſe reuoluens,
vel inter ſe conferens & alios per alios
» multiplicans.Et per hoc aperte ſignifi-
» cās innumerabiles eſſe ordinatiōes cæ
» leſtium eſſentiarum.In eo enim ꝙ ma-
ximos numeros poſuit, patēter innuit
ꝙ adhuc dicere debuiſſet ſi amplius di
cere potuiſſet. Sane ſciēdum ꝙ hoc qđ
ait milies milia & decies milies decem
milia , noſtra tranſlatio hoc modo non
Dañ.7. continet:Sed milia miliū & decies mi-
lies centena milia: quod tamen ad ean
dem veritatem ſpectat. Ideo ergo infi-
nitos ſignificare volēs,maximos nume
» ros finitos poſuit,quia multæ ſunt bea

tæ militiæ, id eſt beatæ multitudines »
deo militantes , ſupermundaliū intel- »
lectuū, ſuperantes infirmā & coarctatā »
cōmenſurationem materialium nume »
rorū ſecūdū nos:& definitę a ſola gno- »
ſtica,id eſt cognitiua ſcientia vel cogni »
tione ſcilicet diuina:quę omnia cogno »
ſcit & ſola nouit numerū illarū ſuper- »
narum virtutum:& ſola diſcernit eas, »
& plene cognoſcit ſecundū ipſam ſani »
tatem, id eſt puritatem vel integritatē »
ſimplicis & incorruptibilis naturę ea- »
rum,donatam eis ditiſſime & abundā- »
tiſſime a ſupermundana & cæleſti ſapi »
entifica intelligentia & ſcientia diui- »
næ & multę ſcientię principii omnium »
quæ ſunt ſupereſſentialiter exiſtentis, »
& cauſæ ſubſtantificæ oīm & virtutis »
continentis omnia, & cōſummationis »
ambientis omnia.Senſus talis eſt: quia
ſola dei ſapiētia quę eſt gnoſtica, id eſt
cognitiua omniū,definite & pfecte co-
gnoſcit numerū illarum eſſentiarū cæ
leſtium in illa puritate & integritate
in qua eas creauit & formauit.Quę ſci
licet ſcientia & cæleſtis eſt & diuina &
multa.Cęleſtis,per puritatē:diuina per
veritatem:multa,per incōprehenſibili-
tatem.Et cum talis ſit in ſe,ſapientifi-
ca etiā eſt in opere ſuo ſapienter faciēs
omnia nihilqꝫ reprehenſione dignū cō
ſtituens. Et iſta talis ſapientia per quā
omnia creata ſunt & omnia cognoſcū-
tur,ipſa eſt illius qui eſt principiū oīm
quę ſunt(quia ab ipſo ſunt omnia)ſu-
pereſſentialiter ſubſiſtens per ſe,videli-
cet perfectus & nullo indigēs.& qui eſt
cauſa ſubſtantifica omniū: quia omnia
ſubſiſtere facit vt ſint:& eſt virtus con
tinens omnia vt maneāt in eo qđ ſunt:
& eſt conſummatio ambiens omnia ne
diffluant aut decidant ab eo ꝙ ſic ſint.
Non ergo mirū eſt ſi illi ſpiritus quo-
rū numerus nobis incōprehēſibilis eſt
per tantā & tanti ſcientiā diſcerni poſ
ſunt:per quā omnia quando non erant
creata ſunt:& nūc ne ad nihilū facta re
uertantur,in ipſa ſubſiſtunt.

Titulus capituli.XV.

Quæ ſunt formatiuæ angelicarū
virtutum imagines:& quæ dein-
de,i.& reliqua.

Con

Litera Cap.XV.

Er age quod restat dicamus: remittentes nostrum (si videtur) intellectualem oculum circa sublimes contemplationes angelico vigore intentum: ad diuiduam & multipertitam latitudinem multiformis angelicarũ specificationum varietatis descendentes: iterum in ipsis, tanq̃ inconsequẽtibus in simplicitatem cælestiũ animorum analytice reflexis. Vnũ autem sit tibi præcognitum: quomodo sacræ formatarũ imaginũ discretiones, easdem aliquãdo cælestium essentiarum dispositiones ordinantes significant, & iterum ordinatas: & nouissimas ordinãtes, ordinatasq́ primas: & easdẽ, vt dictũ est, primas & medias & vltimas habentes virtutes, nulla ĩordinata ratione introducta, secundum huiusmodi reserationum modum. Si quidẽ enim ordinari quasdam a prioribus diceremus: deinde earũdẽ ordinantes priores, & iterũ ordinãtes vltimarũ, ordinari ab ipsis illis ordinatis: vere inordinatione & confusione multa cõmixta esset res interposita. Si vero easdẽ & ordinare & ordinari dicimus, non autem earundem aut ab eisdem, sed eas singulas ordinari q̃dem a prioribus, ordinare autẽ nouissimas: non inconsequenter fortassis quis dixerit in eloquiis sacrefactas formas, easdem aliquando posse primis & mediis & vltimis virtutibus pulchre & vere circundari. Et sursum igitur conuersibiliter extendi, & erga semetipsas firmiter cõuolui propriarum existentes custoditiuæ virtutum: & erga veniẽtia sociabili processione prouide eas in participatione virtutis esse: omibus nõ falso coadunabit cælestibus essentiis: etsi aliis q̃dẽ superposite & vniuersaliter (vt sępe dictũ est) aliis vero particulariter & subiecte. Inchoandum aũt ratione, & quærendũ in prima formarũ discretione, ob quã causam theologia fere vltra omnes inuenitur honorans ignitã sacram descriptionem. Inuenies ergo eã nõ solum rotas igneas cõformantem: sed & animalia ignita & viros qua si ignem fulgurãtes: & circa eas cælestes essentias cumulos carbonum ignis circũponentẽ: & flumina immensurabili sonitu igne flagrantia. Sed & thronos ait igneos esse: & ipsos excellissimos seraphim cęlit9 ardentes ex cognominatione significare: & ignis proprietatem & operationem ipsis distribuit: & omino sursum deorsumq́ ignitã honorat selectim formarũ facturã. Ergo igneum significare censeo cælestiũ animorũ deiformissimũ. Ipsi em̃ sancti theologi superessentialẽ & informẽ essentiam in igne sæpe describunt, tanq̃ habente multas diuinę (si fas est dicere) ꝓprietatis, quãtũ in inuisibilib9 imagines. Ignis em̃ sensibilis est: sic quidẽ dicendũ: in om̃ibus & per omnia clare venit, & remouetur ab oibus: lucidus simul & quasi occultus: incognitus ipe per ipsum non accũbẽte materia, in qua ꝓpriã manifestat actionẽ: immẽsurabilisq́ & inuisibilis, ꝑ seipsum potẽs simul oim, & quęcũq́ in eis fiunt ad actionẽ propriã: mobilis, tradẽs seipsum omnibus quoquomodo approximãtibus: renouatiuus, naturę custodia: illuminatiuus circũuelatis splendoribus, incõprehẽsibilis, clar9, discre

tus, resiliēs, sursum ferēs, acute means, excelsus, non recepturus cōtumeliam minorationis: semp̱ motus, per seipsum motus, mouens alterū: comprehendens, incōprehensus, nō indigens alterius, latenter crescens a seip̄o, & ad susceptas materias manifestans suimet magnitudinē: actiuus, potens, simul omnibus presens inuisibiliter: neglectus non esse putatur: attritu autē, sicut quadā vindicta, cōnaturaliter & proprie subito relucet. & iterum incōprehensibiliter impalpabilis: non minutus, in omnibus ditissimis suimet traditionib9. Et alias multas fortassis quis inueniet ignis ꝓprietates pulchras (vt in sensibilibus imaginibus) diuinę operationis. Hoc ergo sciētes theosophi, cęlestes essentias ex igne conformant: significantes earū deiforme & (quātū possibile) dei imitabile. Sed & humaniformes ipsas describunt propter intellectuale & sursum habēdo intuitiuas virtutes, & figurę rectū & luculentū: & secūdum naturam principale & regale: & secundū sensum minimū quidem quātū ad reliquas irrationabilium animalium virtutes. Oīm vero potens, secundū intellectus magnitudinē, virtute: & secundū rationabilē scientiā continuitate, & secundū naturam animę liberum & potentissimū. Est autem & per singula (vt existimo) corporalis nostrę multiplicis partitionis inuenire cælestes virtutes, dicentes cōspectiuas quidē significare virtutes, ipsum ad diuina luminaria clarissimū respectum: & iterum teneram & liquidam & non rep̱cussam, sed acute mobilē, & puram & plenam impassibiliter diuinarū susceptionem illuminationū.

Olfactuū vero discretiuas virtutes illud sup̱ intellectum suaue olentis distributionis (quantū possibile) receptiuū: & eorum quę sic nō sunt, p̱ sciētiā discretiuū & omnino refugitiuū. Aurium vero virtutes, illud particeps & gnosticū diuinæ inspirationis susceptiuū. Gustatiuas autem inuisibilium escarum plenitudinem, & diuinarū & alētiū promotuū susceptiuū. Tactiuas vero cōuenientis aut nocentis per scientiā discretiuū. Palpebras deinde & supercilia diuinarū visionum & intelligētiæ custoditiuū. Iuuenilem vero & adultam ætatem, illud innouantis semper vitalis virtutis. Dentes aūt diuisiuū inditæ nutrientis perfectionis. Vnaquæq; enim essentia intellectualis, donatam sibi a diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit, & multiplicat ad inferioris ductricem analogiam. Humeros autē & brachia & item manus, factiuum & operatiuū & actiuum. Cor vero symbolum esse deiformis vitæ propriam vitalem virtutem deiformiter in ea quæ præintellecta sunt seminantis. Pectora iterum significare durum & custoditiuum, vt a supposito corde viuificæ distributionis. Dorsa vero cōtinuū simul cūctarum fertilium virtutū. Pedes autē mobile & velox & cursile in diuina semper euntis motionis: propter quod & pennatos theologia sanctorum intellectuum figurauit pedes. Pennatum namq; significat anagogicam velocitatem, & cæleste sursum versus itineris actiuum: & ab omni humili per sursum ferens remotum. Ipsa vero pennarū leuitas nihil terrenum, sed totum munde & sine grauitate in excel-

sum ascendens. Nudũ quoq; & discalceatum, & absolutum, & demissum, & imensurabile, & purũ, ab eorum quę extra sunt appositiõe: & ad simplicitatem diuinam (quãtũ possibile) assimilatiuum. Sed quoniã iterum simpla & multum varia sophia, & nudos vestit, & vasa quædã dat ipsis circũferre: age animorum cælestium sacros amictus & organa (secundum quod nobis possibile) aperiamus. Claram quidem enĩ vestem igneamq;, significare existimo deiforme, iuxta ignis imaginẽ: & luculẽtum propter in cælo quietes: vbi lumen est omnino inuisibile dicendum, aut intellectualiter illuminans, aut intellectualiter illuminatum. Sacerdotalem vero vestẽ ad diuina & mystica speculamina ductiuũ: & totius vitę votum. Zonas quoq; fœcundarum ipsarum custoditiuum virtutum, & congregãtem eas habitũ in seipsum vnite cõuerti, & circulariter cum facilitate casu carente a naturæ similitudine circa seipsum circũferri. Virgas etiam regale ac principale, rectaq; omnia definiẽs. Tela vero & secures, dissimilitudinũ separatiuum, & discernentium virtutum acumen & efficax & actuosũ. Geometrica & tectonica vasa, fundatiuũ, & ædificatiuũ, & perfectiuũ: & quæcunq; alia reducentis & conuertentis sunt secundorum prouidentię. Est autem quando & in nos diuinorum iudiciorũ sunt symbola, illa quæ acta sunt a sanctis angelis organa: aliis quidem declarantibus corrigẽtem disciplinam aut punientem iustitiam: aliis vero de angustia libertatem, aut disciplinę finem, aut prioris beneficentiæ resumptionem, aut appositionem aliorum donorũ, paruorum aut magnorum, sensibilium aut inuisibilium. Et omnino forsan non dubitaret perspicax anim9 pulchre inuisibilib9 adunare visibilia. Ipsos etiam ventos nominari, velocitatem eorum significat, & in oẽs fere absq; mora peruenientem effectum, & desursum in ea quæ deorsum, ad sursumq; ea q̃ deorsum sunt transuectiuum motum: erigẽtemq; secunda ad superiorem celsitudinẽ, mouentemq; prima ad cõmunicatiuam & prouidam minorum processionem. Dicet autem fortassis quis, aerii spiritus ventosam cognominationem & deiforme cęlestium significare: habet enim & hoc operationis diuinę imaginem & formam, vt in symbolica theologia per tetrasticam diiudicationem per plura demonstratur: secũdum naturæ motiuam, & gignentem, & velocem, & potentem capacitatem, & ignotum nobis & inuisibile latibulum mouentium principiorum & consummationũ. Nescis enim (inquit) vnde venit & quo vadit. Sed & nubis ipsis speciem theologia circunformat: significans per hoc sacros intellect9 occulti quidẽ luminis supmũdane suprepletos, primã manifestatiõnẽ põpose accipiẽtes, & ipsam copiose in ea q̃ sunt secunda lucide & ꝓportionaliter distribuentes: & q̃a genitale eis & viuificũ, & actiuũ & perfectiuum subsistit iuxta intellectualem hymbrium conceptionẽ, excipientem sinum humidis pluuiis in vitales partus euocãtem. Ipsa etiam æris & electri & lapidum multicolorum speciem theologia cælestibus essentiis circũponit. Electrũ quidẽ quasi auriforme simul & ar-

genteum significat imputribilē vt in auro,& simul largum & non mi nutum & incontaminatum splēdo-rem:& apertam,vt in argēto,& lu-ciformē & cælestem claritatem. In ære autem secūdum traditas ratio-nes aut igneū aut auriforme attri-buendum. Lapidum vero multico-lores species significare existiman-dum,aut quasi albas,luciforme:aut quasi rubeas, auriforme : aut quasi pallidas,iuuenile & nouum: & per singulas species inuenies anagogi-cam typicarum imaginum diiudi-cationem. Sed quoniam quidē hæc secundum virtutem nostram a no-bis sufficienter dicta esse arbitror: transeundum in sanctam reseratio-nem cælestium animorum sacrefi-guratæ bestialis formationis. Leo-nem enim significare censendū,prin cipale,& robustum,& indomitum, & abditum ineffabilis diuinitatis, vt virtus, assimilatiuū intellectua-lium vestigiorum circūuelamine:& mystice fortassis pomposo amictu, secūdū diuinam illuminationem in semet restituto itinere . Ipsam vero bouis,firmū & nouū & intellectua-les sulcos† reuocans in susceptionē cælestium & gignentiū hymbriū: & custoditiuū & fortissimū . Ipsam dehinc aquilæ,regale & altiferum, & citiuolum,& ad potentificum ali mentum acutum & sobrium & agi le & bene machinatum:& ad copio sum & multolucentem radium di-uini solis desiderio inspeculatiuarū virtutū sanis obtutibus immediate, recte & inflexibiliter contemplati-uum.Illam vero equorū,obœdiens, & frenabile:& album quidem, vere lucidum & quasi maxime diuini lu minis cognatissimū : Eorum autem

† reno-uans

qui nigri sunt,abditum: rubrum ve ro igneum & actiuū : cōmixtorum quoq; ex albo & nigro, cū perfecti-ua virtute extremorū cōiunctiuū,& prima secundis & secūda primis cō uersibiliter ac ꝓuide cōnectēs. Sed si non sermonis terminaremus com mensurationem, & per partes dicto rum animaliū proprietates , & oēs corporales eorum conformationes: adunassemus fortassis non incon-grue cęlestibus virtutibus secundū dissimiles similitudines, furibundū quidem in ipsorum intellectualem fortitudinem: cui9 nouissima furor est imago:Ipsam vero iterum cōcu-piscentiam in amorem diuinū.Et,vt summatim dicendum, simul oēs ir-rationabilium animalium & sensus & multiplices partes in immateria les cęlestium essentiæ intelligētias & vniformes virtutes reducentes. Sufficiunt autem sapientibus nō so lum hęc ipsa : sed vnius significati-uę imaginis diiudicatio in ꝓxima-rum simili modo declarationem.In spiciendumq; & hoc, fluuios dictos fuisse & rotas & currus cōnexos cę lestibus essentiis. Ignea enim quidē flumina significant diuinos promo tus copiosam ipsis & non deficien-tem affluentiam donantes, & viuifi ca nutrientes fœcunditate . Currus autem coniunctiuā, similitudinū so cietatem. Rotæ autem pennatę qui dem cum sint, in ea quæ ante cōspe ctum sunt inconuersibiliter euntes per rectam & iustam viam exeuntis operationis earum virtutem in ean dem sine flexu & recte sectam viam simul omniū earum itellectuali ro-tatu supermundane directo. Est aūt & per aliā anagogen diiudicare in-tellectualium rotarum imaginariā

deſcriptionem. Vocitatum eſt enim eis (vt ait theologus) gel, gel, gel. Significat autem hoc, iuxta hebraicam vocem, reuolutiones & reuelationes. Igneę ſiquidem & deiformes rotæ, reuolutiones quidem habent circa idipſum optimũ ſemper mobili motu. Reuelationes vero ſecretorum manifeſtatione & ſubiectorum circumreductione, & altarum illuminationũ, in ea quæ ſubiecta ſunt, deductiua perfectione. Reliquus vero nobis in explanationem de gaudio cæleſtium diſpoſitionũ ſermo. Etenim acceptrices omnino nõ ſunt eius quæ ſecundum nos eſt paſſibilis delectationis. Congaudere autem deo dicuntur perditorum inuẽtione iuxta deiformem epulationẽ, & in prouidentia & in ſalute in deũ redeũtium deiformitatem: & incorruptionis lætitiam, & illam beneficentiam ineffabilem, in cuius participatione ſæpe facti ſunt & viri ſancti per deificos diuinarum illuminationum deſuper aduentus. Tanta a me de ſanctis formationibus dicta ſunt, diligenti quidem earum manifeſtatione deficientia: perfecta autem (vt exiſtimo) ad non humiliter nos remanẽdum in figuratiuis phãtaſiis. Si autem & hoc dixeris, quomodo non omnium deinde angelicarum in eloquiis virtutum, aut operationum, aut imaginum fecerimus mentionem: Reſpondemus verum: ꝗ quarum quidem ſupermundanam ſcientiam ignorauimus, in ipſis nos alterum lucisductorẽ docentem deſideramus. Quædam autem tanq̃ dictis ęquepotentia prętermiſimus, commenſurationi ſermonis prouidentes, & ſupra nos ſecretum ſilentio honorificantes.

Magiſtri Hugonis de Sancto Victore Expoſitionis in decimumquintum cap. Diui Dionyſii Areopagitæ de cæleſti Hierarchia, Lib. X.

DEcimiquinti & vltimi cap. titulus eſt: Quæ ſint formatiuę angelicarũ virtutum imagines: & quæ deinde. i. & reliqua. Hactenus enim tractauit de inuiſibilib⁹ proprietatibus angelorũ: quę ſunt ſcilicet dona illa virtutũ & inuiſibiles operationes in eis. nunc conſequenter de viſibilibus formationibus tractare incipit: quas ſacrum eloquium ipſis ſecundum corporalium rerum imagines & ſimilitudines myſtica ſignificatione attribuit. Fer age, dic eia: vox hortantis eſt vel ſeipſum vel etiam Timotheum ad quem loquitur. Eia dicamus quod reſtat. Quid eſt quod reſtat? Hoc ſcilicet, vt nos (ſi ita videtur) tibi remittamus vel relaxemus noſtrum intellectualem oculum, hactenus circa ſublimes contẽplationes de angelico vigore inſpiciendo habitas intentum: & reflexo oculo deſcendamus ad diuiduã & multipertitam latitudinem multiformis varietatis ãgelicarum ſpecificationum: hoc eſt ad multiformem varietatẽ vel multarum formarum varietatem quæ eſt in ſpecificationibus vel formationibus angelicis: in qua varietate quia ampla multitudo eſt vel multa amplitudo, ꝓ ſimplicitate diuiduũ, & pro vnitate inuenitur multipertitum. Sic ergo dicamus quod reſtat, remittentes oculum noſtrum ab inuiſibilibus: & deſcendentes ad viſibilia. Iterum in ipſis, ſcilicet deſcendentes & conſiderationem figẽtes, & tamen reflexis iterum ſiue reductis ipſis imaginibus analytice, id eſt reſolutorie, in ſimplicitatem animorũ cæleſtium: tanq̃ per ſe inconſequentibus, id eſt inconuenientibus. Et eſt ſenſus. Nos deſcendẽtes per cõtẽplationẽ de inuiſibilib⁹ ad viſibilia, & in ipſis. ſ. viſibilibus cõſiderationẽ figentes: iterũ

ipsa ad simplicitatem inuisibilium reflectamus, resoluendo & exponendo siue ostendendo quomodo per id quod visibile cernitur, id quod videri nō potest significetur. Alioquin visibilis formatio inconsequens & inconueniēs esset, si in illa simplici natura hoc per veritatem essentiæ esse crederetur, qđ ei secūdū varias rerū corporaliū species in significatione multiplex attribuit. Sicut ergo descendimus simplices naturas visibilibus repręsentādo, sic ascēdimus & quasi resolutorie ad diuinam consideratiōnē nos reflectimus, quādo easdem formas spiritaliter exponendo mystice intelligendas prędicamus. Descendimus quādo simplicitati cælestiū naturarum multiplicitatem corporaliū formationū per significatiōnē aptamus: ascendimus quando eandem multiplicitatem visibilium figurationum ad intelligētiam simplicis veritatis exponendo resoluimus. *Sequitur.* Vnum autem &c. O Timothee, priusq̄ de visibilibus formationibus angelorum tractemus, vnum sit tibi præcognitum, vt primū illud cognoscas. Quid est illud? hoc. s. vt cognoscas: Quomō sacrę discretiones formatarū imaginū. i. quō sacræ scripturæ discretæ in imaginibus quas formāt de ipsis angelis, significāt & repręsentāt easdem dispositiones, id est ordines cęlestium essentiarum: Aliquando inferiores vt ordinantes & iterum easdē vt ordinatas a superiorib⁹: in quo significant quodāmodo eas medias esse, & inferiores habere quos ordinent, & superiores a quibus ordinentur. Et rursum aliquando significant etiam nouissimas dispositiones vt ordinantes, & primas vt ordinatas: quod tamen mirum videtur, cum nec illę inferiores habeant quos ordinēt, nec istę superiores a quibus ordinētur. In quo tamen datur intelligi, q̄ supremę etsi alios supra se non habent angelos a q̄bus ordinentur, habent tamen deum a quo ordinantur & sanctificātur: Et nouissimæ iterum, etsi non habent angelos sub se quos ordinent: habent tamē homines qui ordinantur & disponuntur & sanctificantur ab ipsis. Vel certe in hoc q̄ supremi ordinati & nouissimi ordinantes introducuntur, significatur q̄ in ipsis alii ab aliis differunt: & sunt in superiorib⁹ quidam inferiores qui ab aliis tamen in eodem ordine constitutis ad aliquid ordinentur: & inferioribus quidam superiores, qui alios in eodē ordine collocatos ad aliquid ordinent. Et hoc est quod sequit. Quia ipsa eloquia significant easdē scilicet dispositiones, primas & medias & vltimas habentes virtutes. Sicut iam superius dictum est vnāquāq; dispositionem habere in personis, & vnāquāq; personam in proprietatib⁹: Ita inquit discretiones formationū sacrarum repsentant primos & medios & vltimos spūs in eodem ordine, & primas & medias & vltimas virtutes in eadem persona: nulla tamē in hoc inordinata ratione introducta, secundum modū huiusmodi reserationum, id est expositionum. Si enim hoc modo intelligitur sicut nos superius exposuimus, nihil inconuenientis est in hac repręsentatione. Et bene dico in hac repræsentatiōe qua iidem & ordināte & ordinati introducuntur, nullam inconueniētiam esse: quia confusio siue trāspositio nulla rectę dispositiōis est ibi, cum ab aliis ordinati & alios ordinantes introducantur. *Si vero respectu eorundem ordinantes & ordinati dicerentur, inconueniens esset. hoc est quod dicit. Si quidem* diceremus quasdam, subaudi dispositiones, vt pote medias, ordinari a prioribus: & deinde ipsas priores ordinantes siue ordinatrices earundem scilicet mediarum, & iterum per eas medias ordināte siue ordinatrices vltimarum: *Si* inquit illas priores ordinatrices mediarum & vltimarum conuerso ordine ordinari diceremus ab ipsis illis ordinatis: vere res interposita esset commixta inordinatione & confusione multa: quia ordinatum nō esset aliquos ordinari ab iis quos ordinant. *Si* vero easdem, diuerso respectu, ordinare & ordinari dicimus: non tamen earundem ordinatrices a quibus ordināt, aut ab eisdē ordinari q̄s ordinant: sed eas singulas. i. discretas sine cōfusiōe

reciprocationis permanentes ordinari
» quidem a prioribus, ordinare autē no-
» uissimas: nullum inconueniens est. Et
» secundū hoc fortassis non inconsequē-
» ter, id est non incōuenienter aliquis di
» xerit sacrefactas formas quæ sunt ī elo
» quiis, aliquando posse & pulchre & ve
re, id est conuenienter & veraciter cir-
cundari, id est aptari easdem & primis
& mediis & vltimis virtutibus. Sequi-
» tur. Et sursum igitur &c. Ac si diceret
quandoquidem aliquis veraciter dice-
re potest easdem formas conuenienter
aptari primis & mediis & vltimis vir-
» tutibus: Igitur ipse ille qui hoc dixerit
» non falso coadunabit, id est cōmuniter
attribuet, omibus cælestibus essentiis:
& sursum extendi per dilectionem dei,
& in seipsis firmari per custodiam sui,
& sub se progredi per dilectionem pro
†cōuer-tibiliter ximi. hoc est quod dicit. Sursum †con-
uersibiliter extēdi scilicet per dilectio-
» nem dei, & erga seipsas firmiter cōuo-
lui, id est constringi & ambiri. Cōstrin
gi ne bonū effluat: ambiri ne malum in
fluat. In quo scilicet quia cōuoluūtur
» erga seipsas, custoditiuę existunt ꝓpria
rū virtutū, id est proprias virtutes cu-
stodiunt. Hoc itaqꝫ id est sursum exten
di & in se conuolui & esse eas in parti-
» cipatione virtutis, subaudit paratas, ꝓ
» uide, hoc est intente siue deuote erga
» uenientia cōsociabili processione. Hęc
ergo tria cōmuniter aliquis attribuet
vere omnibus essentiis cęlestibus: scili-
cet ꝙ sursum extenduntur per dilectio
nem dei: & ꝙ erga se conuoluūtur per
custodiam sui: & ꝙ paratę sunt proui-
de & intente & deuote ad participan-
dam virtutem suam erga venientia ad
se per amorem socialem procedentes, &
vltro se offerētes ad dilectionem socia-
lem. Hæc igitur omnia cōmuniter omi
» bus attribui possunt: Etsi, id est q̄uis a-
» liis quidem superposite & vniuersali-
ter, id est excellenter & plene conueni-
» ant, vt sępe iam dictū est: aliis vero par
» ticulariter & subiecte. Sequitur. Incho
andum autem ratiōe &c. Acsi diceret.
Quandoquidem de formationibus an
gelicis tractandum est, ergo in primis
» inchoandū est ratione. i. rationabiliter:

& quęrēdum in prima ipsarum forma »
rum discretione: quare theologia inue »
nitur honorans ignitā sacram descri- »
ptionem, id est formationē, ī qua ignis »
species ad significationē proponitur, fe »
rē vltra omnes alias descriptiones. Ra
ro enim inuenitur aliqua species visibi
lis (si tamen inuenitur) excellentiorē
habens ad inuisibilia demonstrationē.
Inuenies ergo eam, scilicet theologiā »
non solum rotas igneas formantē ipso »
rum inuisibilium significationi: sed & »
animalia ignita & viros quasi ignē ful »
gurātes. & inuenies etiam ipsam theo »
logiam circūponentem cumulos carbo »
num ignis circa eas cælestes essentias: »
& describentē etiam flumina igne fla- »
grantia cū immensurabili sonitu. & nō »
solum hoc: sed etiam thronos igneos »
ait. s. ipsa theologia, in cælo esse: & ait »
etiam ipsos excelsissimos seraphim ex »
cognominatione significare cælitus ar »
dentes: & distribuit etiā ipsis seraphim »
ignis proprietatem & operationem. & »
vt breuiter dicam, oīno sursum & deor »
sum vbiqꝫ honorat selectim, id est spe- »
cialiter, ignitam facturā formarum. Se
quitur. Ergo igneum &c. Acsi diceret. »
quandoquidem theologia intātum ve
neratur igneam formationem: ergo iu
dico ego igneum significare deiformis
simū cælestium animorum, id est illam
virtutem quæ est in illis deiformissi-
ma. Et merito: quia ipsi theologi sæpe »
describūt in igne. id est in ignis specie »
& figura etiam ipsam superessentialem »
& informē essentiam diuinitatis: quæ
& superessentialis est per maiestatem, &
informis per incomprehensibilitatem.
Describunt dico in igne tanq̄ habente
multas imagines diuinæ proprietatis:
quantū in rebus visibilibus haberi po
test imago diuinę proprietatis. Ita ta-
men dico (si fas est dicere) ꝙ diuina ꝓ-
prietas aliquam similitudinem habe-
at, quæ valde incomprehensibilis est &
inuisibilis. Sequitur. Ignis enim &c. »
Nūc ingreditur proprietates ignis de
scribere, in quibus eius naturā & qua-
litatem & potentiam mirabilem osten
dit, atqꝫ significationem excellentem
demōstrat. Ignis enim (inqt) sensibilis »

est: Sic quidem dicendum est, scilicet ꝙ sit sensibilis. Hoc adiungit idcirco: quia aliquibus fortassis videri poterat ꝓpterea ꝙ natura ignis non nisi in subiecta materia sensu percipitur: ignem omnino corpus non esse. Dicit ergo ꝙ ignis vere sensibilis est, & corpus q̄uis longe excellentius & subtilius omnib⁹ aliis rebus corporalibus, & naturę spirituali proximū, ac p hoc longe dissimilius cunctis aliis effectum suū demonstrans. Ignis enim in omnibus & p oīa clare venit: & tamē remouetur ab omībus. Prope est per p̄sentiā: longe est per excellentiam. In omnibus est, quia visibilem se pręstat per illuminationem: & longe est ab omnibus: quia perceptibilem se non prębet per discretā substantię suæ perceptionem. hoc est quod sequitur. Et lucidus simul est & quasi occultus. Lucidus enim est quia in subiecta materia percipitur: occult⁹, quia in sua essentia corporaliter non videtur. Incognitus est ipse per seipm̄, non accūbente materia: quia sine subiecta materia (vt dictum est) percipi non potest: in qua videlicet materia propriā manifestat actionē. Ex quo quodāmodo magis incorporeus esse videtur: quia præter subiectam materiam ad sensum nō venit. Vnde videtur ignis quodāmodo medius esse inter inuisibilia & visibilia: inquantū illis approximat incorporeus, & corporeus inquātum his appropinquat. Est etiam immensurabilis: quia in infinitum excrescit, & quantū materia subiecta sufficit ipse non deficit. & est inuisibilis: qa in sua pura substantia extra subiectā materiā non videtur. Est etiam per seipsum potens simul oīm, scilicet rerum: & potens etiā oīm, quęcū[que] in eis videlicet rebus fiūt ad actionem propriam. In igne siquidē primus motus corporeus est, qui oīa alia mouet, & ipse ab alio nō mouetur. Propterea quicquid in oībus agitur, non ipsorum proprium est in quibus fit, sed ipsius poti⁹ per quem fit. Sequitur. Mobilis, tradens seipsum omnibus quoquomodo proximātibus. Quia eñ per se mouetur proprio motu, diffundit se in omnia, vnūquod[que] mouens secundum ꝙ ei approximat, id est secundū ꝙ plus vel min⁹ mobile inuenitur. Est etiam renouatiuus oīm: quia renouat veterascentia ne omnino deficiant & in nihilū eāt. Videmus enim per singulos annos quomodo ignis naturam innouat, quando ea quæ hyemali algore senuerant, verno calore calefacta reuiuiscunt. In hoc ergo ipse ignis custodia est naturæ: quia naturam custodit ne omnino esse desinat, si semper defectum pateretur & nunq̄ repararetur. Est etiam illuminatiuus: quia illuminat omnia, circūuelatis splendoribus. Splendores siquidem eius ad illuminationem foris emicant, sed circūuelantur quando rursum se ad secretum naturę suę reducti occultant. Propterea ergo est incomprehensibilis: quia foris quidē effusus sensu percipitur: sed introrsum subductus non comprehenditur. Est etiā clarus, manifeste apparēs: & discretus diuersa distinguens: & est resiliens, quia deorsum pascitur & sursum mouetur: Inferiora ardore apprehendēs, sed ab iis rursum leuitate propria ad alta resiliens. Propterea sequitur. Sursum ferens, quia pondere carēs summa petit: & acute means, quia proprię virtutis motu cuncta penetrat: & excelsus quia supereminet vniuersis: quia quicquid corporeum pręter ipm̄ est, natura sub ipso est: non recepturus contumeliam minorationis: quia sicut cum effunditur non augetur, sic cum recipitur non minoratur. ne[que] in eo ꝙ augmentum accipere videtur capiens gloriam, ne[que] in eo ꝙ minorari putatur passus contumeliam: quia quod est in se semper totus est. Est etiam semper motus, id est habens motum: & est per seipsum motus, quia motus quem habet ab alio non est: & in eo ꝙ se mouet alia omnia motum habentia mouet: & ideo est mouens alterum: & est cōprehendens ipse incomprehensus. Omnē enim materiam virtute propria commutans vrēdo & cōsumendo in se trahit: & a nullo corpore tenetur: cū consumpto eo qđ exurit, in semetipsum reuertitur. Est igit̄ non indigēs alterius: quia per subiectā materiā in qua ardet,

non tā tenetur vt sit q̄ tenetur vt ibi sit:& si crescere videatur ex ipsa,nō accipit ex ipsa incrementi substantiam:q̄uis ex ipsa crescendi in ipsa causam sumat:quia nō fit maior in se, sed in ipsa magis. Idcirco ait ꝙ est latēter crescēs a seipso:quia quantū ad manifestum ab ipsa subiecta materia crescere videtur: sed rei veritate a seipso crescit, non vt in se maior fit,sed vt ī ipsa materia magis sit. propterea incrementū quidem a seipso accipit cū crescere videt̄ in res subiectas manifestans tantūmodo suimet magnitudinem ad illas materias in quibus est: hoc est ita crescit in materia quā suscipit, id est apprehendit: vt in ea quidem maior appareat,sed tamen in semetipso maior non sit. Non enim magnitudinē ibi accipit, sed ostēdit,manifestans ibi aliquando,quod in se habet semper. Est etiam actiu⁹ & potens,quia potenter agit atq̧ mouetur, cuncta obstantia destruens:& est simul omnibus præsens inuisibiliter. In quibusdam enim rebus videtur tantūmodo: sed omnibus inuisibiliter præsens habetur.quod apparet ex eo ꝙ aliquando offensione & concursu corporū sine attritione inde etiā excutitur vbi non esse videbatur. Neglectus quidē & nō motus siue quietus permanens,nō esse putatur: attritu autem siue attritione prouocatus & cōmotus quasi quadam vindicta subito relucet exiliēs & in ea quę corripuerit deseuiens: qđ tamē cōnaturaliter & proprie,id est ex propria virtute & potentia facit. Et iterum incomprehensibiliter impalpabilis:cū relabitur,a sensu incomprehensibilis manet:non minutus extinctione sicut nec auctus accensione. Qđ totum facit in omnibus rebus,ditissimis suimet traditionibus:quia quicquid ex se reb⁹ subiectis ad aliquam virtutem tradit, in se minus non habet,semper plenus persistens. Istas igitur ignis proprietates enumeraui, & fortassis multas alias inueniet quis ignis proprietates, pulchras scilicet similitudines diuinæ operationis: vt,hoc est sicut,in sensibilib⁹ imaginibus,scilicet similitudo illi⁹esse potest.Et ideo theosophi,hoc scientes, id est tantam excellentiam ignis:cōformant vel figurant cęlestes essentias ex igne: significantes per hoc deiforme earū & dei imitabile quod in eis est quātum possibile est haberi. Et non solum ex igne conformant eas:sed etiā describunt eas humaniformes, id est in humana forma:propter intellectuale vel rationale eorum:id est rationalitatem eorum,sicut homo solus inter omnia visibilia rationalis inuenitur. Similiter in humana forma describunt eas,ꝑpter intuitiuas, id est contemplatiuas virtutes eorum quas habēt sursum habēdo sese: sicut homo solus inter omīa animantia erectum habet vultum in superna. & describunt etiam eas in humana forma propter ipsius figurę humanæ rectum,id est rectitudinem,quia erecta est statura humana non prona sicut aliorum animantiū: & propter luculentum, id est clarum & euidens siue insigne ipsius figurę humanæ:quia ex ipsa erectione sua magis euidentem præstat & venustiorem aspectum. & ꝑpter principale & regale,quod ipsi homini datum est secundum naturam vt principetur & dominetur cæteris creaturis:& propter minimū secundū sensum quantum ad reliquas virtutes irrationaliū animaliū, id est quia homo minus in sensu corporali viget q̄ cætera animantia:quæ in vi sentiēdi maiorem ipso virtutem acceperunt. Propter minimū quidem in sensu:& propter omnipotens in virtute,vel ꝑpter potens omni virtute secundū intellectus magnitudinem,& secundū rationalem scientiam continuitate permanentem:& propter liberū & potentissimū quod in eo est secundū naturā animæ. Propter hoc enim in forma humana āgelus describitur: quia homo quātominus sensu viget,vbi a bestiis superatur:tanto potentior est ratione & intelligentia & libertate naturalis arbitrii,vbi āgelis assimilat̄. Est aūt &c. Ac si diceret. Nō solū ꝑpter hęc quæ dixi conuenienter humana forma angelis ꝑ significationē aptat̄: sed etiā est, hoc est cōtingit inuenire cælestes virtutes ꝑ singula nostrę corporalis multiplicis

" partitionis. In singulis enim partibus " humani corporis per mysticam signifi" cationem inueniri possunt spirituales virtutes: quia omnia quæ visibiliter facta sunt, aliquam ad inuisibilia habent significationem. Ita possunt recte considerantes ex visibilibus inuisibilia perpẽdere. Vnde contingit id inuenire, dicẽtes.i.eos qui dicũt ipsum clarissimum " respectum qui homini dat⁹ est ad diuina luminaria, vtpote solem & lunã & " stellas: significare cõspectiuas virtutes, id est cõtẽplatiuas quę sunt in rationalibus. Similiter dicẽtes adhuc ipsum " respectum exterioris intuitus significa" re susceptionem quandam diuinarum " illuminationũ, teneram, id est facile sen" tientem, & liquidam, id est clare perspi" cientem, & non repercussam. i. efficaci" ter comprehendentem: sed acute mobi" lem: quia non repercussam: puram, quia liquidam: plenam ĩpassibiliter, quia tenerã. Ita quidem de visu corporali di" centes. Olfactuum vero corporaliũ dis" cretiuas virtutes, dicentes significare " illud receptiuũ distributionis siue donationis siue effusionis gratię spiritua" lis suaue olentis super intellectum: Re" ceptiuum dico, quantum possibile est " esse receptiuum. & eorum quæ sic non " sunt, id est eorũ quæ non suauiter olẽt: " discretiuum per sciẽtiam & omnino re" fugitiuum. Hoc est olfactum dicunt significare specialiter vim illam siue virtutem animæ, quę spiritualiter discernit inter ea quę spiritualiter bene olẽt & quæ non: & bene olentia appetit, ma" le vero olentia refugit. Aurium vero " virtutes dicunt significare illud qđ in " anima est particeps: & gnosticum. i. cognitiuum & susceptiuum diuinę inspi" ratiõis. Gustatiuas &c. Idem dicit: hoc " est gustatiuas virtutes dicũt significa" re plenitudinẽ inuisibilium & diuinarum escarum, quibus cælestes essentiæ " reficiuntur: significare etiam suscepti" uum promotuum alentium. i. illud qđ eis suscipit alentes promotus: hoc est " nutrientia incrementa. Tactiuas vero virtutes, dicunt significare, illud qđ in anima est discretiuum per scientiã cõ" uenientis aut nocentis. Palpebras dein de & supercilia dicũt significare custoditiuum intelligentiæ diuinarũ visionum. Iuuenilem vero & adultam ætatem " dicunt significare illud, quod ĩ anima est vitalis virtutis semper innouãtis eam. Dentes autem quibus cibus di " uiditur & comminuitur, & in corp⁹ nutriendum traiicitur, dicunt significare diuisiuum nutrientis perfectionis inditæ vel insitę ipsi rationali spiritui. Vna " quæq; enim essentia intellectualis vni" formem intelligentiam donatam sibi a " diuiniore essentia quasi cibum ĩtegrũ, " prouida virtute diuidit & mľtiplicat: " comminuens & adaptãs ad ductricem " analogiam inferioris: hoc est ad mensu " ram per quã traduci possit ad participationem inferioris scientię. Nisi enim illud quod magnum accipit ad mensuram comminueret, nequaq̃ ad inferioris intelligentiæ participationem trãsire valeret. Humeros autem & brachia " & item manus dicunt significare factiuum, & operatiuum, & actiuũ. Cor ve" vero dicunt symbolum esse, id est figu" ram, deiformis vitæ, seminãtis vel spargẽtis siue diffundentis propriam vitalem virtutem in ea quæ præintellecta sunt: sicut cor motum diffundit vitalẽ ad membra cætera. Propterea dicunt cor esse in deo siue in rationali spiritu illam virtutem a qua diffunditur gratia vitalis in alios, q preuisi sunt a deo vt illam accipiant. Illis enim tm̃ datur qui ad illam accipiendam præuisi sunt & prædestinati ad vitam. Pectora ite" rum dicũt significare durum & firmũ " & custoditiuũ illius viuificæ distribu" tionis a corde procedẽtis, vtpote a supposito ipsi pectori: quia cor pectori suppositum est vt ipso muniatur & custodiatur. Dorsa vero dicunt significare " continuum, id est continuationem cun" ctarum fertilium virtutum: quia sicut " in dorso spina spinę copulata est, ita in virtutib⁹ vna alteri cohæret. Pedes au " tem dicunt significare mobile & velox " & cursile motionis semper euntis in di " uina. Propter quod quia velocem mo" tum habẽt, theologia pedes sanctorum " intellectuum pẽnatos figurant. Et me" rito, quia pẽnatum significat anagogi" "

cam.i.ſurſum ducentem velocitatem: & ſignificat etiam cæleſte actiuum, id eſt cęleſtem actionem vel impulſionem ſiue ꝑmotionem itineris,quod eſt ſurſum verſus.& ſignificat etiã remotũ.i. remotionem,ab omni humili,id eſt humilitate vel abiectione ſiue depreſſione:quod remotum ĩ eis eſt ꝑ ſurſum ferens:quia in eo ꝙ ſurſum ferũtur,ab omnibus quæ in imo ſunt remouẽtur. Ipſa vero pennarum leuitas ſignificat nihil terrenum aut ponderoſum in eis eſſe : ſed totum aſcendens in excelſum munde & ſine grauitate. Nudum quoꝙ & diſcalciatum,quod eis attribuit,ſignificat demiſſum eorum & abſolutũ & immenſurabile,& purũ ab omni appoſitione eorum quæ extra ſunt. hoc eſt ꝙ nudi & diſcalciati deſcribuntur angeli,ſignificat ꝙ ab omni appoſitione ſiue coniunctione eorum quæ extra ſunt,id eſt viſibilium, demiſſi ſunt,id eſt laxati & abſoluti & puri:ac ꝑ hoc immenſurabiles. Quo enim minus corporea commixtione vel appoſitione coarctantur,eo amplius ꝑ puritatem intelligentiæ immenſurabiliter dilatantur. Significat etiam nudum & diſcalciatum,aſſimilatiuum eorum ad diuinam ſimplicitatem, quantum poſſibile eſt,ꝙ a corporea admixtiõe puri ex duplici ſubſtantia non ſubſiſtũt. Qua ſententia feriunt̃ qui angelos corpora habere dicunt. Author quippe ab omĩ appoſitione eorum quæ extra ſunt puros eſſe teſtatur:& ꝑ nudam ac puram eſſentiam ſuam,in qua ſubſiſtunt,diuinã ſimplicitatẽ imitari. Sequitur. Sed quoniam iterum &c. Ac ſi diceret. Dixi ꝙ diuina ſcriptura ĩ eo ꝙ angelos nudos deſcribit,puritatem ac ſimplicitatẽ eorum ſignificat:Sed quoniam iterũ ipſa ſophia,quę & ſimpla eſt ꝑ veritatem, & multum varia ꝑ diuerſitatem formationum: quoniam inquam,ip̃a talis ſophia iterum & nudos veſtit, & vaſa quædã,id eſt inſtrumenta dat ipſis circũferre : age,id eſt eia,aꝑiamus (ſecũdum ꝙ nobis poſſibile eſt) ſacros amictus cæleſtiũ animorum : & organa,id eſt inſtrumẽta:quia ſicut dictum eſt, & veſtiti deſcribuntur,& vaſa quædam ſiue organa eis ĩ ipſa myſtica deſcriptione circunferenda tribuuntur. Et bene dico aꝑiamus quid hæc ſignificẽt, qa ſignificatiua ſunt omnia. In primis ergo claram quidem veſtem & igneam q̃ eis attribuitur,exiſtimo ſignificare deiforme qđ in eis eſt,iuxta ignis imaginem,quæ ſimilitudo eſt deiformitatis: & luculentum, id eſt clarum exiſtimo eis attribui propter quietes, quæ ſunt in cælo:vbi lumen eſt, ſed non quodlibet lumen, ſed omnino inuiſibile. (Ita enim dicendum eſt ꝙ omnino ſit inuiſibile lumen illud quod ibi eſt)aut intellectualiter illuminãs,ſicut ĩ deo:aut intellectualiter illuminatũ, ſicut in angelis. Sacerdotalem vero veſtem,exiſtimo ſignificare ductiuum vel ducatum ſiue directionem ad diuina & myſtica ſpeculamina:& ſignificare votũ totius vitę. In ſacerdotali nãꝙ veſte ſignificatur ꝙ duces ſunt ad diuina & myſtica ſpeculamina:id eſt ad contemplationes diuinas & myſticas:ſubiectos erudientes ad cognitionem: & ꝙ illorum vitã deo dedicant exhortantes & confirmãtes boni operis deuotionẽ. Zonas quoꝙ dicunt ſignificare cuſtoditiuum ipſarum fœcundarum virtutum: & ſignificare habitum congregantem eas,ſcilicet virtutes, cõuerti vnite in ſeipſum & circunferri circulariter circa ſeipſũ, cum facilitate carente caſu a ſimilitudine naturæ. Senſus eſt ꝙ zona quę lũbos & vmbilicum,in quib⁹ eſt ſeminatiuum propagationis,ambit & cõſtringit: ſignificat cuſtodiam fœcundarum virtutum: quæ cuſtodia ipſas virtutes ambit & cuſtodit vel conſtringit,ne in ſua multiplicatione extra metas iuſtitiæ relaxentur aut diffluant. Significatur etiam in ipſa zona, in eo ꝙ corpus ambiendo more circuli in ſeipſam conuertitur & vnitur: ꝙ habitus virtutũ ipſas virtutes in vnum congregans ne diffluant ſiue ab vnitate concordiæ recedant:ꝙ ille inquam habitus circa ſeipſum circulariter circũflectitur per cohærentiam vniuerſorum,& ꝑ mutuam ipſarum virtutum conſiderationem:circũflectitur dico cum facilitate: quia facilis propter ſimilitudinẽ & cõ

cordiam de virtute in virtutem pgres-
sio fit:quæ facilitas casu caret a simili-
tudine naturæ.Virtutũ eñ progressio
nõ corruptio sed reparatio est naturę.
Virgas etiam siue sceptra dicũt signi-
ficare regale & principale & omnia re
cta definiens:sicut virga recta est,& ge
stamen regium.Tela vero & secures,q-
bus incidi vel diuidi vel secari solẽt in
tegra, dicunt significare separatiuum
dissimilitudinum,hoc est illã vim quæ
dissimilitudines separat,& inter bona
ac mala discernit: & dicunt significare
ipsum discernentium acumẽ virtutũ,
id est subtilitatem.s.inspiciendo:& effi
cax & actuosum, id est efficaciam agen
di in pficiẽdo. Geometrica autem &
tectonica vasa, id est instrumenta men
surandi & ædificandi,dicunt significa-
re fundatiuum & ędificatiuum & per-
fectiuum:& quæcũq; sunt alia prouidẽ
tiæ reducentis & conuertentis secũdo
rum.Prouidentia eñ primorũ & supe-
riorum,quæ secũda & inferiora in me
lius conuertit & reducit,spiritale ĩ eis
ædificiũ fundat & ædificat & perficit.
Cuius operis signa sũt vasa geometri-
ca & tectonica secundũ corporalem spe
ciẽ ĩ visiõe formata.Sequit.Est aũt &c.
Ac si diceret.Ea quę secũdũ visibilium
formam angelis attribuunt,nõ solũ si-
gna sunt ĩuisibilis virtutis eorum: sed
significant etiã aliquando ea quę ĩ no-
bis & circa nos aguntur.Hoc est qđ di
cit.Est,hoc est contingit, quãdo illa or
gana,id est instrumenta,quę acta sunt;
hoc est exhibita vel præsentata a san-
ctis angelis:symbola sũt, id est signa &
demõstrationes diuinorum iudiciorũ,
q̃ in nos vel erga nos exercentur.Aliis
quidem,scilicet organis p significatio-
nem declarantibus corrigentem disci-
plinam scilicet dei:sicut virga quę ver
berans videtur: Aut declarantibus pu
nientem iustitiam,sicut secures & gla-
dii.Aliis vero organis declarantibus li
bertatem vel liberationem de ãgustia:
aut finem disciplinæ.i.correptionis &
pœnæ: aut resumptionem.i.recupera-
tionem prioris beneficentiæ: aut appo
sitionem aliorum donorum post prio-
ra data,paruorum aut magnorum,sen
sibilium sicut in corporalib⁹ bonis,aut
inuisibilium,sicut in spiritualib⁹.Et vt
vniuersaliter dicam:forsitan perspicax
animus non dubitaret omnino id est p
omnia,pulchre adunare,id est adapta-
re per significationem,visibilia inuisibi
libus:vt nihil scilicet ex omnibus visi-
bilibus relinqueret,qđ non aliquam ad
inuisibilia significationem habere de-
mõstraret.Et merito:Quia etiam ipsos
scilicet angelos ventos nominari: hoc
est illud etiam ꝙ ipsi angeli venti no-
minantur,significat eorum velocitatẽ
& effectum eorum peruenientem in o-
mnes res fere absq; mora. Et significat
etiam motum eorum transuectiuũ de-
sursum in ea quæ deorsum sunt:& rur
sum ab iis quæ deorsum sũt ad ea quæ
sursum sunt. Quid autem motus ille
hincinde transuehat consequenter ad-
iungit.Motum dico erigentem secũda,
id est inferiora,ad superiorem celsitudi
nem:& mouentem prima, id est supio-
ra ad communicatiuam & prouidã mi
norum processionem: id est vt proce-
dant ad minora,id est inferiora,proui-
dere eis & communicare eis virtutem
suam.Sequitur. Dicet autem fortas-
sis quis &c. Dixerat superius angelos
ventos nominari propter velocitatem
suam:nunc subiungit ꝙ fortassis aliqs
dicere poterit ꝙ venti nominantur p-
pter diuinam similitudinẽ:quia & ven
tus secundum aliquid diuinę operatio
nis formam & imaginem habet: sicut ĩ
alia theologia de quaternaria diiudica
tione,id est de quatuor elementorũ si-
gnificatione per plura exempla aut ar
gumenta se demõstrasse testatur:quod
opus apud nos non habet. Dicet,inqt,
fortassis quis, id est aliquis,ventosam
cognominationem aerei spiritus,signi
ficare nõ solum velocitatem,sed etiam
deiforme,id est deiformitatem cęlestiũ
spirituum.Habet enim etiam hoc(sub
auditur elemẽtum) in se & imaginem
& formam diuinæ operationis: vt,hoc
est sicut,per plura,videlicet exẽpla,de
monstratur in symbolica theologia,id
est ĩ theologia quę de symbolis.i.de fi-
guris & similitudinibus visibilibus de
monstratur:dico per tetrasticam.i.qua

" ternariam, diiudicationem, vbi per sin gula quatuor clementa ostendit quali ter visibilia inuisibilium & similitudines sunt & signa. Secundum illam igit diiudicationem demõstratum est quomodo hoc elementum .i. ventus, diuinę operationis & imaginẽ & formã habet. In quo aũt habeat hanc imaginẽ & for" mam subiungit: secũdũ capacitatẽ na" turę suę motiuam & gignẽtem & velo" cem & potẽtem: quia motus aer motũ & incrementum rebus subiicit & velociter currens extrinsecus potẽter siue " violenter impellit. & secundum igno" tum nobis & inuisibile latibulum mo" uentium principiorum & cõsummationum. Vẽtus em̃ mot⁹ foras ad sensum venit: sed principiũ & finem mot⁹ eius sensus non deprehendit. Vnde scriptũ

Psal. 134. est. Qui producit ventos de thesauris suis. Ventos siquidem de thesauris producere, est & de occultis & latentibus causis spiramina ventorum per manifestã agitationem ad sensum proferre. Secũdum hãc similitudinem etiam creator spũs, vniuersis occulte pręsidens & inuisibilis permanens, cuncta mouet & promouet sua virtute: & videtur quę mouentur, at qui mouet non videtur: potens in faciendo, velox in perficiẽdo: cuius opera quidem foris cernuntur: sed ignotum & inuisibile latibulũ primarum causarũ & principiorum mouentium opera ipsa ad effectum, non penetratur. Similiter & consummationum ignotum latibulum non penetratur: quia cum quid ad effectũ mouetur, illud quidem qđ fit cernimus: sed vnde sic fiat vel ad quid fiat non videmus. Hoc est quod in visione seraphim, caput & pedes contegunt in solio sedentis: quia diuinæ operationis media quæ in tempore aguntur cernimus: quæ autem ante tẽpora fuerunt prima, & quę post tẽpora vltima futura sunt, inuestigare nõ possumus: quia latibulum mouentiũ principiorum & consummationum, inuisibile nobis est & ignotum. Similiter & quando spiritus ad cor venit, sentitur quidem in eo quod percipitur: Vnde autẽ veniat aut quo vadat non inuestigat. Vnde venit principium est: quo vadit cõsummatio & finis. Sed nescis inquit " vnde venit aut quo vadit: quia & prĩ " cipii & finis simul latibulum ignotum & inuisibile est. Propterea nescis vnde veniat quia meritum in te nõ inuenis pro quo te gratiam accepisse dicas. Nescis quo vadat: quia ex percepto dono ad quem finẽ peruenias non intelligis. Secundum hæc itaque omnia ventus diuinæ operationis imaginẽ habet & formam. Sequitur. Sed & nubis &c. Non " solum, inquit, theologia angelos vẽtos nominat: sed etiam speciem nubis circũ " format vel aptat ipsis: nubes eos vocan " do: significãs per hoc sacros intellectus " super repletos supermũdane .i. spiritua " liter, occulti luminis, id est inuisibilis " claritatis: illos dico accipiẽtes pompo " se, id est excellenter, primam manifesta " tionem ipsius luminis in prima appari " tione ipsius: quia primum eis monstratur & excellẽter ab eis percipitur: ideo sunt ipsi accipiẽtes primam manifestationem eius pompose & gloriose, & sũt etiam distribuentes ipsam scilicet ma " nifestationẽ in ea quæ sunt secũda post " eos: distribuentes eis illam lucide, id est " clare, & proportionaliter, id est secũdũ " vniuscuiusque mensurã. Sic & nubes primum lumen solis suscipiunt, deinde illud ex ipsis resplendens in subiecta diffundũt. Et ideo etiam angeli nubes dicuntur: quia in eis subsistit genitale & " viuificum & actiuum & perfectiuũ, iu " xta intellectualem conceptionem hym " brium spiritualium. Sicut nubes quę per effusionem hymbrium terram fœcundantes rebus ex ea nascẽtibus tribuũt vim gignẽdi & viuificatiõis & augmẽti perfectionis. Sic ergo nubes dicũtur, propter huiusmodi hymbriũ conceptionem, dico euocantem siue prouocãtem " vel elicientẽ in vitales partus, excipiẽ " tem sinum: id est terram quæ hymbres " sinu suo excipit: euocantem dico, humi " dis pluuiis, id est per pluuias humidas. " Per pluuias enim terram prouocat nutriendo ad vitales partus procreãdos. Sequitur. Ipsa etiam &c. Ac si diceret. " Non solum in specie nubis ipsa theolo " gia angelos describit: sed etiam speciẽ " æris & electri, & multicolorum lapidũ "

» circumponit ipsa per significationem » cælestibus essentiis. Et recte. Nam ele» ctrum quidem vtpote auriforme simul » & argenteum: significat, vtpote in au» ro, splendorem imputribilem, & simul » largum & non minutum & inconta» minatum : sicut aurum non æruginat aliquando, sed splendorem purum ha» bet atq; perpetuum. Et significat etiam » vtpote in argento, claritatem apertam & luciformem & cælestem: sicut argen» tum nitidum est & lucens. Sic ergo electrum secundum vtranq; speciem auri scilicet & argenti significat nitidum & fulgidum, id est clarum & igneum : qa superna sapientia quæ in illis spiritib⁹ lucet, & clara est per cognitionem, & ignea per dilectionē. Hoc ergo p electri speciem in supernis spiritibus signifi» catur. In ære autem attribuendum est » eis aut igneum aut auriforme, secun» dum rationes iā traditas: in expositio» ne scilicet electri: vbi secūdum aliquid » similis species inuenitur. Lapidum ve» ro multicolores species existimandum » est significare aut luciforme quasi al» bas, id est sicut albæ scilicet species si» gnificant: aut auriforme, quasi rubras: » aut iuuenile & nouum, quasi pallidas. » Et vt breuiter dicam, per singulas spe» cies inuenies anagogicā, id est spiritualem diiudicationem typicarum, id est » figuratiuarum imaginum. Sed quoniā » quidem hæc secundum virtutem no» stram a nobis dicta esse sufficienter ar» bitror : Ideo transeundum est nunc in » sanctam reserationem, id est exposi» tionem sacrefiguratæ bestialis forma» tionis cælestium animorum : vt scilicet exponamus bestiales formas quæ sacrefiguratæ sunt cælestibus animis » ad significandos ipsos. Leonem enim » censendum est significare principale & » robustum & indomitum, quod in illis » spiritualiter consistit: & significare eti» am assimilatiuum intellectualium ve» stigiorum pergentium ad abditum, id » est secretū ineffabilis diuinitatis. Quæ » vestigia vt, id est sicut, virtus, id est res » spiritualis potest, imitantur vestigia leonis. quia sicut leo vestigia sua cauda delet, & quodāmodo planum quod pede impresserat reformat, & restituit, vt occultus sit incessus eius: Ita inuisibilis gressus cælestium spirituum quodammodo formatur, itinere suo in semet restituto, id est ad priorem statum reducto, & in planum redacto, deletis vestigiorum signis circunuelamine, id est per circunuelamen: & vt ita fortassis potius mystice dicatur, restituto iti » nere, pomposo amictu, id est insigni vel » excellenti siue splēdido & glorioso amictu proueniente eis secundum diui» » nam illuminationem. Pergentibus em̄ introrsum ad secretum diuinitatis lumen contemplandum ex superuenien» te splendore vestigia posteriora delentur: quia omne quod prius per cognitionem inhęrebat a memoria tergitur, cum̄ concupiscentibus animis desiderata claritas manifestatur. Hinc est qđ Paulus dicit : Vnum, quæ quidem retro sunt obliuiscens, in ea quę anteriora sunt me extendo. Quasi ergo deletis vestigiis incedere est, deleta ab aīo oīm imaginationū cogitatione in incircunscriptum lumen contemplandum mente proficisci. Illic quippe intellectus dū superuenientis claritatis splendore circūdatur, quasi quodam amictu tectus, quicquid præter illud lumen in semet ipso est, etiam ipse videre non potest. Hæc ergo omnia leonis formam significare existimandum est. Ipsam vero bo » uis (subauditur formam) existiman» » dum est significare firmum & nouum » & reuocans vel renouans & reparans » intellectuales sulcos in susceptionē cę» » lestium & gignentium hymbrium : & » significare etiam custoditiuum et for» » tissimum. Quia enim bos firmiter pedem figit, firmitatem et stabilitatem īmutabilitatis significat : In hoc autem ꝙ terram sulcans reuocat eam & renouat ad susceptionem cælestium hymbrium, quibus ad gignendum fœcūdatur : significat interiorem nouitatem, qua mēs tēperat et adaptat ad susceptionē cęlestis gratię, q̄ fœcūdata, germīa virtutum ꝓfert. In hoc ergo ꝙ bos fortitudīe ceruicis eminet, et iugū portās

custodit: significatur custodia mentis qua in omi actu in sui custodia sine defectu perseuerat. Ipsam dehinc aquilæ (subaudi formam) existimandum est significare regale: quia cæteris auibus p̄eminet: & altiferum, quia volatu in altum se fert: & citiuolum, quia cito volat: & ad potentificum alimentum acutum, & sobriũ: quia in sublimi volans alimentũ suum acute prospicit, sobrie appetit, potēter rapit. Significat etiam forma aquilę, agile: quia ad se mouēdũ expedita est: & significat bene machinatum, quia in motu suo conuenienter se coaptat: & significat etiã contemplatiuum ad radium diuini solis copiosum & multolucentem. i. multum lucētem: vna dictio. Contēplatiuum dico, desiderio. i. per desideriũ virtutum inspeculatiuarum. i. int⁹ vel ĩteriora speculãtiũ: & contemplatiuum dico sanis obtutibus & immediate & recte & inflexibiliter, sicut aqla irreuerberatis oculis radium solis intuetur. Hæc igitur oĩa in contemplatiuis spiritibus formam aquilæ existimandũ est significare. Illã vero equorũ, subaudi formã, existimandum est significare obœdiens & frenabile. & album quidem. i. albam formam existimandum est significare vere lucidum, & quasi maxime cognatissimũ diuini luminis. Eoꝝ autem scilicet equorum, qui nigri sunt formam existimandum est significare abditum. i. occultũ incomprehensibilitatis scilicet diuinę: sicut niger color tenebrosus est & visũ repellit. Rubrum vero colorem existimandum est significare igneum & actiuum: quia feruorem innuit bonæ volũtatis, quæ in opere exercetur. Cõmixtorum quoq; (subaudi equorum) ex albo & nigro colore, existimandum est significare, coniunctiuum extremorum cum perfectiua virtute: quæ sociat per caritatem prima secũdis & secũda primis conuertibiliter ac prouide connectens: vt scilicet adinuicem per amorē mutuum & prouidentiam connectantur. Hoc itaq; in supradictis formationibus intelligi potest. Et fortassis si nõ terminaremus sermonis commensuratione: id est nisi hoc esset ꝙ terminare volum⁹ tali mẽsura sermonẽ, & ampli⁹ per singula exponẽda nõ ire: & nisi etiã terminaremus omnes proprietates & omnes corporales conformationes supradictorum animalium per partes eorum iam dictas: id est nisi per hoc ꝙ ex parte iã de eis diximus, quicquid vniuersaliter de ipsis dici potest, siue in interioribus proprietatibus, siue in exterioribus conformationibus vna similitudine significare volum⁹: Nisi hoc inquam esset ꝙ per singula exponẽdo ire nolumus: fortassis non incongrue adunassemus cælestibus virtutibus, etiam furibundum, secũdũ similitudines dissimiles: sicut superius dictum est, quasdam dissimilitudines similes, quasdam vero dissimiles esse. Secundum hũc ita ꝙ modum non incongrue aptassemus furibundum cęlestibus virtutib⁹ in ipsorum intellectualem fortitudinem significandam: cuius scilicet fortitudinis furor nouissima imago est: qa videlicet per contrarium & delonge significat. Ipsam vero concupiscentiam irrationabilium, non incongrue aptassem⁹ in amorem diuinum significãdum. Et vt vniuersaliter dicamus sicut summatim dicendum est: conuenienter aptassemus simul & oẽs sensus & oẽs multiplices partes irrationabilium animalium ipsis. s. spiritualibus per significationem sensus: & partes dico reducentes nos significando in immateriales, id est spũales intelligentias, & vniformes virtutes essentiæ cęlestium: qa per ea quæ corporaliter & materialiter in sensibus & membris irrationalium animaliũ describunẽ, ad immaterialẽ. i. spiritualẽ intelligentiã earũ virtutũ quę vniformiter & pure ĩ essentia sunt spiritualiũ excitamur. Possent multa alia dici: sed sufficiunt sapientibus non solũ hęc ipsa q̃ dicta sunt: sed etiã vni⁹ significatiuę imaginis diiudicatio ĩ declaratiõe proximarum, id est similiũ imaginum simili modo faciendam. Et ideo inspiciendum est etiam hoc: ipsos scilicet angelos fluuios dictos fuisse, & rotas & currus cõnexos, id est adaptatos per significationem cælestibus essentiis: vel inspiciẽdum est in cælestib⁹

essentiis,dictos,id est nominatos fuisse
fluuios & rotas & currus connexos,id
est copulatos & cõiũctos adinuicem.
Nam ignea quidem flumina significãt
diuinos promotus,id est promotiones
siue effusiones diuinæ gratiæ, donãtes
ipsis cælestibus essentiis copiosam, id
est non deficientẽ affluentiã: & nutriẽ-
tes eas viuifica fœcũditate.Currus au
tem in quibus multa copulata pariter
voluuntur,significant coniunctiuã so-
cietatem similitudinum,quę sunt in ip
sis:per quas cõcorditer vno assensu mo
uentur ad omnia.Rotę autem, cũ sint
quidem pennatæ,id est agiles:& cũ sint
euntes inconuersibiliter,id est sine re-
trogradatione,& inflexibiliter,id est si
ne deuiatione,in ea quæ sunt ante con
spectum,id est anteriora: significãt vir
tutem operationis earum scilicet essen
tiarum:operationis dico exeũtis per re
ctam & iustam viam,omnium simul ea
rum essentiarum intellectuali rotatu,
supermundane, id est spiritualiter dire
cto in eandem rectam viam:vt simul &
concorditer propositum iter incedant
sine flexu,id est sine deuiatione,& recte
id est sine retrogradatiõe.Hoc itaq; ro
tæ significant.Et nõ solum hoc:Sed est
etiam,id est contingit vel cõuenit per
aliam anagogen,id est spiritualem in-
terpretationẽ,diiudicare imaginariam
descriptionem ĩtellectualium rotarũ.
Vocitatũ est enim eis scilicet angelis:
vt ait theologus,id est ꝓpheta:gel,gel,
gel. Dicit enim Ezechiel ꝙ apparenti-
bus & currentibus rotis audiente ipso
angel⁹ eas volubiles appellauit.In hoc
ergo vocitatum est & clamatum gel si
ue eis,siue ab eis. Significat autẽ hoc,
id est gel,iuxta hebraicam vocẽ:reuo-
lutiones & reuelationes. Vtriusq; in-
terpretationis causam subiũgit. Igneæ
siquidem & deiformes rotæ, reuolutio
nes quidem habent circa idipsum opti
mum,motu semper mobili,id est ꝑ mo-
tum semper mobilem.Quemadmodum
circulus propterea in semetipsum re-
uoluitur, quia circa vnum & idem ip-
sum,id est centrum,semper mouet: Sic
spirituales rotæ quasi in semetipsas re
uoluũtur:dum circa idipsum quod est
optimum,id est deum, quasi circa cen-
trum suum contemplatione semper ip
sum ambiendo mouentur.Et ideo sem
per mobili motu mouentur:quia & de
siderium est inextinguibile,& quod de
sideratur incomprehensibile. Propter
hæc omnia spirituales rotæ reuolutio
nes habent.Reuelationes vero habent
in manifestatione secretorum,& in cir-
cũreductione subiectorum:quia ad sub
iectos quidem descendunt eos illumi-
nando:sed iterum redeunt, ipos per cõ
templationem ad superiora reducẽdo:
& sic reuelationes habent in deducti-
ua perfectione altarum illuminatio-
num in ea quæ subiecta sunt:quia illu
minationes quas ab alto suscipiunt,ad
perfectionem subiectorum deducunt,ꝑ
quas eadẽ subiecta rursum ad superio-
ra reducunt. Sequitur. Reliquus vero
nobis &c.Post explanationem figurarũ
& descriptionum materialium,rursum
ad interiora conuertitur,gaudia ange
lorum nouissimo contemplaturus. Et
bene sermo de cęlestibus,gaudio termi
natur:quia cælestium omnium,gaudiũ
finis est.Reliquus nobis est in explana
tionem sermo de gaudio cælestium dis
positionum:quia hoc solum nũc restat
vt de gaudio cęlestium aliquem expla-
nationis gratia sermonem faciam⁹. Et
bene non simpliciter de gaudio: sed de
gaudio cælestium sermonem restare di
xit:quia cælestes dispositiones nõ sunt
oĩno acceptrices eius passibilis delecta
tiõis q̃ scdm nos est,sed cõgaudere deo
dicũtur.i.gaudio diuino simili gaudio
gaudere,de perditorꝫ inuẽtione: Sicut
qñ perdita oue reducta & dragma ĩuẽ-
ta ad gratulãdũ inuitanť.Et iuxta dei
formẽ epulationẽ, illã q̃ ꝓdigo filio re
uertẽte in vitulo saginato figurata est
& pfecta.Vel sic legi põt. Congaudere
deo dicunť de perditorꝫ inuẽtione:non
aliqua temporali & subito passibiliter
exorta lętitia affecti : sed iuxta deifor-
mẽ epulationem.i.delectationẽ & iocũ
ditatẽ qua ĩpassibiliter pfruunť ęternũ
dei gaudium imitãtes. Et congaudere
deo dicuntur secundum deiformita-
tem, in prouidentia & salute redeũtiũ
in deum : quia ad similitudinem dei

saluti prouident redeuntium ad deum.
Dicuntur etiam congaudere deo secū
dum incorruptionis lætitiam,id est in
corruptam siue plene & perfecte dulcē
lætitiā,cui nulla amaritudo mixta est:
& secundum illam ineffabilem benefi-
centiam diuinæ gratiæ,per quā inter-
na dulcedine effusa corda sācta reficit:
in cuius participatione,id est cui⁹ sci-
licet dulcedinis vel beneficentiæ parti
cipes facti sunt &.i.etiam sācti viri,per
deificos aduentus diuinarū illumina-
tionum,desuper scilicet aduenientium.
Tanta a me &c. Clausulam format in
qua breui recapitulatione finem narra
tionis constituit. Tāta,inquit,a me di
cta sunt de sanctis formationibus:dicta
dico deficientia,diligenti manifestatio
ne,hoc est a diligēti manifestatione ea
rum scilicet formationum:quia ea quę
a me dicta sunt minus sufficientia esse
confiteor,ad diligentem & perfectā ma
nifestationem sanctarum formationū.
Sed tamē q̄uis ad hoc perfecta nō sint:
perfecta tamen sunt (vt existimo) ad
aliud:scilicet ad non remanēdum nos
humiliter in figuratiuis phantasiis, id
est ad hoc vt erudiant nos,qualiter (oī
no saltem) nō remaneamus humiliter
id est abiecte, in figuratiuis phātasiis,
nihil aliud esse credentes q̄ quod secū-
dum visibilium formationem scriptū
inuenimus. Sed eruditi potius a figu-
ratiuis,ad eorum quę vera sunt cogni
tionem ascendamus. Si autē & hoc di-
xeris,tu aliquis,vel tu Timothee: quo
modo nos non fecerimus memoriā vel
mentionem omnium angelicarum vir
tutum & operationum & imaginū quę
in eloquiis inueniuntur : deinde,id est
post illa quæ diximus:Respōdemus ve
rum.i.quod verum est : ꝙ in ipsis qui-
dem,scilicet virtutib⁹,aut operationi-
bus,aut imaginibus:quarum supmun-
danam,id est nimis altam sciētiā igno-
rauimus,alterū lucisductorem deside-
ramus,docentem nos, id est vt doceat
nos & ducat ad lucē cognitionis.Quæ
dam autem tanq̄ æquepotentia dictis,
id est æqualia & non maiora : is q̄ dixi
mus,prætermisimus:tamen commēsu-
rationi sermonis prouidentes: id est ꝓ
uidentes ne sermo noster mensurā suā
transiret,& nimis diceremus,si vel hoc
totum diceremus qd̄ dicere possemus.
Similiter etiam honorificantes secre-
tum quod super nos est,silentio.i.silen
do aut per silentium. Silentium enī se-
cretum honorat : quia illi quod tacet
aliquando maior reuerētia exhibetur.
Et tegenda sunt nonnunq̄ aliqua quæ
dici possent:vt semper supersit quod in
tus requiratur,& ne vilescat si totum
exponat . ¶Hæc quidem in hierarchiā
B.Dionysii secūdum sensus nostri pos
sibilitatem pręsumpsi.Sed timeo,ne no
stra illius adiiciens,marmoreum parie
tem luto superduxisse conuincar. Pro-
pterea vertatur præsumptio:imploret
deuotio . Mihi autem solatium affert,
ꝙ illius quem exponendum suscepi, in
quo sapientia transcendit,sanctitas cō
descendit.

FINIS EX
positionis eruditissimæ M.Hugo-
nis de Sancto victore in cælestem
diui Dionysii Hierarchiam : ꝓ quā
hunc primum operum eiusdem To
mum,qui est de annotationibus ex-
positoriis siue elucidatoriis,compo
nendum & claudendū duximus.

Deo sit laus & Gloria.Amen.

HUGONIS

OPERA


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm